ALFONSI SALMERONIS TOLETANI, E SOCIETATE IESU...

Alfonso Salmeron, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

31
9 G
11

27.

n.° 106

ALFONSI
SALMERONIS
TOLETANI
E SOCIETATE IESV
THEOLOGI,

COMMENTARIORVM IN
Epiſtolas B. Pauli Tomus II. in ordine autem,

Tomus Decimus Quartus;

CONTINENS EXPOSITIONEM
in vtramque B. Pauli Apoſtoli Epiſtolam
ad Corinthios.

PERMISSV SVPERIORVM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Antonium Hierat, & Ioannem Gymnicum,
ANNO M. DC. XIV.
Cum gratia & priuileg. Sacræ Cæſar. Maieſt. ſpeciali.

INDEX DISPVTATIONVM QVÆ IN DECIMO QVARTO TOMO CONTINENTVR.

IN PRIMAM EPISTOLAM AD CORINTHIOS.

DISPVTATIO I. Quæ fuerit olim ciuitas Corinthi, & qualis eius ſitus; quod etiam ſit præſentis argumentum Epiſtolæ, & quæ in ſuas partes diuiſio, &c. pag. 1.

Diſputatio II. In illa Apoſtoli verba: *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quod in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis, &c.* pag. 4.

Diſput. III. in illa verba: *Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt; iis autem qui ſalui fiunt, id eſt, nobis, Dei virtus eſt. Scriptum eſt enim, Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi ſapiens? Vbi Scriba? vbi inquiſitor huius ſeculi, &c.* pag. 13.

Diſput. IV. in caput ſecundum prioris ad Corinth. in illa verba: *Et ego cum veniſſem ad vos fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, & ſapientiæ annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum, &c.* pag. 24.

Diſput. V. in illa verba Pauli tertio capite. *Et ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, &c.* pag. 32.

Diſput. VI. in illa Apoſtoli verba: *Secundum Gratiam Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui: alius autem ſuperædificat. Vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet, &c.* pag. 38.

Diſput. VII. in illa verba: *Sic nos æſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur*, & reliqua vſque in finem capitis, 4. pag. 50.

Diſput. VIII. in illa verba: *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter Gentes? ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, &c.* pag. 60.

Diſput. IX. in illa Apoſtoli verba: *Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? An neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus*, & reliqua vſque in finem capitis 6. pag. 66.

Diſput. X. in illa verba Apoſtoli: *De quibus autem ſcripſiſtis mihi bonum eſt homini mulierem non tangere: Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat, &c.* pag. 77.

Diſput. XI. in illa verba: *Dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego. Quod ſi non ſe continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quam vri. Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, &c.* pag. 85

Diſput. XII in illa Apoſtoli verba: *Nam cæteris ego dico, non Dominus, ſi quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum*, Et reliqua, vſque ad. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, pag. 90.

Diſput. XIII. in verba Apoſtoli: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do tanquam miſericordiam conſequutus à Domino vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem quoniam bonum eſt homini ſic eſſe, &c.* pag. 100.

Diſput. XIV in Apoſtoli verba: *Hoc itaque dico fratres, tempus breue eſt: reliquum eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint: & qui flent, tanquam non flentes*, & reliqua in finem vſque capitis, pag. 107.

Diſputatio XV. in verba Apoſtoli, capite octauo. *De iis autem quæ idolis immolantur, ſcimus quia omnes ſcientiam habemus. Scientia inflat, charitas ædificat. Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quomodo oporteat eum ſcire, &c.* vſque in finem capitis 11. pagina 116.

Diſputatio XVI. in Apoſtoli verba: *Non ſum liber? non ſum Apoſtolus? nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi? Nonne opus meum vos eſtis in Domino? &c.* vſque in finem cap. pagina 122.

Diſput.XVII. in Apoſtoli verba: *Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt: & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari, &c.* vſque in finem capitis 10.pag.131.

Diſput.XVIII.in illa Apoſtoli verba: *Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Laudo autem vos fratres quod per omnia mei memores eſtis: & ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Volo autem vos ſcire, quod omnis viri caput, Chriſtus eſt, caput autem mulieris, vir, caput vero Chriſti, Deus, & cæt.* & reliqua quæ ſequuntur vſque ad illud: Hoc autem præcipio,&c.pagina 141.

Diſput.XIX.in Apoſtoli verba: *Hoc autem præcipio.non laudans quod non in melius ſed in deterius conuenitis. Primum quidem conuenientibus vobis in Eccleſia, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo, &c.* vſque in finem capitis 11.pag.148.

Diſput.XX.in illa Apoſtoli verba: *De ſpiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cum Gentes eſſetis, ad ſimulacbra muta, prout ducebamini euntes, &c.* & reliqua in finem vſque capitis.12.pag.158.

Diſput.XXI.in illa Apoſtoli verba: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero omnem prophetiam & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, &c.* in finem vſque capitis.13.pag.169.

Diſput.XXII.in Apoſtoli verba: *Sectamini Charitatem. æmulamini ſpiritualia: magis autem vt propheteris. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo: nemo enim audit, &c.* in finem vſque capitis.14.pag.180.

Diſputat.XXIII.in Apoſtoli verba: *Notum autem vobis facio fratres, Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini: qua ratione prædicauerim vobis, &c.* Vſque ad illud; *Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt?* cap.15.pag.198.

Diſput.XXIV.in illa verba Apoſtoli: *Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur, omni hora? &c.* vſque ad illud; *Sed dicet aliquis, Quomodo reſurgunt mortui*, & reliq.ca 5.pag.108.

Diſputat.XXV.De tuenda ac propaganda Purgatorij veritate; deque ſalubri ac certa piis in Chriſto defunctis ſuffragandi, & opitulandi ratione, pag.216.

Diſput.XXVI.In qua quædam obiectiones hæreticorum contra ſuffragia defunctorum refelluntur: ſed maxime id quod Eccleſia in ſacrificio Miſſæ pro defunctis legit, explicatur, nempe: *Domine Ieſu Chriſte Rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu*, & reliqua pag.227.

Diſputatio XXVII.Quid ſentiendum ſit de anima Traiani, & an precibus B. Gregorii Romani Pontificis, pœnis gehennæ liberata ſit, pag.236.

Diſput.XXVIII in illa Apoſtoli verba: *Sed dicet aliquis, Quomodo reſurgunt mortui? quali autem corpore veniunt? Inſipiens, tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur*, & reliqua vſque in finem capitis, pag.243.

Diſput.XXIX.In Apoſtoli verba: *De collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam Sabbati vnuſquiſque veſtrum apud ſe ponat*, & reliqua in finẽ vſque capitis.16.& totius epiſtolæ, pag.251.

Diſputat.XXX *Ac poſtrema*, In qua diſſeritur, num expediat ſacros & canonicos libros in linguam maternam, & vulgarem conuerti, vt omnibus etiam ſimplicibus, & idiotis cõmunes eſſe poſſint, &c.pag.255.

IN POSTERIOREM EPISTOLAM ad Corinthios.

PRima diſputatio.In qua, de argumento eius diuiſione, & vnde, & quando fuerit conſcripta, diſſeritur, pag.273.

Diſputatio II.in Apoſtoli verba c.1. *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum. & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus, &c.* pag.274.

Diſputatio III.in Apoſtoli verba cap.2. *Statui autem hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos. Si enim ego contriſto vos: & quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me? & hoc ipſum ſcripſi vobis? &c.* vſque in finem cap.pag.283.

Diſputat.IV.in illa verba, c.3. *Incipimus iterum noſmetipſos commendare, aut nunquid egemus (ſicut quidam) commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus, &c.* in finem capitis, pag.288.

Diſput.V.in Apoſtoli verba,cap.4.*Ideo habentes hanc adminiſtrationem, iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus,non deficimus.Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei,&c.*in finem vſque capitis quarti poſterioris ad Corinthios pag.297.

Diſput.VI.in verba Apoſtoli cap.5.*Scimus enim,quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur,quod ædificationem ex Deo habemus,domum non manufactam, ſed æternam in cælis,&c.*vſque in finem capitis,pag.303.

Diſput.VII.in illa Apoſtoli verba c.6.*Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim Tempore accepto exaudiui te,& in die ſalutis audiui te.Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies ſalutis,&c.*vſque in finem capitis ſexti poſterioris ad Corinth.pagin. 311.

Diſput.VIII.in verba Apoſtoli cap.7.*Has ergo habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis,& ſpiritus perficientes ſanctificationem Dei*, & reliqua vſque in finem capitis,pag.317.

Diſput.IX.in illa verba.c.VIII.*Notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ, & quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit, &c.*quæ ſequuntur vſque in finem capitis pag.322.

Diſput.X..in Apoſtoli verba,c.IX *Nam de miniſterio quod fit in ſanctos,ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis.Scio enim promptum animum veſtrum,pro quo de vobis glorior apud Macedones,&c.* & reliqua in finem vſque capitis 9.pag.328.

Diſput.XI.in Apoſtoli verba:*Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem,& modeſtiam Chriſti,qui in facie quidem humilis ſum inter vos,abſens autem confido in vobis*, & reliqua vſque in finem capitis 10.pag.334.

Diſput.XII.in Apoſtoli verba c.11.*Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ. Sed & ſupportate me.Æmulor enim vos Dei æmulatione.Deſpondi enim vos vni viro,virginem caſtam exhibere Chriſto.*& reliqua vſque in finem cap.339

Diſput.XIII.in Apoſtoli verba:*Si gloriari oportet(non expedit quidem) veniam autem ad viſiones & reuelationes Domini.Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim(ſiue in corpore, ſiue extra corpus,neſcio,Deus ſcit)raptum huiuſmodi vſque ad tertium cælum*, & reliqua in finem vſq; capitis 12.pag.348.

Diſput.XIV.Et poſtrema in Apoſtoli verba:*Ecce tertio hoc venio ad vos:in ore duorum,vel trium teſtium ſtabit omne verbum.Prædixi,& prædico vt præſens vobis & nunc abſens iis qui ante peccauerunt,*& cætera omnia quæ ſequuntur in finem vſque capitis, & totius epiſtolæ poſterioris ad Corinthios,pag.373.

DISPVTATIONVM IN VTRAMQVE EPISTOLAM AD CORINTH.

LIBER V.

DISPVTATIO I.

Quæ fuerat olim Ciuitas Corinthi, & qualis eius ſitus; quod etiam ſit præſentis argumentum Epiſtolæ, & quæ in ſuas partes diuiſio: quis tabellarius extiterit: & vnde ſit miſſa.

Quam celebris Corinthus olim fuerit.

QVONIAM Diſceptationes contexere aggredimur de his binis Apoſtoli literis ad Corinth. non erit ab re pauca præfari de Corintho clariſſima omnium Græciæ ciuitate. Fuit enim Corinthus Achaiæ caput & metropolis, ob duorum portuum commoditatem, totius Aſiæ emporium celeberrimum, & opulentiſſimum, quod omnium rerum abundantia, præcipue vero pecuniæ, & metallorum varietate, & mercatorum ad id influentium copia, & opificum multitudine maxime florebat. Achaia eadem eſt quæ & Peloponneſus, & vulgariter nuncupatur Morea, quæ plane folio platani quam ſimillima videtur. Sita eſt autem Corinthus in Iſthmo, id eſt anguſta parte inter Continentem, & Peninſulam, quæ dicta eſt Peloponneſus, quæ peninſularum omnium nobiliſſima extitit, vel, vt Plinius ait, haud vlli terræ nobilitate poſtferenda.

Achaia, cuius nunc nominis: eius figura. Situs Corinthi.

Plin. libr. 4. cap. 4.

Habebat autem quinq; tantum millium ſpatium illa Iſthmi anguſtia, qua AEgæum mare ab Ionico ſubmouetur. Tentarunt autem magni olim principes perrumpere, & aperire illam, vt duo maria iungerentur, & peninſula in inſulam redacta, claſſe poſſet facilius circumnauigari, ad inſulæ munitionem & cuſtodiam. Qui vero hoc moliri conati ſunt, fuiſſe traduntur Demetrius Rex Iul. Cæſar, Caius, Caligula, Claudius, Nero: ſed irritus fuit, & infauſtus ille conatus ob loci aſperitatem. Vnde in Prouerbium abiit; Iſthmum illos perfodere, qui magno conatu, ſed irrito & infelici aliquid perficere moliuntur.

Corinthiacam Iſthmum qui tollere conati, ſed fruſtra.

Iſthmum, vt eſt in prouerbio, qui perfodiant.

Cum autem Corinthii legatos Romanorum contempſiſſent, imo etiam ſordibus perfundere & commaculare auſi fuiſſent, vt teſtatum reliquit Pauſanius libr. 2. cum alia quoque inſolentiæ ſigna edidiſſent: Romani ingenti comparato exercitu, L. Mummium Imperatorem ad eam iniuriam vindicandam miſerunt, qui Vrbem deuaſtauit, & ſolo æquauit (vnde & Corinthiaci cognomentum promeruit) ſignis, & tabulis pretioſiſſimis eius in vrbem aſportatis. Nam & igne conflagrauit ciuitas, & incendio peruſtis multis ſtatutis, atque ſimulacris, auri argentique venæ, & æris in commune fluxerunt, & permiſtæ ſunt: vnde eo caſu vaſa Corinthiaca, deinde etiã arte, elegantiſſima habebantur. At Auguſtus Cæſar loci commoditate, & claritate permotus curauit reſtaurandam, colonis libertini generis eo miſſis: eratque colonia Romanorum, teſte Pauſania lib. 2. quam propterea Præſides Romani inhabitabant, qui totam prouinciam regebant, vt Lucas Euangeliſta act. 18. oſtendit, cum loquitur de Gallione Achaiæ proconſule. Vocatque illam Cicero in oratione pro lege Manilia, totius Græciæ lumen: in tantam excreuerat magnitudinem, & opulentiam; adeo vt etiam Homerus Corinthum celebret lib. 2. Iliados, & diuitem eam vocet, iam enim Atheníenſium, & Lacedæmoniorum, vt Chryſoſt. autor eſt, defecerat principatus.

A quo capta Corinthus, ac *Pauſan. Græcus autor.*

Corinthiaca vaſa cur magni pretii.

Corinthũ quis, quare reædificauerit.

Act. 18.

Hæc vrbs totius Græciæ lumen quare Ciceroni.

B. Chryſ. homil. 1. prope init.

Dicta eſt autem, autore Strabone lib. 8. Geograph. Corinthus à Corintho Oreſtis filio, qui eam inſtaurauit, cum olim vocaretur Ephyre. Erat in ea mons prælatus intra mœnia ciuitatis, & ibi arx fuit ædificata, quę dicta eſt Acrocorinthus, ex quo loco edito duo maria vtrinque ſpectari poterant, vnde & à Poetis dicta eſt bimaris, vt ab Horatio:

Corinthi nomen vnde, teſte Strabone, qui primitus dicta. Acrocorinthus quid, Corinthus cur bimaris appellata.

Bimariſq; Corinthi Mœnia,

& Ouidio:

Adriacumq; patens late, bimaremq; Corinthum.

Lyric. lib. 1. Carmen ode 7. init. *Naſo lib. 4. Faſto.*

Iſthmus quoque ipſe (qui vt diximus, erat anguſtus trames Helladi Peloponneſum annectens) bimaris dicitur. Nam Ouidius ſcripſit:

Quaq; vrbes bimari clauduntur ab Iſthmo.

Idem lib. 7. Metamor.

Et quia difficilis erat nauigatio ad portum Corinthi, vt teſtis eſt Suidas, in prouerbium ceſſit:

Suidas in verbo Corinthus.

Horat.1. epiſt.17. ad Scæuam.

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum, de rebus arduis, & aditu periculoſis, quas non ſit cuiuslibet hominis vel affectare, vel efficere.

Corinthiaci portus duo quinam.

Erant prætereà in eadem ciuitate gemini portus inſignes, quorum alter Aſiæ Minori, alter autem propinquus eſt Italiæ: & ex vtroq; loco, & bino itinere terreſtri, ex Græcia ſcilicet, & ex Peloponneſo, aduentabant mercatores, & facile inuicem mercium cum mercibus commutationes facere ſoliti erant. Alter portus ad orientem reſpiciens, nomen habebat Cenchreus, cuius meminit Lucas Actor.18. Vnde Paulus ſoluit nauigaturus in Syriam: qui quidem ad Rom.vlt.commendat Phœben, quę erat in miniſterio Eccleſiæ quæ eſt in Cenchreis, & in Græco textu in fine epiſtolæ ad Rom. habetur: *Scripta fuit à Corintho, per Phœben miniſtram Cenchreenſis Eccleſiæ.* Alter vero habebat oppidum Lechæum cum nobili portu tendens in Ionium mare.

Rom.18.

Corinthiacum æs vnde maximi valoris.

Et quoniam æs Corinthiacum in maxima laude poſitum erat eo caſu, quo vrbs incenſa fuit à Romanis, & venæ metallorum permiſtæ ſibi inuicem fuerunt: accidit vt vaſa Corinthiaca effecta ſint poſtea etiam arte, & vtraque elegantiſſima habebantur, & ſpecioſiſſima, de quibus inſignis Poeta dixit:

Virg. lib.2. Georg.

Illuſaſq; auro veſtes, Ephyreiaq; æra.

Aes Corinthiacũ quotuplex. *Plin. lib.4. cap.2.*

quæ Strabo vocat χαλκώματα Κορινθιουργῆ. Quorum tria erãt genera teſte Plinio, aliud candidum, quod nitore argento quam proxime accedit, in quo illa mixtura præualuit; alterum, in quo æqualis omnium temperies fuit. Hæc ille. Quæ olim in tanto pretio erant, vt argenti, & auri æſtimationem excederent hæc vaſa: his cum vehementius caperetur Auguſtus, etiam dici cœpit Corintharius. Et hæc de primo dicta ſint. De Corintho & Iſthmo Solem, Neptunumq; certaſſe, tradit Menander in Epidycticorũ ratione: ſicut de Athenarum ciuitate cum eodem Neptuno Mineruam. Philippus gloriari ſolebat, ſe tres Græciæ claues habere, quod in Euboea Chalcidem præſidio teneret, in Iſthmo Corinthum, in Theſſalia ſub Pelio Magneſiam, teſte Pauſania.

Quales Corinthii ciues illorum conuerſio ad Chriſtum.

Quod ad epiſtolæ argumentum attinet, illud præfandum eſt, Corinthios ciues fuiſſe ditiſſimos, & in ea plurimos vixiſſe oratores, & philoſophos, quorum vnus fuit ex ſeptem ſapientibus, nempe Periander: & libenter acceptaſſe Euangelium, quod Pauli prædicatione fuit illis expoſitum. Nam Dominus ita ad Paulum nocte per viſionem dixit: *Noli timere, ſed loquere, & ne taceas. Propter quod ego ſum tecum: & nemo apponetur tibi,* vel vt Græca habent, *nemo adorietur te, quoniã populus eſt mihi multus in hac ciuitate.* Sedit autẽ ibi annum, & ſex menſes, docens apud eos verbum Dei. Sicut igitur longo tempore verbo eos erudierat, ita etiam geminis epiſtolis, nõ iis quidem paruis, aut leuibus, ſed magnis, & longis, & quæ inſtar duorum iuſtorum voluminum haberi queant, honeſtare voluit. Sunt autem ſtylo, & dicendi charactere cæteris Pauli epiſtolis elegãtiores, vt quidam non ſine ratione affirmarũt.

Act.18.

Pauli epiſtolæ ad Corinthios quales.

Corinthiorum maximæ virtutes. *1 Cor.1.*

Fecerunt autem Corinthii magnos in Euangelio progreſſus, vt verba Apoſtoli indicant: *Gratias,* inquit, *ago Deo meo ſemper pro vobis, in gratia Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu. Quod in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti:* qua ſane laude & commendatione nihil poteſt eſſe maius, nihil auguſtius, aut illuſtrius. Erant præterea multi inter eos magnificis Dei donis aucti, & cumulati; adeo, vt ca.14. prioris epiſtolæ indicat: *Cum conuenitis, vnuſquiſq; veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſin habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.* Ex quibus colligere poſſumus, quanta Spiritus copia Corinthii à Deo perfunderetur, qui tot, ac tantis virtutibus abundabant. Sed quoniam ita plerumque vſu venire ſolet Deo ita pro noſtro commodo diſponente, & permittente, vt omnes, qui nouam aliquam vitæ rationem inſtituunt, tentationes, & turbationes graues patiantur, ita vt in nonnullis, quæ agũt, ac profitentur, vacillent, & non ſatis ſibi cõſtent, ſed Satanas per ſuos miniſtros, fideles conatur diſſipare, & in varia, & contraria ſcindere ſtudia (nouit enim veterator ille hac ratione firmiſſima regna inter ſe diuiſa deſolari) hinc factum eſt, vt inter eos multæ eſſent ſectæ, & diſſenſiones, quibus inter ſe pugnantes ſententias, & opiniones tuebantur. Quare conſultiſſimum fuit Corinthiis, ne errores vltra progrederentur, vt ad B. Paulum alibi eo tempore prædicãtem, literas darent, quo ſapientia ſua & ſpiritu Apoſtolico controuerſias ortas, & dubitationes diſſolueret, vt omnes concordibus animis & vocibus vnum & idem ſentirent, & profiterentur. Nec ſine cauſa hæc illi ad Rom. miſſæ epiſtolæ connectitur: nam vt in illa tumultus Romæ excitatos inter Iudæos, & Gentiles ſecum diſſidentes, ſua oratione compeſcuit, & pacificauit; eadem, aut certe non diſſimili ratione Corinthios diſputantes, & conquirentes, & ſectas nutrientes hac docta, & eleganti epiſtola ad vnum,

Iidem quantis Dei donis ornati. *1.Cor.14.*

Corinthii ex parte cur ſeditioſi, ac turbulẽti, vt quę eos ſedauerit Apoſtolus & conciliauerit.

Matth.12.

Epiſtolam ad Rom. hæ duæ ad Corinthios cur proxime conſequantur.

& eundem doctrinæ ſenſum, & ad eandem animorum pacem reuocare conatur.

Huius argumentũ epiſtolæ, atque diuiſio.

Ex quibus quale ſit huius epiſtolæ argumentum, non eſt difficile coniectare, aut aſſequi: nec etiam diffi:ile erit diuiſionem eiuſdem in ſuas partes referre. Duodecim enim capita eſſe videntur, in quæ poteſt ſecari hæc epiſtola. Primo enim continet ambitionis deteſtationem, quæ ex ſuperbia, & philautia, atq; adeo ex ſui ipſius ſuper alios arrogata excellentia oriri ſolet. Ex quo fit, vt qui velit ingenio alteri cedere, nullus inueniatur. Ex his enim & ſchiſmata, & ſectę exci:ātur.

Superbia, & amor proprius vnde.

Quare eos in primis ad ſanctam, & amabilem vnionem, & concordiam cohortatur, & à vana, & mundana philoſophia ad crucis humilitatem reuocat; quæ etſi oſtentatione careat, vim tamen, & energiam Dei habet. Nam etſi illi: qui ſapientia aut eloquentia pollebant, & cęteris eminebant, nondum quidē dogmatibus impiis turbabant Eccleſiam, aut ſanam doctrinam ex profeſſo labefactabant, tamen verborũ aut eloquẽtiæ nouæ pompa ſuperbientes, Pauli ſimplicitatem, atq; adeo ipſum Euangelium contemptui habebant, & ſua ambitioſa facundia faciebant, vt variis factionibus ſcinderetur Eccleſia.

1. Cor. 1.

Vnde ait: *Hoc autem dico, quod vnuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti.* Et ob hanc cauſam affirmat horum nominum mentionem facere, vt multo magis erubeſcant id ſe facere ſub hominum, aut falſorum Doctorum nominibus: quod etiamſi ſub illis Pauli, aut Apollo, aut Cephę fieret, adhuc Deo diſpliceret.

Prior 4. capita quid contineāt. *Infra* 3.

Hoc autem pręſtat 1. & 2. capitibus. Deinde duobus ſequentibus de legitimo miniſtrorum officio diſſerit, & ſeipſum in exemplũ proponit, qua ratione ipſis prædicauerit, non tanquam ſpiritualibus, ſed tanquam carnalibus, & paruulis in Chriſto.

Quid III.

Tertio, ca. 5. vehementem habet exprobrationem, & inuectiuam in vitium infandi concubitus cum vxore patris: habet & deteſtationem omnis fornicationis, quo vitio nō obſcure laborabant Corinthii.

Corinthiorum laſciuia.

Nam in templo Veneris proſtrabant mille puellę, quę corpore quæſtum faciebant. Et inde in prouerbium ceſſit Κορινθιάζειν, quod eſt laſciuire, aut genio, & libidini vacare.

IV.

Quarto loco contentiones, & lites forenſes, præſertim apud Infideles magiſtratus, reprehendit tanquam Dei ſeruis, & Chriſtum profitentibus indignas: nam eiuſmodi lites in teneræ adhuc fidei contemptum redundabant, vt inter fideles charitatis, & non rerum fluxarum lucra vigere debebant. Et hoc præſtat per totum cap. 6.

V.

Quinto, de coniugio diſſerit, quod inſeparabile oſtendit, etſi ad tempus abſtinentiam à corporum commixtione, dum oratione ſcilicet, & ieiunio incumbũt, conſulat: vbi de coniugatis, & viduis, & virginibus, & quis ſtatus alteri præſtet, nō obſcure declarat. Talia autem matrimonii iura, ac ta'es eius ſtat' conditiones eſſe explicat, vt optaret omnes, ſi fieri poſſet, ſibi eſſe in cœlibatu imitatores: & per oppoſitum clarum, & pretioſum caſtitatis, & virginitatis donum ſummis laudum præconiis extollit, vt ad illud capeſſendum tardiores quoſque alliciat: hoc autem toto 7. cap. efficit.

VI. capitis argum.

Sexto, libertatē, quæ eſt in noua Chriſti lege etiam edendi idolothyta, explicat: verum addit ea minime eſſe vtendum, ſi cũ ſcandalo, & offendiculo proximi contingat, ſed abſtinēdum etiam à licitis, ne infirmos in Fide, qui tam facile à priſcis ritibus ablactari non poterāt, obiecto illo liberioris vitæ exemplo periclitentur, idque integro 8. capit. diſputatur. Per totum 9. caput de ſuo Apoſtolatu confidenter loquitur, & de iuribus ſibi, & Barnabę debitis diſſerit: ne tamen eos offenderet, ab illis percipiendis ait ſe abſtinuiſſe.

VII.

Septimo de fugiendo Idolorum cultu, & aliis peccatis, ac deniq; terrificis delinquentium exemplis, quibus à Deo puniti ſunt veteres olim Iudæorum patres, per totum decimum caput egregie diſputat.

VIII.

Octauo loco duos circa ſacra, ac diuina officia corrigit abuſus, alterũ de modo orandi, & prophetandi, à viro, vel muliere obſeruando in cœtu ſacro: alterũ ad ſanctę Euchariſtię perceptionem ſpectantem, diligentem inſtituit diſputationem per totum cap. 11.

IX.

Nono, de donis Spiritus ſancti tractat, deque iuſto eorum vſu ſeruando ad ædificationem Eccleſiæ, ne vnum membrũ alterius functionem vſurpādo, corpus pulchrum, & optimum à Deo compactum, violato ordine monſtroſum reddatur: idq; totum per 12. cap. oſtendit Apoſtolus.

X.

Decimo de charitatis proprietatibus, & natura, & omnium chariſmatum præcellētia diſceptat. Nam & charitatem cæteris donis, & gratiis præſtantiorem eſſe oſtendit, & nihil iuuare ad æternam vitam, ſi ſine illius ſocietate habeantur: quam & in futura vita præcipue regnaturam docet. Item donum prophetiæ dono linguarum antecellere, à fructibus ipſius prophetiæ, quæ plurimum valet ad ædificationem, ad doctrinam, & ad afflictorum conſolationem: & hæc duo capitibus 13. & 14. traduntur.

XI.

Vndecimo loco copioſe, & valide reſurrectionem mortuorum ex reſurrectione Chriſti per caput 15. aſtruit, & confirmat, ſine quo vana eſſet omnis fides, & ſpes noſtra, imo etiã miſerabi

Vltimi ca. argument.

liores eſſemus omnibus hominibus. Quibus diſputationibus peractis, poſtremo loco, & in vltimo capite adhortatur ad eleemoſynas, & collectas faciendas, ſicut in pactis cum Petro, & aliis Apoſtolis continebatur, ad releuandam ſanctorum Chriſti pauperum inopiam. Et adiungit ſalutationes, vt in more ſuo habebat.

Pauli ſapientia, & prudentia.

Ita vt nulla extet Pauli epiſtola, quæ tot doctrinæ Chriſtianæ locos excutiat, & tantam Chriſtianæ pietatis ſuppellectilem complectatur. Eſt autem optimos medicos Paulus imitatus, dum affectionibus Corinthiorum, & morbis, conuenientia medicamenta per hanc epiſtolam adhibuit.

Vnde miſſa hæc epiſtola.

Vltimum vero facile eſt expedire: Miſſa eſt epiſtola hæc non ex Philippis, vt habet Græca inſcriptio in fine epiſtolæ, ſed ex Epheſo: tum quia in fine ait; *Salutant vos Eccleſiæ Aſiæ*, in quo tacite ſe inſinuat in Aſia commorari; tum quia paulo ante ſcribit: *Permanebo autem Epheſi vſque ad Pentecoſten. Oſtium enim mihi apertum eſt magnum, & euidens*: non ergo ex Philippis, vel Macedonia, vbi non eſt Epheſus, & Philippi non ſunt in Aſia, ſed in Macedonia. ¶ Scripſit ergo, vt Oecumenius tradit in argumento epiſtolę, ex Epheſo, vbi etiam erant Aquila, & Priſcilla hoſpites Pauli, & conſalutantes Corinthios.

1.Cor.16.

Ibidem.

Oecumen.

Act.18.

Eadem per quos miſſa.

¶ Tabellarii autem ſunt illi ipſi iidẽ, qui literas ex Corinthiis ad Paulum datas attulerunt, nempe Stephanas, Fortunatus, Achaicus: miſit etiam Timotheum cum illis, vt inſcriptio Græca indicat, de quo ca.4. *Miſi*, inquit, *ad vos Timotheum, &c.* Sed non cum hac epiſtola, quod ipſemet oſtendit, vt probat Theodoritus. *Si autem venerit Timotheus, videte vt ſine timore ſit apud vos.* Nam cũ ait, *Si venerit*, ſcilicet ad vos, ſatis indicat, quod non fuit miſſus cum tabellariis, ſed ſeparatim, vt poſſet affirmare epiſtolam à Paulo eſſe profectam, ſi opus eſſet; & vt pręſentia diſcipuli recrearentur, & confirmarentur Corinthii: vel forte iam præmiſerat Timotheum ad alia negotia, & poſtea venturus erat ad illos. Et ideo c.4. ait: *Miſi ad vos Timotheũ, qui eſt filius meus chariſſimus, & fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas quæ ſunt in Chriſto Ieſu; vel qui in memoriam reducet vias meas.* Præmiſerat ergo eum, ſed venturus adhuc ad eos aſſeritur à B. Paulo, quia nondum hactenus aduenerat ad eos. Atque hactenus ea omnia, quæ ab initio polliciti fuimus, Deo nobis bene fauente præſtitimus.

1.Cor.4.
Theo par.2
Ibidem.

Eius tabellarium minime Timotheum fuiſſe.

Si Timotheum iã præmiſerat ad Corinthios Apoſtolus, cur ad eos aſſerit eſſe venturum.

(?)

DISPVTATIO II.

In illa Apoſtoli verba: *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quod in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo. & in omni ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui & confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius, &c.* vſque ad illud: *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare, non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti.*

ETSI verba huius capitis prima facie videantur eſſe minime obſcura; ſi tamen diligentius illa perſcrutemur, præclaris nõ carent difficultatibus, quarum diſſoluere, nõ poteſt non eſſe operępretium. Cum autem de ſalutatione alibi multa dixerimus, non eſt cur hic eadem repetẽdo, actum agamus. *Li.1 diſput.* In exordio igitur hoc Apoſtolus more ſuo à gratiarum actione incipit. Et primum dubitatur, quare Corinthiis tantum tribuat Apoſtolus, quod eſſent nimirum omni verbo, & omni ſcientia diuites; & quod Deus eſſet illos confirmaturus vſque in finem ſine crimine; cum tamen ſtatim vehementer redarguat illos de ſectis & diſſenſionibus? videntur enim hæc parum inter ſe cohærere, imo potius inuicem pugnare. Nam cum ſæpe contentiones ex ſuperbia oriantur, & philautia, quomodo poterant diuites extitere in omni gratia? Item in illis verbis: *Sicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis*, & deſideratur Grammatica, quia oratio eſt perturbata, & quæritur quod ſit illud teſtimonium confirmatum in Corinthiis. Adhæc quomodo aſſerit nihil illis deeſſe in vlla gratia; cũ cuique, etiam maxime perfecto, multa deſint: nam & incrementũ virtutũ, & perſeuerantiæ donũ, & patientię pro illis tuendis, & ſimilia multa deerant, & pro minutis peccatis quotidie debemus orare, *Dimitte nobis debita noſtra.* Quomodo etiam promittit confirmationem ſine crimine in finem? nunquid omnes Corinthii erant in gratia confirmandi, aut id debebat Paulus illis detegere? & nunquid per hanc

I.dubitat.

Corinthiis quæ deerant.

Matth.6.
II. dub.

confirmationem tollitur libertas arbitrij? nam ablata potentia peccandi, videtur auferri liberum arbitrium. Quorſum item ſubiungit: Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius; & cur non potius per oppoſitum dixit, Fidelis Ieſus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Dei Patris ſui, ſicut 1. Ioan. 2. habetur; **1. Ioan. 2.** *Quod vidimus, & audiuimus, &c. annunciamus vobis, vt & ſocietatē habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cū Patre, cum Filio eius Ieſu Chriſto*: & ad Filium magis ſpectat vocare, quam ad Patrem. **III dub.** Tertio circa illud; *Obſecro vos fratres, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata*. nam cum ait; *Significatum eſt enim mihi de vobis, fratres mei, ab ijs, qui ſunt Chloes*, ibi primum quæritur, an Chloes nomen ſignificet locum, an perſonam, aut familiam. Deinde videtur Apoſtolus delatores diſſenſionum, quæ erant Corinthi, deterxiſſe, & quod fidem illis habuerit talia aſſerētibus abſq; alia certiori notitia; quod certe videtur eſſe imprudētiæ, cum eiuſmodi detectio varias ſoleat parere inimicitias, & rixas. **IV.** Quarto circa illa verba: *Ego ſum quidem Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti*, dubium non vulgare eſt, an vere ſit Pauli ſermo, hos nominatos fuiſſe capita factionum; an vero nomina eorum qui autores erant diſſenſionum, ſuppreſſit Apoſtolus, & transfigurauit, vt ipſe ait, c. 4. in ſe, & Apollo, vt cōmunis videtur eſſe ſententia. **1. Cor 4.** Præterea dubitatur, quia qui dicebat, Ego quidem ſum Pauli, non videtur dignus vituperio: nec enim vitioſum eſt, ſi quiſquam afficiatur ad ſuum Doctorem recte, & Catholice erudientem: nec in religione, aut ſchola id vitio datur, ſi quis aut Auguſtini, aut Thomæ, aut Bonauenturæ, aut aliorum ſententiam ſequatur. Deinde grauius dubiū eſt, quia videtur reprehendere eos, qui dicebāt: Ego aūt (ſum) Chriſti: quia minime videntur redarguēdi, ſed potius cōmendādi, qui primario capiti hærent, & in eo gloriantur: quod ab omnibus eſſe faciendū alibi oſtendit. **Gal vlt.** Ait. n. Apoſtolus ipſemet: *Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*. **1 Cor. 1.** Et inferius dicet: *Ex ipſo aūt vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapiētia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redēptio*: & rurſus; **Infra 2.** *Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hūc crucifixum*. Adhæc quomodo annumeratur Apollo inter eos, qui capita erant factionis Corinthi; cū ex ca. vlt. huius epiſtolę conſtet, nondū ad eos adhuc Apollo perueniſſe; & Paulū eum rogaſſe, vt ad eos diuerteret. **Infra 16.** Sed non fuiſſe eius voluntatē, vt tunc iret. De Cepha etiā nulla ſcriptura canonica conſtat illū veniſſe Corinth. Facit & magnam difficultatem apud hæreticos, quomodo priorem ſe Paulus Cepha nominauerit: videntur enim illi magnum argum. ſe poſſe ex hoc loco colligere contra Petri primatum. Deinde ex his Apoſtoli verbis colligunt hæretici, Eccleſiam Rom. eſſe per quā ſimillimam Corinthiacę in hoc, quod in ea tot factiones ſint Doctorum inter Scholaſticos, in quo qui vnū ſequitur, alios contemnere videtur. Nā ſunt Nominales, & Reales, & Thomiſtæ, & Scotiſtæ. Inter ſanctos quoq; factiones videntur, dum ad vnam aliquam gratiam, à Deo impetrandam peculiariter adimus, non ad Chriſtū proxime, ſed ad S. Alexium, vel Sebaſtianum pro peſte amolienda, aut ad B. Luciam pro lumine oculorum, vel amiſſo recuperando, vel habito tuendo, & conſeruando; pro ſapientia obtinenda, ad D. Catharinam accurrimus, & nauigantes ad S. Barbaram, & ſimiliter in aliis neceſſitatibus ad varios peculiares quoſdam ſanctos confugimus. **Peculiaria ſanctorum quotundã in ſuos cultores beneficia.** In quibus proponendis late ſpatiantur hæretici. **V.** Quinto, quid ſignificant illa verba: *Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Chriſtus enim diuidi non poteſt; & Paulus ipſe baptizabat aliquos. Et videtur pro aliis crucifixus, qui dicebat: **Coloſſ. 1.** *Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia*; *Omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur*. **2. Timo. 2.** Dubitantur etiam, ſi baptizabāt illi in nomine Chriſti, an non, cum data eſſet forma alia baptiſmi, nimirum: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. **Matth. vl.** **VI.** Sexto cur ait; *Gratias ago Deo meo, quod neminem veſtrum baptizaui*: nunquid malum erat baptizare, vt gratias agat Deo ſe neminem baptizaſſe? Et cur ait; *Neſcio ſi quem alium veſtrum baptizauerim*: videtur enim fluxæ memoriæ Apoſtolus, qui cū per 18. menſes Corinthi extiterit, ignorabat tamen nomina eorum quos baptizauerat: cum tamen ab Apoſtolis acceptum ſit nomina baptizatorum ſcribenda, & aſſeruāda eſſe. **VII.** Septimo, dubium eſt, cur Apoſtolus dicat; *Non enim miſit me Chriſtus baptizare ſed euangelizare*: cum tamen conſtet, Chriſtum Apoſtolos miſiſſe ad vtrumq; munus præſtandum, dixit enim; **Ibidem.** *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* & Apoſtoli baptizabant Ioan. 4. **Ioan. 4.** **VIII. & vlt.** Poſtremo circa illud; *Non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti*, ambigitur primo, quæ eſt ſapiētia verbi: & ſi non eſt aliud quam eloquētia, & verborum munditie, & elegantia iuxta præcepta ſapientum huius mundi, quomodo hæc euacuare poſſit Chriſti crucem, quę & donum Dei eſt, & magni viri ab ea nō abhorruerunt, vt Baſilius, Gregorius Nazianzenus

zenus, Cyprianus, Lactantius, Chryſoſtomus, & Hieronymus. Pro ratione loci huius exordium explicabimus, & ad ſingulas difficultates expediendas deſcendemus.

Gratias agat Deo opt. Max. cur Paulus pro Corinthiis.

In hoc exordio agit Deo gratias Apoſtolus, vt Corinthiorum beneuolentiam capteret, docilesq; atq; attentos reddat. ¶ *In gratia,* inquit, *quæ data eſt vobis.* Vel, de gratia, ſiue, ſuper gratia, vel pro gratia quæ data eſt vobis: Græce eſt enim præpoſitio ἐπὶ quæ in hoc ſenſu vſurpari ſolet. Et gratiam, ſiue χάριν, vocat donum illud magnum, quo iusti, & grati ſimus Deo: ſic dictum, quod gratis, & abſq; vllo noſtro merito donetur; & ne quiſquam de illo in ſeipſo glorietur. Et ait: *Quæ data eſt vobis in Chriſto:* quia ipſe nobis illam promeruit; & ſecundum menſuram donationis Chriſti Deus cuique illam impertitur.

De qua gratia Deo Gratiæ agantur: vnde dicta cur data dicitur in Chriſto Ieſu. *Rom* 12.

Et explicans vim huius gratiæ, ſubdit: *Quod in omnibus diuites facti eſtis in illo.* Quod diligenter intellectum, explicat tactam difficultatem: ἐν παντὶ id eſt, in vniuerſo, vt ſit ſenſus, quod non ſinguli, ſed omnes ſimul abundarent: non enim ſinguli omnia dona habere poterãt, quanquam propter charitatem, quæ facit omnia communia, ſinguli omnia habebant. Et eſt ſermo non de temporalibus bonis, ſed de ſpiritualibus, quæ faciunt ad ſalutem. Nam cui ad hunc finem nihil deeſt, ille prorſus diues habendus eſt. Et diuites vocat phraſi Hebræa, id eſt, abundantes, ſiue circumfluentes, & copioſos: ſicut etiam corpus habet omnes facultates neceſſarias ad vitam tuendam, ſed non in vna tantum parte corporis, ſed in toto.

De tot, & tam honorificis Corinthiorũ attributis Apoſtoli, quid ſentiendum.

Quibus bonis Corinthii diuinitus abundarent.

Et cum ſubdit: *In omni verbo, ſiue, in omni ſcientia,* videtur reſtringere Apoſtolus diuitias illorum ad prædicandi munus. In omni inquit, verbo, id eſt, in omni linguarum dono, vel, in omni ratione cum fructu prædicandi, nempe paruis, & magnis, ſapientibus & inſipientibus. ¶ *Et in omni ſcientia.* Id eſt, intellectu ſacrarum Scripturarum: parum enim eſt habere verba, id eſt, facundiam, niſi ſimul adſit ſcientia. Nec etiam admodum proderit ſcientia, niſi adſit & facultas verbi ſcientiam exprimentis, & alteri cum gratia tradentis, & ex his duobus perficitur Doctor: & qui ita perfectus eſt, poterit alium ſibi ſimilem generare. Diuitis etiam eſt, ex abundãtia ſua poſſe aliorum ſuccurrere indigentiæ: & qui ad fidem hunc has diuitias non habet, merito dicemus eum non habere quod habet.

Corinthii quomodo diuites facti erant in omni verbo.

Quomodo in omni ſcientia.

Proprium diuitum quid.

Ad aliam vero priorem dubitationem, cur Paulus tanta Corinthiis tribuat, & tantis eos laudibus exornet, in promptu eſt reſpondere, hoc arte procuratum eſſe ab illo, vt facilius ſuam correctionem ſuſciperent, vtpote ab animo profectam. Ita enim Dominus in Apocalyp. cap. 2. & 3 diuerſos Eccleſiarum Epiſcopos prius laudat de donis, & virtutibus, quas habebãt; ſed paulo poſt laudatos de defectibus accuſat, & reprehẽdit: *Sed habeo,* inquit, *aduerſum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaq; vnde excideris, & age pœnitentiam; & prima opera fac.* Cumulat etiam illos tot præconiis, vt virtus laudata creſcat, & vt ad anteriora commendati ſe extendant. Ea enim ratione Chriſtus laudauit Centurionem, Chananæam, & alios, ne retrocedentes, parti honoris iacturam facerent.

Quæſtionis I. ſolut.

De eo q Apoſtolus.

Corinthios tantopere laudat, paulo poſt grauiter arguendos

Apoc. 2.

II. ratio commendationis eorundẽ. *Philip* 2. *Matth.* 8. *Infra* 15.

Ad illud vero: *Sicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis,* in primis dicimus, hanc clauſulam accipiendam eſſe per parẽtheſim, vt conſtare poſſit ratio Grammaticæ, ſicut annotat Oecumenius, & aduerbium Græcum καθὼς interpretatur pro δι' ὧν, id eſt, quibus, vel per quæ ſcilicet confirmatum eſt teſtimonium Chriſti. Verbo enim & ſcientia confirmatum fuerat in eis Euangelium.

Huius clauſulæ, ſicut teſtimonium Chriſti cõfirmatũ eſt in vobis, primus ſenſus literalis. *Oecu. c.* 1.

Alii vero dicunt hunc eſſe ſenſum planum, & verum: Ita vos eſtis diuites ad proferendum Euangelii verbum, & ad hoc de Chriſto teſtimonium confirmandum in aliis, ſicut eſt in vobis confirmatum: quod certe fuit in omni verbo, & in omni ſcientia. Sed pro infirmioribus addita ſunt ſigna, & prodigia, vt qui in ipſo puro Euangelii ſermone veritatem capere non poterant, editis ante oculos miraculis, Fidem amplecti ſuaderentur. Porro prædicatio, teſtimonium Chriſti vocatur, vt ait Theodoritus, quia qui prædicant, quodammodo teſtantur ita eſſe, quod prædicant. Ideo Dominus dixit; *Cum venerit Paracletus, & cæt. ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis:* & Paulus ad Timotheum; *Teſtificor coram Deo, & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, & per aduentum ipſius & regnum eius; Prædica verbum, inſta opportune. &c.* & Lucas in Actis, *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Erant autem Apoſtoli teſtes fide digni: tum quia viderunt magnam partem eorum, quę in Euangelio traduntur, tum quia multi erant, & ſanctis moribus ornatiſſimi, ita vt reiici non poſſet eorum teſtimonium. Imo vnus eorum dixit; *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ.*

Aliter dilucidior.

Euangelii prædicationem, Chriſti teſtimoniũ cur nominet Apoſtolus. *Theodorit. part.* 2. *Ioan.* 15. 2 *Tim.* 4. *Act.* 4.

Apoſtoli quare teſtes fideliſſimi.

1. *Ioan.* 1.

Ad proximam difficultatem, quomodo nihil illis deſit in vllą gratia, & ſcientia,

Corinthiis quomodo nil deeſſet in vl-

la gratia, teſte Apoſtolo, alioqui admodum imperfectis?

dicimus, ſingulis illorum multa fortaſſis deſuiſſe; corpori tamen integro Eccleſiæ Corinthiacæ nihil defuiſſe in vllis gratiis, vel donis linguarum; aut ſapientiæ, aut prophetiæ: id enim ſignificat nomen χαρίσματ☉, cum ait: In vlla gratia: quod perpetuo in Paulo eſt aduertendum. Nam χάρις ſemper pro gratia, quæ iuſtos reddit, accipitur, χάρισμα vero pro dono peculiari, & gratis dato, quod ad ædificationem Eccleſiæ conceditur, vt lib. 1. probatum reliqui, cum de nomine gratiæ ageremus. Et propterea dixit in plurali, *Diuites facti eſtis, ita vt nihil vobis deſit*: quia non reſpiciebat ſingulos, ſed omnes. Et illud: Ita vt vobis nihil deſit, periphraſis eſt perfecti: perfectus enim ille eſt, cui nihil deeſt. Et quoniam pro ætate, ſtatu, vel gradu ſuo quiſque perfectus dici conſueuit, & hæc perfectio nō commodam, & integram habet rationem perfectionis, ſed illam tantum, quæ ſuæ ætati, aut gradui reſpondet: hinc quis poteſt dici perfectus, etiamſi peccatis leuibus, & minutis vrgeatur: quia illa peccata, ſicut nec gratiæ, nec eius perfectioni, ita nec in eadem confirmationi repugnant.

Par. 2. diſp. 1.

Quis perfectus. Propter huius vitæ perfectio qualis ſit.

Addit: *Expectantibus reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Id eſt permanentibus vobis in ſtatu fidei, & ſpei, & viatorum, qui adhuc laborant, expectantes beatam ſpem, & adgloriæ magni Dei. De quibus Dominus teſtatur: *Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptiis, vt cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.* Et tunc erit reuelatio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui manifeſte veniet, & non ſilebit, vt Propheta ait.

Corinthii quomodo expectarent reuelationem Ieſu Chriſti. Tit. 2. Luc 12. Pſalm. 49.

Ad ſecundum dubium de confirmatione, quod mirabilem videtur continere promiſſionem, reſpondet quidam admittendo ab Apoſtolo promitti confirmandos fore Corinth à peccato mortifero, quod eſt in Scripturis crimen. At durum videtur, Paulum Corinthiis promittere illos fuiſſe prædeſtinatos: & illud durius fuiſſet, ſine neceſſitate poſtulante, reuelatum Apoſtolo fuiſſe; quod ſane ſuſceptam de illis curam, & ſolicitudinem potius impediuiſſet. Illud vero duriſſimum, quod Apoſtolus illud eis detexiſſet myſterium: quia ſic ſecuritatem, ſocordiæ matrem, in eis auxiſſet. Neque melius videntur hoc intellexiſſe, qui confirmandos vſque in finem Corinthios ita interpretantur, non qui interim nō peccarent, ſed quod in finem, ſcilicet in aduentu Chriſti inuenirē di eſſent ſine crimine.

II. dubitationis ſol. De promiſſa Corinthiis confirmatione vſque in finem ſine crimine. I ſol. parū commoda

Altera minus commoda ſol.

Quare nihil erit abſurdi. Si illis explicandi rationib. relictis aſſeramus hic tacitā conditionem, videlicet, ſi & vos permanſeritis, & niſi ex aduerſo gratiæ Dei obicem poſueritis, ſi ambulaueritis permanentes in præceptis eius. Et hanc explicandi rationem ſequitur B. Chryſ. quam etiam expreſſiſſe videtur B. Petrus, qui poſt tradita charitatis præcepta, addidit: Humiliamini igitur ſub potēti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Sobrii eſtote, & vigilate, &c. & ſubiungit: Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit vos, in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet confirmabit, ſolidabitque.

III ac poſtrema probabilior.

D. Chryſo. ho 2. r. 4. 1 Pet. 5. 6. 7. e. 10.

Vocat diem Domini, illum extremum iudicij, cum operari, nobis non licebit amplius. Hinc illa ſententia; *Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt: venit nox, quando nemo poteſt operari*: & altera, item, *Dum tempus habemus, operemur bonum.*

Quid, expectare diem Domini. Ioan. 9. Gal. 6.

Confirmabit ergo vos in finem ſine crimine, vel incriminabiles, ſiue inculpatos vos reddet. Eſt enim confirmatio donum maximum, coniunctum cum perſeuerātia, quo à peccatis lethalibus Deo nobis aſſiſtēte præſeruamur. ¶ Et nihil per illud derogatur libero arbitrio, quia poteſtas peccandi non eſt liberum arbitrium, nec eius pars, nec vlla perfectio, ſed impotentia potius, & imperfectio, qua nō ſolum Deus, ſed & Angeli, & homines in cœlo iā beati carent, qui tamen præſtantiſſimum, & perfectiſſimum habent liberum arbitrium. Accidit autem homini, dū viuit, hæc peccabilitas, ſiue peccandi poteſtas, quæ per gratiam Dei, atque eius aſſiſtētiam in dies abſorbetur in homine, remanente tamen in illo peccabilitate illa naturali. Et hinc habes, non tantum Apoſtolum loqui de donis & gratiis beneficentia Dei obuenientis, ſed etiam de gratia iuſtificante, qua & remittuntur peccata, & à futuris per illam præſeruamur. Nā vſus donorum, quæ gratis data vocantur, vanus eſſet; & prorſus inutilis, imo potius ad perniciem habentis, ſi non prodiret ab homine charitate prædito.

Confirmatio ſine crimine, ſiue in gratia qui valeat cum arbitrii libertate conſiſtere.

In donis Dei apud Paulum, gratiam potiſſimum iuſtificantem intelligi.

Neque obſtant ſectæ, & contentiones, quæ non erant ex charitate, ſed ex ſuperbia. Dicimus enim autores, & capita diſſenſionū, & eos qui illa affectabātur, paucos extitiſſe, ſi conferantur cum aliis Corinth. Et vniuerſales eiuſmodi enūtiationes propter paucos non ſolent à veritate cadere. Dicimus enim exercitum cum ſuo duce, & Imperatore à bello ſaluum rediſſe, etiamſi pauci milites deſiderentur.

Cum omni gratia Corinthii abundarent quare factioſi erant & inter ſe diſcordes.

Illud vero: *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis* &c. rationem reddit, cur hoc donum Confirmationis ſit Deus collaturus: quia inquit Deus fidelis eſt, hoc eſt, conſtans, & verax in his, quæ promittit. Sicut ſcriptum eſt.

Deus quo modo fidelis.

Pſal 144.

Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis. Et qui hactenus vniuerſos vocare dignatus eſt in cõſortium Filij ſui, facilius iam vocatos, & iuſtificatos confirmabit. ¶ Et vocare in ſocietatem Filii ſui, idem eſt, quod vocare ad ſeipſum. Quod Ioan. & explicat: *Vt & vos,* inquit, *ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cum filio eius Ieſu Chriſto* quidam vnus, & idem Deus ſunt. Sicut etiã non minus vocamur per Filium ad Patrem, quam per Patrem ad Filium, vt hic ait Apoſtolus. Recte proinde Photius ait: *Nemo venit ad Filium, niſi Pater traxerit eum: quemadmodum, neque ad Patrem quiſquam venit, niſi cui reuelauerit Filius.* Hæc ille. Vocamur igitur ad gloriam per filium, ſed ita, vt crucem quiſque ſuam prius baiulare debeat, iuxta illud: *Si tamen compatimur, vt & glorificemur.* ¶ Et ponderant, Patres illam præpoſitionem Per, non tantum Filio competere, ſicut Ioan. dixit: *Omnia per ipſum facta ſunt,* ſed etiam ipſi patri, vt hoc loco, & aliis Scripturarum edocemur, quibus Arriani reuincuntur. Imo etiam tribuitur Spiritui ſancto, vnde Apoſtolus; Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ

Quid illud: Per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij ſui. *1. Ioan 1.*

Photius apud Oecum. Qua lege Deus Pater per Filium nos vocet ad gloriam. *Rom. 8. & 17.* Per præpoſitio cuiq; perſonæ in diuinis aptatur contra Arrian. *Ioan. 1.* *1 Cor. 12.*

Ad tertiam difficultatem circa illud: *Obſecro itaque vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata,* &c. In primis obteſtatur illos per dulciſſimum, & ſacroſanctum nomen Ieſu: & hortatur, ad vnionem, & conſenſum in dogmatis. quoniam ex diſſenſione ſchiſmata, & hæreſes oriuntur, quibus membra vnius corporis Eccleſiæ turpiter diſcerpuntur. Vnde ait: *Vt id ipſum dicatis omnes:* Et quia nemo dicitur aliquid cenſere, niſi & ipſe animo ita cenſeat; idcirco ſubdit: *Sitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia.* Ita enim legi debet γνώμη, non γνώσει, id eſt cognitione, & ſcientia: vt modo legimus Ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ, id eſt, in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, vt ſit mens eadem, & ſententia eadem. Et ita alibi ſenſum pro mente ſolet capere Interpres, vt ibi; *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas;* &, *Quis cognouit ſenſum Domini,* &, *Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet;* & Hilarius in Pſalmo. 132. & Theophylactus ſententiam legunt, non, ſcientiam.

Corinthios cur obteſtetur Apoſtolus per nomen Domini Ieſu, vt non ſint in eis ſchiſmata.

Quid ſignificet: Sitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadẽ ſententia. *Luc. vlt.* *Rom. 14.* *B. Hilar.* *Theophyl.*

Quod vero dubitatum eſt de voce Chloes, non ſatis conſtat inter Pauli interpretes, an ea vox ſit nomen proprium loci, cuius incolæ id detulerit ad Paulum, an vero ſit nomen proprium perſonæ, & familiæ cuiuſdã fidelis, & ſanctæ fœminæ, quæ Chloe, dicebatur, quæ per ſuos familiares, & domeſticos Paulum admonuerat de ſectis Corinthiorum. Quod autem non ſit nomen alicuius oppidi, ex eo probari videtur, quia nullus talis locus ab Geographo aliquo aſſignatur. Et nomen ipſum χλόη fœmininum videtur, & Horatius ad Lydiam oden quandam ſcribit l. 1. & l. 3.

Me nunc (inquit) *Treſſa Chloe regit,*
Dulcis docta modos, & cithara ſciens,

Martialis quoque l. 1. ſcribit epigramma ad Chloen. Et hæc mihi probabilior videtur ſententia.

Ad tertiam dubit. reſponſio. De nomine Chloes, ſit ne proprium loci, an perſonæ an familiæ

Horat. ode. 23. *Idem ode. 9* *Martial.*

Quod autem dubitatum eſt; nõ eſſe prudentiæ, delatores detegere apud eos, qui deferuntur, neque illis deferentibus fidem habendam ab Apoſtolo fuiſſe ſine alia certiori notitia: Reſpondendum eſt, vtrumque excuſari, cum crimen eſſet publicum: & cum illi qui deferunt, non caueant nomina exprimere, ſi opus eſt, & Eccleſiæ vtilitas id expoſcat. Et tamen Paulus neminem proprio nomine deſignat. Excuſantur deinde, quia Paulo magnæ autoritatis viro; & ei, qui poterat prodeſſe, & non obeſſe, hoc ſignificarunt. Adhæc cum grauiora vitia Eccleſiam perturbant, niſi maturo occurratur remedio, libere eſt crimen fratris denũciandum. ¶ Et quod ſubdit: *Hoc autem dico*; idem eſt quod: Hoc autem explico, & aperio: hoc enim verbo ſolet Paulus vti, cum aliquid obſcurum vult declarare.

Quare Apoſtolus Corinthiorum accuſatores non ſuppreſſerit.

Qualis hæc phraſis Apoſtolica: Hoc autem dico.

Quarto loco dubitatum fuit circa illa verba: *Quod vnuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ ego autem Chriſti.* Explicat Paulus nominatim diſſidium, & ſchiſma natum; quod tollere intendit. Porro quod Apoſtolus aliorum nomina ſuppreſſerit, & in ſe, & Apollo, & Cepha, & in Chriſto docendi cauſa transfigurauerit, intelligat Lector, quoſdam eſſe, qui eam ſententiam tuentur. Nam capite quarto aſſerit; Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos, vt in nobis diſcatis, ne ſupra quam ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterum infletur pro alio. Deinde non erat veriſimile, hos Apoſtolos illas ſectas Corinthum inuexiſſe nec probabile eſt eos ortas nõ repreſſiſſe. Solet præterea trãslatio vnius perſonæ in alteram, docendi gratia aſſumi in Scripturis & miram habet efficaciam; vt in muliere Thecuite. 2 Reg. 14. & in Nathan. 2 Reg. 12. Paulus quoque Ro. 7. nũc induit perſonam Gentilis, nũc perſonam Iudæi agentis ſub Moſe, nunc vero Chriſtiani renouati; vt ita fortius oſtendat nõ eſſe gloriandum in falſis magiſtris, ac Doctoribus ſi id minime liceat, vbi germani ſunt paſtores, & noui Apoſtoli.

Quartæ dubit. ſol. Illud; Quod vnuſquiſq; veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, &c. verumne, an in alios transfiguratum ſit tantummodo.

I. opinio quorundã. *1. Cor. 4.* Perſonæ translatio vſus in Scripturis: eaſundem exempla.

Quibuſdam tamen interpretib. hic ſenſus non probatur. Primum, quia Apoſtolus rem ipſam, vt ſeſe habebat, deſcripſerit: nã

Altera opinio aſſerẽs priorem partem, triplici ratione.

dice-

dicebant:Ego quidem ſum Pauli,ego Apollo,ego Cephæ;&conſtanter in hoc videtur perſiſtere, ſemper perſonam ſuam exinaniens.

II. ratio.

Deinde non eſt putandum,ſi Corinthii viſa ſibi ſectarum capita faciebant, Apoſtolos omnino excluſos ab eis fuiſſe,potiſſimum ipſum Paulum; quem primum patrē habuerāt in Euangelio, vt ipſe docet; nec etiamſi vellent, poterant ſibi eligere præſtantius caput, tum in omni genere ſanctitatis,& doctrinæ, tum inſignis,& prodigiis in quibus maxime gloriantur, qui ſectas amant.

III.

Non oportebat præterea excuſare ſe Apoſtolum, in ſuo illos nomine minime fuiſſe baptizatos,dicendo ſe neminem illorum baptizaſſe, ſi de illo non fuiſſent talia dicta:poterat item ſuppreſſis illorum nominibus,abſque hac falſa perſonarum ſuppoſitione idem admonere,v.g.Significatum eſt mihi vnumquemque veſtrum pro alio inflari,aduerſus alterum; qua etiam ratione ac loquendi genere paulo poſt vtitur Apoſtolus:& poterat cætera vitia taxare ſine peculiaris perſonæ appellatione.

Illud Apoſtoli: Hæc autem fratres,transfiguraui in me & Apollo, & reliq. quomodo accipiendum modo. Supra 3.

Quod vero c.4.ait :*Hæc autem fratres trāſfiguraui in me & Apollo*, &c. non refertur ad factionum capita,vnde nec in eo loco Chriſti,aut Cephæ meminit; ſed hoc ad ea referendum eſt,quæ de ſeipſo proxime dixerat: *Quid igitur eſt Apollo;quid vero Paulus? miniſtri eius,per quos credidiſtis*, ſiue eius, cui vos credidiſtis.Quod eſt dicere Paulum, & Apollo conſtituiſſe ſe figuram,& typum, vnde alii diſcerent,& caperent veritatis doctrinam: vt ſicut illi non ſe plus faciebant, quā opus eſſet, ita & alij miniſtri perinde facerent: & ita inflaretur quiſquam exaltando ſuum doctorem aduerſus alterum.

In illam rationem aduerſariorū Apollo,& Cephas vt fuere capita factionū Corinthi, vbi tamen fuiſſe minime leguntur.

Soluitur etiam illud quod obiectum eſt: *Quod vnuſquiſque veſtrum dicit,Ego ſum Pauli,ego Apollo ego Cepha ego Chriſti*, etiamſi daremus Cepham & Apollo Corinthi, nunquā fuiſſe,fuiſſe tamen poſtea eſt probabile.Nā Act.19. habetur ;*Factum eſt autem cum Apollo eſſet Corinthi vt Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret ad Epheſum.*Petrum etiam ibi aliquando fuiſſe,& prædicaſſe,impoſſibile aut incredibile non eſt.

Act.19.

Hæreticorum obiectio diluitur,Cum ſe Paul Cephæ præponit, vbi Petri primatus? Corinthii de ſuis non de præceptorib.glo-

Ad aliud,quod prius ſe Paulus hic annumerauerit quam Apollo,& Cepham, non eſt negandum,aut reprehendendum, quia à ſeipſo cœpit tanquam humiliori, & inferiori,ita vt gradatim ad ſuperiores aſcendere videatur:quoniam poſt Apollo, & Cepham vltimo loco Chriſtum nominauit, principem,ſcilicet,& omnium caput.

Ad poſtremum illud,quod audet reprehendere eos, qui dicebant, *Ego ſum Chriſti*, quod durum videtur quibuſdam ; reſpondemus iſtos non numerari ab Apoſtolo,tāquam ſectarios & factionum capita;verum contra potius,quia iſti oppoſitum dicebāt, tanquam ex oppoſito collocati, vt ex iſtis benedicentibus alii iudicarentur.

tantes an merito reprehendantur.

Altera ſol. congruentior.

At certe verius eſt ad literam,& ad Apoſtoli ſenſum congruentius, vt & iſti quoque ſuo modo notentur tanquam minus ſapientes,& in aliam partem peccantes.Nam Chriſti prætextu contemnebant miniſtros eius,quos nihil faciebant;quod peccatum rediit noſtro ſeculo.& apud Lutheranos mirifice regnat qui Chriſtum ſolum, ſpretis eius membris ſuſcipiunt:modo dicendi ſint tales, Chriſtum ſuſcipere,qui eum vt caput ſine membris eius, & vt magiſtrum ſine diſcipulis agnoſcunt, ac profitentur, quia in ſolo Euangelio conſiſtunt, ſpretis cæteris quibuſcunque à ſanctis Patribus adiunctis. Nam ob id Chriſtus dixit:*Qui vos ſpernit,me ſpernit.*

Lutherani Chriſtum quomodo ſuſcipiant.

Luc 10.

Qui ergo dicebant;*Ego ſum Pauli ego Apollo,& Cephæ*;iſti miniſtros loco primarij capitis Chriſti conſtituebant, ſicut illi qui dicebant:*Ego ſum Chriſti*,Chriſtum Deum, & ſummum paſtorem abſque vllis miniſtris, & Apoſtolis ſuſcipiendum eſſe putabant, & ita tot habeant ſchiſmata, & pergebant in creatura gloriari. Et ſi ergo licitum ſit ducem ſuum ſequi ad imitandam eius vitā ſiue doctrinam,modo ſit ille probatus in Eccleſia Dei; eatenus tamen id facere licet, quatenus fert & ipſa veritas cui ſemper tribuendæ ſunt partes,& ipſa vnio charitatis: id eſt,ne prætextu ducis, aut magiſtri primarij relinquatur fidei veritas ; quæ eſt ex charitate.

Dicentes, Ego quidē ſum Pauli, &c.Ego autem Chriſti,dupliciter peccabant.

Vitæ aliquem,vel doctrinæ docem quatenus ſequi debeamus

Cum etiam hæretici obiiciunt hæc Apoſtoli verba,& ea in nos detorquent,quoniā in nobis ſunt tot capita Religionum,vt Baſilius,Benedictus, Dominicus, & Franciſcus:& doctrinam quorundam nobis præcipue imitandam proponimus; vnde prodeunt Thomiſtæ,& Scotiſtæ, Nominales, & Reales, quorum quiſque opiniones ſuas mordicus tuetur, & ſequitur.hoc immerito fit. Quis enim hæc non profecta à Deo agnoſcat,qui per Eccleſiam ſuam capita Religionum comprobauit,& multorū Doctorum ſcripta,vt vtilia,& in quam plurimis veritati conſentanea confirmauit, & reprobanda eſſe minime duxit? Omnes enim hi ſub Chriſto militant,& Eccleſiæ iudicio examinanda propoſuerunt omnia ſua ſcripta.Peculiari præterea impulſu mouet Deus ad ſanctos peculiariter colendos, & nos in eorum patrocinium tradendos. Et experientia aperte docet, quoſdam ſanctos inuocatos adeſſe ſolitos noſtris quibuſdam

His verbis: Ego quidē ſum Pauli, &c.nequaquam variarum religionum aut dogmatum autores à Paulo reprehendi contra Lutheranos.

mor-

morbis, & neceſſitatibus, & peculiaribus fauoribus proſequi magis vnam, quam alteram ciuitatem; ſicut & Angeli diuerſis præſunt prouinciis & locis, vt docet Danielis prophetia: qua de re alibi multa plura.

Dan 10.

¶ Scholaſtici etiam Doctores etſi diuerſi & varii ſunt in quibuſdam, quæ tradunt, non tamen in his, quæ fide ſuſceperunt. Neque peccarunt illi in verbum Apoſtoli fratris Domini; *Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei*: quia vnum & idem in Eccleſia docent, q fide tenendum eſt. In iis autem, quæ ad Fidẽ non ſpectant, non eſt illis prohibitum, aut alio modo ab aliis ſentire, aut diuerſis ſẽſibus Scripturas illuſtrare.

Doctores inter Scholaſticos qualia tãtũ ſint doctrinæ diſſidia *Ioan.3.*

Quamobrem hæc verba verius & apertius in ſectarios, & hæreſum inuentores noſtro ſeculo conueniunt. qui in his, quæ Fidei ſunt præcipua dogmata, tantopere diſſentiunt, & ſibi ipſis & verbo, & ſcripto contradicunt. Ecce miniſtri Hungarici, & Polonici Trinitatis myſterium ſacroſanctum multis modis refellunt, & Magnum Athanaſiũ quem tantore commendant Patres, Baſil. & Gregorius Nazianzen. quique diuinum illud Symbolum Fidei edidit, non verentur Sathanaſium appellare; cum omnes alij hæretici Trinitatis myſterium amplectantur. Aſſeruit Lutherus in Sacramento Euchariſtiæ Chriſtum reipſa adeſſe; alij vero, vt Sacramentarij, Caluiniſtæ, Euchariſtiam acceptant, ſed extorre Chriſto. Sunt qui ex hæreticis tria tantum fateantur Sacramenta, alij vero duo tantum, alij vero rurſus vnum. Adhæc ſunt, qui libros Canonicos plures conſtituant, alij pauciores. Et ita vnus alterum oppugnat, multiſque, & magnis contumeliis ſeſe proſcindunt. Talis eſt hæreticorum in Germania ſtatus, vt vnus cum altero non conueniat. Et cum ad ſubſtantiam & eſſentiam Fidei ſpectent hæc diſſidia, nõ poteſt dici vna hæreſis, ſed multiplex; neq; vna Eccleſia, neque vnus magiſter eos docens, ſed aperte conuincuntur, in Apoſtoli verba, *Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei*, iam dicta delinquere.

Quam vere, quam proprie, & accommodate verba illa Apoſtoli in Lutheranos conueniant.

Caluini, & ſequacium de diuino Athanaſii ſymbolo Satanica plane vox.

Sectariorũ hæreſis quare ſit non vna ſed multiplex.

Ioan.1.

In his, quæ quinto loco dubitata ſunt, illa prima verba, *Diuiſus eſt Chriſtus?* legenda ſunt cum deteſtatione, & horrore: nam etſi Chriſtus in ſe ſcindi non poſſit, ſcinditur tamen corpus eius myſticum, quod eſt Eccleſia. Vt enim illud verum Chriſti corpus nõ eſt paſſum fractionem, aut ſciſſuram; ſed reſeruatum eſt integrum, iuxta illud; *Os non comminuetis ex eo*; ſic indignum eſt diuidi myſticum eius corpus, quod configuratum eſt vero corpori, quod eſt eius typus. Scinditur autem, ſiue à corpore caput ſeiungẽdo ſiue membra eius inter ſe diſcerpendo.

Ad V. dub. Id, Diuiſus eſt Chriſtus: quomodo accipiendum ſit.
Eph & Coloſ.1.
Exod.12.
Ioan.19.

Addit deinde: *Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Quæ verba recte ponderauit Oecumenius. Non enim dixit: Num Paulus vos fecit, aut creauit, ſed, quod multo amplius illius benignitatem manifeſtabat, crucem in mediũ adduxit, ac baptiſma, quo purificantur peccata. Contra quæ tamen verba videtur facere, quod alibi Paulus ait: *Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Vnde & ſe ſtigmata Domini noſtri Ieſu in corpore ſuo portare aſſerit, & omnia ſuſtinere propter electos; vt & ipſi ſalutem conſequantur: quomodo ergo ita crucifixus eſt Chriſtus pro vobis, vt alij excludantur, qui poſuerunt animas ſuas pro ouibus ſuis? & alibi ait. *Salutate Priſcam, & Aquilam, adiutores meos in Chriſto Ieſu, qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt.*

Quid illud Oecumenio: Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? *Oecum.*
Paulus ſi non erat pro Corinthiis crucifixus, cur ſuas pro aliis cõmemorabat paſſiones. *Col. 1.* *Gal 6.* *2 Tim 2.* *Rom. vlt.* *Act.18.*

Reſpondent quidam mediatorem, ac redemptorem principalem eſſe Chriſtum, q ſanguine ſuo & remiſſionem peccatorum, & gratiam, & vitam æternam nobis comparauit: reliquos tantum profuiſſe aliis per modum exempli. Alii vero putant, etiam p modum meriti, quia hoc ipſe Chriſtus promeruit, vt nobiliora quædam membra mereri ſimiliter pro aliis poſſent; vt ea ratione adimpleantur paſſiones Chriſti in nobis, ſed nõ ad redemptionẽ, vel remiſſionẽ peccatorum in vniuerſum, ſed ad mediatoris merita his aut illis applicanda, & ad ſatisfactionẽ eorũ, quæ membra, Chriſti Deo debebant, nec vnde redderent in bonis habebant.

Prima ſol.

Altera ſol.

Quod ait: *Nunquid in nomine Pauli baptizati eſtis?* Intellige, ſolo in Chriſti nomine eſſe baptizandos. Et licet olim quidem ad gloriã Chriſti manifeſtãdã licebat in nomine Chriſti baptizari, vt q dã loci in Actis Apoſtolorum in ſpeciem docere vidẽtur; alii vero putẽt, id etiã hodie licere: quia in nomine Chriſti virtute cõtinetũ tota Trinitas: tamẽ hodie nõ licet, & periculoſa eſt hæc opinio: qu a in his, quæ pro forma requiruntur, in propria forma data complendus eſt actus, vt aiũt Iuriſcõſulti. Qui vero dicit: *Ego te baptizo in nomine Patris*, &c. nõ in ſuo nomine baptizat, aut in ſuũ nomẽ, ſed plane explicat, in quo nomine conferat baptiſmũ, nimirũ in nomine Patris, & Filij & Spiritus S. aut declarat ſe miniſtrum eſſe in eo actu, qui ſenſibiliter proficiſcitur, nẽpe merſionis ſub aquis: cæteri vero ſpirituales effectus à Deo ipſo immediate procedũt principaliter. Et ideo quilibet in Baptiſmo eſt idoneus miniſter, q ia nudum factum ab eo, exigitur abſq; iuriſdictione: quod non eſt in abſoluendo, vel retinendo peccato.

Cur olim in nomine Chriſti tantum conferretur Baptiſmus *Act.2.* *infra.19*

An hodie valeat ille Baptiſmus

Baptiſmi cur quilibet idoneus.

Super-

Græcorum deprecatoria con e de baptiſmatis forma notatur. Sextæ dubitationis ſolutio.

Ioan 4.

Superſtitioſe ergo Græci formæ verba mutarunt, nolentes dicere: Ego baptizo, ſed, Baptizetur ſeruus Chriſti; ne miniſter autoritatem profiteri videatur, quæ ſolius eſt Chriſti. Quaſi vero Paulus non teſtificetur hoc loco, ſe Baptiſmum quibuſdam cõtuliſſe. Etſi hoc eſt verum, quod baptizauerit, cur non poterat dicere, Egò te baptizo? & Ioan.4. dicitur, quod Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius: etiamſi Græci verum Baptiſmum in ſua forma conferrent.

Gratias quomodo Paulus agat Deo, quod neminem ex Corinthiis ferme baptizauerit. Oecum. c. 11.

Ad ſextam dubitationem circa illud: *Gratias ago Deo meo, quod neminem veſtrum baptizauerim* (præter paucos ibi enumeratos) reſpondemus, Apoſtolum non hoc dicere, quaſi baptizare eſſet malum; ſed dixiſſe, vt ait Oecumenius, quod non baptizando nõ dederim quibuſdam anſam dicendi, quod multos ob id baptizarem, quo cœtum diſcipulorum mihi ipſi conſtituens, præceptoris, ac ducis nomen mihi conquirerem; vel dicendi, quod ad eam rem Apoſtolatum à Chriſto acceperim. Similis certe dicendi forma habetur ad Roma. 6. Gratias autem Deo, quod fuiſtis Serui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ, &c. non enim agit Gratias Apoſtolus, quod fuiſſent ſerui peccati, ſed quod cum olim fuerint, reuocati ſunt tamen in nouam formam doctrinæ.

Qualis eiuſmodi locutio. Rom 6.

Quos tantum, vt ait ipſe Paulus Corinth. baptizauerit. Infra vlt.

Addit: *Niſi Criſpum*, ſcilicet Archiſynagogum Corinthi) *& Caium*. Qui domi ſuæ eũ exceperant, Rom.16. vbi ait: *Salutat vos Caius hoſpes meus, & vniuerſa Eccleſia.* Et ſubdit: *Baptizaui autem & Stephanæ domum.* Hic vir eſt, & declinatur Stephanas Stephanæ, ſicut Aeneas Aeneæ. Et cum aſſerat, ſe domum baptizaſſe, & in ea pueri eſſe ſoleant, colligimus contra Anabaptiſtas, infantes baptizatos fuiſſe, & boni patrisfamilias eſſe, omnes domeſticos ſuos ad Chriſtum reducere.

Error Anabaptiſtarũ à Paulo cõuictus.

Paulus quare dixerit: Neſcio ſi quem aliũ baptizauerim.

Ad aliud vero quod ſubdit: *Neſcio quem ſi alium baptizauerim*, dicendum eſt, non fuiſſe fixæ memoriæ Apoſtolum, quaſi hoc ignorauerit: ſed eſt cauta, & prudens locutio hominis ad multa intenti, & qui etiam facile poſſit aliquorum obliuiſci, quæ ad rem pertineant. Homines enim erant Apoſtoli, nec adhuc in omnibus, & ſingulis actionibus à Spiritu S. dirigebantur, niſi in his, quæ ad fidem erant neceſſaria. Atque hac in ſcientia oſtendit, ſibi magnum ſtudium non fuiſſe conferendi baptiſmum, cum ne meminiſſet quidem eorum, quos baptizauerat.

Apoſtolis in quibus tantum modo Spiritus S. aſſiſteret.

Solut. VII. quæſtionis Paulus vt non fuerit à Domino ad baptizandum miſſus.

Septimæ difficultati in illud; *Non miſit me Dominus baptizare, ſed euangelizare*, reſpondẽdum eſt. Et in primis dicimus eſſe Græcam phraſim, Miſſus euangelizare, pro Miſſus ad euangelizandum ſicut Petrus dixit: *Vado piſcari*, id eſt, Vado piſcatum. Et quod obiectum eſt ex Matth. 28. facile ſoluitur: quia etſi Paulus (vt cæteri Apoſtoli) miſſus fuerit ad vtrumque, cum dixit Dominus, *Euntes docentes omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris.* &c. peculiariter tñ ad prædicandum Euangelium. Quemadmodum & Chriſtus de ſe dixit, *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt Domus Iſrael*, ſcilicet potiſſimum: nam ſecundario & Gẽtibus prædicauit interdum, & Samaritanis, Ioan.4. & ſigna fecit in ſeruo Gentilis Centurionis, & in filia Chananeæ, & in Samaritano leproſo. ¶ Vel etiam hic videtur verus & expeditus ſenſus huius ſententiæ: non fuiſſe videlicet propriũ Apoſtolorum officiũ per ſeipſos, ſicut nec miniſtrare menſis. Et præcipue B. Paulo non congruebat, qui ſegregatus fuerat, ab omnibus aliis negotiis, vt Euangelium Dei apud Gentes prædicaret.

Ioan.21. Matth. vlt. Matth.15. Ioan.4. Matt 8. Infra 15. Luc.17.

Alter ſenſus verborum Apoſtoli. Act.6. Rom.1. Gal.1 & ſe

Quo ſenſu dictum ſit Apoſtolis: Docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.

Quamobrem quod dictum eſt omnibus Apoſtolis: *Docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* (quæ verba Paulum adhuc infidelem non arctabant) intelligendũ eſt commode, videlicet per alios: quemadmodum Chriſtus dictus eſt baptizare, qui tamen per diſcipulos ſuos baptizabat, Ioan. 4.

Ioan.4.

Paulus quare etiam baptizabat, ſi erat ad euãgelizãdum miſſus.

Dices; Si Paulus erat miſſus ad euangelizandum, quare etiam baptizabat? Reſpondeo: quia non fuerat illi prohibitum: quia etſi miſſus eſſet ad euangelizandum, poterat tamen baptizando ſupererogare; ſicut Chriſtus miſſus ad oues domus Iſrael, prædicando tamen interdum Gentibus, aut ſigna illis oſtendendo, ſupererogabat.

Apoſtoli cur per alios baptizarent, nõ autem euãgelizarent.

Obiicies rurſus; Quare non quoque pari ratione intelligitur, & aliud præceptum de euangelizando, videlicet vt per alios euãgelizare poſſet? Reſpondeo, naturam rei non ferre, vt per alios id fiat, quæ declarat hoc munus intelligibile fuiſſe in ipſis Apoſtolis, quorum electa erat perſona, propter autoritatem, & notitiam. Vnde Paulus dixit; *Væ mihi eſt, ſi non euangelizauero.* Quod locum non habet in Baptiſmo cuius quilibet eſſe poteſt idoneus miniſter. Proinde Valentinian. Cæſar imprudenter diſtulit Baptiſmum, volens baptizari à B. Ambroſio, qui interim ſine baptiſmo diſceſſit, vt teſtis eſt Ambroſius in oratione funebri de obitu Valentiniani. nec prudenter etiam Conſtantin. qui in Iordane baptizari volebat, ſi verum eſt, quod quidam tradunt; qui ſimili morte præuentus, nõ valuit baptizari: vnde & in Bithynia, baptizatus fuit in villa Aquilonis. Nec enim illa aqua Iordanis potius, quam quæuis alia, aut miniſter potius hic,

1. Cor. 9.

Quorum minus prudens Baptiſmi dilatio. B. Ambro. t. 11. in fine

Euag. l. 3. Hiſtoria. c. 41. ex Theodor.

quam

quam ille, confert ad Baptiſmum Chriſtus enim eſt, qui vere baptizat in Spiritu ſancto. Confert nihilominus ad augmentum deuotionis aqua Iordanis baptizari; qua ſe baptizari exoptauit magnus Baſilius.

Matth.3. Ioan.1.

Qui vero hæc non ita capit, attendat ad exempla, & acquieſcat. De Chriſto legimus quod miſſus fuerit ad baptizandum, & prædicandum: hinc illud Ioannis; *Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni*, & ſimiliter Chriſtus dixit; *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare* (pro, ad euangelizandum) *pauperibus miſit me*; & tamen non per ſe, ſed per ſuos diſcipulos baptizabat. Præceptum autem prædicandi executus eſt in Iudæa ſicut ipſe dixit; *Quia & in aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei; quia ideo miſſus ſum*: ad alias vero gentes edocendas, aſcenſurus in cœlum, Apoſtolos miſit: ſimili modo B. Petr. miſſus fuit baptizare; nequaquam tamen per ſe, ſed per alios baptizabat. Hinc Actor. 10. de Cornelio, & aliis dicitur: *Iuſſit* (ſcilicet Petrus) *baptizari in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Miſſus eſt etiam Petrus ad prædicandum, quod per ſe præſtitit, & alios ad idem miniſterium miſit: vnde dixit ſe electum à Deo, per cuius os audiant Gentes verbum Euangelii, & credant. Miſſi ſunt etiam Apoſtoli ad alia Sacramenta adminiſtranda, & hoc tamen per alios faciebant: vnde & ſeptem Diaconos crearunt, & poſtea Presbyteros ad eorum miniſterium, quo ipſi orationi, & miniſterio verbi inſtare poſſent.

Chriſtum non per ſe, ſed per alios baptizaſſe.
Luc.4. Eſai.6. Matt.3. Luc.4. Eſai 61.

Quando Chriſtus per alios euangelizauerit.
Luc.4. Act.1.

Infra 10.
Vnde etiã conſtet Apoſtolos per ſeipſos prædicaſſe, per alios baptizaſſe.
Infra.15.

Infr.6.

Poſtremæ dubitationi reſpondemus ſapientiam, verbi vocaſſe Apoſtolum eloquentiam, & Rhetoricæ artis peritiam, quæ magnam admirationem in auditorum animis parere ſolet. Cicero enim in lib. de Oratore ad Brutum, illam eſſe eloquentiam tradit, quæ admirationem, & delectationem in auditoribus efficiat. Vnde in perſona ſapientiæ dictum eſt: *Habeo propter hanc charitatem ad turbas, & honorem apud ſeniores iuuenis; & acutus inueniar in iudicio, & in conſpectu potentiũ admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me. Tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem me reſpicient, & ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponent. Præterea habebo per hanc immortalitatem; & memoriam æternam his, qui poſt me futuri ſunt, relinquam.* Hæc Spiritus S. de ſapientia, quæ eloquentiſſima fuit in Chriſto, de quo; *Omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius*; & miniſtri miſſi à Phariſæis ad apprehendendum illum prædicantem, dixerunt; *Nunquã ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo loquitur.* Et hanc inſignem eloquentiam Apoſtolis nõ contulit, quia volebat vim Crucis ſuæ trahentis homines ad Chriſtum eloquentiæ humanæ non tribui, ſed occultæ ac diuinæ Crucis virtuti. Et ideo Idiotas, & illiteratos elegit, qui euangelium diſſeminarent, & cunctis conſtaret, mundum virtute diuina Chriſti crucifixi tractum eſſe, & non pigmentato eloquentiæ ſermone.

Ad VIII. dubita. reſponſio.

Dei ſapientia verbi quænam illa ſit.
M. Tullius.

Supr. 8. 10. & ſeq.
Sapientiæ, ſeu eloquẽtiæ deſcriptio Sapiẽtis.

Mira Chriſti eloquentia.
Luc.14.
Ioan.7.
Humana Apoſtolis eloquentia cur defuerit.

Sapientia verbi ſi e... cur ... Chriſti, cui Deus tot ſapiẽtes & eloquentes eſſe voluit in Eccleſia?

Quod vero in contrarium obiectum eſt, poſtea multos ſapientes, & eloquentiæ peritiſſimos adductos fuiſſe ad Chriſtum, qui multa doctiſſime, & eloquentiſſime ſcripſerunt in Eccleſia Chriſti ad nos erudiendos, & retinendos in Fide, & ad interpretãdas Scripturas, & ad Gentilium, & hæreticorum, & Iudæorum dogmata reuincenda: huic dicto Pauli non contradicit. Nam à principio illud voluit Spiritus ſanctus, nempe Apoſtolos piſcatores, agricolas, & ſutores, vt mundum conuincerent, & ad veram ſapientiam perducerent: at in progreſſu Eccleſiæ aliud ſe voluiſſe oſtendit, vocando principes, ſapientes, & viros facundos, & omnis rationis dicendi exercitatione præſtãtes, qui Eccleſiam cum fide auita conſeruarent, & tuerentur, quique ſectas erroribus refertiſſimas conuincere, & iugulare valerent. Debent autem, qui eloquentia valent, artem dicendi diſſimulare & illi nequaquã niti, ſed Chriſto, vt poſſint fructuoſe concionari, & illud præ oculis habere; *Illum oportet creſcere me autem minui* Hinc Auguſtin. ſermone de tribus virginibus, vt à Beda citatur in Paulum: *Sed forſan, inquit, diceret aliquis: Etſi ipſe* (Chriſtus) *humiliter natus eſt; in diſcipulorum nobilitate iactare ſe voluit. Non elegit Reges, aut Senatores, Philoſophos, aut Oratores: imo vero elegit plebeios pauperes indoctos, piſcatores, Petrus Piſcator, Cyprianus Orator. Niſi fideliter præcederet piſcator, non humiliter ſequeretur Orator. Non de ſe quiſquam deſperet abiectus, teneat Chriſtum, & ſpes eius falſa non erit.* Idem tractat 7. in Ioannem, explicans illud; *vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, &c.* pulchre ait: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus volens ſuperborum frangere ceruices non quæſiuit per oratorem piſcatorem ſed de piſcatore lucratus eſt Imperatorem. Magnus Cyprianus Orator, ſed prius Petrus piſcator, per quem poſtea crederet non tantum Orator, ſed etiam Imperator. Nullus nobis primo electus eſt, nullus doctus, quia infirma mundi elegit Deus vt confunderet fortia. Quãta Chriſti dignatio:* Hæc Auguſt.

Apoſtolorum, rudiũ ſcilicet & abiectorũ hominum vocatio conueniẽtia.
Vtilis, & fructuoſa concionatorum eloquentia quæ ſola.
Ioan.1.
B. Auguſt. Beda in 6.
Chriſtus quos elegerit ad Apoſtolatum, humilitatis magiſter.

Idem t.9. in princ. Ioan.1.

Quanta Chriſti dignatio.

DISPVTATIO III.

In illa verba: *Verbum enim Crucis pereũtibus quidem ſtultitia eſt;iis autem, qui ſalui ſiunt id eſt,nobis, Dei virtus eſt. Scriptum eſt enim, Perdam ſapientiam ſapientium,& prudentiam prudentium reprobabo. Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam mundi? Nam quia in Dei ſapientia nõ cognouit mundus per ſapientiam Deũ; placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Nam & Iudæi ſigna petunt,& Græci ſapientiam quærunt*, &c. vſque in finem capitis.

CIrca propoſita Apoſtoli verba nonnullæ inſurgunt dubitationes, & illæ quidem alicuius momenti, quas breui in hac diſputatione expediendas eſſe duximus

I. dubium. Prima ſit,quomodo hæc prima verba, ſcilicet, *Verbum enim Crucis*, cum ſuperioribus cohæreant:id enim exigit cauſalis particula Enim.

II. Deinde ambigitur,quomodo verbum Crucis pereuntibus ſit ſtultitia; cum multi pereant non per incredulitatem, ſed per alia multa peccata, qui tamen credunt, Chriſtum eſſe Dei virtutem, & Dei ſapientiam?

III. Esai.19. Tertio in dubium venit,an illa ſentẽtia, *Perdam ſapientiam ſapientium*,&c. ſit ne accepta iuxta ſeptuaginta interpretes,an vero iuxta Hebræos codices:& quare ab Apoſtolo per actiuam ſignificationem proponantur; cum tamen Hebræa veritas per verba neutra paſſiuam ſignificationem habentia exprimat. Peribit,inquit,ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur. Porro verba illa, quæ ſubſequuntur apud Paulum: *Vbi ſapiens? vbi ſcriba vbi inquiſitor?* (ſeu conquiſitor) *huius ſeculi?* neque iuxta ſeptuaginta interpretes,neque ſecundum Hebræos codices citata eſſe vidẽ-

IV. tur,cum ab vtriſque differant. Quarto in illud; *Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi?* dubium ſurgit,quam ſapientiam mũdi infatuauerit Deus? an intelligit eloquentiam Paulus,quam ſuperius vocauit ſapientiam verbi; an philoſophiam, an vtramque? quod durum videtur, quoniam omnis ſapientia à Domino Deo eſt. Rurſus cur Euangelij prædicatio, quæ à Deo eſt inſtituta, & ipſe primus per ſe illam exercuit, deinde per Ioannem Baptiſtam & per Apoſtolos, ſtultitia prædicationis appelletur: repugnat enim, à tanta ſapientia oriri poſſe ſtultitiam aliquam, non minus quam à gelu poſſe ignem proficiſci.

V. Quinto, quid eſt illud ſtultum Dei, quod ſapientius eſt hominibus:& infirmum Dei, quod fortius eſt hominib. nunquid in Deo aliqua eſt infirmitas, aut vllus ſtultitiæ lo-

VI. cus? Sexto hæſitamus, quare ſe aſſerat illis prædicaſſe Chriſtum crucifixum, cum eum & incarnatum, & ex Virgine natum, & docentem, & ſigna edentem, & à mortuis ſuſcitatum, & in cœlum aſcendentem, & denique ad dexteram Patris ſedentem prædicauerit? (Ioan.21. & Luc. 2. & ſeq.) Quomodo item prædicauerit illum, qui Iudæis eſt ſcandalum,& Gentibus ſtultitia? & illa quæ offendunt in Chriſti prædicatione, nimirum quod in ea partim nimis alta,& ſublimia, vt de Deo,& de ſumma Trinitate, credenda proponantur. (Quænam Chriſti prędicationis offendicula.) Partim rurſus vilia, & contempta, atque etiam horrenda prædicentur: vt,quod Deus homo factus eſt, & in cruce mortuus,& inter latrones penderet; (Ioan.1. Matth.13.) quodque hominis ad mortis ſupplicium condemnati doctrinam ſuſcipiamus, & illam profiteamur; denique, quod hæc omnia fide à nobis accipi voluit, non ſcientia, aut ratiocinatione, aut euidentia.

VII. Septimo ambiguum eſt circa illa verba: *Videte vocationem veſtram, fratres*, quid ſit hoc loco vocatio;& quare dixerit; *Non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles*; cum conſtet temporis progreſſu & nobiles,& potentes,& ſapientes ad Chriſtum ſi de amplectendum vocatos?

VIII. Octauo quid eſt, Non gloriari poſſe vllam carnem coram ipſo; cum tamen inferius dicat, *Qui gloriatur in Domino glorietur.*

IX. Poſtremo, cum producit textum Ieremiæ, de gloriatione, non videtur iuxta verba Prophetæ citaſſe, ſed alio modo: ex quo non ſatis aperte deducitur ꝙ Paulus citauit.

I dubitationis ſol. Primæ dubitationi ſatisfit, dicendo, hæc verba cum ſuperioribus optime cohærere. Dixerat enim: *Non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti*, ac ſubdit: *Verbum enim crucis, pereuntibus quidem ſtultitia eſt; iis autem, qui ſalui ſiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt.* (De ſerie cõtextus Apoſtolici.) Explicat enim cuius rei plena ſit crux Chriſti, nempe diuinæ virtutis. Et hæc virtus euacuatur, non quidem in ſeipſa, ſed quod ſpectat ad prædicantem, cum prædicatio nititur humanæ ſapientiæ: quoniam virtus prædicationis non cruci Chriſti, ſed artificioſo modo dicendi tribuitur. (Sapientia verbi quomodo euacuet crucẽ Chriſti.) Euacuatur etiam ex parte auditorum, quando illi quærunt ſapientiam ſermonis. Et quidem prædicatio non impetrat, niſi veniat maxima cum gratia ſermonis coniuncta. Atq; ita *pereũtib.* id eſt is, qui diligunt pereũtia, quæ in hoc mundo ſunt, & in ſtatu perditionis agentib. (Crux Chriſti quibus pereuntib. ſit ſtultitia.)

ac ſponte perire volentibus, reputatur crux Chriſti ſtultitia, & quid ridiculum, & quid contemptum; cum ſit tamen Dei virtus, & ſapientia. Quemadmodum ad Rom. 1. cum dixit: *Non enim erubeſco Euangelium; virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credendi.* Soli vero incredulo, & ſponte perire volenti, videtur ſtultum Euangelium. Vt enim, qui febricitant, vinum bonum, ac dulce vituperant, quaſi amarum; ita infideles animo ægrotantes, & male affecti ſecus res ipſas accipiunt, atque ſunt accipiendæ. *Iis autem* (inquit) *qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt, ſiue potentia.* Nam hi ſperant futura, & expectant, vt decet. Crux enim via eſt ad ſalutẽ adipiſcendam. Eſt enim crucis potentia maxima, quam dæmones ſummæ exhorrent, & Iudæi abominantur, ferre illam non valentes Conſtantino Magno dictum fuit, cum in prælium deſcenderet: *IN HOC SIGNO VINCES*: in eam quoque Chriſtiani aſpicientes, ab igneis ſerpentis, id eſt, diaboli ſpiritualibus vulneribus, & plagis ſanantur. Denique tantæ eſt virtutis, vt eiꝰ ſigno manibus expreſſo Sacramenta omnia perficiantur, & Chriſtiani eo muniti in frõte ſignaculo, tuti ſunt ab omni re aduerſa, & armati aduerſus infauſtum incurſum diaboli, qui ſunt eius organa, progrediuntur.

Rom. 1.

Quales increduli.

Fidelibus, & iuſtis Crux Chriſti quare ſit Dei virtus.

Euſeb l. 1. vita Conſtantini ca. 22.

Crux Chriſti quanta vis.

Ad II. dub.

De eo quod incredulitate potius quã aliis peccatis perire homines à Paulo dicũtur.

Soluitur 2. dubitatio circa illud: *Verbum enim crucis pereuntibus ſtultitia eſt*, vbi dicebatur poſſe aliis, quam incredulitate, peccatis homines perire; vt qui rapinis, aut adulterio, & aliis flagitiis vacant: tales enim etſi pereant; non tamen reputant Chriſtum crucifixum ſtultitiam: dicendum eſt enim, omnes, qui ſunt in ſtatu perditionis, nec ab eo ſe extricare laborant, ita ſe gerere, factis ſuis videantur ſe proteſtari Chriſti crucem eſſe meram quandam ſtultitiam; de quibus alio loco dixit Apoſtolus; *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant*, & ſecus factis ſentire videntur, quam cum credunt eſſe Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Et ita eſt euacuatum ſecundum dubium.

Tit. 1.

Sol. III. quæſtionis. Locum Eſaiæ: Perdã ſapientiam ſapientiũ, & prudentiam prudentium reprobabo iuxta Hebræum, an iuxta 70. producat

Ad tertium: Locum Eſaiæ producit Paulus non ſecundum codices Hebræos, vbi verba ſunt neutra, & paſſiuæ ſignificationis vt diximꝰ, ſed ſeptuagin. interpretes explicationis gratia in verba actiuæ ſignificationis permutarunt, vt indicarent Deum eſſe illum, qui perdit ſapientiam hominum: & illos ſecutus eſt Paulus, & vnum tantum verbum, quod Septuagin. dixerunt: *Et prudentiam prudentum abſcondam*, Græce κρύψω, mutauit in aliud verbum, ἀθετήσω, id eſt, de medio tollam, ſiue abolebo, quod interpres noſter dixit, reprobabo. Et ponderat, Apoſtolum ſimpliciter non dixiſſe, Perdã ſapiẽtiã, & prudentiã, ſed illam, quæ eſt ſapientiũ, & prudentium, quia nec ſapiẽtia, nec prudentia ſiue intelligẽtia, vt alij vertũt cruci Chriſti aduerſatur: quia verũ vero, vt Philoſophus dixit, non repugnat: ſed dixit, *Sapientiam Sapientium, & intelligentiam intelligentium*, hoc eſt, quemadmodum illa vtuntur homines mũdi huius, qui ſeipſos habẽt pro ſapientibus, & prudentibus, hæc enim cruci Chriſti contraria eſt. Nulla ſi quidem Philoſophiæ pars eſt, quæ ſecundum ſe repugnet Euangelio, niſi quãdo illã homines extẽdunt extra proprios limites. V.g. cũ dicunt, Accidens ſine ſubiecto exiſtere non poſſe; aut, à priuatione ad habitũ nõ eſſe regreſſum; aut ex nihilo nihil fieri, non probant quicquã cõtra mundi creationem, aut mortuorum reſurrectionem, aut contra Euchariſtiæ Sacramentum, in quo accidentia ſunt ſine ſubiecto. Eſt ergo abuſus ſapientiæ humanæ; his regulis naturalibus circũſcribere velle infinitam Dei potentiam, cũ etiam ipſa Philoſophia tradat, Deum atque etiam eius potentiam eſſe extra & ſupra totum vniuerſum. Quare Clemens libro 1. & quinto Stromatum ſapientes eos interpretatur eſſe, qui ſibi tales videntur, ac de illis interpretatur dictum locum Eſaiæ, quemadmodum etiam Auguſt. lib. 10. de Ciui. Dei c. 28. prope finem: *Non enim ſuam*, inquit, *in eis perdet, & reprobat, quam ipſe donauit, ſed quã ſibi arrogant, qui non habent ipſius.* Dionyſ. quoque Areopagita epiſtol. 6. idem confirmat: *Verum & ipſe Apollophanes* (ait) *diuinis aduerſus diuina nefarie vtitur. Nam per hanc rerum ſcientiam, quæ ab ipſo Philoſophia rite, nominatur, & à Paulo beatiſſimo ſapientia Dei, appellatur, ad autorem omnium, & eiuſmodi quoque ſcientiæ parẽtem oportebat viros Philoſophos ſubuehi.* Hæc ille. Et Ambroſ. *Scientia piſcatorum ſtultam fecit ſcientiam Philoſophorum.*

Apoſtolus *Iſaia 29.* Sapientiã ſapientium & prudentium cur dicatur Dominus reprobare.

Ariſt. 1. Ethicor. c. 10 t. 3. in princ.

Philoſophia, in quibus Euangelio & quatenus repugnet.

Quorſum perdat Deus ſapiẽtiam ſapiẽtium, teſte Clem.

Clem. Alex. t. 2.

B. Aug. l. 3.

B. Dionyſ.

Quorum ſcientiam ſtultam fecerit ſcientia Philoſophorum

Ambr. hoc loco t. 5.

Non eſt tamen ignorandum, hunc locũ ſcandalo fuiſſe hæreticis noſtri ſeculi, qui perperam intelligentes, aut de induſtria ſic intelligere volentes, vituperarunt artes, & ſcientias naturales, eas vt vanas, & noxias, imo & falſas annunciantes. Sed potius vani & falſi ipſi, & noxiæ doctrinæ inuentores, quia Apoſtoli mentem non attigerunt, quæ talis erat, quod Deus agnoſci poſſit in hoc mundo, non quidem per ſeipſum, ſed per effectus ſuos, & opera. Quæ duplicis ſunt generis, quædam quidem ſecundum ſapientiam facta: vt quæ pertinent ad earũ rerum creationem, in quarum diſpoſitione & ordine admirabilis Dei ſapientia apparet: quædam vero, quæ pertinent ad

Artes, ac ſcientias naturales nequaquã, vt hæretici nugantur, hic à Paulo damnari

Genus operum Dei cognitum quodnam magnus humano generi profuerit.

redem-

redemptionem, in quarum diſpoſitione, ac modo apparet potius huic mundo ſtultitia & infirmitas, quibus eſt operatus redemptionem noſtram. Et mundus plus profecit per hanc poſt eam notitiam, quæ eſt ex fide, & ex eo quod ſtulte videtur feciſſe, quam per notitiam eorum, quæ ſapienter ab eo facta ſunt, quæ ex naturali ratione, & diſcurſu percipitur. Grande enim miraculum eſſet, ſi Dominus ex eminentiſſimo Theologo efficeret ruſticum, & imperitũ, contra vero ex homine rudi efficeret clariſſimum, & eminentiſſimum Theologum. Narrat ſi quidem antiquitas, Philoſophum quendam, lapide in caput impacto, ita literas omnes oblitum fuiſſe, vt ne legere quidem poſſet; & Grammaticum quendam, qui cum ab aſino quo vectabatur, excidiſſet accepto in cerebro vulnere, omnem prorſus Grammaticam dedidicerit. De Hermogene quoq; Rhetore omnium ſuæ ætatis doctiſſimo iuuene traditur; ſenem factum, omnium penitus, quæ nouerat, memoriam amiſiſſe. At infinitis partibus longe maius eſt, quod Chriſtus fecit. Doctores enim eminentiſſimos, & diuinæ legis gnaros, ſtupidos fecit; at homines ſtupidos, ac ſimplices literatiſſimos reddidit, & ſapientiſſimos. De quo quidem ſigno admirabili paulo ante hæc verba Eſaiæ dixerat Dominus: *Ideo ecce ego addam. vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & ſtupendo.*

Quale, quantumque Dei opus infatuatio ſapientum crucis virtute.

Hermogen. quidã ex doctiſſimo rhetore, indoctiſſimus omnium euaſit.

Eſaia. 29.

Ad alterum Scripturæ locum illum: *Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi?* reſpondemus, in primis admonendo, morem eſſe Apoſtolo, ex diuerſis locis Scripturarũ producere aliquod teſtimonium, atque in vnum cogere. Ecce hæc verba habentur Eſaiæ 33. cum priora habeantur Eſaiæ 29. Deinde non videntur ex Hebræa veritate accepta, neque ex lectione ſeptuaginta interpretum, qui habent in plurali: *Vbi ſunt literati?* (ſiue vt Græce dicitur, Vbi ſunt Grammatici) *vbi ſunt conſiliatores? vbi eſt numerans nutrientes paruum, & magnum populum*, &c. Hebræa tantum habent in ſingulari; *Vbi eſt literatus?* qui recte à Latino interprete dicitur Scriba; *vbi eſt legis verba ponderans* (vbi Hieronym. ad lucem Euangelij interpretãs ſubaudiuit, *Verba legis*, pro quibus Septuaginta reddiderunt. *Vbi qui conſilia dabant?* (vt abducerent ſcilicet plebem à Chriſto) *vbi eſt doctor paruulorum;* (id eſt, qui decipiebant imperitam plebem, vt eam à Chriſto auerterent: pro qua vltima voce Septuaginta verterunt ad literam: *Vbi numerans eos, qui verſantur ſimul?* pro quo interpres noſter tranſtulit: *Vbi conquiſitor*, ſiue inquiſitor, *huius ſeculi?* Et vide erutũ doctiſſime ſenſũ ab Apoſtolo: qui enim paruulos docet, ab elementis incipit: ſicut etiam Philoſophus, qui ignarus diuinorum elementa mundi huius, ad inuiſibilia Dei ſpeculanda perducebat.

Solet Apoſtolus vnũ ex diuerſis Scripturæ teſtimoniis nonnumquam efficere.

Supra 33.

Quæ lectio Pauli ſit iſta, Vbi ſapiens? vbi ſcrib.? vbi inquiſitor huius ſeculi? Hebraice, an vero 70. quid ſignificet.

Hier. to. 5.

Apoſtoli prudentia. *Rom. 1.*

Sed hæc differentia verborum Pauli, ab illis Hebraicæ veritatis, & lectionis Septuag. parua eſt, ac modica, & in idem recidere videntur hæ voces. Et illud notandum, Apoſtolum parum ſolicitum fuiſſe de verbis, cũ rebus totus eſſet intentus. Omnes igitur iſti ad reuelationem ſtultæ Crucis Chriſti euanuerunt. Et oſtendit, eos partim vanos, quia non comparabant ſibi aditum ad æterna bona, quæ ignorabant; partim falſos, cũ etiam in multis articulis in ipſis etiam foribus turpiter aberrarent. Quia ergo aduentante luce Chriſto, & Cruce eius, euanuerunt; propterea ſubdit: *Vbi ſunt?* quaſi dicat Amplius non ſunt in locis ſuis eminentib. vel in veneratione, ex eo, quod eiecti ſunt ex locis primis, quos poſſidebant.

Quid de illa teſtimonii Prophetic. Hebræa Græcaue lectione ſtatuendum.

De illis ſapientibus, ſcribis, & inquiſitoribus huius ſeculi quid ſentiat Apoſtolus.

Reſpondendum eſt ad quartum dubium de his verbis: *Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi?* vel ſecundum alios: *Nonne infatuauit Deus ſapientiam huius mundi?* Prodit enim modum, quo Deus ſapientiam infatuauit. Cum enim per ſapientiam illam homines finem ſuum non agnoſcerent, ſed potius à Deo longe recederent, neque illa ſapientia verum finem, qui eſt Deo adhærere indicaret, nec certam ad illum viam; reddidit omnem mundi ſapientiam fatuam, quatenus ea mundus fatuus vtitur; hoc eſt, ſine ſapore veræ notitiæ effecit, vt tanquam ſententia ſtultorum habeatur ſapientia hominum huius mundi; & ita perdidit, & reprobauit illam.

IV. ſol. quæſtionis.

Stultam quam fecerit Deus ſapientiam huius mũdi.

Et addit cauſam, quia mundus id promeruit. *Nam quia*, inquit, *in Dei ſapientia, non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.* Verbum, *Per ſapientiam*, etſi quibuſdam videatur ſuperfluum, quod non eſt in textu Theophylacti, cum idem prorſus dicat, in ſapientia: verum in codicibus Græcis, & in aliis interpretibus, & in vulgato correcto cum legatur, retinendum eſt. Ecce enim apud Paulum eſt ſapientia Dei, & ſtultitia Dei: & vtraque via idonea ad Deum ipſum inquirendum. Sapientia Dei eſt, qua ipſe cognoſcitur in creatione, & creaturis quæ in menſura, numero, & pondere conſiſtunt contemplamur cœlos, & cœlorum lumen curſus ſyderum, & motus: & ſapienter cuncta bene diſpoſita eſſe probamus: ſpeculemur etiam, quæ ſub cœlo ſunt elementa, maria, & terram, terrenaſque, & arcanas diuitias, diuerſaque animaliũ genera, varias quoque, ac diuerſas rerum naturas: & in

Quare Deus ſtultam fecerit ſapientiam huius mundi ſecundũ Apoſtolũ.

Theophyl.

In qua Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum.

his omnibus veſtigium, & vmbram quandam Dei aſpicimus ac ipſum Deum coniectamus, eiuſque admiramur ſapientiam, & bonitatem veneramur. Sed in hac ſapientia nihil profecerunt Philoſophi apud Deum, quandoquidem illum agnoſcentes, non ſic ut Deum glorificarunt, aut gratias egerunt. Imo nec primus homo, qui præ ceteris eadem ſapientia excelluit, aliquid emolumenti inde lucrat⁹ eſt: quia cum in honore eſſet non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Mundum homines vocat nondum regeneratos & ſpiritu Dei præditos, vt ſolet Apoſtolus.

Quare mũdus non cognouerit per ſapientiam. Deum

Sapien.11. *Rom.1.* *Pſal.48.*

Alijs quid Dei ſapientia minus tamen probabiliter. *Clem. Alex.*

Non ſupprimam tamen, quod Clemens Stromateus libro primo Stromatum interpretatur ſapientiam Dei, illam quæ per Prophetas eſt annuntiata, & quæ per illos locuta eſt. Sed profecto præſtat prior intelligentia, quia prophetæ non fuerunt ad dandam Meſſiæ venturi fidem propoſiti, niſi tantum Iudæis, nequaquam Gentibus: at hic ſapientiæ liber poſitus erat ante oculos Iudæorum, & Gentium. Videns igitur Deus nihil vtilitatis hominem per hanc ſapientiã percepiſſe, nec mores ſuos in melius mutaſſe; placuit illi nouam docendi rationem mũdo paradoxam inſtituere. Nam ſtultus propter nos factus eſt, vt per ſtultitiam ſuam, qua coniecit Filium ſuum in crucem, cognoſceremus immenſam eius virtutem, ſapientiam, & bonitatem, & ita in via Dei proficeremus. Quis enim non ſtultum putet, permiſiſſe Deum ſe tradi, & mori in cruce voluiſſe, iuſtum pro iniuſtis, & ſic infirmari virtutem ipſam, & ſtultam effici ſapientiam & æternum Patris Verbum, vnde omne eloquium venit, infans fieri, & obmuteſcere tanquam eſſet agnus. Et hæc omnia in medelam ægritudinem noſtratum conuertere Quis homo iuxta ſapientiam mundi hæc facere auderet; aut facta, probare poſſet tãquam ſapienter facta? Hæc tamen omnia tã ſtulta, & infirma, & horrenda noſtri gratia Deus paſſus eſt. Vnde per huius ſtultæ rei, id eſt, crucis Chriſti, prædicationem placuit ſiue potius complacuit, vt Græca habent (εὐδόκησεν) ſaluos facere credentes; vt vel hac ratione inueniretur ab illis, qui tantã eius bonitatem crederent. Porro ſtultitiam dico iuxta ſententiam, & iudicium ſapientis mundi, & ignorantis elementa conſtitutionis eius, & pacta: nam iuſtum erat, vt qui crederent, & fidem haberent huic ſtultitiæ, ſalutem inde caperent. Nam propter eius bonitatem indicandam quam nulla ſapientia mundi poterat coniectare, facta ſunt: Hæc vt illuſtrentur, & magis degu-

Deus quare per crucis ſtultitiã voluerit ſ mundum ſeruare.

1.Pet.3. *Rom.5.*

Quinta crucis Chriſti ſtultitia.

Eſaia.53. *Actor.8.*

Stulta quomodo prędicatio Crucis Chriſti ſecundum Apoſtolum.

ſtentur, producenda ſunt verba Bernardi in ſermone primo de Epiphania tractantis de adoratione Magorum: *Quomodo ita inſipientes facti ſunt viri ſapientes, vt adorent paruulum deſpicabilem tam ſua ætate, quam paupertate ſuorum? Inſipientes facti ſunt, vt fierent ſapientes, & prædocuit eos Spiritus, quod poſtea prædicauit Apoſtolus. Qui vult ſapiens eſſe, ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Quia enim per ſapientiam mundus in ſapientia ſua Deum cognoſcere non poterat, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos fieri credentes. Nonne timendum erat, fratres, ne ſcandalizarentur viri iſti, & illuſos ſe crederent, cum tanta indigna viderent? A Regia ciuitate, vbi Regem quærendum coniectabantur, ad Bethlehem villam paruulam diriguntur. Ingrediuntur ſtabulum, inueniunt inuolutum pannis infantulum: nõ illis ſordet ſtabulum, non pannis offẽduntur, non ſcandalizantur lactentis infantia: procidunt, venerantur vt Regem, adorant vt Deum. Sed profecto qui illos adduxit, ipſe & inſtruxit: & qui per ſtellam foris admonuit, ipſe in occulto cordis edocuit.* Hæc ille ſane eleganter & pie.

B.Bern.

Recte dixit, *Non cognouit mundus*, & non ait, Non cognouit aliquis: nam Roman. 1. à nonnullis eſt cognitus. Ait enim ibi Apoſtolus: *Quod enim notum eſt Dei*, vel Cognoſcibile eſt Dei, *manifeſtum eſt in illis, Deus enim illis reuelauit.* Euangelica igitur prædicatio, etſi in ſe minime ſit ſtulta; comparata tamẽ ad Philoſophiam naturalem, ſtultitia appellatur, tum ex parte modi, quia ſapientia Philoſophica procedit per rationem demonſtratiuam, prædicatio vero Euangelica per ſimplicem rerum narrationem, quæ fide excipiuntur: tum etiam ratione materiæ, quia ſtultæ prædicationis materia eſt Crux Chriſt; Philoſophiæ vero materia, ſapientia eſt effuſa in rerum vniuerſitate, quæ longe diſtat à Cruce, & Fide.

Mũdũ Paulus, cur dicat Deum non cognouiſſe.

Rom.1.

Euangelii prædicatio Philoſophi eſt ſtulta dupliciter.

Quintum dubium ſoluamus circa illud: Nam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt. Nos autẽ prædicamus Chriſtum crucifixum, &c. Probat Apoſtolus Deum infatuaſſe ſapientiam huius mundi, quia in illa non profecerunt homines hui⁹ mundi; & propterea traditam illis ſtultitiam prædicationis: & hoc probat ex rationibus, & mediis, quib. ipſe mundus ad ſciendum myſterium Chriſti progreditur. Nam Iudæi edocti lege, & Prophetis, & aſſueti, & enutriti miraculis, petunt ſignum, id eſt, miraculum aliquod, per quod certi reddantur, quod Ieſus crucifixus ſit potentia, ſeu virtus, & ſapientia Dei. At vero Græci, qui naturalem rationem ducem ſequuntur, id eſt, demonſtratiuam aliquam rationem, aut rationi ſaltem conſentaneam, & ab eloquentia minime alienam, petunt rationem

Iudæi cur ſigna petãt & Græci ſapientiam, quærant.

ali-

Iudæi in Chriſtum non credẽtes quare ſtulti.

Luc.7. *Matth.9.* *Ioan.11.*

aliquam ſapientiam, qua prædicatis myſteriis aſſentiantur. At Iudæi quidem omnes ſtulti fuerunt, qui tot ſignis & miraculis ad ſalutem à Chriſto factis non profecerunt, & non diffidunt ſigna fieri poſſe, ſed an facta ſint, quærunt. Viderunt enim Chriſtum ſæpius ſigna edentem; Viderunt adoleſcẽtem filium viduæ, & filiam Archiſynagogi, & Lazarum à mortuis ſuſcitatos, & multa in huius veritatis teſtimonium opera edita, ſed incredulitate ſua defecerunt, ideo vtrique euanuerunt in ſapientia ſua: quare eorum meritis prouenit, vt prædicatio Crucis Iudæis fuerit ſcandalum. Vnde & dicebant: *Magiſter, volumus a te ſignum videre, &, Si Filius Dei es, deſcende de cruce.* Et ita miſer Iudæis fortia deſiderans, infirmus factus eſt, & offendit in petram.

Chriſtus crucifixus cur fuerit Iudæis ſcãdalum. *Matth.12.* *Infra 16.* *Infra 27.*

Eſt autem nolle credere ſine ſigno, vel ratione, perinde atque nolle mutuare ſine pignore. Cumque Domin. Apoſtolos quatuordecim habuerit, duos ex illis præcipue ſublimauit, alterum Petrum, vt præeſſet circũciſioni, qui tamen mirabilis extitit ſignorũ patrator, ſuos vt ea ratione iuuaret; alterum vero Paulum, qui præſtantiſſima, ac de cœlo infuſa ſapientia refulſit, qui rationem in promptu redderet eorum, quæ de Fide exigebantur.

Iudæi ſine ſigno, & Græci ſine ratione credere nolentes, quid facere videãtur. *Gal.2.*

Græco autem Chriſtus crucifixus extitit ſtultitia; quia dum Dei ſapientiam quæreret in hoc creaturarum theatro: in ea tamen infeliciter proceſſit, dum in multos errores, & intolerabiles prolapſus eſt, & prædicatam ſibi ſtultitiam Crucis nolebat accipere nec eius virtutem capiebant Epicurei, & Stoici, qui ad Pauli de reſurrectione prædicationem non ſine contẽptu dicebant: *Quid vult ſeminiverbius hic dicere?* Alij vero: *Nouorũ dæmoniorum videtur annunciator eſſe.* Ad hunc modum res maxime ſalutares mundus pro contemptibilibus hãbet. Nam ecce quid dicat in libro Sapientiæ Salomon: *Cum aqua deleret terram, ſanauit iterum Sapientia per cõtemptibile lignum iuſtum gubernans.* Arcam ſiquidem Noe deridentes homines contemptibile lignum vocabant, ſicut Gentes Chriſti crucem vocabant ſtultitiam.

Chriſtus Græcis crucifixus quare fuerit ſtultitia. *Act.19.* *Sapient.10.* *Gen.6.* *1.Cor.10.*

Perpende ergo, quomodo vterq; digna factis, ac meritis ſuis acceperint: quærentes enim Dei fortia, in carne Chriſti infirma ſcandalizati ſunt; & quærentes ſapientiam, nec illam in cruce inuenire valentes, infatuati ſunt. Et ita ſuo ipſorum vitio factus eſt illis Chriſtus ſcandalum, & ſtultitia. Quaſi vero non maior apparuerit Dei ſapientia & potentia in hac ſtultitia, & infirmitate, per quæ tamen admirabiliter, ac potenter mundum reſtituit collapſum, vt & innumeri per hanc Crucis ſtultitiam regnũ cœlorum expugnauerint. Nam quemadmodum (teſte Chryſoſtomo) ſi cuipiam eorum, qui iactantur in mari, & portum percunctantur, alter non portum ſed aliam pelagi partem turbulentiorem oſtenderet, & cum gratia perſuadere poſſet, vt eo ſe ſequeretur. & medicus cum ſaucium hominem, & qui medicinam expoſceret, non per medicinam, ſed per vſtionem rurſum ſanum reddere polliceretur, eum ad habendam Fidem alliceret, magnæ profecto virtutis eſſet; itidem Apoſtoli non per ſignum, ſed per id, quod ſignis contrarium eſſe videbatur, vicerunt: quod & in cæco operatus eſt Chriſtus, quem cum ſanare vellet, per rem oculis contrariam à cæcitate liberauit, quippe, qui lutum oculis impoſuit. Vt igitur per lutum cæcum curauit, orbem terrarum per crucem ad ſe allexit, quod ſcandali incremẽtum, non abolitio videbatur: eodem modo in creatura fecit, mare contraria per contraria conſtituens. Arena igitur mare muniuit, vt eius vis illius imbecillitate cohiberetur. Aquæ terram impoſuit, vt ſolutæ, & diffluenti graue, & denſum inſidere faceret. Per Prophetas rurſum ligno paruo ferrum ſuſpendit. Eodem modo crucem orbem terræ allexit: vt enim aqua terram, ſic Crux orbem terræ ſuſtinet. Magnæ igitur virtutis, atque ſapientiæ argumentum eſt, à contrariis perſuaſio. Si quidem ſcandalo videtur eſſe crux. Veruntamen non ſolum non eſt ſcãdalo, ſed ſcandalum abducit. Hæc Chryſoſtomus eleganter quidem.

Iudæi ad credendũ ſigna petẽtes, & Græci ſapientiã quærẽtes, quid fuerint aſſecuti.

Quam ſapiens, ac potens fuerit crucis ſtultitia, & infirmitas. *Chryſ. ho.4 in verba propoſita.*

Sapientiæ huius, & virtutis elegans exemplum Chryſoſtomi.

Ioan 9.

4 Reg.6.

Crux orbẽ terrenæ ſuſtinet au Chryſ.

Attamen etſi illis ita euenerit ſua culpa; vocatis tamen ad Chriſtũ tam Iudæis, quã Gentibus, & per fidem agnoſcentibus ſuã vocationem, virtus eſt & ſapientia. Vnde & exuerunt omnem Iudaiſmum, & Græciſmum, non quærentes vlterius aut ſigna, aut ſapientiam ſeculi, ſed in hac Dei ſtultitia acquieſcentes, ſapientes, & potentes redditi ſunt. Vnde & Apoſtolus dixit: *Cum infirmor, tunc fortior ſum*, & rurſus: *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens.*

Iudæis, atque Gentibus quib. ait Paulus Chriſtus ſit Dei virtus, & Dei ſapientia.

2.Cor.12.

1.Cor.3.

Cum ergo ait Apoſtolus: *Nos autem prædicamus, Chriſtum crucifixum, &c.* laudabilis illa conſuetudo redditur, qua in quibuſdam Prouinciis, & præſertim in Italia, imago Chriſti crucifixi prope ſuggeſtum erigitur, in quam poſſit oculos intendere, & preces fundere concionator, vt tum ipſe admoneatur, quid ſit ſibi prædicandum, & quid auditores in concione præcipue ſpectare debeant.

Paulum, ac cæteros Apoſtolos Chriſtum prædicantes crucifixum hodie prædicatores, qui laudabiliter imitentur.

Quod vero obiectũ fuit de Chriſti Cruce, quoniam non tantum Chriſtum prædi-

Ad V. dub.

Si Chriſtũ tantummodo prædicamus crucifixum, cur etiam eundem incarnatum, à mortuis ſuſcitatum &c. prædicamus.

camus crucifixum, ſed etiam incarnatum, circumciſum, ſuſcitatum à mortuis, aſcendentem in cœlum: nihil obſtat: quia illa omnia ſub nomine Chriſti crucifixi comprehẽduntur: ſed peculiariter habetur ſermo de cruce, quia in illa oſtendit ſummum charitatis gradum, quem oſtendere poterat. Maiorem enim hac dilectionem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis; Chriſtus vero, quod maius eſt, declarauit, dum pro impiis, & inimicis mortuus eſt, vt Paulus oſtendit. In prædicatione quoque Crucis magis noſtro iudicio apparuit ſtultitia: quia eo progreſſa eſt Diuina bonitas, & charitas pro nomine, vt mera ſtultitia à mundo iudicata fuerit, ſicut impenſe amantes aliquem, & pro eo viliſſima quæq; & operantes, & patientes, ſtultos, & inſanos appellare ſolemus.

Ioan.15. *Rom.5.* Quam ſtulta etiam mundo videatur prædicatio Crucis.

Ad V. dub. In Deo nimirum potentiſſimo ſapientiſſimoque quid ſtultũ ſit & infirmum ſecũdum Apoſtolum.

Ad illud vero. *Quod enim ſtultum, & infirmum eſt Dei, fortius, & ſapientius eſt hominibus &c.* Reſpondemus, non ideo hæc dici, quaſi in Deo aliqua ſit infirmitas, aut ſtultitia, ſed Chriſtum crucifixum fuiſſe potentiam, & ſapientiam Dei, quodque fortius, & ſapientius eſt, quam omnis fortitudo hominum, & ſapientia, quæ ab ipſo per ſe in primis poſtea ab aliis per ipſum expugnata eſt. Ipſe enim in omnibus eum recipientibus factus eſt potentia, & ſapientia, vt perducat eos ad veram, & æternam vitam, quæ ipſe eſt, quique de omni terrena, & diabolica potentia & ſapientia glorioſe triumphauit in cruce, in qua ſub pedibus ſubiecit ſibi omnia.

Infirmum Dei quid Athanaſio. *Tom.2.* *Pſal.18.* *Rom.10.*

Aliter explicat Athanaſius lib. quæſtionum ad Antiochum, q. 129. *Imbecillitatem,* inquit, *Dei vocat ſenſum Apoſtolorum, qui homines erant idiotæ & illiterati. & tamen breui totũ orbem occupantes, Reges, & ſatrapas, ſapientes, & potentes principes deuicere.*

Stultum, & infirmũ Dei quomodo ſit in Deo.

Hinc collige aliquod diuinum eſſe ſtultum, non quia deficiat à ſapientia, ſed quia ſuperexcedat ſapientiam humanam: & aliquod dicitur infirmum in Deo, non per defectum virtutis, ſed per exceſſum humanæ potentiæ. Hinc Dionyſius libro de diuin. nomin. capite octauo initio: *Non enim ſolum eſt ſapientiæ exuberans Deus, & ſapientiæ eius non eſt numerus, ſed, & ſupra ſermonem omnem, & mentem, & ſapientiam locatus eminet. Intellexit hoc mirabiliter profecto diuinus vir, communis noſter noſtrique præceptoris Sol, qui ſtultum Dei ſapientius hominibus dixit. Non modo quia humana mens omnis, firmitati & ſtabilitati diuinarum, exactiſſimarumque intelligentiarum comparata, error quidam eſt; verum etiam quia ſolenne Theologis eſt, paſſione reciproca, in Deo quæ ſunt priuationis aſſerere.* Hæc ille ſublimiter, vt ſolet. Deus etiam in homine

B. Dionyſ

Pſalm.146

B. Paulum Solem appellat Dionyſ.

Alia ratio infirmitatis in Deo.

fortior eſt ipſo Deo, qui ſalua alioquin iuſtitia, hominem redimere non potuiſſet: quod ſi ſecluſa iuſtitia, & ſola miſericordia ageret Deus iam non eſſet vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas.

Pſalm.24.

Iudæorum & Gentiliũ tribus de Chriſtiana fide, atque religione criminationibus reſpõdetur.

Porro tria illa ab infidelibus obiiciebantur; primum, quod in Religione Chriſtiana quædam nimis ſublimia, & alia ad credendum proponantur, vt quæ de Deo & ſanctiſſima Trinitate creduntur; & nos leues eſſe, qui tanta fide accipimus. Deinde, quod humilia, & contempta de Deo credamus, quæ vix fide vlla digna eſſe poſſunt: vt quod Deus ſit homo factus, illuſus, flagellatus, & in cruce mortuus, &c. Tertio, quod hæc omnia ſapientia, aut rationis euidentia non attingamus, ſed tantum fide ſuſcipiamus: quibus tribus explicandis, & expediendis extra textum Paulinum Pauliſper inſiſtendum erit.

Deo plus eſſe tribuẽdum, infinitis etiam partibus, quã quod humana ratio aut mẽs intelligere & capere poſſit.

Verus Dei cultus quis

Ad primum igitur reſpondeo: Nihil eſſe rationi naturali magis conſentaneum, quã vt de Deo vere & ſublimiter, & altiſſime ſentiamus, eique ſublimius, & altius eſſe quam poſſit noſter intellectus aſſequi, tribuamus. Et vbi hoc illi dederimus, adhuc credendum eſt maiora in illo myſteria deliteſcere, quam ſint illa, quæ nos capere intellectu, aut lingua explicare valeamus. atque ita de Deo ſentire, eſt vere colere, & adorare numen illud ſacroſanctum. Nam ſi noſter intellectus totam illius altitudinem, & maieſtatem capere poſſet, iam paruus eſſet, & imperfectus Deus noſter; ac proinde Deus iam non eſſet. Cumque infinitum ſit à nobis incomprehenſibile: iuſtum eſt vt Deum infinitum, & incomprehenſum fatentes, ſtatuamus longe majorem eſſe, quam vt nos concipere valeamus.

Deo communicationem ſui ſupplus perfectiſſimam, infinitam videlicet competere

Præterea danda eſt illi ſumma communicatio per generationem, & ſpirationem, quæ ſummæ eius fœcunditati, & infinitæ bonitati congruũt. Nemo enim eſt, qui vlla rationis ſcintilla præditus ſit, qui non agnoſcat fœcundum ſterili præferendum eſſe. Quod ſi hanc fœcunditatem, vt par eſt, Deo concedamus, ſumma erit in eo communicatio. Nam ſicut nullum exiſtit animal, quod fœtum ſeipſo inferiorem, producat, ſed planta plantam, equus equum, homo hominem generat: producet ergo DEVS DEVM, & DEVS infinitus DEVM infinitum. Et quoniam Deitas non eſt, niſi vna, & infinitum non eſt, niſi vnum: producet Deum infinitum. Et quoniam, quod producitur à producente diſtinguitur, & non poſſunt eſſe plures Dij, aut plura infinita: erunt igitur plures perſonæ habentes eandem numero diuinitatem & infinitatem. Vnde ipſe Deus

Plurium neceſſitas perſonarũ in Deo demonſtratur.

Eſa. vlt.

Pater dixit: *Nunquid ego, qui alias parere facio, ipſe non pariam? Si ego qui generationem cæteris tribuo ſterilis ero.*

Communicationē Dei infinitam ſui ipſius mūdi creationem intelligi non poſſe. *Gen. 2.*

Quanquam autem negare non valeamus Deum in mundo condendo, & creandis Angelis ſeipſum communicauiſſe; hæc tamen communicatio Dei non terminatur in bonum infinitum, ſed tantum communicat illud bonum, quod quælibet creatura habet. Ecce Deus dixit: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Certe Adam ſolitarius non erat, qui omnia animalia illi aderant, & debitam pendebant ſeruitutem: & tamen dixit; Non eſt bonum hominem eſſe ſolum; quandiu Eua non erat formata, quæ & eiuſdem cum eo erat ſpeciei, & ex ipſo condita, & æqualis per omnia ipſi Adæ in ſpecie, Adam ſolus fuiſſe dicitur.

Adam qui ſolus, qui tamen cūctorum dominus erat animantium.

Ita profecto in diuina natura bonum non fuit ſolitudinem eſſe, etiamſi vniuerſæ creaturæ etiam intellectu & ratione prædita illi ſubiectæ exiſterent, & ſine illis pene innumeris non eſſet. Opus ergo fuit, ad tollendam ſolitudinem, plures eſſe in vna eſſentia Perſonas, vt ita Deus non ſit aut ſterilis, aut auarus, & parcus, aut nuldus; vt poſſet in illa beata, & ſuprema natura communicatio rei infinitæ reperiri, id eſt, eſſentiæ diuinæ.

Deum, niſi generaſſet, ac produxiſſet ſibi ſimile ſolitarium fuiſſe.

Cumque hoc ſimpliciter melius ſit ſic eſſe, quam ſic non eſſe: omnino eſt aſſeuerandum, & tantæ Maieſtati tribuendum. Vnde vel ipſi Poetæ, qui multa finxerunt, & fabulati ſunt, hanc Dei fœcunditatem, & generationem ſilentio minime ſuppreſſerūt: qua in re nequaquam in multitudine deorum multa indigna, & ridicula cōmenti ſunt. Et ita ad priorem quęſtionem ſit reſponſum; nō dedecere in Deo vno plures eſſe perſonas, ſiue hypoſtaſes eandem diuinitatem in indiuiſo, vt ſic dicam poſſidentes.

Ethnici Deo generationem tribuentes tantum in quo peccauerint.

Deū quæ maxime dedeceant, Ethnicorū iudicio, nobis tamen ad credendū propoſita.

Ad ſecundam vero reſpondendum eſt, prima facie multa credi de Deo, quæ & infirma, humilia, & contempta videantur: vt quod Deus factus ſit homo, & pro homine ſeruando multa paſſus (quæ indigna Deo videantur, illumque valde dedeceant) vt flagella, claues, lanceam, ſpineam coronam, nuditatem, mortem Crucis acerbiſſimam & ignominia plenam; ſed ſi hæc recte intelligantur, non ſolum non dedeceat Deum, ſed & gloriam immortalem, & decus æternum ipſi afferunt.

Verbi Dei incarnatio euincitur aduerſus Gentiles.

Quod ergo Deus homo factus, vel verbū caro factum ſit, nullus aut ex Iudæis, aut ex Gentibus negare valet. Non quidem Gentilis, qui à Theologis ſuis eruditus eſt ſupremum deorum Iouem modo in aurum conuerſum, vt Danaes concubitu frueretur; aut in bouē, vt commodius poſſet Io in cōplexu habere transformatus eſt etiam in aquilam, vt raperet Ganymedē, quem in deliciis haberet: deniq; in Amphitrionem fertur conuerſus, vt cū Alcumena eius vxore per noctem vnā dormire poſſet. Qui ergo de diis ſuis tam nefanda ope. a credit, quidni credat Deum noſtri amantiſſimū humanitate carnis veſtitum fuiſſe, vt nobis ſalutem accerſeret, & gloriam; Id etiam negare non poterit Iudæus, ad quē peculiariter de Deo carnem aſſumpturo per Prophetas ſermo factꝰ eſt.

Aduerſus Iudæos eadem oſtenditur.

Et qui credit in Deum ex nube olim ſæpe locutum, ex rubo Moyſis, ex propitiatorio oracula fudiſſe, quomodo non credat Deum indigniori perſona, id eſt in homine nos allocutum fuiſſe?

Exod. 3.

Qui ergo hæc tam celebrata à Poetis, omnibusq; in exemplum propoſita legunt, & credunt, qua ratione poterunt inficiari Deum ſummum, & æternum amore generis humani captum, carnē hominis induiſſe, & in ea docuiſſe, & in ea pro nobis à peccati morte ſubleuandis ſeipſum tradidiſſe? An Dei eſt potius peccata hæc tam horrenda, & enormia perpetrare, & non potius homini fauere, manumque illi porrigere, vt bonitatis, & munificentiæ ſuæ theſauros nobis oſtendat?

Cur Deus factus ſit homo.

Iam ſecundum tractandum, & an hæc quæ de morte eius pro nobis perpeſſa dicuntur Deum dedeceant, inueſtigandum. Nam ſi Dei Filius hanc humiliationem ſuiipſius, neceſſitate compulſus feciſſet, aut ſi propter huiuſmodi humiliationem altitudinem ſuam aliqua ratione amiſiſſet, & an ad hoc beneficium nobis impendendum, vllum compendium aut emolumentū permouiſſet, tunc tale opus humiliatus, & patientiæ Dei merito poſſet in ſuſpicionem venire, & cogitari quod Deo, & prima cauſa aliquid ſit fortius, & potentius.

Ab incarnatione Domini tria remouentur.

Sed neq; coactus filius Dei è cœlo deſcendit, qui notatā à diſcipulo ſcribendum eſſe: *Non ex triſtitia, aut neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.* Iniuſte enim pati, & poſſe reſiſtere, & nolle, gloria eſt patienti, & damnatio occidentis: neq; quod omni iure ſuum erat, amiſit, quia neq; Deum dicimus mortuum; neque Deitatem, quæ incapax eſt mortis; ſed in ſola humanitate mortem ſuſtinuiſſe pro nobis. Non ergo amiſit quouis modo quod ſuum erat; tantum quod nō erat, aſſumpſit.

Liberum fuiſſe, non neceſſariū, aut coactū opus ipſius incarnationis. *2 Cor. 9.*

Deum per eum mutatum minime fuiſſe.

Neque ad hoc eximium patientiæ opus vllum lucrum, aut vtilitas propria pellexit; cum Deus nullius boni ſit indigus, & cui dicitur: *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*: ſed ad hoc ſola Dei bonitas pertraxit, & hominis ne periret ſingularis amor. Et cum multi ſuppeterent modi, quibus

Humanā propter ſalutem tantummodo Deum fuiſſe incarnatum. *Pſalm. 15.*

hoc beneficium nobis præſtare poſſet, cō-placuit illi per glorioſiorem ſaluandi rationem, & nobis fructuoſiorem, ſaluum reddere genus humanum. Homo igitur factus & in aſſumpta humanitate pro homine extinctus eſt. Maius enim dilectionis argumētum non eſt, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quod ſi magna commēdatione celebrat Gentilitas Damonem, & Pithyam, quorum alter pro alterius vita ſe vadem conſtituit apud iudicem in cauſa capital; quanto magis omnium & hominū & Angelorum linguis venit Chriſtus celebrandus, qui pro omnibus nobis à morte æterna liberandis vadem apud æternū Patrem ſe fecit, certus quod in caput ſuum totius mundi peccata recidere debebant. Et ſi laudatur obedientia Abrahæ, quod filium ſuum Iſaac quem diligebat, immolare voluit, vt nobis detegeret, quanto amore Deū id ſibi operis præcipientem complecteretur: debuit profecto Dei Filius Abrahæ amori erga Deum, & obedientiæ eius non cedere, quodque ille præſtare tentauit, ſed impeditus ab Angelo non pręſtitit, id reuera Angelo ſuadente, & confirmante cum tanta ſua gloria perficere.

Deus patiens, genus humanum quā ſibi demeruerit. *Ioan.15.*

Chriſti Filii Dei cum Abrahæ obedientia contentio. *Gen.22. & ſequent.*

Ibidem.

Non ergo arguit vllo modo hæc filii Dei humiliatio, ſapientiæ Dei, aut potentiæ defectum; cum ipſe ſumme ſit ſapiens, & ſumme potens; ſed excellentiam diuinæ bonitatis oſtendit, & exceſſum amoris ſui aduerſus nos tanto maiorem, quanto Deus, qui amat, & pro nobis patitur, eſt maior: quanto id quod patitur, grauius eſt & moleſtius, ignominioſiusque: denique quanto illi, pro quibus illa indigna, & acerba tormenta tulit, viliores exiſtunt, indigniores, ingratioresque. Cum igitur tales homines diligere, diuinæ bonitatis arguat exceſſum, & bonitas, & altitudo in ſpiritualibus vnū & idem reipſa ſint: deducimus inde, eo Deū eſſe altiorem, & maiorem, quo melior eſt: quandoquidem nihil de præclaro viro magnificentius ſentire aut dicere poſſumus, quam nominando eum bonum virū, quod præſtantius eſt, quam ſi ſentires eum eſſe fortem, aut diuitem, aut Principem. Idcirco hoc opus, quod in cruce Filius Dei peregit, non tantum diuinę bonitatis argumentum præſtat, ſed etiam eius omnipotētiam, & ſummam ſapientiam impenſe ſuſpicit, & honorat. Quamobrem qui nollet crederet Deum hominem factum, & in cruce pro ſalute humani generis animam efflaſſet: tolleret, quantum in ſe eſt, maximum Deo honorem, quem poſſet illi tribuere, imo multo maiorem, quam illum, qui ei debetur propter rerum omnium creationem, quas in tempore condidit: quia hoc opus redemptionis ſuperat omnia alia Dei opera. Eſtq; omnibus miraculis ab eo perfectis longe excellentius & maius, ita vt in eo ſplendeat omnipotentia, & ſapientia, coniungēs duo extrema cum diſtantia, & remota, vt ſunt Deus, & homo. Declarat item ſuam fortitudinem Chriſtus in eo, quod expugnauerit noſtra peccata, mortem noſtram deſtruxerit, dæmonem infeſtiſſimū hoſtem principatu ſpoliauerit, ipſiſq; adeo inferis vim intulerit non propriæ ſuæ deitatis, ſed noſtræ infirmitatis armis. Vſq; adeo, vt quo tēpore Deus erat in ſola ſua altitudine, haberet tantum populum Iudæorum, & illum perparuum, qui eum agnoſcebat, & colebat, ſed fere indies à ſe deflectebat, & à vero Deo ad deos alienos deficiebat. Sed vbi Deus inclinatus eſt, & in crucis humilitate pro homine ſeruando extinctus, tantum promouit homines, vt omnem de mundo idololatriam expulerit & ſuperbi ſpōte ſeipſos depreſſerint; & qui ignorantes erant, ſapientiſſimi euaſerint; & qui vitia omnia amplectebantur, virtutis eximii cultores redditi fuerint: ita vt verbum eius verum ſit: *Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum*; & impletum ſit verbum Pauli: *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Hinc eſt quod Paulus non erubeſcit Euangelium, id eſt, Chriſtum hominem fami, ſiti, labori, & dolori, flagellis, & morti expoſitum: quia hæc in Chriſto non ſunt erubeſcenda, aut abominanda, de quibus ipſe gloriatur, & quibus nobis obtinuit victoriam de peccatis, de morte, deq; communi & capitali hoſte diabolo, obtinuitq; vt homo aſſequeretur gratiā & gloriam ſempiternam. Magnū quidē fuit beneficium pro populo ſuo angariato, & vexato, quem diligebat, Aegyptū flagellare: maius amoris teſtimonium eſt, permittere ſe Deum propter nos flagellis cædi. Deus etiam olim duxit populum de Aegypto, ſicut aquila prouocans ad volandū pullos ſuos, & aſſumēs eos humeris ſuis, vt eos labore itineris ſubleuaret: ſed pręſtātius eſt beneficiū, quod ipſe crucem oneroſam, quę ſua abominatione, & pondere humeros eius premebat, & exulcerabat, portare, & omnia mundi peccata, quę, ſicut onus graue grauantur ſuper nos, Cruce tanquam ligno torcularis vſq; ad ſanguinis effuſionē, & mortem delere, quo homines æternam manſionem in cœlo, ac quietē aſſequantur. Mirabile quidem nō eſt, leonis opera edere leonem: ſed illud maius, quod ipſe pro amore noſtro paſſus eſt tanquam agnus innocentiſſimus. Et vt olim Hebręi dixerunt,

Luc.22. & ſequent. Dei incarnationem, & mortem diuinam eius ſapientiam, & virtutem infinitam arguere.

Deus quāto altior, & maior eſt.

Dei incarnationem, & mortem negans, quam illi exiſtat iniurius.

Signorum Dei maximū quod

Crucis etiam Chriſti quanta vis.

Deut.7.

Chriſtus quando traxerit omnia ad ſeipſum,

Ioan.12.

Rom.1.

Quale nō erubeſcat Euangeliū Paulus.

Chriſtianus populus quam olim populus Iudaicus quod maius & excellentius à Deo beneficium accepit.

Exod 7. & ſequens. *Deut.32.*

Pſal.37. *Eſai 63.*

Quale opus Chriſti, agni, quā leonis mirabilius, & maius.

Eſa. 53.
Exod. 15.

Cantemus Domino; glorioſe enim magnificatus eſt: nos quoque per contrarium Cantemus Domino, humiliter enim magnificatus eſt.

Incarnationis quã tæ & paſſionis Chriſti virtutes, & vtilitates.

Reſplendet etiam in hoc opere vtilitas, & pretium noſtrum. Nihil enim ita hominem exaltat, atque incarnatio, qua plane frater noſter eſt effectus: nihil etiam ita contra conſcientiæ latratus, & peccati ſtimulos valet, quam ſpectare Deum pro ſe mortuum: nihil præterea tam promouet ad Deum amandum, atque agnoſcere ſe à Deo vſque ad mortem deamatum, ad proſpera huius mundi ſpernenda, & ad nulla eius aduerſa formidanda: nullum eſt ita potens, & efficax remedium, atque exemplum Crucis Chriſti. In hoc ſpeculo videre potes, quanti te Deus fecerit, pro quo ſuam dederit vitam, vt ſi te propter teipſum negligas ſaluare, ſaltem propter eius ſingularem amorem, qui te tanto honore & pretio dignum æſtimauit, teipſum in futurum diligas, à peccato recedas, virtutes tueatis, Chriſtum ipſum vt exemplar propoſitum imiteris, qui nos voluit ſuis vinculis abſoluere, ſuis ſanare vulneribus, ſuo lauare ſanguine, ſua morte ad immortalitatem euehere.

Quanti nos Deus fecerit.

VITTORIO

Arnobii ad calumniã Gentiũ, quod Chriſtiani hominem colant crucifixum, & mortuum elegans, & acuta reſponſio.

Si denique obiiciant, horrendum eſſe, hominem publica ſententia ad crucem adactum colere, aut ſumma religione venerari, aut hominis ita damnati doctrinam recipere. Audiuimus Arnobium acutiſſime, & eleganter reſpondentem li. 1. aduerſus Gentes: *Pythagoras,* inquit, *Samius ſuſpitione dominationis iniuſta viuus concrematus in fano eſt: nũquid ea quæ docuit, vim propriam perdiderũt, quia non ſpiritum ſponte, ſed crudelitate appetitus effudit? Similiter Socrates ciuitatis ſuæ iudicio damnatus, capitali affectus eſt pœna: nũquid irrita facta ſunt, quæ ſunt ab eo de moribus, virtutibus, & officiis diſputata, quia iniuria expulſus è vita eſt? Innumerabiles alij gloria, & virtute, & exiſtimatione pollentes, acerbiſſimarum mortium experti ſunt formas: vt Aquilius, Trebonius, Regulus: nunquid idcirco poſt vitã iudicati ſunt turpes quia nõ publica ſunt turpes, quia non publica lege fatorũ, ſed mortis aſpertimo genere lacerati excruciatiq; perierunt? Nemo vnquam innocens male interemptus infamis eſt: nec turpitudinis alicuius commaculatur nota, qui non ſuo merito pœnas graues, ſed cruciatoris perpetitur ſæuitatem. Et tamen ô iſti, qui hominem nos colere vita functum ignominioſa ridetis; nonne Liberum & vos patrem membratim ab Titanis diſſipatum, fanorum conſecrationi ſpeciatis? Nonne Æſculapium medicamentum repertorem, poſt pœnas, & ſupplicia fulminis, cuſtodem nuncupauiſtis, & præſidem ſanitatis valetudinis, & ſalutis? Nonne ipſum Herculem magnum ſacrificijs, hoſtijs, & thure inuitatis incenſo? quem ipſi vos fertis viuum arſiſſe poſt pœnas, & concrematum in funebribus buſticetis? Nonne illũ Atym Phrygem abciſſum, & ſpoliatum viro magnæ matris in adytis, Deum propitiũ, Deum ſanctum Gallorum conclamatione teſtamini? Nonne ipſum Romulum patrem, Senatorum manibus dilaceratum centum, & Quirinum eſſe Martium dicitis, & Sacerdotibus, & puluinaribus honoratis, & in ædibus adoratis ampliſſimis, & poſt hæc omnia cœlum aſcendiſſe iuratis? Aut igitur ridendi & vos eſtis, qui homines grauiſſimis cruciatibus interemptos deos putetis, & colitis; aut ſi certa eſt ratio, cur id vobis faciendum putetis; & nobis permittite ſcire quibus iſtud cauſis, rationibusq; faciamus.* Hæc ille.

Quos homines grauiſſimis alioqui cruciatib. interemptos ſtultiſſimæ Gentes nihi ominous venerentur & colant.

Quotum ſcripta Prophetarum, atque Sanctorũ crudeliter peremptorum in Eccleſia legantur, attamen ſummum pondus autoritatis habeant.

Poſſet quoque Iudæis obiici exemplum Prophetarum, qui pro religione, & Deo obedientia præſtanda, violentam, & grauem mortem pertulerunt; vt Eſaias ſerra lignea à Manaſſe Rege interfectus fuit: & Ierem. & alii multi; quorum tamen libri Prophetiæ adhuc leguntur in Eccleſia. Omnes fere Apoſtoli Chriſti, acerbiſſimis & grauiſſimis ſuppliciis de medio ſublati ſunt; hodie tamen extant monumenta, & Eccleſiæ, quibus totum orbem illuſtrant, & inflammãt. Et hactenus ſecundæ ſati ſfecimus Ethnicorum, aut etiam Iudæorum querimoniæ.

Diuina Chriſti eiuſmodi myſteria cut ſola fide, non vllo ſenſu, & experientia nitantur.

Iam tertium paucis expediemus. Voluit enim Deus per ſolam fidem promouere nos ad vitam æternam, non vllis demonſtratiuis, aut probabilib. rationibus, aut euidentibus ſyllogiſmis: quia enim falſa ſciẽtiæ promiſſione homo deceptus fuit à Satana, & Dæmoni male data fides quod eſſent futuri, ſicut dij; ideo opus fuit ſine vlla ſcientia, aut euidentia, ſed per viam fidem, & per ſtultitiam prædicationis ad Deum redire. Deinde fides, quia libera eſt, meritum apud Deum habet, & ipſum vehemẽter honorat tanquam ſummam, & primã veritatem: quod ſcientia, & ratiocinatio non habet. Adhæc fides, Dei dictis, & reuelatis nititur, aut quod idem eſt, verbo Dei fulcitur, per quod melius iudicium aſſequimur de rebus, quam rationibus, aut diſcurſib. qui nobis ipſis nituntur: ita vt certior ſit ſalus per fidem quæ Deo nititur, quam per rationes, quæ nobis, & noſtro lumini naturæ innituntur. Hanc rationem attingit infra Paulus, cum ait: *Vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.* Poſtremo fides ampliſſima eſt, & omnes complectitur: qua di at enim Iudæis, & Gentibus, ſapientibus, & inſipientibus, doctis, & paruulis: at rationes, & demõſtrationes pauciſſimi attingũt, eo quod lumen naturæ debile ſit, & mutantes ſæpe reddat; cum fides ſit firma, & conſtans; & per eam omnia negotia tractantur, & perficiũtur humana. Vnde recte Arnobi⁹

II. ratio.
III.
1. *Cor.* 2.
IV. & poſtrema.

libro

Fides conſtare oẽs actiones humanas luculenter oſtendit Arnobius.

libro ſecundo aduerſus Gentes ſub init. de hac fide ratiocinatur, dicens: *Et quoniam ridere noſtram fidem conſueſtis, atque ipſam credulitatem facetijs iocularibus lancinare, dicite ô feſtiui, & meraco ſapientia tincti, & ſaturi potu, eſt ne operis in vita negotioſum aliquod, atque actuoſum genus quod non fide praeunte ſuſcipiant, ſumant, atq; aggrediantur? an terris peregrinamini, nauigatis, non domum vos credentes peractis negotiationibus remeaturos? terram ferro ſcinditis atq; oppletis ſeminum varietate, non credentes vos fruges percepturos vicibus temporarijs? coniugalia copulatis conſortia non futura eſſe credentes caſta & officioſi fœderis in maritos? liberorum ſuſcipitis prolem, non incolumem credentes fore, & per gradus aetatis venturam ſenectutis ad metas? aegritudines medicorum committitis manibus non credentes morbos mitigata poſſe aſperitate leniri? bella cum hoſtibus geritis, non victoriam vos credentes praeliorum ſucceſſionibus relaturos? veneramini deos, & colitis, non credentes illos eſſe, & propitias aures veſtris ſupplicationibus accommodare? Quod illa de rebus ab humana cognitione ſepoſitis, quae conſcribitis ipſi quae lectitatis, oculata vidiſtis inſpectione, & manibus tractata tenuiſtis? Nonne veſtrum quicunque eſt huic, vel illi credit autori? non quod ſibi perſuaſerit quis verum dici ab altero, vel vt quadam fidei adſtipulatione tutatur.* Haec ille, & alia praeclara quae adiungit.

Ad 7. dubitationẽ, Quod: Videte vocationem veſtram, fratres.

Septimae dubitationi reſpondemus, per Vocationem hoc loco Apoſtolum intelligere vocatos, ſicut nomine electionis ad Roma. 11. intelligit electos, cum ait: *Electio autem conſecuta eſt*: nomine etiam tranſmigrationis apud Ierem. & Ezechielem veniunt tranſmigrati; & nomine Circumciſionis intelligimus Iudaeos circumciſos, & per praeputium Gentiles praeputiatos, vbi abſtractum pro concreto ponitur. Eſtque hic alia probatio de Domini prouidentia aſſumpta, qui cruci Chriſti praedicandae aptauit etiam omnia alia, vt tam praedicatores, quam credentes cruci congruerent. Nam contra mundi ordinem primi vocati ſunt omnes pene illiterati, & obſcuri, idiotae, ac piſcatores, contra tria, quę mũdus ſolet magnificare, ſapientiam nimirum, potentiam, & nobilitatem. Vnde mirabantur Sacerdotes de Petri, & Ioannis conſtantia, cum eos agnoſcerent homines ſine literis, & idiotas. Et ſicut inter Hebraeos prius obſcuros, & priuatos vocauit, ita & inter Gentes. Hinc Irenaeus libro ſecundo cap. 34. *Quoniam autem nec hic* (ſcilicet Rex Herodes) *nec ſummi Sacerdotes, nec primi qui praeerant, neque clari de populo accurrerunt ei, ſed è contrario qui erant in vijs mendici ſedentes, ſurdi, & caeci, & à reliquis conculcabantur, & contemnebantur, quemadmodum & Paulus ait: Videte enim vocationem veſtram fratres, quoniam non multi ſapientes apud vos, nec nobiles, neque fortes, ſed quae fuerunt contemptibilia mundi, elegit Deus.* Idem ipſum colligitur ex parabola cœnae magnae, ad quam cum nollent venire inuitati; iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo: *Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & caecos, & claudos introduc huc.* Et ideo recte dixit Hier. in Ionae Prophetae caput tertium: *Difficile homines potentes, & nobiles, & diuites, & multo his difficilius eloquentes credunt Deo*: quod videtur dictum ab Hieronymo, ſpectante adhaec Apoſtoli verba quae etiam paulo ante produxit.

Rom 11. Ierem 1. & ſaepe deinceps Ezech. 1. & paſſim infra

Deo & mũdi quam praepoſtera vocatio & electio ſit.

Act 4.

B. Irenaeus. Quos vocare Dominus dignatus ſit de Iudaeis, teſte Iren.

Matth. 22. Luc. 14.

Luc. 14.

Deo difficile qui credant.

Hier. in ca. 3. Ionae Prophetae.

Videre ergo vos ipſos, qui vocati eſtis, & hanc Dei prouidentiam conijcite, quoniam non multi ſapientes, bene tamen nonnulli, vt Dionyſius Areopagita, & Apollo Alexandrinus, qui erat vir eloquens, & potens in Scripturis, & Nicodemus legis doctor, & Cyprianus. Hinc Chryſoſtomus homilia 5. *Quemadmodum*, inquit, *medicus quiſpiam, ſi me dicam artem eos docere vellet, qui pauca in ea male, & perperam cognoſcerent, non facile doceri paterentur: qui autem nihil ſcirent, hi maxime quae dicerentur, acciperent: ſic hoc in loco vſu venit: indocti magis crediderunt, quippe qui in vltimam dementiam non venerant, vt ſeipſos ſapientes arbitrarentur. Hi namque maxime ſtulti ſunt, qui cogitationibus ſuis quae niſi per fidem inueniri nequeunt, ſe inuenturos pollicentur. Etenim cum faber forcipe ignitum ferrum accipiat, ſi alius id digitis accipere contendat, vltimam illius amentiã coniectabimur: itidem & Philoſophi per ſeipſos huiuſmodi inuenire conati, fidem conquinarunt. Propterea nihil quod quaererent, inuenire potuerunt.* Haec ille.

Sapientes, paucos licet, quos tamen Dominus vocauerit ad fidem. Act. 7. Infra 18. Chryſ. ho 5. ſub init.

Indocti cur magis Deo crediderint, quã docti exẽplũ Chryſoſtomi.

Pauci etiam principes, & potentes vocati ſunt, vt Theophilus Antiochenus, cui B. Euangeliſta Lucas duo volumina ſacra dicauit, & Paulus Sergius Romanus Proconſul. Pauci etiam nobiles, & praeclaro genere nati è quibus Lazarus fuit vnus, & ſorores, & nonnulli alij.

Qui etiam potentes, qui nobiles à Deo electi. Act. 13.

Sequitur: *Sed quae ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi eligit, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quae non ſunt, vt ea quae ſunt, deſtrueret.* Dicuntur ea non eſſe, phraſi Hebraea, quae abiecta ſunt, & nullo in honore, aut pretio habentur: ſicut è contrario ea, quae hominum arbitrio, in pretio, aut veneratione habentur, eſſe dicuntur. Porro Gentes dici poſſunt non eſſe, quia ſine Deo, & ſine fide erant in hoc mundo prae Iudaeis, qui populum Dei electum, & eruditum conſtituebant. Sed quia nimis glorioſus, non dedit

Gentes, more Hebraeo, quo modo non ſint.

Iudaeos Deus quã obrem deſtruxerit.

dit gloriam Deo, & per eos qui non erant, id eſt, Gentiles, deſtructus eſt. Inter Iudęos vero, qui obſcuri, & contemptæ ſortis erāt, præ aliis dicuntur non eſſe, qui nobilitate, aut literis inſignes non erant.

Quomodo eoſdem dicitur confundere.

Deus vero dicitur hos confundere; vt quia ex iis non poterat ſperari ſalus, ad eos homines potius oculos conuerterem, qui eum, vnde eſt vera ſalus, prædicabant. Eſt enim confuſio adducens gloriam, & gratiā, teſte Sapiente. Vt ita nobiles, & potentes, ſapientes huius mundi ſemetipſos proſternant ante Crucem, & ante eos Apoſtolos piſcatores.

Ad VIII. dubium. De carnis gloriatione coram Deo, quā modo negat, modo concedit Apoſtolus.

Vt non glorietur omnis caro coram illo. Vbi ea, quæ octauo loco propoſita eſt diſſoluēda eſt difficultas. Nam videtur hoc loco Apoſtolus omnem amputare rationem gloriandi, cum ait; *Vt non glorietur omnis caro coram illo.* Rurſus videtur concedere in Domino gloriationem: *Qui gloriatur*, inquit, *in Domino glorietur.* Verùm hæc inter ſe minime pugnant. Aliud enim eſt caro, id eſt, homo, nondum reuocatus, & qui vere caro eſt., quoniam quæ ſunt carnis, diligit, & amplexatur. Eſt enim eſſe carnalem in hoc mundo, in quo non eſt aliud, quam concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ; & omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Ideo qui hęret carni, peribit cum carne ipſa pereunte.

1. Ioan. 2. Eſa. 40.

Id: Vt non glorietur omnis caro coram illo, quo modo accipiendum. *Matth. 24. Rom. 3. Pſal. 118. Epheſ. 4.*

Quod vero ait; *Vt non glorietur omnis caro coram illo*: intellige, particulam negatiuam non cadere ſuper nomen, *Omnis*, ſed ſuper verbum tantum, vt ibi; *Et niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret ſalua omnis caro*; & alibi, *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo*, &, *Nō dominetur mei omnis iuſtitia.* Tale eſt illud ad Epheſ. *Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat.* Vbi vides, negationes tantum in verbum cadere, nimirum, procedat.

Pſal. 96.

Sicut ergo carni gloriari in ſe non licet, ita ei, qui Spiritum eſt aſſecutus in Chriſto, licet in Domino gloriari, iuxta illud; *Lætamini in Domino, & exultate iuſti; & gloriamini omnes recti corde*: Et rurſus, *Laudamini* (quod vtique bene operantes merito facere aſſerimus) *in nomine eius*; item Dauid, *In Domino laudabitur anima mea.*. De iſtis vero ait: *Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu*, id eſt, ex ipſo Deo eligente ſtulta, & infirma, vos eſſe nouū accepiſtis in Chriſto Ieſu, & permanetis tanquam palmites in vite. ¶ *Qui tamen factus eſt nobis* (& non tantum vobis: & factus eſt nobis per hoc, quod verbum caro factum eſt) *ſapientia & iuſtitia.* Non quidem formaliter, vt Philoſophi loquuntur, ſed ſenſus eſt, Autor eſt noſtræ ſapientiæ, & iu-

Pſal. 104. Pſal. 33.

Corinthii quomodo eſſent ex Deo. *Ioan. 15.*

Supra 14. Quemadmodum Chriſtus

ſtitiæ. Ita enim explicandæ ſunt ſimiles in Scripturis ſententiæ, vt hæc, *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea*, id eſt; Autor illuminationis, & ſalutis; & illud; *Et in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio, Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris*, nimirum cauſa reconciliationis, & propitiationis. Ita etiam autor noſtræ ſapientiæ quæ per illam eſt, per quā aſſequimur donum iuſtitiæ inhærētis, quo iuſti ſumus coram Deo, & per ipſum habemus ſanctificationem ab omni macula peccati, & redemptionem à captiuitate Satanę, & captiuitatis noſtræ.

factus ſit nobis ſapientia, & iuſtitia. *Pſal. 26.* *1. Ioan. 2.*

Quo rurſus modo, iuxta Bernardum Chriſtus factus ſit nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio. & redemptio. *Rom. 8. Galat. 4.*

Non ignoro, aliis modis poſſe hæc explicari: vt ſapientia ſit in intellectu, iuſtitia in volūtate, ſanctificatio in opere, redemptio in ſtatu. Nam de ſtatu ſeruitutis Satanæ in ſtatum libertatis gloriæ filiorum Dei tranſlati eſtis, ô Corinthii. Beatus etiam Bernardus ſermo. 22. in Cantica Canticorum, in fine, alio modo hæc quatuor explicare videtur. Ait enim: *Dicendum & hoc, quia fruſtra huius ſeculi ſapientes de quatuor virtutibus tam multi diſputauerunt, quas tamen apprehendere omnino nequiuerunt, cum illum neſcierint, qui factus eſt nobis à Deo ſapientia docens prudentiam; & iuſtitia delicta donans; & ſanctificatio in exemplum temperantiæ continenter viuens, & redemptio in exemplum patientiæ fortiter moriens. Forſitan dicit aliquis, Cætera bene conueniunt, ſed ſanctificatio minus proprie ad temperantiam referri videtur. Ad quod reſpondetur primum, id eſſe continentiam, quod temperantiam. Deinde, vſitatum in Scripturis, ſanctificationem pro continentia, ſeu munditia poni. Denique, quid illæ apud Moyſem tam celebratæ ſanctificationes aliud erant, quam quædam purificationes hominum temperantium ſe à cibo, à potu, à concubitu, hiſque ſimilibus? Sed audi ipſum præcipue Apoſtolum, quam familiare habeat vel vti, vel vſurpare ſanctificationem in hoc ſenſu. Hæc eſt, inquit, volūtas Dei, ſanctificatio veſtra; vt ſciat vnuſquiſque veſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione, & non in paßione deſiderij. Item: non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem: Liquet, quod ſanctificationem pro temperantia ponit. Educto itaque in lucem, quod ſub obſcurum vobis videbatur, redeo ad id, vnde digreſſus eram. Quod vobis cum virtutibus, qui Dei virtutem Chriſtum ignoratis? Vbinam quæſo, vera prudentia, niſi in Chriſti doctrina? vnde vera iuſtitia, niſi de Chriſti miſericordia? vbi vera temperantia, niſi in Chriſti vita? vbi vera fortitudo, niſi in Chriſti paßione? Soli ergo, qui eius doctrina imbuti ſunt, prudentes dicendi ſunt: ſoli iuſti, qui de eius miſericordia veniam conſecuti ſunt: ſoli temperantes, qui eius vitam imitari ſtudent: ſoli fortes, qui eius patientiæ documenta fortiter in aduerſis tenent. Incaſſum proinde quis laborat in ac-*

Sanctificatiō quomodo. vt ille ait, ad temperantiam referri poſſit.

1. Theſſ. 4. Ibidem.

Soli qui prudentes, iuſti, temperantes, & fortes ſint.

quiſitione

quiſitione virtutum, ſi aliunde eas ſperandas putat, quam à Domino virtutum, cuius doctrina, ſeminarium prudentiæ: cuius miſericordia, opus iuſtitiæ, cuius vita ſpeculum temperãtiæ: cuius mors inſigne eſt fortitudinis, Aliter etiam, & ſimpliciter explicat hanc ſententiam Nazianzen. orat. 3. de Filio.

Gregor. Nazian.

Quid in Domino gloriari. *1.Cor.4. Ierem.9.*

Ieremiæ locum Apoſtolus quam fideliter protulerit.

Ideo recte concludit: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. Non in his, quæ carnis ſunt, nec in ſemetipſo, quaſi nõ acceperit. Quod vero Ieremias capite nono ſcripſit: *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam in terra, &c.* non videtur continere ſententiam, quam textus Pauli exprimere conatur. Sed ipſe Apoſtolus Spiritu Dei plenus interpretatus eſt nobis hunc locum, & potius ſecutus eſt ſenſum, quam vèrba, vt aliàs feciſſe pluries comprobatum reliquimus. Et cum dixit, ſua, & in ſuis, ſatis oſtendit, gloriationem excludi in ſuis bonis, quæ ex nobis habemus, & admittit gloriationem in Domino, cuius ſunt ſapientia, & iuſtitia, & reliqua dona, quibus ſalutem conſequimur. Illud vero quod ait: *Scire, & noſſe me*, non intelligas de nuda aliqua, & ſpeculatiua notitia, ſed de ea, quæ coniuncta eſt cum affectu probationis, & amore charitatis: ita enim verbum agnoſcendi & ſciendi accipi ſolet, cum perſonis ipſis coniungitur, vt latius alibi exemplis multis de Scriptura petitis confirmaui. Et circa illud: *Vt quemadmodum ſcriptum eſt*, aduertendum, familiarem hunc eſſe, & frequentem in Paulo modum producendi teſtimonia ex ſacris literis, quaſi illæ ſolæ fuerint dignæ, quæ ſcriberentur. Et ſimpliciter ſcripta, vel ſcripturas Dei ſignat, vt ſupra; *Scriptum eſt enim, Perdam ſapientiam ſapientium*: & bis capite ſecundo. *Sed ſicut ſcriptum eſt, Quod oculus non vidit*. Et in fine capitis, *Sed ſicut ſcriptum eſt, Quis enim cognouit ſenſum Domini?* & capite tertio iuxta finem: *Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum*. Hæc de primo capite.

Quid iuxta Ieremiã gloriari, ſcire, & noſſe Deum.

Li.1 diſpu. in Paulum part.2.

Quare Paulus ſacra proferens teſtimonia, dicere ſoleat. Sicut ſcriptum eſt. *Eſa 29. Infra 64. 1.Cor.2. Eſa.40. Iob.5.*

(?)

TRACTATVS IV. IN CAPVT SECVNDVM PRIORIS AD CORINTH.

In illa verba: *Et ego cum veniſſem ad vos fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, & ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos. Et ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus.* Et reliqua in finem capitis.

NON ſunt in hoc capite multę dubitationes, neque magni momenti: ne tamen nihil dicamus, quęritur in primis, quo modo hæc cohæreant cum pręcedentibus. Reſpondemus, maxime congruere hæc cũ illis, quæ præcedunt. Cum enim dixiſſet: *Nõ enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare*, explicat iam, quomodo eis euangelizauerit. Cum enim veniſſet ad eos poſt prędicationem in Macedoniam, & Athenis, tunc euangelizauit, vt habes Act. 18. Suiq; exemplo declarat Chriſtianæ virtutem prędicationis nõn eſſe ſitam in picturato ſermone, & inflatis humanæ ſapientiæ verbis, quę tum à pręceptis Rhetorum, tum à Philoſophia, hoc eſt, à ſapientia mundi huius, promanant. Illa enim ſapientia creaturas contemplatur, in quibus parum profecit, mundus: ſed ea ſimplicitate teſtimonium Chriſti annuntiauit, vt indicaret ſe inter eos nihil aliud nouiſſe, niſi Ieſum Chriſtũ, & hunc crucifixum. Nam vt ait Hieronymus ad Damaſum in expoſitione Viſionũ; Melius eſt vera ruſtice, quam falſa diſerte proferre. Et timendum eſt ab eleganti, & culta oratione hæreticorum: nam eloquẽtiæ tumore inflatus Tacianus, nouam condidit hæreſim, quæ Encratiſtarum dicta eſt, vt teſtis eſt Hieronymus lib. de viris illuſtr. Et Neſtorius vir vocalis, & facundus fuit, in dicendo promptus, & facilis, vt tradit Hiſtor. Tripart. libr. 12. cap. 4. quia vt Cicero eleganter dixit; *Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur.*

Hæc quã apte ſuperioribus connectantur.

Chriſtianæ virtus prædicationis in quo iuxta Apoſtolũ minime conſiſtat.

B. Hieron.

Elegans & cultus ſermo hæreticorum merito ſuſpectus.

M. Tull. in proœmio Paradoxorum.

Deinde dubium eſt, quomodo concionator Euangelicus debeat tantum ſcire Ieſum Chriſtum; & hunc crucifixum; cum hodie ad prædicationis miniſterium nõ ad-

I. dubium.

mittantur,

mittantur, niſi qui præter humanas literas, ac linguarũ peritiam, philoſophiæ curriculum abſoluerent, & ſcholaſticam Theologiã per plures annos diſputando attigerint Adhæc quid eſt: *Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum?* Nũ quid Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis non audierant? nonne Chriſtus mortuus eſt ſecundum Scripturas, & ſepultus, & quia reſurrexit tertia die, vt habes inferius capite 15.?

Secundum 1.Cor.15.

Primi dub. Solutio. Concionatori Euangelico, iuxta Apoſtolum, an ſatis ſit prædicare Chriſtum, & hunc crucifixum.

Dicendum eſt ad primum, nobis ſatis eſſe ad ſalutem, Chriſtum crucifixum eſſe ſine aliis diſciplinis humanis, ſine arte oratoria, aut linguarum peritia, an Philoſophorum ſcientia, aut palæſtra ſcholæ Theologicæ: ad prædicandum tamen Chriſtum, eiuſque doctrinam aliis comprobandam, multa nunc eſſe neceſſaria, quæ Apoſtolorum tempore non erunt. Voluit enim illos ſine humanæ eloquentiæ viribus Chriſtum euangelizare, vt mundus agnoſceret Chriſti vim, & potentiam ad credendum perſuadentem, trahentemque. Humanæ etiam diſciplinæ multum cõferunt ad recte, & ſapienter ea, quę Chriſti ſunt, tradenda, & explicanda; nec opus fuit ſemper Chriſtũ miracula ad credendum operari.

Quid prædicare Chriſtum crucifixum. Rom. 6.

Et ſub nomine crucifixi, omnia quæ Fidei ſunt, Apoſtolus complectitur, non tantum quæ Crucẽ præcedunt, ſed & quæ ſubſequũtur. Et maxime in Cruce diſcimus veterem hominem noſtrũ ſimul crucifixum eſſe, vt deſtrueretur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. Ita enim huic argumento reſpondit Auguſtinus lib. de Fide, & operibus, ca. 10. Intelligе ergo non tantum doctrinam verbi, & Fidei dogmata, verum etiam vitæ, & nouum exemplum nos habere in Chriſto crucifixo, ſi attente, & ſpiritualibus oculis in illo tanquam lib. de cœlo ad nos miſſo legerimus. Hinc eſt, quod Indi & Chaldæi Crucem; משכל, hoc eſt, eruditionem, & intellectum vocant, prætérquam Paulus nihil aliud ſe ſcire profitebatur: eſtque vt arbor illa in medio paradiſi plantata, ſcientiæ boni & mali.

D. Aug. to. 4. ſub init.

Quod vero ait *Nihil enim iudicaui me ſcire*, attende: Doctor iudicat ſe ſcire ea, quæ eſt paratus in alios effundere; nam ſcientis eſt poſſe docere. Ea vero neſcire dicitur, quæ cum aliis cõmunicare non vult, etiamſi ille ſibi quidem ſciat. Ita enim Dominus dixit ſe neſcire de die illa iudicii, quia non erat paratus aliis reuelare: & ita diem iudicii neſciuit vt magiſter, ac doctor. Ita enim illud intelligimus: *Quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis*, id eſt, Quæcunque audiui ad manifeſtãdum vobis. Et Comicus hanc phraſim minime ignorauit: *Tu edepol*, inquit *ſi ſapis; quod ſcis neſcies, &c.*

Ad ſecundum dub. Paulus qui dicat: Nihil iudicaui me ſcire &c. Matt. 24. Diem iudicii Chriſt' quomodo neſcierit. Ioan. 15.

Ter in And.

Adiecit: *Inter vos*: Nam quantum ad alios ſpectabat, oſtendit ſe multo plures nouiſſe Nam diſputauerat cum Stoicis, & Epicureis Act. 18. quo fidem reſurrectionis conſtabiliret. Produxit Arati ſententiam, qua eos à ſimulacrorũ cultu abduceret. Diſputauit & de Ara Ignoti Dei, vt inde ſumpta occaſione euangelizaret illud Ieſum Chriſtum crucifixum; quod eſt perinde ac ſi dixiſſet, teſte Gregorio in Ezechielem: quia vos capere diuinitatis eius myſteria nõ poſſe penſaui, ſola vobis humanitatis eius infirma locutus ſum. Et ſane, vt quidem ſubruſtice, ſed vere dixit:

Expenditur illud: Nihil iudicaui me ſcire inter vos. Act. 17 & ſeq. Ibid. B. Greg ho. 9. circa fin. to. 2.

Hoc eſt neſcire, ſine Chriſto plurima ſcire.
Qui Chriſtum bene ſcit, ſatis eſt, ſi cætera neſcit.

Sane Paulo obiiciebant Corinthij, quod eſſet imperitus ſermone. Elegans autem eſt artificium, & plane rhetoricum, quæ nobis obiiciunt aduerſarii, ſic ab eis extorquere, vt cauſam noſtram adiuuent, & promoueant.

Chriſtum ſciens, quãtum ſciat. 2.Cor. 11. Pauli artificium.

Tertio dubitatur, quomodo fuerit in infirmitate multa, qui ſigna edebat admiranda; & quomodo item in tãto timore, & tremore tantus Apoſtolus, in quo Chriſtus viuebat, & qui in Chriſto ſe confirmante omnia poterat. Qui etiam ait: *Sermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus, & virtutis*: quæ inquam eſt iſta oſtenſio Spiritus, & virtutis: quia non vno modo ab omnibus accipitur?

Tertium dub. Gal. 2. Phil. 4.

Reſpondeo primo, Paulum probare ſe non veniſſe in ſublimitate, ſed in infirmitate: quia Deus elegit infirma, vt confundat fortia: quemadmodum prædicabat Chriſtum ad Crucem vſq; infirmatum. Et quãquam eſſet potentiſſimus Chriſti miniſter orabat tamen, & flebat frequenter, & vrebatur zelo Dei, & ea, quæ tremoris ſunt in corpore, & timoris in anima, patiebatur propter maximas turbationes Corinthi à Satana, & miniſtris eius excitatas, vt opus fuerit, Chriſtum illi apparere, & dicere; *Noli timere; ſed loquere, & ne taceas. Propter quod ego ſum tecũ, & nemo apponetur tibi, vel. Nemo te adorietur, vt noceat te.* Et ſubiungit de perſecutione in Paulum, pręſente Gallione Achaiæ præſide, vt habes Act. 18. & alio loco dixit, *Foris pugnæ, intus timores*, ſcilicet ob falſos fratres, qui magis officiebant Chriſti ouibus, quam hoſtes aperti.

Apoſtolus quomodo ait ſe fuiſſe in infirmitate multa timore, & tremore apud Corinthios, tantus ſ. miraculorũ opifex.

Timor, & tremor in quo differant. Act. 18. Paulus in Macedonia, vt ipſe teſtatur, quos pateretur intus timores. 2.Cor. 7.

Et ſermo (inquit) *meus* (ſcilicet priuatus, & familiaris) *& prædicatio mea* (ſcilicet publica *non* (fuit) *in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis* Siue exquiſitis, & aptis ad perſuadendum,

Pauli ſermo, & prædicatio cur perſuaſoriis non eſ-

ſet humanæ ſapientiæ verbis.

quæ humanæ ſapientia ſuppeditat. Nam quia Corinthii erant dialectici, & ſtudiis eloquentiæ & philoſophiæ dediti, noluit apud illos vti diſputatione, ne noua aliqua philoſophia introduci videretur. ¶ *Sed in oſtenſione Spiritus & virtutis.*

Cur vero in oſtenſione Spiritus & virtutis.
Luc. 2.
Mat. 10.

Quod dupliciter poſſumus interpretari. In oſtenſione Spiritus; qui per me loquebatur, ſicut Chriſtus promiſerat, *Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri*; &, *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.*

Alter ſenſus.

Alius ſenſus eſſet in oſtenſione Spiritus id eſt, in vaticiniis Scripturarum, quæ certiſſimæ ſunt autoritatis. Sed prior ſenſus magis quadrat prædicationi factæ ad Gentiles, poſterior vero illi factæ ad Iudæos qui a Scripturas acceptabant, & illi poterãt reuinci. *In oſtenſione etiam virtutis*; Id eſt, potentiæ ſignorum, & prodigiorum, quibus prædicata confirmabat. Vnde de Apoſtolis dicitur, illos profectos prædicaſſe vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante (per Spiritum ſanctum loquentem, & Scripturas, vbi opus erat, producentem ſequentibus ſignis.

Quid etiam: In oſtenſione virtutis.
Marc. vlt.

Orig. prope init. to. 2.

Origenes libr. 1. contra Celſum ita videtur interpretari. Ait enim: *His adijciendum, diſciplinam noſtram habere quandam demõſtrationem propriam, diuiniorem, quam ſint Græcorũ demonſtrationes, quam Apoſtolus nominat demõſtrationem Spiritus, & virtutis, vtpote Spiritu per prophetias fidem adſtruente ijs, quæ de Chriſto feruntur, virtute vero per prodigia, quæ facta credimus.* Hæc ille.

Explicatur hoc: Vt fides veſtra non ſit in ſapiencia hominum, ſed in virtute Dei.
Idem init.

Addit Paulus: *Vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.* Id eſt; Non habeat fides Dei humanum ſermonem, ſeu ſapientiam humanum, cui tamẽ nititur, ſed diuinam Spiritus namque erat, qui per eos loquebatur, & faciebat prodigia ad confirmationem eorũ, quæ ab Apoſtolis de Chriſto dicebantur. In quæ verba rurſus Origenes libr. 6. contra Celſum ſcribit: *Hæc verba quid aliud ſibi volunt, quam non ſatis eſſe vt verum ſit, & natũ ad mouendos animos hominum, quod diſcimus, niſi doctori diuinitus cõceſſa ſit vis quędã, & dictis eius adſit gratia cœleſtis energia.* Et cõfirmat teſtimonio Dauidis: *Dominus,* inquit, *dabit verbũ euangelizantib. virtute multa.*

Pſal. 67.
Oec. c. 1.

Recte etiam hoc loco Oecumenius ait; *Et enim ſi per humanam fuiſſet ſapientiam, ſuſpicio fortaſſis haberi potuiſſet quod per eloquentiam ſuperaſſet: nũc vero cum per ſigna ſit, & virtutes, certitudinem conciliat fidei. Siquidem demonſtratio, quæ per opera eſt, & ſigna; firmior eſt ea, quæ ex verbis producitur.*

Theophylacto quænam ſapiẽtia hominum.

Theophylactus vero ſapientiam hominum, eloquentiam interpretatur, & vim perſuadendi, Rhetoricam, potentiam autem Dei, ſignorum demonſtrationem.

Contra Marloratum hæreticum hũc locum Apoſtoli ad Patres in Concilio congregatos impie detorquentem.

Falſum autem eſt, quod Marloratus Caluiniſta ex hoc loco colligit contra Catholicos, qui per Conciliorum, & Patrum decreta Scripturas interpretantur, quaſi Fides ſit in ſapientia hominum poſita, & nõ in ſapientia Dei. Sed iſta vulpes homines vocat patres ſanctiſſimos, qui in Concilio cõgregati dicere poſſunt cum Apoſtolis: *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis*, in quib. & per quos Deus nos eſt allocutus, & per Apoſtolos, etſi maxime homines eſſent.

Act. 15.

Quartum dub. Quã ſapientiam Apoſtolus inter perfectos loquẽbatur: inprimiſque quo tendat

Quarto ambigitur, quæ ſit illa ſapientia, quam inter perfectos loquebatur, & quam nullus principum huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, inquit, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent: & quorſum hęc producat Apoſtolus. Reſpondeo: ne ex Pauli verbis dicentis: *Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtũ, & hunc crucifixũ*, colligeretur nil aliud, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum; & conſequenter ne Apoſtolica prædicatio in hoc ſolum videretur conſiſtere, nec de ſummis cauſis poſſe diſſerere, & rationes in mediũ proferre, quod tamẽ eſt ſapientiæ proprium, ſubiungit: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos*, id eſt, inter eos: qui in Chriſto non ſunt paruuli, ſed confirmati in illo, & cõſummati, quibus iam mundus crucifixus erat, & ipſi viciſſim mundo.

Perfecti quinam Apoſtolo.
B. Dionyſ. Areop.

Quidam autem perfectos vocant, nõ tãtum baptizatos, ſed etiam chriſmate cõfirmatos, qui olim perfecti dicebantur, vt ait Dionyſius capite. 4. Eccleſ. Hierar. circa finem: *Sed & ipſi,* inquit, *qui ſacratiſſimos regenerationis myſterio conſecratur, aduentũ ſancti Spiritus conſummans inunctio largitur vnguenti.* Et Irenæus: *Sapientiam loquimur inter perfectos, dicens perfectos eos qui acceperũt Spiritum ſanctum, & omnibus loquuntur linguis per Spiritum Dei, quemadmodum & ipſe loquebatur.* Hæc ille.

D. Iren. li. 5. c. 6.

Quorum nemo ſapientium huius ſeculi cognouerit ſapientiam in myſterio abſconditam.

Hanc autem ſapientiam, quam prius ſtultitiam dixerat, declarat non eſſe huius ſeculi, aut principum huius ſeculi, quæ colligitur ex his quæ videntur, & per ſe nullum bonum confert, niſi ſeculare: ideo principes, & ſapientes huius ſeculi vocantur, vt ſunt Philoſophi, quorum ſapientia cum ipſis interit, ſicut eius finis, qui eſt mũdi gloria, aut voluptas, aut alia mundana, & momẽtanea bona. Et ait: *Qui deſtruuntur, vel abolentur*: quia Platonem, & Ariſtotelem, & cæteros eminentes homines in ſapientia, vt Philoſophos, Poetas, & Oratores, omnes interiiſſe iam nouerat. Ante enim dixerat ex Eſaia

Illi ſapientes, ac principes quomodo deſtruantur.
1. Cor. 1.
Eſai. 29.

Perdam

Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

Loqui ſapientiam in myſterio abſconditā quid.

Subdit: *Sed loquimur ſapientiam in myſterio abſconditam.* Hoc eſt, notis, & ænigmatibus deſignatam, & inuolutam, ad quam niſi accedat fides notarum, & ænigmatum detectrix, nemo agnoſcere vlla ratione poſſit. Vel, myſterium, vocat verbi Dei incarnationem, in qua veluti deliteſcit: quod rectè myſterium appellatur, quoniam continet arcanum eorum, quod lumine naturali reprehendi non valet, hoc eſt, integra, & perfecta Dei ſapientia. Quæ abſcondita erat, quia in ſe non appatebat, ſed contecta erat ſub vaſe fictili carnis. Vnde & Deus abſconditus dicitur ab Eſaia, & theſaurus abſconditus in agro in Euangelio, etſi in effectis magnificis, & admirandis interdum ſeſe prodat, ac manifeſtet: & Paulus aſſerit de ea in Chriſto deliteſcente; In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi.

Hæc ſapientia quæ fuerit abſcondita. *Eſai.* 45. *Mat.* 13. *Coloſ.* 2.

Et ſubiungit, hanc ſapientiam prædeſtinatam, ſeu præfinitam ante ſecula, in gloriam noſtram. Non quidem prædeſtinata eſt vt eſſet, quæ ab æterno fuit, æternorum enim nulla eſt prædeſtinatio, ſed vt eſſet in carne, ſiue ad gloriam noſtram, id eſt, Apoſtolorum, qui eam prædicamus, & ad gloriam humani generis, quod per eam è tenebris peccati, & ignorantiæ emerſerit ad gloriam æternæ vitæ participandam.

Eadem ſapientia cur prædeſtinata dicitur in gloriam noſtram.

Porro, *Ante ſecula*, prædeſtinatā dicitur hæc Dei ſapiētia. quia eſt initium virtutum Dei iuxta illud, *Dominus poſſedit me initio viarum ſuarum.* Fuit etiam primum, & præcipuum, quod Deus voluit, & probauit inter omnia opera ſua, vt ſe dignum, & propter quod reliqua ſunt condita. Non ergo prædeſtinata fuit in redemptionem noſtrā per ſe, ſed in glorificationē noſtrā: vnde etiam non exiſtente Adæ peccato, vt quidam ſentiunt, veniſſet Chriſtus: quia vero interceſſit peccatū, etiam redemptionem noſtram mirabili modo operata eſt diuina ſapiētia.

Prædeſtinata etiam cur ante ſecula. *Iob.* 40. *Prou.* 8.

Quare in gloriam, non in redemptionē noſtram dicitur prædeſtinata hæc ſapientia.

In eo vero quod dixit de hac ſapientia: *Quam nemo principum huius ſeculi cognouit*, dubium ſurgit, qui poteſt hoc eſſe verū; cum Dominus dixerit; *Nunc autem & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum*; & agricolæ videntes filium, dixerunt; *Hic eſt hæres, venite accedamus eum.* Reſpondent quidam, per principes huius ſeculi, dæmones eſſe intelligendos. Quaſi vero dæmones non certius agnouerint Chriſtum eſſe Dei ſapientiam & in gloriam noſtram præfinitam: vnde nō ſinebat dæmonia loqui, quia ſciebāt ipſum eſſe Chriſtum, & rurſus, *Quid nobis, & tibi Ieſu, Fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos?* ob hoc enim quia ſciebant, conceperūt dolorem, & pepererunt iniquitatem. Tertullianus lib. 3. aduerſus Marcionem, cum explicuiſſet hæc verba de dæmonibus, qui vocantur principes, & mundi rectores tenebrarum harū (ſicut & Ambr.) poſtea tamen illud ipſum deſerit, & interpretatur de archontibus, id eſt, de Herode, & Pilato, & de aliis principibus Sacerdotum, & Phariſæis, qui ſapientia ſua mundum regere videbantur. Hunc etiam ſenſum conſectantur Chryſoſtomus cum ſuis, hoc eſt, Theophylacto, & Oecumenio, atque Theodorito, & ita accipiendum eſſe docent.

Eādem ſapientiam nemo principum huius ſeculi quam vere dicitur cognouiſſe. *Ioan.* 15. *Mat.* 14. Prima ſolutio, ſed inepta. *Luc.* 4. *Mat.* 8. *Pſal.* 7. *Tertull. loquens de prima epiſ. tom.* 2. *Epheſ. vlt. B. Amb. t.* 3. *Chryſ. homil.* 2. *Theophyl. Oecum.*

Quare ſi cognouiſſent, nūquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Si enim cognouiſſent futurum Crucis ſplendorem, futuramque ex ea orbis ſalutem, vt vere poterant, ſe per fidem De humiliando, & ſigna admiranda, quæ Dominus edebat, canendo. Si etiam nouiſſent Pontifices, vrbem ſuam futuram aliquando Romanis in prædam, magnum quoq; dedecus, & infamiam, quæ illos conſecutura erat ex cæde Meſſiæ ad Iudæorum præcipue ſalutem deſtinati, nequaquam Chriſtum morti adiudicaſſent.

Principes huius ſeculi ſi cognouiſſent, quare Dominum gloriæ non crucifixiſſent,

Dominum autem gloriæ Chriſtum vocat, quem paulo ante ſcandalū, & ſtultitiam nominauerat. Et rectè Dominum gloriæ, id eſt, eum, per quem omnes gloriam erant adepturi.

Quis ille Dominus gloriæ, & cur ita nominetur 1. *Cor.* 1.

Quinto in illis verbis: *Sed ſicut ſcriptum eſt, Quod oculus non vidit*, & cætera, primum dubium exurgit, quid ſignificet particula, *Sed*, aduerſatiua, & cui rei aduerſetur: dupliciter reſpondemus, primum, particulam. Sed, aduerſari illi, ſcilicet, nemo principum huius ſeculi cognouit: alioqui pēderet clauſula, & eſſet ſermo eclipticus. Deinde ſine eclipſi poſſet ita intelligi: loquimur ſapientiam non huius ſeculi, ſed illam, de qua ſcriptum eſt; *Nec oculus vidit, nec auris audiuit &c.*

Quintum dubium: Quorſum hæc particula aduerſatiua, Sed ſicut ſcriptum eſt. *Eſai.* 64. Alter ſenſus.

Secundum dubium eſt, ad quid producitur hic loc⁹; & an iuxta Septuaginta an iuxta Hebræa exemplaria? Dicendum eſt, Apoſtolū per hoc probare velle, quod principes huius mundi non potuerint cognoſcere ſapientiam hanc, ſiue gloriam. Deinde reſpondemus, non haberi præcisè hæc verba neque apud Septuaginta interpretes, neque apud Hebræa exemplaria. Aiunt enim Septuaginta: *A ſeculo non audiuimus, neq́; oculi noſtri viderunt præter te, & opera tua, quæ facis expectantibus miſericordiam tuam.* Hieronymus vero ex Hebræo fonte ita interpretatus eſt; *A ſeculo non audierunt, neq; auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus abſq; te, quæ præparaſti expectantibus te.* Quare reſpondendū eſt,

Illud Eſaiæ Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. cur nō proferat Apoſtolus. Iuxta ne Hebræum an iuxta Septuaginta, an ſecus producatur hic locus.

eſt, Apoſtolum ex neutra interpretatione hoc ad literam teſtimonium protuliſſe, ſed eandem ſententiam ſuis eſt verbis complexus, vt alias in more habet.

De hoc Eſaiæ teſtimonio quid ſenſerint nonnulli, ſed falſo.

Orig. circa med par. 2.

Vnde miratus ſum, quod Origenes homil. 35. in Matth. ſcribat nonnullos hanc epiſtolam reieciſſe, vt ſuſpectam, eo quod in nullo regulari libro hoc poſitum inueniatur, niſi in ſecretis Heliæ Prophetæ: miraturque hanc epiſtolam fuiſſe quaſi adulterinam refutatam: *quod ad aures*, inquit, *meas nondum peruenit*. Sed certe nouum non eſt, Paulum ſenſum potius, vt dixi, quam verba producere.

Quare oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderũt, quæ pręparauit Deus diligentibus te.

Docte autem loquitur Apoſtolus: Ex duobus enim viſus, & auditus ſenſibus notitiam acquirimus, ac diſciplinas: & oculis propria inuentione nos agimus ad ſciẽtias, aure autẽ audimus ab homine doctore; & magiſtro hanc ſapiẽtiam, & gloriam, vt intellectus eam capere poſſit. Doctum etiam ſe prodidit in eo quod ſubiicit: *Nec in cor hominis aſcenderũt.* Nam illa quæ naturali modo intelligũtur per aſſenſum à ſenſibus exterioribus veniũt ad ſenſum communem, inde ad phantaſiæ, & cogitatiuæ facultates vſque ad mentem per organa intermedia aſcendunt, donec fiat pura intelligentia phantaſmatibus per intellectum depurgatis. Ita Chriſtus dixit: *Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra?* Idem apud Ioannem de hac eadem gloria, quæ eſt Dei Patris ſapientia: *Neque vocem eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem vidiſtis.* non enim eſt oculis viſibilis, aut auris ſenſu perceptibilis, quia nullum edit ſonũ. At doctrina Dei, quę nobis infunditur, deſcendere potius dicitur, quam aſcendere, iuxta illud fratris Domini; *Omne datum optimum, & omne donum perfectũ deſurſum eſt, deſcendẽs à Patre luminũ,* circa Textum illum: *Et in cor hominis non aſcẽdet, quæ præparauit Deus,* aduerte Græce legi: ϗ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη ἃ ἡτοίμασεν Θεὸς: & conuerti poſſe, *Et in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparauit,* vt legit Hieronymus ad Ruffinũ: & vertit noſter interpres: *Aſcendet*, Nam Attici nominatiuos pluralis numeri neutrius generis cum verbis conſtruere conſueuerũt ſingularib⁹. Vnde paulo inferius hanc eandem phraſim Atticam ſeruauit interpres, cum dixit: *Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi.*

Luc. vlt. Ioan 5.

B. Hieron.

Explicatur Hebræa veritas: A ſeculo non audierũt, neque aurib. perceperunt.

Hebræa vero: *A ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt.* Hoc eſt, ab hominibus ſeculi per lumen naturæ non eſt nobis conceſſum, vt agnoſcere poſſimus autorẽ gloriæ Chriſtum, qui ſit ſalus, & ſpes, ſiue expectatio noſtra, ſummaque, atque æterna felicitas. ¶ *Oculus non vidit, Deus abſque te, quæ facies expectantibus eum*: hoc eſt, abſque tui magiſterio, & reuelatione. Vel ſi legas, pręter te, intellige illum ſolum ſciuiſſe, & cognouiſſe, quæ præparauit Deus expectantibus eum. Vbi perfecta eſt Patris & Filii diſtinctio. Et pro verbo, quo vtitur Paulus, Hebræa habent, expectantibus, vel ſperantibus eum. Facit ergo Propheta apoſtrophẽ ad Deum, quaſi dicat, Magna tu Domine præparaſti ſperantibus in te. Vbi Chriſtum Deum aperte inſinuat. Et Apoſtolus, pro illis verbis; A ſeculo non audierunt, nec auribus perceperunt, oculus non vidit, & cætera, tantum dixit: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.

Quid item Oculus nõ vidit, De⁹ abſque te, quæ facies expectantibus eum.

Teſtimonium Chriſti diuinitatis.

Qui ſequũtur autores de hoc Prophetiæ loco quid ſentiant.

B. Dion. Areop. in Eccleſ. Hierar. ca. 7 p. 3. ſub init.

B. Ambr. tom. 5.

Cle. Alex. tom. 1.

Hic locus à B Dionyſio, & Ambroſio in precatione ſecunda præparante ad Miſſam in fine, ad felicitatem beatorum, id eſt, bonorũ, quæ præparauit electis, refertur. Clemens quoque Alexandrinus in Pædagogo capit. 6. libri ſecundi eodem modo accepit: nam illud: *nec auris audiuit*, interpretatur: *Præter illam ſolam, quæ in tertium cœlum rapta eſt, ſed illud quoque ſilentio abtegere iuſſus eſt.* Sic etiam Bernardus ſermone quarto in Vigilia Natalis Domini, circa finem, & ſermon. 12. in Cantica ſub initium. Et Ambroſius hoc loco putat reddi rationem dictorum, quod in aduentu ſuo ad nos ediderit ſigna mirabilia, quæ ſunt ſuper hominum captum, & expectationem.

Cuius auris audiuit bona à Deo ſe diligẽtibus præparata.

2. Cor. 12.

B. Bernar.

Ambr. to 5.

Sextum dubium, & hoc multiplex.

Sexto dubitatur circa illud: *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuũ*; quorſum hæc dicat, ita vt ſuperiorib. cohæreant; & quorſum ait: *qui & ſcrutatur omnia, etiam profunda Dei*; & quorſum ſubiungat: *Quis enim hominum ſciat, quæ ſunt hominis, &c.* nunquid enim homo videt habitus, & ſciẽtiãs, & proprios ſuæ mentis conceptus, quos firmat? Dubitatur etiam, an ſolus homo videat ſuæ mentis conceptus, an etiam Angeli, & dæmones, vt quibuſdam videtur.

Quænam huius dicti ratio: Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum.

Primum dubium ſoluimus, dicendo, Apoſtolum per Antiphoram reſpondere ſibi ipſi. Nam ſi quis diceret; Si gloriæ huius nulla eſt notitia, quid ergo fruſtra laboramus, quo eã adipiſcamur? Reſpondet; Nobis Apoſtolis, & ſummis prædicatoribus, per quos alii erant erudiẽdi, reuelauit Deus per Spiritum ſuum, qui locutus eſt per Prophetas, & in principio Eccleſiæ locutus eſt per Apoſtolos, poſtremo per omnes ſuos legitimos miniſtros loquetur. Et dum ait, *Deus nobis reuelauit*, videtur alludere ad raptum ſuũ, in quo audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui: vt ſuperius ex Clemente produximus.

Quando reuelauerit.

2. Cor. 12.

Spiritus ſanctus cur dicitur à Paulo ſcrutari omnia, etiam profunda Dei.

Addit, Spiritū ſcrutari omnia, etiam profunda Dei; ad tollendam omnem dubitatiōnem, quomodo ſcilicet hic Spiritus omnia ſcire poſſit. Et ideo ex hoc etiam loco aperte probamus Spiritum ſanctū Deum: tum quia Spiritus Dei dicitur, vt ſit Deo intimus, ſpiritus enim ex intimis eius, qui ſpirat, venit. Eſt enim perſona diuina, de qua: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis qui à Patre procedit; ille teſtimonium perhibebit de me.* Cum ergo ſit Deus, & non ſit alius Deus præter vnum, & ſit alius à Patre, & Filio, erit alia perſona. Vnde dixit: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti.* Tum quia dicitur Spiritus hic ſcrutari profunda Dei, id eſt, quæcunque Dei ſunt, etiamſi altiſſima, & nobis inacceſſibilia videantur: non enim profunda Dei eſſent, ſi à nobis poſſent cerni, & perſcrutatione comprehendi. Quod ſi profunda Dei ſcrutatur Spiritus; ergo eius videndi facultas obiectum ipſum quod videt, adæquat: at hic eſt Deus. Quis autem perfecte videre poteſt cuncta perſcrutans, quæ ſunt illis etiam profunda, niſi ſit pariter Deus? Cum audis, Spiritum Dei ſcrutari omnia, recte intellige: non enim ex ignoratione, vel ex curioſitate, vt nos dicimur ſcrutari, ſed tanquā delicias capiens ex huius rei cōtemplatione, cum omnia cognoſcat, atque intelligat.

Ioan. 15. & Infra 16.

Idem Spiritus à Patre & Filio, quod ſit alia perſona.

Mat. vlt.

Scrutari profunda Dei quid.

Spirit⁹ ſanctus profunda Dei quomodo ſcrutetur.

Ad illud vero: Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis? reſpondemus, Apoſtolum certo exemplo probare quæ dixerat, Spiritum Dei ſcilicet noſſe omnia quæ Dei ſunt, vt nequaquam egeat ipſe reuelatione, cui nihil eſt reuelatum, ſed ipſe potius aliis reuelet. Vt enim quæ ſunt hominis (videlicet interioris, vt Græca litera articulo ſuo ſatis indicat, hoc eſt ſecretos hominis conceptus) nemo nouit niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo homine: ita nemo nouit quæ ſunt Dei, videlicet in eo deliteſcentia, & abſcondita, niſi ipſemet Spiritus Dei, qui ſimiliter eſt in ipſo. Atque hinc tertio deducitur, ipſum Spiritum eſſe Deum, ſi in ipſo eſt intime ſecundum ſuam ſubſtantiam: quemadmodum ipſe Spiritus hominis, qui in eo eſt, & eius intima ſcrutatur, & dicitur eſſe in ipſo homine, & aliquid hominis eſſe, non autem quicquam extrinſecum homini.

Quorſum hoc, Quis enim hominū ſcit quę ſunt hominis. &c.

Spiritū ſanctum Deo intimū eſſe, quid arguat.

Intellige, hominem videre occulta in ipſo, non autem corporea membra interna, aut oſſa, aut medullas aut cor, aut hepar aut pulmonem, &c. ſed ſpiritualia, quę ſunt in ipſo, non quidem omnia, ſed tantum illa quę ſunt actu: nam eſſentiam animę, neque virtutes, ſiue facultates, aut habitus, & paſſiones in ſe ipſis non videt, ſed ab affectib. coniectat, & ab ipſis actibus. Deus autem ipſe purus actus eſt, & non poteſt partem ſui ipſius comprehendere, & partem non, & ſucceſſiue.

Homo qui videat quę ſunt hominis in ipſo, ſecundum Apoſtolū.

Ad poſterum, qui Angelos, ſiue bonos, ſiue malos poſſe videre noſtros conceptus negant, ex hoc potiſſimum Apoſtoli loco mouētur; quia dixit, homine ipſo excepto, nouiſſe noſtros conceptus neminem. Sed profecto ſi ſerio rem ipſam meditemur, nihil hic locus ad illud probandum facit. Nec enim abſolute dixit, nullus nouit, ſed nullus hominum. Ait enim; *Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt?* Quare mirandum eſt, id ex hoc loco velle cōprobare, ex quo potius tale oppoſitum inſinuatur, Cum enim dicat, Quia enim hominum, &c. fere perinde eſt, ac ſi ab Angelis pręſeruare voluiſſet, ſiue bonis ſiue malis. Quanquam ſi id concederetur, ſoli homini eſſe nota, & perſpecta, quę ſunt hominis, vt quicunq; alij præter hominem neſciant, ſequeretur, Deum ipſum neſcire; quod perabſurdum eſt. Non igitur vlla eſt ratio, cur homines non videant, quæ ſunt alterius hominis intima, quia ſcilicet ſpiritus vnius hominis non ſit in alio, ſed cum hoc adiuncto, quod homines ſunt. Sin autem eſſent ſuperiores gradus ſpiritus, non propterea eis negatur hoc ſcire. Certe Auguſtinus lib. 2. Retract. ca. 30. nodum hunc ita difficilem cenſet, vt inueniri eius ſolutio aut nullo modo, aut difficile poſſit.

Angeli, vel boni, vel mali, hominis occulta an ſciant, necne.

Altera opinio probabilior.

B. Auguſtin. tom. 1. initio.

Septimo in eo. *Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus; ſed Spiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. Quæ & loquimur non indoctis, &c. Animalis enim homo non percipit, &c.* de tribus ambigere contingit. Primo, quis eſt hic mundi ſpiritus, & quis rurſus ſpiritus, qui ex Deo eſt. Deinde cum dicat; Vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis, quęrimus, an noſſe poſſim⁹ Dei gratiam nobis inhærentem, fidem, ſpem, & charitatem, & Spiritus ſancti præſentiam. Tertio, quæ ſint humanæ ſapientiæ verba, quæ docta vocat Apoſtolus; quæ doctrina Spiritus; & quæ item ſit illa ſpiritualium ad ſpiritualia comparatio.

Octaua dubitatio, & hæc triplex.

Primæ quæſtioni reſpondeo, ſpiritum huius mundi vanum eſſe, & fallacem, quo multi ſeducti alios etiam ſeduxerunt: huic vero opponit Spiritum, qui ex Deo eſt. Neque poteſt accipi ex Deo eſſe, quaſi creatura, nam alioqui ſpiritus huius mundi etiam ex Deo eſt; quæcunque enim ſunt, ex Deo ſunt: at hic mundi ſpiritus ſimpliciter opponitur Spiritui Dei in hoc ipſo, quod hic ſit ex Deo: quod non eſſet verum, niſi hic

Spiritū huius mundi quem Apoſtoli non acceperāt, ſed Spiritum, qui ex Deo.

Spiritus mundi cur non ſit ex Deo. 1. Ioan. 2.

ex Deo intelligas eſſe ex Dei ſubſtantia. Poteſt nihilominus dici de ſpiritu mūdi, quod non ſit ex Deo, quia nequaquam ad ſpiritualia & cœleſtia, ſed ad carnalia, & terrena aſpirat: in quo ſenſu aſſerit Ioannes, concupiſcentiam carnis, oculorum, & ſuperbię vitæ non eſſe ex Patre, ſed ex mundo, quia ex peccato venerunt. At hic nouus Spiritus ex Deo eſt, quem acceperunt Apoſtoli, vt haberent ſcientiam cœleſtium, & conſequenter poſſent alios erudire de hac ſpe, & expectatione, quæ à Deo eſt hominibus præparata.

Apoſtoli quare acceperint ſpiritum ſanctum. *Act. 2. & ſeq.*

Cum ait? Vt ſciamus quæ à Deo donata ſūt nobis, de qua reuelatione, communi, an peculiari loquatur Apoſtolus

Secundum dubium ſoluimus, aſſerendo Apoſtolos ad hoc accepiſſe Spiritum Dei, vt loquerentur, & docerent inter perfectos, quæ ſint illa dona, quæ à Deo acceperunt: nam hæc nō pertinent ad Crucis ſtultitiam, ſed ad Dei ſapientiam. Et cum ait: Vt ſciamus, de communi reuelatione, quę per fidem eſt, loquitur. Docetque non ſolum in Eccleſia eſſe hæc dona, ſed etiam in nobis particularibus. Non eſt ergo referēdum ad peculiarem reuelationem, non ſolum quia (iuxta Bernardum) id Paulus dixit de ſe, & aliis Apoſtolis, ſeu etiam de diſcipulis ſuis: Ait enim, Vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis. Non eſt autem veriſimile, voluiſſe Paulum aſſerere, diſcipulos habuiſſe peculiarem reuelationē; ſed etiam, quia ſuperius dixerat, *Quæ & loquimur*, quod verbum Apoſtolus de his, quæ communi fide accipiuntur, vſurpare ſolet, iuxta illud: *Habentes eundem ſpiritum fidei credimus, propter quod & loquimur*: quia illa, quæ communi fide habemus, potius loquimur, quam quę noua reuelatione, & priuata manifeſtantur.

B. Bernar. ſerm. 8. in Cantica.

Quid Apoſtolus hoc verbo: Quæ & loquimur, ſoleat indicare. *2. Cor. 4. Pſal. 115.*

Apoſtolo dicenti. Vt ſciamus quæ à Deo donata ſūt nobis, de bonis vitæ æternæ nō eſſe ſermonem. *B. Aug. t. 9 B. Anton. Caietanus*

Neque eſt hoc accipiendum de bonis vitę æternæ: tum quod Auguſtinus in Ioan. tract. 74. & beatus Antonius epiſtola 7. & Bernardus ſermone ſecunda, atque adeo beatus Thomas, & Caietanus hoc loco de donis gratiæ præſentis Apoſtolum loqui interpretantur: tum quia illa gloriæ bona futura in pignore, & arrhabone habentur, & cognoſcuntur, hoc eſt, in gratia: tum denique quia ait, Vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis. Quæ propterea non poſſunt de bonis gloriæ præciſe intelligi, cum adhuc non ſint nobis donata, niſi, vt diximus, in arrha, ſiue gratia. Vt interim omittam, quod Apoſtolus ad multos, vel ſaltem ad magnos inter Corinthios ſcribat. Familiare eſt autem Chriſto, & Apoſtolis, quaſdam ſententias communes proferre, quæ tamen non in omnibus vniuerſe, ſed in quibuſdam tantum implendæ intelligūtur.

In Chriſti, & Apoſtolorum dictis quid obſeruandum.

Apoſtoli cur ſcire debeant, quæ à Deo acceperant bona.

Etſi igitur Apoſtolus ſecundum planum literæ contextum de ſe, ac maioribus ſibi quam ſimillimis, hoc dicat, quibus erat manifeſta Spiritus reuelatio: ipſa tamen notitia intra latitudinem fidei ſe continebat. Non enim erat conueniens, primos gratię prædicatores ignorare hoc donum, quod prædicabant, & in ſemetipſis illud non experiri. Non enim exiguum eſt, cum donaueris, etiam manifeſtum hoc facere, quod dones, ne aut æs pro auro, aut plumbum pro argento reputetur. Et plutarchus recte notauit, illud Apollinis, Γνῶθι σ' αὐτὸν, non tā tum ad mala quę admiſeris, ſed etiam ad beneficia Dei, & bona eſſe accommodandum. Admittit ergo hic Pauli ſermo, aliquos magnos viros poſſe per experientiam cognoſcere nō tantum fidem, ſed etiam gratiam, & alia dona Dei.

Dictum Apollinis. Noſce te ipſum, ad duo eſt referendum, teſte Plutarcho.

Docta humanæ ſapientiæ verba quæ ſint Apoſtolo.

Tertiæ dubitationi circa illud; Non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctis Spiritus ſancti, vt Græca habent, ſiue in doctrina Spiritus ſancti, vt interpres noſter vertit, reſpondemus redire Apoſtolum ad rem, cum ait, Non in doctis humanæ ſapiētiæ verbis: quia etſi ſumma eſſent myſteria de Dei ſapientia, non tamen loquebatur ea verbis ſimilibus, & exquiſitis, ac iuxta rhetorum præcepta accommodatis, quia eſſet illam defœdare: quemadmodū matronam honeſtam, & per ſe pulchram vanis figmentis, & cultu meretricio componere, incruſtare, & conſpurcare potius eſſet, quam exornare. Sicut ergo res ipſæ, id eſt humana, & diuina ſapientia, magnopere inter ſe differunt, ita & ſermo, & eloquentia ad hęc explicanda oportet ſit diuerſa, & diſtincta, vt quæ ſunt humana, probentur, vt placeant hominibus; quæ vero diuina ſunt, & ſpiritualia, ſimiliter habeant ſua ipſa verba, quę ab ipſo ſpiritu ductore proficiſcuntur, de quibus Propheta: *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum ſeptuplum*. Et huic poſſunt accommodari verba Mallij: *Ornari res ipſa vetat contenta doceri*. Et Auguſtinus libr. 4. de doct. Chriſt. capit. 6. cuique ætati hominis ſuam tribuit eloquentiam: nec iam dicenda ſit eloquentia, ſi perſonæ non conueniat eloquentis. Et quemadmodum humanæ ſapientiæ verba vehunt ſecum ſapientiam, & ſpiritum hominis dicentis; ita ſermones Spiritus ſancti in hominum corda inuehūt ſapientiam Dei, & Spiritus eius. Non ergo negat Apoſtolus ſe habere doctrinam in verbis, cum eſſet eximius prædicator, & dux verbi, & alter Mercurius, ſed tantum negat ſe habere doctrinam, quæ conficitur ab arte humana eloquendi, & à Rhetorum

Diuina Paulus myſteria huiuſmodi verbis cur minime loqueretur.

Quæ verba humanam, quæ diuinam deceant ſapientiam. *Pſal. 11.*

Dictum Mallii. *B. Aug. to: 4. ſub init.*

Vtriuſque effectus ſapientiæ, humanæ ſcilicet, & diuinæ. *Act. 1.*

magiſte-

magiſterio; quoniam non humana & carnalia, ſed diuina, & ſpiritualia loquebatur.

Quid ſpiritualium ad ſpiritualia comparatio.

Vltimo loco propoſitum fuit illud; *Spiritualibus ſpiritualia comparantes*, ſiue, vt alii vertunt, coaptantes, vel adæquantes, dum verba Dei accommodant, & cœleſtem Dei ſapientiam oratione ſimplici temperant, & quæ natiuam Spiritus energiam præ ſe ferunt.

Altera ſententia.

Alii vero tradunt (inter quos eſt B. Thomas) Apoſtolos in ſuis concionibus ſpiritualibus auditoribus dediſſe ſpiritualia, quę animales homines ſtulta & fatua putabant; ſpiritualibus autem ſpiritualia vt erant, videbantur, iuxta id, *Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Sed prior ſenſus conuenientior videtur, vt intelligamus ſignificari, dictionum, ſermonumque figuras coaptandas eſſe rebus quæ proponuntur. In quo perſtringit eos, qui affectata verborum elegantia, & ſubtilitatis, & linguæ volubilitatis oſtentatione captabant plauſum hominum: Spiritualibus ergo rebus ſpiritualia verba accommodare debemus. Quem ſenſum docet Oecumenius his verbis; *Quæ & loquimur, non per ſermones, quos docet humana ſapientia, ſed per eos quos docet Spiritus ſanctus. Nullus itaque vſus eſt humanæ ſapientiæ: omnia namque ſpiritualia ſunt. Spiritualibus ſpiritualia comparantes. Hoc eſt quod dicit. Cum inueſtigatur quæſtio aliqua ſpiritualis ab exemplis ſpiritualibus comparationes ac interpretationes adducimus, vt verbi cauſa: ſi ſurrexit tertia die Chriſtus, ex Iona probationes, ac teſtimonium adduco. Si natus eſt Dominus ex Virgine, ex ſterilibus Anna, & Eliſabeth ſumitur interpretatio.* B. etiam Cyrillus in cap. 26. Eſaiæ in illud verbum: *Et peperimus Spiritum ſalutis,* circa finem: *Quadrare*, inquit, *vt dixi, poteſt hæc oratio Prophetis & ſanctis Apoſtolis, & Euangeliſtis qui ſuperna myſtagogia ditati, ornatique miniſterio, & velut intelligibili ſemine accepto, Spiritum ſalutis in terra pepererunt, nimirum doctrinam ſpiritualem, quæ vitæ æternæ conciliatrix eſt, & procuratrix. Solet enim Scriptura diuina ſpiritum ſæpe nominare aliquorum ſcripta. Et probate, inquit, Spiritus, an ex Deo ſint. Nam in Spiritu ſancto ſalutaris prædicatio reſonat, & in ſpiritu mundi, quæcunque ſunt veritati repugnantia; Scribit enim diuinus Apoſtolus de ſeipſo, aliiſque ſanctis: Nos autem non accepimus ſpiritum mundi huius, ſed Spiritum ex Deo; vt videamus quæ ſunt à Deo nobis donata.* Hæc ille. Ex quibus poſſumus illud interpretari: Spiritualibus ſpiritualia conſitentes. Nam interpretationes Scripturarum, quæ huic Spiritui, qui in Eccleſia eſt, & eius traditioni conſenſerint; veræ ſunt, & legitimæ, quia in Eccleſiam Apoſtoli, tanquam in diues depoſitorium, quicquid boni habebant, pleniſſime contulerunt, vt teſtis eſt Irenæus libro 3. capit. 8. Quæ vero Eccleſiæ Spiritui, & eius traditioni diſſentiunt, pro obſcuris, & adulterinis doctrinis habendæ ſunt.

2. Tim. 2.
Vter ſenſus illorum præſtantior
Oecum.
Iona. 2. & Matth. 12.
1. Reg. 2. & ſeq.
Luc. 1.
Prophetæ, & Apoſtoli pepererunt Spiritum ſalutis quoniam modo, teſte Cyrillo
1. Ioan. 4.
Quid in Spiritu S. reſonet, quid vero in ſpiritu mundi.
Interpretationes Scripturarum quæ veræ dumtaxat, atque legitimæ.
B. Irenæus.

VIII. dubitatio multiplex.

Octauo dubitatur circa illud; *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur, Sicut ſcriptum eſt, Quis enim cognouit ſenſum Domini, &c.* primum, quorſum tendat; deinde, quis homo animalis, quis item ſpiritualis, & quo modo hæc verba Apoſtoli ſententiæ non contradicant; Nolite iudicare, & non iudicabimini; denique vnde illud eſt teſtimonium, quod producit, & quid probet per illud. Ad primum dico, Apoſtolum maxime ad rem loqui, oſtendendo, ob id non minus vera eſſe quæ loquimur, ſi ea multi nō percipiant homines animales, quæ ſunt ſpiritualia. Ad ſecundum, Animalis homo vocatur nondum regeneratus per Spiritū: qui ſecundum carnem ſapit ea, quæ carnis ſunt: denique qui ſecundum ſenſus interiores, & exteriores totus eſt homo, & ea, quæ vera ſunt bona, & ſpiritualia, carnaliter ſapit, & negat poſſe fieri, ac proinde ſtulta illi videntur, Illud: *Stultitia enim eſt illi*, vertit ad literam interpres, pro eo quod dicendum erat. Stultitia enim ſunt illi: ſed Græcam phraſim eſt imitatus, qua ſingularis numeri verbo datur nomen neutrum plurale, vt alibi annotatum reliquimus. ¶ *Et non poteſt intelligere.* Quia non habet ſpiritum, qui eſt regula probandi quæcunque, & iudicandi. Nam Spiritu examinantur omnia ſecundum veritatem, vt ſic recte probentur, quæ probari debent. Dicit enim animalis homo, Quis deſcendit de cœlo, & annuntiauit nobis quæ ibi aguntur? aut quis rediit ab inferis ad cœlum iturus? manducemus ergo, & bibamus; cras enim moriemur. Denique animalis homo nihil credere ſuſtinet, niſi quantum ei fuerit rationibus demonſtratum, ſed pro nugis habet omnia, quæ ſunt Spiritus Dei, & quæ ſpectant ad regnum Dei, quæ nonniſi reuelante Deo, & efficiente Spiritu ſancto proſpiciuntur: quare illo ablato ſpiritualia intelligere, nedum iudicare, non poteſt. Nam niſi prius intelligatur, iudicari nequeunt. Vniuerſi ergo homines naturaliter Spiritu Dei vacui ſunt, etſi ab Spiritu Dei ſit hoc qualecunque lumen rationis, quo vigent omnes; ſeu de peculiari Spiritus S. aduentu, quo filij Dei efficimur, Paulus nunc loquitur.

Eſai. 40. & Rom. 11. & ſeq.
Matt. 7.
Hæc ſententia: Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, &c vt hæreat præcedentibus.
Animalis homo quis ille ſit.
Lib. 1 Enarrat Euang. in Regulis.
1. Ioan. 4.
Qualis hæc phraſis; Stultitia .n. eſt illi. Animalis itē homo quare non poteſt intelligere.
1. Cor. 15.
Vnde iudicium ſpiritualium ſit

At ſpiritualis, inquit, *iudicat omnia*, vel

omnes ex oppoſito, eo quod ſpiritualis nouerit ſua ab alienis diſcernere, probare quod Dei eſt, & omnibus aliis fidem abrogare, quæ contraria ſunt. Hic ergo iudicat omnia, habens donum diſcretionis ſpirituum, & ideam, & habitum diuinum iudicandi tam ſpiritualia, quam non ſpiritualia. Rectum enim eſt iudex ſui, & obliqui, ait Philoſophus. Idem libro 5. Ethico. *Studioſus*, inquit, *regula eſt, & menſura omnium humanarum artium* Spiritualis ergo iudicat omnia, quæ ſcilicet ea ſunt ſub iudicium Spiritus, qui nouit finem, & ea, quæ ad illum conducunt, & quæ item ab eo abducunt. Ac poſſet verbum iudicandi accipi pro verbo condemnandi, vt paſſim accipitur, vt ſit hoc illi ſimile: Nihil ergo nunc damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, quos hic ſpirituales vocat. Verbum enim illud, *A nemine iudicatur*, ὑπὸ οὐδενὸς neutro genere loqui poteſt, vt intelligamus, non ſolum de homine, ſed etiam de nulla re poſſe damnari, vt ita ſit plenior Anthiteſis. Ipſe vero ſpiritualis iudicat ſeipſum, ac diſcutit, vt ait Bernardus libro de Conſideratione ad Eugenium: *Trina quadam conſideratione opus ſuum praeueniet. Primum quidem, an liceat, deinde an deceat, poſtremo an expediat. Nam etſi conſtet in Chriſtiana vtique Philoſophia non decere, niſi quod licet: non expedire niſi quod decet, & licet: non continuo tamen omne quod licet, decere, aut expedire conſequens erit.* Hæc ille.

Homo ſpiritualis cur omnia iudicet. *1. Cor. 12.*

Ariſt.

Quid etiã Spiritualis iudicat omnia, more Scripturæ. *Rom. 8.*

Spiritualis homo vt iudicet ſe ipſum, teſte Bernardo. *B. Bern. li. 3. de Conſiderat poſt. med.*

Ad obiectionem ab Apoſtolo factam ex verbo Chriſti, dicendum, non eſſe ſermonem hoc loco de notitia particularium hominum, vel iuſtorum, quæ ignorantur, nec ad noſtrum, ſed ad Diuinum ſpectant iudicium, & cognitionem; ſed de diuinis placitis, quæ tradita ſunt nobis, ne ignorarentur: quia eorum notitia neceſſaria eſt ad vitam æternam. Et iſti ſunt perfecti illi, de quibus dixit: *Sapientiam loquimur inter perfectos*. Poteſt tamen ex parte animalis homo. id eſt, habens fidem, carens vero charitate, iudicare de aliquo: vt ſunt Sacerdotes, & Epiſcopi, & inquiſitores. Nam de præſidib. hoc videtur dixiſſe, quia mox ſubiungit: *Nos autem ſenſum Chriſti habemus*. Et ſtatim c. 3. vocat carnales, & ſecundum hominem ambulantes plebem Corinthi. Petrus tamẽ in eo, quod iudicatus, & reprehenſus fuit à B. Paulo, non fecit quatenus ſpiritualis in illo facto: vbi autem quaſi ſpiritualis operatus eſt circa domum Cornelii Centurionis, nõ potuit ab aliquo iudicari. Vnde Paulus alibi dixit: *Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota; conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt.* Quod vero ait, Spiritum Prophetæ vnius ſubiectum eſſe aliis Prophetis: eo tendit vt ſcilicet alii alios auſcultent, nec aliorum reuelationes deſpiciant, vt firma tandem maneat apud omnes, quæ comperta fuerit diuina veritas.

Hæc duo teſtimonia Spiritualis iudicat omnia, & Nolite iudicare, & non iudicabimini, quomodo conueniãt. *Mat 7.*

Animalis homo quis poſſit de aliquo iudicare. *1 Cor. 3.*

Petrus Apoſtolus in quo potuerit, & in quo non potuerit ab aliquo iudicari. *Act. 10. & ſeq. 1. Cor. 14.*

Quo ſenſu dicatur, Spiritum Prophetæ vnius, aliis Prophetis eſſe ſubiectum. *Ibid.*

Poſtremo locum Eſaiæ: *Quis cognouit ſenſum* (vel mentem) *Domini? aut quis inſtruxit eum?* Reſpondemus, citari à Paulo ad Rom. 11. iuxta verſionem 70. Nam quæ ſequuntur: *Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei*, producta ſunt ex duodecimo capite Iob. Eſt autem mos Apoſtolorum, Pauli præſertim, aliquod teſtimonium ex pluribus Scripturæ locis coagmentatum producere quemadmodũ docet Origenes contra Porphyrium. Huius autem loci teſtimonium iuxta Septuaginta interpretum verſionem prolatum eſt, ſic tamen, vt prima verba, & vltima eius proferantur, non autem media: quod idem Origenes ſolitum Apoſtolum facere oſtendit.

Hęc lectio. Quis cognouit ſenſum Domini, &c. Hebræane ſit an Græca. *Eſai 40. Rom. 11. Sapient. 9. Iob 12.*

Orig in ep. ad Romanos.

Quis cognouit, inquit, *ſenſum Domini? aut quis inſtruxit eum?* Nonnulli ex Latinis ignorantes, & has regulas Patrum adhibentes, iuxta 70. citari negabant. Et probat per illud teſtimonium, animales homines non ſapere ea, quæ ſunt Spiritus Dei. Subdit: *Nos autem ſenſum Chriſti accepimus.* Nos, ſcilicet ſpirituales: per Chriſtum enim habemus mentem Dei; & quæcunque habemus Spiritus nobis aperuit, & retexit. Iure ergo à nemine iudicari poſſumus, qui ſpirituales ſumus: nam hæc verba etſi omnibus fidelibus congruant, commodius tamen ad B. Paulum. & ad alios verbi Dei miniſtros aptantur. Et hactenus de hoc Capitulo.

De hoc Pauli teſtimonio Prophetico falſa quorundã opinio. De quibus maxime dicatur: Nos autem ſenſum Chriſti accepimus.

DISPVTATIO V. IN ILLA verba Pauli 3. capite.

Et ego, fratres, non potui, vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed ne nunc quidem poteſtis, adhuc enim carnales eſtis, & reliq. vſque in finem capitis.

HAERENT hæc, bone Lector, cum pręcedentibus occurrere enim videtur Apoſtolus conquerentibus: Si Dei ſapientiam noſtri, cur eam nobis non reſeraſti, & prædicaſti? & reſpondet ſe id facere

Primum dubium, de ordine.

non

non potuiſſe propter eorum tenuitatem captum, vt qui adhuc eſſent paruuli, & carnales, qui indigebant prius erudiri primis Fidei elementis, vt inde ad ſumma perducerentur. Et ait: *Non potui.* Oecumenius interpretatur: Non volui. Et ne inuidia videatur id dixiſſe; ſubdit loquendum his fuiſſe vt carnalibus.

Quid eſt: Nō potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, &c. *Oecum. c. 1*

Sed quomodo carnales erant, qui ſigna edebant? Dicimus quod tales quodammodo erant, & non tales. Contingit enim & ſigna edere, & eſſe carnalem: quales illi erāt, qui dicebant; *Domine, per nomen tuum hoc & illud fecimus*, & audierunt: *Non noui vos.*

Corinthii quomodo carnales, cum ſigna ederent.

Lac, vocat imperfectam adhuc doctrinam; cibum vero perfectam. Conuenit autem infantibus lac, qui eſt cibus, & potus. Et ita Dominus ipſe erga Apoſtolos ſe geſſit, cum illis dixit, *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Et verbo docuit; *Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore*, vel vt dicitur apud Lucam, tritici menſuram, id eſt, illam doctrinæ partem, quæ illi ætati ſuæ in Chriſto congruit. Et ideo diligenter conſiderare debent plerique concionatores, qui vt coram imperita plebe aliquid eſſe videantur, extra tempus ſublimia Euangelii myſteria ſublimiter tractant, nullam habentes rationem aut rerum, aut perſonarum, quibus cum loquuntur. Secus Apoſtolus, qui ad Hebr. 5. ſcribit: *Facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim, qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ, paruulus enim eſt. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali.* Hæc diuinus Apoſtolus.

Lac quod dedent Paulus Corinthiis, tāquam paruulis in Chriſto. *Matth. 7. Ioan. 16. Matth. 24 Luc. 12.*

Paruulis in Chriſto nō lac, ſed ſolidum cibum dent concionatores hodie qui. *Heb 5 & ſeq.* Quorum ſit ſolidus cibus teſte Apoſtolo.

Ex quibus accipimus in primis, non eſſe omnes ad ſacrarum literarum lectionem admittendos. Nam Eſaias recte dixit: *Quem docebit* (Dominus) *ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus?* Vbi lac videtur opponere ſolido cibo, Idem: *Omnes*, inquit, *ſitientes, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite, venite emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum* (quod perfectorum eſt) *& lac*, quod paruulorum eſt, & inſipientium. Ad hoc lac concupiſcendum adhortatur Petrus, cum ait, *Sicut modo geniti infantes, rationabile, & ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.* Hunc locum Clemens Alexandrinus ita ponderat: *Quocirca dicit etiam: Lac vobis, inquit, potum dedi, cognitionem dicens vobis infudi, quæ ex catecheſi, id eſt, per auditum inſtitutione data eſt, quæ nutrit in vitam æternam.* Hæc Clemens. Neque quiſquam mire-tur, ſi Petrus Apoſtolus adhortetur ad lac concupiſcendum. Nam vt pulchre ait Auguſtinus tract. 3. in epiſtolam Ioannis, in principio: *Aetas corporis non eſt in voluntate. Ita nullus ſecundum carnem creſcit quando vult: ſicut nullus quando vult naſcitur. Vbi autem natiuitas in voluntate eſt, & incrementum in voluntate eſt. Nemo ex aqua, & Spiritu naſcitur niſi volens: Ergo ſi vult, creſcit: ſi non vult, decreſcit. Quid eſt creſcere? Proficere. Quid eſt decreſcere? Deficere. Quiſquis nouit natum eſſe ſe, audiat quia puer eſt & infans, auide inhiet vberibus matris, & citò creſcet.* Hæc ille Pater ſane pereleganter.

Contra Lutheranos, cuilibet fidelio obuias dicentes eſſe Scripturas. *Eſai. 28.*

Infra 55.

1. Petr. 2. Clem. li. 1. Pædag. c 6. circa med. tom 1 in princip.

B. Aug. t. 9. Petrus ad lac concupiſcēdum cur nos hortetur Apoſtolus, ſecundum Auguſtin.

Ac ſubdit: *Sed ne nunc quidem poteſtis* (hoc eſt, noluiſtis) *adhuc enim carnales eſtis.* Cuius rei cauſam non eſſe ex ſe, ſed ex ipſis Corinthiis declarat, dicens: *Cum enim ſit inter vos zelus & contentio.* Vnde qui hæc agunt, carnales eſſe dicuntur, quia homo qualis ſit, ex operibus dignoſcitur, velut arbor ex fructibus. Nam eiuſmodi diſſenſiones, & ſchiſmata ex carne ſunt, non ex Deo, vel ex Spiritu eius, & impediunt hominem ab intelligentia ſpiritualium. Hinc & in epiſtola ad Galatas inter opera carnis ponit zelum, iras, rixas, & contentiones, &c. Et Iacobus frater Domini: *Vnde bella, & lites in vobis? nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in vobis?*

Corinthii quare, vt Paulus ait, non poterant ſolidi cibi eſſe participes.

Matt. 7. & ſeq. Diſſenſiones ex Deo quæ non ſint. *Gala. 5. Iacob. 4.*

Subdit: *Et ſecundum hominem ambulatis?* Ambulare ſecundum hominem, eſt, ſecundum carnem, ſiue appetitum carnis ambulare. Nam homo quatenus homo eſt, cum primum naſcitur, ſine gratia Dei eſt, aut verius ſecundum Scripturas caro eſt, cuius affectibus ducitur, & nil diuinum ſapit, nec bellum ſentit inter carnem, & ſpiritum: vbi vero Dei notitiam aſſequitur, incipit velle ſpiritualia: repugnat autem ei ipſa caro, à qua ſi ſuperetur, carnalis dicitur, cum ambulet ſecundum carnem: ſi vero ſpiritus ſuperauerit, tunc ſecundum Deum, qui ſpiritus eſt, ambulat, & opera ſpiritus facit, & Spiritu Dei ductus tanquam filius Dei, ex ſecundo Adamo Chriſto genitus eſt. Et ita homo in malam partem accipitur. *Nō ſapis*, inquit Chriſtus Petro ſuam volenti impedire paſſionem: *non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum*; & ſanctus Propheta: *Filii hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Et ita habemus explicatam conuenientiam inter ea quæ præceſſerunt, cum iis quæ iam dicuntur à Paulo.

Ambulare ſecundum hominem quid.

Quid. ambulare ſecundum Deum.

Ioan. 4.

1. Cor. 15. & ſeq.

Matt. 16.

Pſal. 4.

Deinde ambigi poſſet circa hoc: *Quid igitur eſt Apollo? quid vero Paulus? Miniſtri eius, cui*, vel per quos, *credidiſtis?* vbi dubitatur, an legendum ſit Cui, an, Per quos, credi-

Secundum dubium, & quidem triplex.

diſtis?

diſtis,vt Græci codices habent.&quæ eſt iſta metaphora: *Ego plantaui, Apollo rigauit; ſed Deus incrementum dedit*: quomodo item qui plantat, & qui rigat, nihil ſunt; cum tamen illos prius diſtinxerit. Denique dubium eſt quomodo vnusquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuũ laborem; cum oppoſitum doceat parabola miſſorum ad vineam colendam,& idem præmium laboris accipientium, nimirum denarium. Denique quid eſt quod ait: *Dei enim ſumus adiutores, & Dei agricultura eſtis: Dei ædificatio eſtis.*

Mat.20.

Reſpondemus, ab hoc loco incipere Apoſtolum explicare, quid ſit ſentiendum de miniſtris,& ad quem vſum à Chriſto ordinati in Eccleſia. Et vis argumentationis huius in illa voce nititur: *Quid niſi miniſtri?* Non ait, Domini, vel autores ſumus fidei, vel doctrinæ veſtræ, ſed inſtrumenta, per quæ agit Deus. Et ita ſubdit; *Miniſtri eius per quem credidiſtis.* Quia enim in Chriſtum magis credimus, quam per eum; idcirco lectio Græcorum, quæ habet, Per quos credidiſtis, magis id explicat: id eſt, Quorum prædicatione, & Sacramentorum adminiſtratione in fidem adduxit vos Deus, & ad ea, quæ Fidem conſequuntur, vt eſt remiſſio peccatorum, iuſtitia, fides,& adoptio.

Legendum ne: Quid igitur eſt Apollo, &c. Miniſtri eius, cui credidiſtis; an vero Miniſtri eius per quos credidiſtis.

Cum igitur ab Apoſtolo Corinthij reprehenduntur, eo quod homines ad ſe traherent, & ſibi proficerent; diſcant fideles miniſtri, non ſibi diſcipulos, aut ſectatores facere, ſed Chriſto, ad quem vnum, vt verum Dominum, Eccleſia pertinet. Nã qui miniſtros vltra modum extollunt, vera dignitate ipſos ſpoliare videntur, quorũ præcipuum munus eſt, vt ſint miniſtri Fidei, hoc eſt,vt Chriſto,non ſibi acquirant diſcipulos. Ita Ioannes Baptiſta interrogatus quis nam eſſet? negauit ſe Chriſtum, aut Heliam, aut Prophetam, ſed tantummodo vocem ſe eſſe affirmauit: & clamauit in deſerto, *Parate viam Domino*, non mihi.

His Pauli verbis qui doceantur concionatores.

Ioan.1.& ſeq.

Subdit: *Et vnicuique ſicut Dominus dedit.* Id eſt, Nihil habent miniſtri, quo efferantur, cum nec per ſe efficiant quicquam, nec vlla facultate polleant, niſi ex Dei dono, & ad certam menſuram; vt ita Chriſti gratia per nos exaltetur.

Ibid. Quid ſignificet: Vnicuique ſicut Dominus dedit.

Ad illud vero: *Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit*, dicimus; Apoſtolum duabus metaphoris ab agricultura, & architectura deſumptis declarare quod dixerat: in quo verbi Dei naturam aptiſſime depingit. Nam vt terra fructum ferat, aratione opus eſt,& ſatione,& reliqua cultura: verum omnibus peractis, inanis eſſet agricolæ labor, niſi Solis influxu, arcanaq; virtute ſua Dominus è cælo incrementum daret, ſola enim benedictione Dei præcipue proſperantur. Hinc legimus, Lydiam purpurariam audiuiſſe Apoſtolicam doctrinam, cuius Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo, Paulus autẽ non fortunauit, nec illi felicem exitum dedit, neque fecit, vt illa crederet ad ſalutem, ſed Deus ipſe per Spiritum intus operabatur.

Explicatur hæc metaphora: Ego plantaui, Apollo rigauit: ſed Deus incremẽtum dedit.

Act.16.

Plantare, eſt prædicatione verbi homines ad Fidem adducere, & Chriſto tã quam ligno vitæ illos inſerere: Rigare vero, eſt ſacra adminiſtrare ſymbola Baptiſmi. Rigabat enim Apollo, quia ſuper eo, quod plantatũ erat à Paulo, confirmationes Scripturarum, & ad bonam vitam exhortationes adiiciebat, & per hoc, quaſi aquam viuam fundens, promouebat ea, quæ plantata erant.

Quid plantare, quid rigare.

Sed quid quæſo, hæc prodeſſent, niſi lux Solis intus vim plantatis daret, rigataq; coaleſcere, ac germinare, ac fructum reddere faceret?

Adiungit, *Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat, Deus.* Hoc eſt; Quicquid enatum fuerit, non ijs, ſed Deo tribuendum eſt. Eſt enim per hyperbolen dictum, vt nihil eſſe dicantur, ſi diuinæ actioni conferantur. Alias ſolet Scriptura miniſtris tribuere, q̃ Dei ſunt propria. Vnde vel ipſe Paulus ait: *In Chriſto Ieſu, per Euangelium ego vos genui*; & iterum: *Filioli mei, quos iterum parturio*; cum tamen Iacobus dicat; *Voluntarie genuit nos verbo veritatis*, Item Paulus: *Attende tibi, & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens, & te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.* Ecce, illis tribuit, vt miniſtris, & organis, quæ Dei agentis ſunt propria. Et ratio eſt: quia vbi de miniſterio ſimpliciter agitur, non debemus hominem reſpicere, ſed Deum quoque in ipſo per Spiritus gratiam operantem.

Qui plantat, & qui rigat quomodo nihil ſint, ſed qui incrementum dat Deus.

1.Cor 4. Galat.4. Iacob.1. 1.Tim.4.

Quæ Dei ſunt propria, communia cur fiant eius ſeruis in Scripturis.

Ad illud vero: *Qui autem plantat, & qui rigat, vnum ſunt*, quomodo hoc verum ſit: reſpondemus, non eos perſona vnum eſſe, aut perſonæ qualitate, cum contingat vnum eſſe doctiorem, & ſanctiorem alio: ſed vnum ſunt eiuſdem generis, & ſortis: ad eundem finem operas ſuas collocant, vni Domino ſeruiunt, & in eodem opere verſantur. Cum ergo ſint; quod ad miniſterium attinet, pares, non eſt inhærendum perſonis, nec cum aliorum contemptu perſona perſonæ præferenda, nec doctrina cum donis, & officijs eſt ex perſonis æſtimanda, neque alicuius infirmitas, aut vitiorum labes ſacris rebus debet officere.

Quomodo qui plãtat, & qui rigat vnum

Vnuſquiſque autem propriam mercedẽ acci-

Si vnuſquiſque propriam mercedem accipiat ſe-

piet

piet ſecundum ſuum laborem: De hoc vltimo loco dubitatum fuit. Photius interpretatur: *Nequaquam animo angatur qui bene docet: quanquam enim prohibetur, ne Chriſti populum diuidat, ſibique vendicet, & inter ipſos tanquam præceptor ſe ſe iactet, attamen mercedem accipiet, neq; id temere, ſed iuxta ſuum laborem. Deinde rem amplius attollens, & confirmans, quod omnino erit merces: Nam Dei, inquit, cooperatores ſumus. Simul quidem, vt dixi, doctrina opus illuſtrans, ſimul etiam rurſum ſubindicans, quod opus Dei ſit. Itaque non oportet aut ſibi vindicare, aut illud diſcindere, quin potius coniungere, & vnire: nam hoc eſt cooperari: ſibi autem vindicare, ac diuidere, inimicorum eſt & hoſtium.* Hæc ille. Incutit ergo grauem terrorem, ad nonens Deum eſſe iudicaturum: nemo ergo exiſtimet, hos labores plantandi, & rigandi, irremuneratos manſuros. Et ſi eſt merces operi ſtabilita; meritum ergo erit operi, & non pura gratia. Quid enim illud eſt reddere ſecundum opera tua, aut ſecũdum labores, quam ſecundum meritum laboris & operis.

Ac bene ait: *Secundum laborem*, & non, Secundum fructum: nam fieri poteſt, vt aliquis breui labore multos conuertat, & alius maximis laboribus, & peregrinationibus propter Chriſtum ſuſceptis, paucos, aut nullum ad fidem Chriſti reducat; qui non minus quam alter ob hoc remunerabitur. Nec exiſtimet quiſquam, Deum plus laboranti, & diuturnius operanti iuxta noſtram exiſtimationem præmium reddere. Ipſe enim æſtimator eſt operũ, ac laborũ æquiſſimus. Certum namque eſt, ſtudioſos viros, ac perfectos, minus in aliquo bono opere laborare, quam incipientes, qui nondum ſolidos progreſſus fecere. Ideo labor perfectorum non maior; ſed pretioſior apud Deum eſt. Adhęc idem altioris, atque acceptioris perſonæ labor, acceptior eſt Deo, quam minus gratæ; & ideo labores vnius æſtimat non ſecundum ipſius laboris magnitudinem, ſed ſecundum maiorem valorem, vel gratiam perſonæ. Cæterum dubium non eſt, cæteris omnibus paribus, plus laborantem, & vberiores fructus Domino reddentem, maiorem remunerationem accepturum.

Quod vero operarij vineæ facti ſint in præmio pares, intelligendum eſt quod ad præmium attinet eſſentiale, quod dabitur omnibus, quanquam alii plus, alii minus illo denario, qui eſt Chriſtus, perfruantur: dicit enim ille: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* ¶ *Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura* (ſiue agricolatio, vt alii legunt) *eſtis, Dei ædificatio eſtis.* Non eſt cogitandum, vt ſtulti hæretici putant, Deum ex ſe vllis indigere cooperatoribus, quem credimus & confitemur omnipotentem, & omnia ſine vllo prorſus alicuius adminiculo facere poſſe: ſed cum ſit immenſæ, ac propenſiſſimæ in creaturas ſuas bonitatis, ita fieri voluit, quo ſuam illam bonitatem declararet, & aliquos ſibi ſimiles (quantum fas eſt) efficeret in opere diuino, quod eſt alios ſaluare. Et hoc vehementer ad gloriam eius, & ad nobilitandum genus noſtrum pertinebat propter caput Chriſtum, cui membra annectenda erant, quæ tanto capite digna eſſent. Quod ſi argricola non deſerit ſuos aratores, aut paſtores, & Imperator milites ſuos tuetur; quanto magis Chriſtus ſuos cooperatores proteget, ac tuebitur? Eſt autem teſte Dionyſio Areopagita præſtantius, ac diuinius (vt ſacra teſtantur eloquia) Dei cooperatorem fieri, diuinamque in ſe operationem, quantum poſſit, palam cunctis oſtendere.

Ait ergo: *Dei agricolatio eſtis*: hoc eſt: Si tã operarii, quam ipſa plebs, Dei ſunt: quid igitur ſchiſmata conditis? ſi coniunguntur omnes in Deo, quid Eccleſiam ſcinditis? Perſtringuntur ergo tam miniſtri, quã inferiores, qui ſtudiis cõtrariis partes fouent. poſſuntq; hæc verba tam actiue, quam paſſiue intelligi. Actiue quidem, hoc modo: Hominum labore plantati eſtis, vt ipſe cœleſtis Pater verus ſit agricola, plantationis huius autor: ſic & ædificati eſtis per oẽs, vt ipſe verus ſit architectus. Paſſiue vero ad hunc modum: Quod in vobis excolendis, & verbo Dei inter vos ſeminando laborauimus, id non fecimus noſtra cauſa, neq; vt fructus ad nos perueniret, ſed Domino noſtro obſequium impendimus, quod ædificare nos ſtuduimus, ad id proprii commodi reſpectu non ſumus impulſi, ſed vt Dei agricolatio, & ædificatio eſſetis. Si igitur eſtis Dei, & quicquid eſtis, eius munere ſitis; cur hominibus vos addicitis, & prædicatis vos eſſe Pauli, vel Apollo, cum Chriſti eſſe; & nominari deberetis? Nam vt ager qui colitur, aratorum, vel colonorum non dicitur eſſe, ſed domini ipſius, & fabrica, quæ ſtruitur, nõ eſt fabrorum, ſed eius, qui eam fabricandam curauit; ita Eccleſia, quæ colitur, & ædificatur, Dei, & Chriſti eſſe, atque nominari debet, non miniſtro. ſ. Conueniunt etiam hæ duæ metaphoræ ad vnitatem Eccleſiæ. Si enim non hæreant ædificio parietes, & bene nitantur fundamento, dehiſcunt, & ruina illos conſequitur. Ita etiam ager, ſi maceria, aut ſepi non muniatur & feris, & hominibus diripiendus exponitur: ita de Eccleſia ſentiendum eſt.

Margin notes (left): dum ſuum laborem: operarii vineæ cur æqualem mercedem accipiunt. *Phot. apud Oecum.* — Inimicorũ proprium, & hoſtium — *Ierem. 31.* — Quid, Reddere cuiq; ſecundum opera. — Expenditur dictum Apoſtoli: Mercedem ſuum, non fructum, ſed laborẽ. — Quorum labores nõ quidem maiores, ſed ſint pręcioſiores apud Deum — Operarii vineæ cur parem acceperint mercedem *Mat. 20. Ioan. 14*

Margin notes (right): Deus ſi eſt omnipotẽs ac nullius egens, cur habet adiutores. — *Dionyſ. li. de Cœleſti hierarchia c. 3.* — Hoc verbũ Dei agricolatio eſtis, accipitur dupliciter. — *Ioan. 15.* — Altera acceptio. — Prædictis verbis quã Corinthii gloriationem amputet Apoſtolus. — Eccleſiæ vnitas quomodo conſtet.

Tertium dub. quadripartitũ.

Tertio dubitandum circa illa verba: *Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui.* Nam inprimis videtur Paulus ſeipſum commẽdare, & ſapientem vocare architectum. Deinde, quid eſt ſuperædificare. Tertio, quomodo non poteſt poni aliud fundamẽtum ab illo, quod Paulus poſuit. Quarto, quid intelligit per aurum, argentum, & lapides pretioſos: quid vero per lignum, fœnum, & ſtipulam.

In Paulum dicentem: Vt ſapiens architect. fundamentum poſui, an conueniat illud Sapientis, Laudet te alienus, & non os tuũ & ſimilia. *Prou.* 27.

Ad primum reſpondeo: Abſoluta metaphora ſumpta ex agricultura, aggreditur iam illam de ædificio, & per illam idem ipſum docere, quod per aliam tradidit. Et nõ commendat ſeipſum, ſed Chriſtum in ſe, quia præcedit: *Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi*, quaſi dicat, Non meum eſt hoc facinus ſapiens ſum Dei gratia, quia donauit vt facerem, & firmum, ac ſtabile fundamentum ponerem, quod non eſt aliud, quam fides in Chriſtum,

Quid illud Vnuſquiſque videat quomodo ſuperædificet. *Iacob.* 2.

Ad ſecundum de ſuperædificante dicendum, Apoſtolum deſcendere ad exhortationem, quæ circa communem conuerſationem verſatur. Fidei enim prædicatio requirit etiam virtutum, & bonorum operũ doctrinam. Et fides, quæ ſola, & otioſa eſt, poſcit, vt bonis quis moribus, & vitæ exemplis prædicationem ornet.

Præter Chriſti fundamentũ poſitum à Paulo, cur poni aliud non poſſit.

Tertium dubium diluimus: Aliud poni fundamentum non poteſt, quam iam poſitum per Paulum, hoc eſt, Chriſtus, in quem credimus, & cuius vitam, & mores conſectari, & imitari debemus. ¶ Et recte fides fundamentum dicitur: nam vt in domo primo fundamentum ponitur infimo in loco deinde parietes eriguntur, qui incipiunt apparere, & ſe conſpicabiles reddere, & ſine vlteriori progreſſu fabricæ nihil vtilitatis habent: ita fides ſine operibus bonis, quibus aliis prælucemus, mortua eſt & inutilis.

Quartum dub. & hoc duplex.

Ad quartum vero de ædificatoribus auri, & argẽti, ligni, fœni, & ſtipulæ, quia multas, & graues inuoluit difficultates, propria alia Tractatione ſequenti reſpondere voluimus, poſtquam omnes huius Capitis ſẽtentias quæ ſuperſunt, explicuerimus.

Quarto circa illa verba: *Neſcitis quia templum Dei eſtis; & Spiritus Dei habitat in vobis?* ambigitur quo tendit per hanc ſententiam Apoſtolus: videtur enim inſinuare, poſſe nos cognoſcere templum eſſe Dei, & Spiritus nos inhabitare. Deinde, quomodo perdit Deus profanantem templum ſuum, & quomodo illud repetit, & inculcat, ne quis ſeipſum fallat.

Corinthios cur dicat

Primam dubitationem ſoluimus, dicendo, Apoſtolum adhuc perſiſtere in metaphora ædificii, & exponere cur adeo diligenter ſit ædificandum: quia non amphitheatrum, non forum, non priuatas domos vel turres ædificamus, ſed templum Dei. Poſtquam enim doctores, & maiores ſui commonefecit officii; nunc ad diſcipulos ſe conuertit, vt ipſi quoque ſibi caueãt, Doctoribus dixerat; *Vos eſtis architecti domus Dei*, iam dicit populo, *Vos eſtis templa Dei.* Veſtrum vero eſt, cauere ne vllo modo tẽpla polluantur: finis vero eſt, ne ſe hominibus proſtituant: quandoquidem crimen ſacrilegii eſt, quæ ad Deum pertinent, illi eripere, & in alienos, & profanos vſus conuertere.

Apoſtolus eſſe templũ Dei.

Sacrilegii gen⁹ quod

Quænam huius ratio interrogationis: Neſcitis quia templum Dei eſtis, &c. & quis ſenſus. *Leuit.* 26. *& ſeq.* 2. *Cor.* 6.

Cum vero interroganter ait: *Neſcitis, quia templum Dei eſtis, &c.* quæ quidem interrogatio vehementiam habet, cum eos teſtes faciat, ſubindicat: id eſt, Non puto vos rem tam cõpertam ignorare, Scriptura aperte dicente; *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abiiciet vos anima mea: Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus.* Et cum Deus illos ſibi ſemel conſecrauerit, templi ſui cuſtodes conſtituit. Soli igitur Deo, non hominibus, ſe ad licere debebant. Et omnes collectim vocantur verum Dei templum, cuius quiſque fidelium vnus eſt lapis. Quanquam interdum ſingulos ſingula Dei templa faciat, vt paulo poſt faciet.

Templi Dei myſtici qui lapides.

Et eandem repetit ſententiam cum ait *Spiritus Dei habitat in vobis.* Quo verbo reddit rationem quomodo Corinthii ſint templa. (Etenim pro quia, hoc loco accipiendum eſt) *In vobis* inquit. hoc eſt ad dignitatem, & honorificentiam, ac vtilitatem veſtram. Nam domus dignitatem, & commodum ab habitante accipere ſolet. Et quia Chriſtus dixit, *Ad eum veniemus, & mãſionem apud eum faciemus*: exiſtimandum eſt, non ſolum Spiritum ſanctum corda fidelium inhabitare, ſed & Patrem, & Filium.

SpiritũDei quid ſit, habitare in nobis.

Ioan. 14. Vnde conſtet, præter Spiritum ſanctum, Patrem etiam, & Filium inhabitare in nobis.

Elicimus præterea ex hoc loco, Spiritũ ſanctum vere eſſe Deum: nam ſi creatura eſſet, haberet commune templũ cum creaturis: Et pungit Apoſtolus ſectarum principes Corinthios, qui multos à veritate, & Fidei fundamentis abducebant, ac ſeducebant.

Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Parum refert, quod Græca littera habeat pro illis duobus verbis, Corrumpit, & corrumpet (φθείρει, & φθερεῖ) quibus vtitur Auguſtinus ſerm. 16. de verbis Dom. in eundem enim ſenſum redit: hac enim pœna tantum ſacrilegium dignum eſt & violare ſancta hanc pęnam promeretur,

Templum Dei violãs iuxta Apoſtolum, quomodo puniatur. *B. Aug. ſe.* 10.

vt

vt violator ipſe perdatur etiam apud Paganorum deos. Quæ lex ſeruatur in muris, & in templis lapideis, & manu factis; quanto magis in viuis Dei templis, quæ ſumus nos? Et propterea alloquens maiores; qui alios ſeducere, atque ad ſuas partes trahere nitebantur, quò ex ipſis gloriam acquirerent, dicit: *Nemo ſe ſeducat.* Nam qui alios ſeducit, ſe ipſum, in cuius caput recidit crimen, ſeducere videtur.

VI. Dubium Hoc quemadmodum ſtare poſſit: Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo ſtultus fiat vt ſit ſapiens.

Sextò dubitatur circa illa verba: *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo; ſtultus fiat vt ſit ſapiens:* Quomodo enim is, qui ſapiens erat, poterat fieri ſtultus? non minus certè, quàm calidum fieri frigidum. Dicendum eſt, Apoſtolum non dixiſſe: Sapiens verè ſtultus fiat; ſed illud dixit; *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo.* Id eſt, Qui ex ambitiõe, & faſtu quærit alios regere, quod non eſt niſi hominis ſapientis, ex qua falſa perſuaſione venit ſeductio: huic tanto malo non aliud ſupereſt remedium, quàm vt ſtultus fiat, id eſt, ſubdatur alijs, & permittat ſe regi, & erudiri, vt ſtultus, vt ſic ſapiens fiat. Nemo enim verè ſapiens eſſe poteſt, niſi qui prius ſtultus fuerit: nemo enim nouit regere, niſi qui prius nouerit obedire. Quod Euangelio Dei conſonum eſt, vbi pauperes diuites fiunt, & eſurientes implẽtur bonis, & humiles in oculis ſuis exaltantur: & Salomoni dicenti; *Audiens ſapiens, ſapientior erit.* Et vt ponderat Oecumenius, Non dixit: Abijciat ſapientiam; ſed ſignificans illam maximè abiciẽdam, dixit; ſtultus fiat, & idiota. ¶ Videant igitur ambitioſi, qui quærunt honores, & dignitates eccleſiaſticas, præſertim verò Regulares, qui maiorem profitentur mundi cõtemptum, & ſapientiſſimæ ſtultitiæ ſtatum non deſerant, ſi ab ipſo ſapientiſſimo iudice quærũt haberi ſapientes.

Qualis hæc ſententia.

Luc. 1.
Infra 14 & *Infra* 18.

Prou. 1.
Oecumen c. 1.

Sapientes qui maxime ſtulti fieri debent, vt ſint ſapientes.

Nec in his verbis requirit Apoſtolus, vt prudentiæ nobis à natura inſitæ, vel longo vſu collectæ in totum renuntiemus; ſed tantùm, vt eam alijs ſubdamus in Dei obſequium, & ne quid velimus ſapere niſi ex eius verbo per Scripturam, vel Eccleſiàm tradito.

Quomodo ſapiens quiſquã non debet fieri ſtultus; vt ſit ſapiens.

Poteſt & hoc verbum aliam commodam recipere interpretationem. Si quis enim ſibi videtur ſapiens eſſe in hoc ſeculo, id eſt, doctus in diſciplinis ſecularibus, & qui nouerit in ſingulis ſcientijs, & artibus quæſtiones propoſitas diſſoluere, & rationem certam reddere; hic ſtultus fiat; id eſt credat, neque aliquam rerum Fidei rationem exigat, quod ſtulti eſt: & ſic verè erit ſapiens, credendo Deo dicenti, vel ſe diſcipulum Deo, & eccleſiæ eius præbendo.

Alter ſenſus eius dicti non incongruus.

Quemadmodum etiam Dominus dicit; Quiſquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Quod elucidans Baſilius, interpretatur per puerum, ſiue paruulum, eum, qui ſimpliciter credit, neq; ſibi rationem reddi poſcit eorum, quę ſibi credenda proponuntur: quod etiam hic de ſtulto ait Paulus, vt ſimiles propemodum eſſe videantur, paruulus, & ſtultus. Oportet ergo vos imitari diſcipulos, qui ſe optimis præceptoribus in quauis arte formandos tradunt: ita in doctrina Chriſti capeſſenda oportet facere, nempe vt ſapientiam huius ſeculi, vnde quis ſibi placet, deponat, & planè ſtultus in hoc ſeculo haberi malit, quò tandem veram ſapientiam apprehendat.

Marc. 10.

Baſil. in Reg. breuiorib. interro. 274. *to.* 2.

Corinthios quorum ſimiles eſſe optabat Apoſtolus.

Ad illud, quomodo ſapientia huius ſeculi multas veritates tradens, ſit à Deo, à quo eſt, ſtultitia, meritò in dubitationem venit. Dicimus, illis verbis corroborare Paulum exhortationem, vt nõ præſumant ſapere iuxta ſeculi ſapientiam, ſecundùm quam quilibet eſſe maior, & alijs dominari contendit; cùm contrà hæc ſapientia ſtultitia ſit apud Deum, apud quẽ qui ſe exaltat, humiliatur, & qui ſe humiliat, exaltatur.

Sapientia huius mundi vt eſt ſtultitia apud Deum; ad cuius tamen notitiam maxime conducit.

Luc. 14.
Infra 18.

Reddit ergo cauſam, cur volentem Dei ſapientiam diſcere, ſapientiam huius ſeculi ponere oporteat. Et vtitur argumento à contrarijs: poſitio enim vnius contrarij alterum deſtruit. Cum ergo ſapientia huius mundi, ſtultitia ſit apud Deum: ſequitur nõ poſſe nõ aliter ſapere, niſi ſecundùm mundum ſtulti ſimus.

Ratio contrariorum.

Et ſuo more allegat duos locos Scripturæ, alterum ex Iob. cap. 5. *Qui apprehendit,* inquit, *ſapientes in aſtutia eorum.* Et ſunt verba Eliphaz, qui etſi non probetur à Domino, probat tamen Paulus eius ſententiam, quia in ſe vera eſt. Nam ex ore inſipientis nihil prohibet quin aliquod dictum ſapiẽs proficiſcatur. Vnde & ex Poëtis, & ex apochryphis aliquid adferre conſueuit ad ſua confirmanda Paulus: non quòd probentur autores: neque omnia quæ inueniuntur in apocryphis, apocrypha ſunt. Ideo mirum non eſt, ſi in epiſtola Iudæ Apoſtoli aliqua legantur, quæ in apocryphorum libris reperiuntur.

Eliphaz Themanitis à Domino reprehenſi cur audeat tamen Paulus proferre ſententiam.

Iob 5.
Infra vlt.
Act. 17.
1 *Cor.* 15.
Tit. 1.
2. *Tim.* 3.

Apocypha aliquam continent veritatem.

Iudæ 9.
Pſal. 20.

Reſpõdet autem hic locus illi alteri Dauidis: *Quoniam declinauerunt in te mala; cogitauerunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire.* Quod autem Deus comprehendat ſapientes in aſtutia ſua, docent exempla Pharaonis ſubmerſi in Mari rubro, & Saulis regis, & Achitophel, & Aman crucis paratæ Mardochæo; perempti ſupplicio. ¶ Dicitur Deus comprehendere ſapientes mundi in

Quos olim Deus comprehenderit ſapientes in aſtutia eorum.

Exod 14. & *ſeq.*
1 *Reg* 18. & *ſeq.*

3. Reg.17. Eſther 5.

Vt cōprehendat Deus ſapientes in aſtutia ſua.

Sap.5.

aſtutia eorum; cùm illud ipſum, ad quod per aſtutiam tendunt, quæ malum finem coniectat, cauſa eſt ſui ipſius perditionis: vnde & quidam eorum, ſerò vt Phryges ſapientes, dicent; *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce, quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.*

Pſalm.93.

Secundus locus habetur Pſalm.93. *Deus nouit cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt.* Et licet in ipſo Pſalmo non legamus, cogitationes hominum, ſed, cogitationes ſapiētium, vt hic habet Paulus; nihil tamen diſſentit. Nam de hominum ſapientia loquitur: quia vt homines ſunt, non ſapiunt quæ Dei ſunt, quia nec finem verum aſpiciunt, nec ea quæ ad eum conducunt, à Deo probantur, aut ad eum accommodantur; ideo vanæ ſunt eorum cogitationes. Vanum verò dicitur, quod ad finem deſtinatum non pertingit, aut quod non valet conſiſtere. Et humiliat hæc ſententia carnis confidentiã, dum ex alto pronuntiat meram eſſe vanitatem quicquid homo cogitat, & agitat hominis ingenium, vt oſtendit turris Babylonicæ conſtructio, quæ cauſa fuit vt linguæ hominum confunderentur. Plures etiam hodie ſunt ſapientes, quibus nihil placet, niſi Tullianam reſipiat eloquentiam: & ideò mirum nō eſt, ſi tales veram Dei ſapientiam, quæ ſimplicitati cōiuncta eſt, præ ſua ſapientia faſtidiant; ac proinde minimum in ſalutarium rerum cognitione proficiant.

Cogitationes hominum, ſiue ſapientium cur vanæ.

Matth.15.

Vanum quid ſit.

Geneſ.11.& ſequ.

Diuinæ ſapientiæ contemptores quid aſſequantur miſeri.

Quare non eſt in hominibus gloriandum.

Illud verò: *Nemo itaque glorietur in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt*: epilogus eſt, & redit ad ſcopum propoſitum, ne glorientur in hominibus: vnde poſtea diſſenſio & in doctrina & vitæ motibus accerſitur. Non eſt ergo in hominibus ſummum bonum, vnde & vos ex Deo pendere debetis, poſtquam & ipſe ſubdidit vobis omnia. Licebit autem gloriari in eis vt in Dei miniſtris, qui tales, tantoſque viros vobis proſpexit; & gloriari in Chriſto, qui tales elegit: nam ea ratione, qua miniſtri ſunt, minores ſunt vobis in hoc tempore; quia vt Dominus teſtatur, Maior eſt qui recumbit, quàm qui miniſtrat. Tanta eſt enim credentium dignitas, vt ipſis Deus ſubdiderit omnia. Et ſi rerum Dominus Chriſtus ipſis ſe ſubiecit, quid ni & alij inferiores miniſtri? Et quia tantùm numerat ſe, & Apollo, & Cepham, intelligimus, illos tres Corinthiorum miniſtros extitiſſe, atq; illis verbum Dei prædicaſſe. Sunt namque miniſtri propter Eccleſiam, non autem Eccleſia propter miniſtros; Eccleſia autem propter Chriſtum, cuius eſt Dominus, & caput.

Luc.20.

Quanto Deus credentes honore dignatus ſit.

Corinthij, vt Paulus inſinuat, quos tantū habuerint miniſtros Euangelij.

Epheſ.1. Coloſſ.1.

Deinde ſubdit: *Siue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura: omnia enim veſtra ſunt.* Mundus ergo illorum erat, ad ſuppeditanda carnalia, & quæcunq; ad vitam corporis tuendam ſunt neceſſaria. Deinde vita, ad laborandum, & regnum æternum bonis operibus promerendum. Mors quoque, ad laborum finem ac requiem, & vitã nouam ſempiternam. Sunt quoque præſentia dona, quibus ad vitam aſſequendam vtimur: futura etiam, id eſt, ipſa beatitudo, qua tandem iuſti omnes curſu vitæ tranſacto perfruentur.

Mundus, vita, mors, præſentia, & futura: hęc omnia Corinthiorum erant, atque etiam fidelium Chriſti ſunt.

Addit: Vos autem Chriſti. Non hominum, ſed Dei, qui nos redemit ſanguine ſuo. Chriſtus autē Dei: quia & illi, qui ſubiecit ſibi omnia, ſubijcietur: quæ ſubiectio ad Humanitatem refertur. Nam carnem noſtram induendo, ſerui formam aſſumpſit, vt Patri ſe per omnia obſequentem prȩberet, vt per eum Deo in æternum coniungeremur.

Corinthij autem cur Chriſti, Chriſtus autem Dei.

1.Cor.15. Philip.2.

DISPVTATIO VI.

In illa Apoſtoli verba. *Secundum Gratiam Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui: alius autem ſuperædificat. Vnuſquiſque autem videat, quomodo ſuperædificet. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, &c.* vſque ad aliud: *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.*

HVNC Pauli locum admodum perplexum, atque impeditum, veteres Patres agnouerunt: vnde factum eſt, vt admodum varias interpretationes receperit. Recentiores quoque noſtri ſeculi ſcriptores Catholici, dum cōtra Hæreticos purgatorium ignem impiè, & impudenter negantes ex his verbis erui poſſe, conſtituere volebant, multa dixerunt, & in varios ſenſus diuiſi fuerunt. Rurſus ſectariorum variæ euaſiones, & tergiuerſationes, quibus conantur huius loci vim eludere, ne tali telo percuſſi reuincantur, & pudore ſuffundantur, idem oſtendunt. In Concilio etiam Florentino diu diſceptatum inter Latinos, & Græcos fuit de vera horum verborum intelligentia: quod cōfirmat huius loci obſcuritatem, quam non ſemel Auguſtinus declarauit. Scribit enim in lib. de Fide, & operib. cap.15. in fine: *Hæc ſententia in his deputanda eſt, quæ Petrus dicit eſſe in ſcriptis eius quædam difficilia intellectu, quæ non debent homines peruer-*

Loci huius propoſiti difficultas ex multis euincitur.

Initio Concilij Florentini Ferrariæ incepti, c. de Purgatorio.

B Aug. to.4. ſub initium.

2.Pet.vlt.

peruertere ad propr um ſuum interitum. Et ca. ſequenti initio: *Hic à me fortaſſe quaeratur de ipſa Pauli Apoſtoli ſententia quid ego ſentiam, & quonam modo intelligendam putem. Fateor hic me malle audire intelligentiores atque doctiores.* Et eandem iterum ſententiam tractat libr. quæſt. ad Dulcitium, q. 1. Chryſoſt. quoque dum hūc locum enarrare aggreditur, propter illa poſtrema verba: *Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem*, præmittit quæſtionem, an ſinem vllum habeat ignis gehennæ? putabat enim id eſſe certum ex Euangelicis Domini verbis, & ex aliis Apoſtolicis locis. Vrgebatur tamen hoc loco Pauli; *Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Et tandem reſpondet, verbum ſaluandi in malam accipi partem. Conſueuimus enim ita loqui, vt dicamus eſſe ſalua in igne, quæ non comburuntur, nec in cinerem rediguntur, ſed integra, & illæſa manent. Verum vt, ſalua gratia, & honorificentia, quæ tanta Patri debetur in Eccleſia Dei, ex falſa verbi ſaluandi intelligentia profecta eſt illa eius explicatio, vt videbimus. Non debet ergo conſilium noſtrum reprobari, ſi ſubtilius, & luculentius à detortis ſenſibus vindicatam explicuerimus.

Idem eod. l. circa med. Chryſ. ho. 9. — *Mat. 25.* — Chryſoſtomi, minus tamen probabilis, de hoc Pauli loco ſententia.

Deinde prænotandum, ſermonem Apoſtoli penitus eſſe metaphoricum. nā cū duas metaphoras, plantantis ſcilicet, & ædificantis, propoſuiſſet, omiſſa altera priori, accedit ad ſecundā architecti ponentis fundamentum, & aliorum ſuper ędificantium comparationem ponit. Videtur enim Apoſtolus differentiam ædificantium ſuper fundamentum poſitum in medium adducere, quorum primus materiam ſolidam, ac pretioſam, ignique minime cedentem adhibet, vt ſunt aurum, argentum, & lapides pretioſi. Nam ex auro, & argento columnæ, & laminæ templum exornabant, nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur, etiam pauimentum vſque, vt habes. 2. Reg. 6.

Proponitur eius ſenſus literalis & explicatur. — *3. Reg. 6.*

Lapides vero pretioſi non ſunt intelligendi illi parui, & pellucidi, quibus digiti Principum, & coronæ capiti impoſitæ illuſtrantur, & quibus ſponſæ, quæ viris tradūtur, ornari ſolēt. nam hi lapides non ſolent ædificiis inſeruire: ſed ſunt lapides marmorei, vt porphyreticus, iaſpis, alabaſtrum, & verſicolores, quibus palatia Principum exædificantur, ſed præcipue portæ, feneſtræ, camini tum in cęnaculis, tum in balneis decorari ſolent: his etiam templorum parietes, & pauimenta, & altaria, & lapides angulares ſplendeſcunt, præſertim vero templū Ieroſolymitanum his lapidibus pretioſis ornatum erat; nam Salomon extruxit domum filiæ Pharaonis, quam duxerat. Omnia, inquit, lapidibus pretioſis, qui ad normam quandam, atq; menſuram tam intrinſecus, quā extrinſecus ſerrati erant. Et paulo poſt: Fundamenta autem de lapidibus pretioſis, lapidib. magnis decem, ſiue octo cubitorum. Et deſuper lapides pretioſi æqualis menſuræ ſecti erant. Eſaias quoque c. 28. de Meſſia ait: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum.* De his lapidibus, qui voluptati ſeruiebant, ac deliciis, ſcripſit Plinius integrum librum 37. & vltimum: & Auguſtus Cæſar dixiſſe fertur: *Accepi ciuitatem lateritiam, relinquo marmoream.* Dixit quoque vnus ex Apoſtolis Domino, *Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ. & reſpondens Ieſus ait illi: Vides has magnas ædificationes? non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Ad hos igitur lapides pretioſos veriſimile eſt Paulum hoc loco alluſiſſe.

Quid hoc loco lapides pretioſi eorū vſus. — *3. Reg. 7.* — *Eſai. 28.* — *Mar. 13.*

Iam ex oppoſito ſit alter, qui ſuper huiuſmodi fundamentum adhibeat vilem, & fragilem materiam, ignique obnoxiam, vt ſunt ligna, fęnum, & ſtipula. Ex lignis enim trabes, & poſtes domum ſuſtentantes, & tabulę parietes veſtientis fieri conſueuerunt at fœnū, & palea, ſiue ſtipula, materia ſunt, quibus ſæpe pauperum, & ruſticorum humiles caſæ teguntur. Stipula vero, materia eſt, ex qua contextæ ſtoreę conficiuntur, & quib. interdum opifices, & inopes domus parietes obtegere ſolent ad frigus propulſandum. Vt interim ſileam, quod ſæpe ex ſpinis, & veprib. hortos contegere ſolent.

De ſuper ædificante lignum, fœnum ſtipulam.

Iam vero ſit vtrique domui ex iſtis accedat ignis ſua flamma lambēs ædificium vſque ad tectum, certe prior domus ab igne nihil accipiet detrimenti, imo ſplendidior & purior per ignem reddetur: & qui talem domum conſtrueret, mercedem non modicam percipere dignus eſſet. At poſterior domus incenderetur plane, & combureretur, & in cinerem redigeretur: quod ſi contingeret ædificatorem, aut habitatorem in tali domo eſſe, & ſaluus exire cuperet, per medium ignē exire cogeretur, quo in tranſitu perſona non tantum in barba, capillis, veſtibus, verum etiam in ſupellectili vehementer læderetur, niſi fieret miraculum trium puerorum, qui illæſi etiam in veſtib. ab ignis fornace redierunt, vel niſi per feneſtram demitteretur in ſporta, quomodo Paulus per murum ex Damaſco illi inſidias vt caperent, parante, incolumis euaſit.

Vtriuſque ordinis ſuperædificātium opera qualē mercedem habeant. — *Dan. 3.* — *Act. 9.*

Vides ergo, primum ædificatorem, domum conſeruaſſe ſuam, & mercedem non modicam ædificationis accepiſſe. Et ad hoc allu-

Operum illa mercedis diuerſitas quibus Pauli verbis explicatur.

alludens Paulus dixit: Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit; mercedem accipiet. Alter vero iacturam domus faciens, & periculum vitæ ſuæ, ſaluabitur quidem, ſic tamen quaſi per ignem. Atq; hæc maxime putamus facere ad corticē metaphoræ melius percipiendum, & ad propoſitam veritatem tātæ metaphoræ plenius attingendā.

I. Dub. in verbis propoſitis.

Dicendum ergo quis ſit ſapiens architectus, qui fundamentum poſuit. Secundo diſcutiendū, quid intelligat Apoſtolus per hæc duo genera ſuperædificantium: nam alii referunt ad prædicatores, & doctores, de quibus paulo ante Apoſtolo erat ſermo; an vero bene operantes, & bonis operib. ſuis, & exemplis alios ædificantes.

II. Dub.

III. Dub.

Tertio examinandum de qua die ille veniant intelligēda, cum ait; Dies Domini declarabit, qui in igne reuelabitur. Nam aliqui intelligunt præſentem vitæ noſtræ; Alii vero diē mortis, in quo quiſque de omnibus vitæ ſuæ actionibus examinandus eſt; Alii, diem iudicii, quem præcedet ignis conflagrationis, intelligunt; Alii denique plures dies ſimul ex dictis, vel potius omnes.

IV. Dub.

Quarto, dubium eſt de illo igne, in quo reuelatur illa dies, quisnam ſit: Nam aliqui ad ignem inferni retulerunt; alii ad conflagrationis ignem, qui præcedet iudicium, vt Propheta ait; alii ad purgatorium ignem poſt hanc vitam; alii rurſus ad præſentium tribulationum ignē, quibus peccata expurgantur; alii deniq; ad Diuini iudicii probantis, & examinantis ignē, de quo; *Dominus Deus tuus, ignis conſumens eſt.* Et hæc quidem de illo igne, quem Dominus in die ſua declarabit.

Pſal. 96.

Deut. 4.
Hebr. 12.

V. Dub.

Quinto examinandum eſt ſubtiliter, an ignis, de quo dicitur in vltimis verbis: *Saluus erit ſic tamen quaſi per ignem*, ſit ille, de quo in priori clauſula dictum eſt, an alius nouus ſit, & ab illo diſtinctus; & quo magis tendat veterum Patrum explicatio huius loci.

VI. Et vlt.

Poſtremo quærendum eſt, quæ ſit iſta phraſis, ſaluari per ignē, & ad quid Apoſtolus alludere videatur. Rogo autem prudentes lectores, vt boni conſulant tam exactam, & diligentē verborum, & quæſtionum examinationem, quoniam ex his & ſimilibus germani & veri Scripturarum ſenſus explicantur, & aperiuntur, & hæretica impietas iugulatur.

Quis ille ſapiens architectus, qui poſuit fundamentum.

Quod ad primam quæſtionem attinet, dicimus, ſapientem architectum fuiſſe Paulum, vt ipſe explicat: nec propterea ſe commendet, vt quis poſſit illi obiicere; *Non qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt; ſed quem Deus commendat:* non aberat enim ſe ad Apoſtolatum vocatum, vt in Gentibus fundamentū doctrinæ Chriſtianæ poneret, vnde merito ſe architectum vocat ſub Chriſto ſummo, & primario architecto, qui promiſit: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Ipſe igitur inuiſibilis, & primarius architectus, per Apoſtolos quaſi per ſecundarios architectos verbum, & ſacramētum miniſtrantes. Domino cooperante, & ſermonem confirmā e ſequentibus ſignis, Eccleſiam fabricatus eſt ſuper fundamento ab ipſo Chriſto iacto, id eſt Petra, quæ eſt Chriſtus: quod tale eſt fundamentum, vt confidenter dicat, neminem aliud ponere poſſe, quod eſt Chriſtus Ieſus, cū articulis, & communis fidei principiis.

2. Cor. 10.

Mat. 16.
Chriſtus qualis architectus, quales vero Apoſtoli.

Quale itē fundamentum Chriſtus.

Mirum etiam nō eſt Apoſtolum hoc verbo ſe ipſum commendaſſe, cum non ignoraret, quæ dona à Deo recepiſſet. Dixerat enim paulo ante: *Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt; vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.*

Sapiens ille architectus cur ſe talem nominauerit. 1. Cor. 2.

Vt ſecundam dubitationem diluamus, per ſuperædificantes hoc loco ſi auctor accipimus nō quoſuis fideles, qui ſupra Fidei fundamentum operum bonorum parietes erigunt, & bonis operibus fidem ſuam exornant, ſed verbi Dei miniſtros, & euangelicos prædicatores, quorum eſt docere, & hortari populum, vt ad dignos tantæ fidei fructus proferēdos ſe accingant.

Super ædificantes qui myſtice.

Cogimur autem hoc interpretari, tum ex præcedentibus, tum ex ſubſequentibus. Ex præcedētibus quidem, vbi de plantantibus, & rigantibus, id eſt de magiſtris, & præfectis muneri Euangelizandi ſermo habitus eſt. Ex ſequentibus autem, vbi ait: Si quis videtur inter vos ſapiēs eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Nemo itaque glorietur in hominibus. Vbi etiam de miniſtris eſt ſermo. Accedit & ipſum verbum ſuperædificāti, quod iis conuenit, quibus ædificandi cura mandata eſt. Vnde etiam Dauid dixit de ſummis Pontificibus, & ſcribis, & legiſperitis: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli,* Demum Græci & Latini Patres hunc locum excutientes, de Doctoribus, & Eccleſiæ miniſtris interpretantur, maxime Chryſoſtomus. Theophylactus, Hieronymus, & Ambroſius.

Cōmunes non poſſe fideles intelligi, probatur multipliciter.

Pſal. 11[...]
Mat. [...]

Chryſ. ho. 9
Theophyl.
Hier. to. 9.
Ambr. to. 5.

Inficiandum tamen non eſt, ſæpe tam Græcos, quā Latinos Patres per ſuperædificantes, fideles quoslibet intellexiſſe: nam illi ſupra Fidei fundamentum bona operum merita extruunt. Inter hos præcipui ſunt Chryſoſtom. Theodoritus, Theophylact. & Auguſtin. pluribus in locis, & præſertim ca. 16. de Fide, & Operibus, qui etiam contentioſe id demōſtrat Chryſoſtomi enim hæc ſunt verba: *Aedificatio autem, operationes mihi eſſe videntur.* Atqui nonnulli inquiunt, hoc ipſum de magiſtris, diſcipulis, & corru

Cōmunes etiā fideles qua ratione ſuper ædificantes intelligi queant, & qui hoc aſſeruerint.

Aug. to. 4
ſub init.
Chryſ. ho.

pris

Chryſoſtomi ad probandum, ſuperædificantes non ſignare magiſtros, argumenta cenſentur.

ptis ſectis dictum eſſe. Verum id ratio non conſentit. Nam ſi ita intelligeretur, quo pacto opus peribit, architectus autem ſaluus erit, & per ignem? autorem namque potius perire oportuit. Nunc autē inuenietur maiorem pœnam dediſſe, qui ædificatus eſt. Nam ſi magiſter autor factus eſt malitiæ, maius merebatur ſupplicium: quomodo igitur ſaluus erit? Sin autem non eſt ipſa cauſa, ſed peruerſis ſuis moribus eiuſmodi diſcipuli euaſerunt, nullas omnino dare pœnas promeretur. Sed neque damno afficiēdus eſſet, qui bene ædificauerit. Quanam igitur ratione, inquit, detrimentum patietur? Quamobrem plane conſtat de operationibus id verbum intelligendum. Cum enim iam inuecturus ſit in adulterium, altius iacit principia. Hęc ille tantus Pater, cuius ſententiam mutuati ſunt Theodoritus, & Theophylactus.

Commodior intelligētia proponitur, & probatur.

Tamen, quia literæ magis quadrat, vt diximus, vt de miniſtris, & verbi Dei præconibus loquatur Apoſtolus; & quia illud argumentum Chryſoſtomi ſolubile eſt, neq; admodum refert ad comprobādum, & ſtabiliendum ex hoc loco Purgatorium, an de illis ſolum, an etiam de vniuerſis fidelibus intelligatur; & difficilius multo videtur Purgatorium eruere ex his verbis, ſi de Doctoribus, & prædicantibus hoc loco ſit ſermo, vt etiam obiecit Lutherus; idcirco hāc intelligentiam nunc perſequemur, & explicabimus. Cui ſenſui nō obſtat, quod ſubiicitur à Paulo: *Vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit*, vbi ſignanter opus dixit, non doctrina. Verum cum ſermo iſte totus ſit metaphoricus, ad opus ædificandi, id eſt docēdi eſt referendus: qui enim docet, etiam operatur. Et opus, exprimit eſſe aurū, argentum, lapides pretioſos, lignum, fœnum, ſtipulam. Quare ſi ex vi literæ haberemus purgatorium ignem pro his, qui negligenter docent, aut ſomnolenter præſunt eccleſiis ſuis, ſatis eſſet ad ſtatuēdum Purgatorium: nam quod illis euenit quātum ad officium docendi, idem etiam, quod ad opera ſpectat, quæ à Chriſtiano requiruntur, fidelibus euenire debet.

Superædificantes, ait Chryſoſto. ſi doctores ſunt cur opus dixit, non doctrinam Apoſtolus igni fore probandum.

Doctores qui ſuperædificent aurum, argentum, & lapides pretioſos

Duplex igitur ex doctorum ordo, alter ædificantium aurum, argētum, lapides pretioſos, id eſt doctrinam ſacram, ſalutarem, & promouentem ad fructus fidei, & ſpiritus quod non tātum verbo, ſed etiam vitæ ſanctæ exemplo confirmatur, quæ non tātum bonos, & perfectos auditores efficiunt, nec tantum meliores, & perfectiores, ſed etiam optimos, & perfectiſſimos. Alter vero ordo eſt eorum, qui ædificant lignum, fœnū, ſtipulam, id eſt, doctrinam quidem veram,

Qui vero lignum, fœnum, ſtipulam.

& catholicam, coniunctam tamen cū nonnullas vanis, curioſis, & ſuperfluis rebus, quæ à noticia vtiliorum, aut à progreſſu ſpiritualium impediūt: vt in propoſito erant Corinthii nonnulli, qui cum eſſent dediti linguis, aut ſtudio philoſophiæ, aut miraculorum operationi pluſquam par eſſet: vnde & Apoſtolus de his in hac Epiſtola eos increpat: in vita quoque deficiebant, & in his quæ prædicabant, parum vitæ ſanctæ moribus reſpondebant.

Lignum, fœnum, ſtipulam ſuperædificātes nec hæreticos, nec falſos doctores, aut ſimiles, hic ſignificare vllo modo

Minime autem loquitur de hæreſes docentibus, aut de iis, qui malis morib. populum corrumpebant, aut deniq; de mala dogmata ſpargentibus, non tamen ſine mortifero, & graui delicto, vt Græci Patres magna ex parte interpretantur. Quod falſum eſſe, his rationibus euinco. Nam in primis Hæretici minime per ignem ſalui fiunt, vt Paulus ait de ædificantibus lignum, fœnū, & ſtipulam, nam tales Hæretici damnantur & in æternum gehennæ ignem detruduntur: quomodo ergo de illis dici poterit, Salui erunt, ſic tamē quaſi per ignem. Deinde Hæretici non ædificant ſuper fundamentū à Paulo poſitū, id eſt Chriſtum Dominum: omnis enim hæreſis quantumcunq; titulos magnificos Chriſto tribuat, & in Chriſto glorietur, tamen contra fundamentum poſitum eſt. Nam omnis hæreſis ſoluit Ieſum & aduerſus Chriſtum eſt, qui audiendam Eccleſiam eſſe præcepit. At Hæreticus Eccleſiam non ſolum non audit, ſed etiam illi aduerſatur, & contra eam pugnat. Tertio, delicta lethalia non veniunt nomine ligni, fœni, & ſtipulæ, quæ facile crementur, ſed nomine ferri, plumbi, & æris, vt B. Gregor. docet lib. 4. Dialogo. ca. 39. quem B. Anſelmus ſequitur in hunc locum ſcribens. *Penſandum*, inquit, ille *Solicite eſt, quia illum per ignem dixit poſſe ſaluari, non qui ſuper hoc fundamentum ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id eſt peccata maiora, & idcirco duriora atq; tunc iam inſolubilia; ſed lignum, fœnum, ſtipulam, id eſt peccata minuta, atque leuiſſima, quæ ignis facile conſumat.* Hæc ille.

I. Argum.
II. Argum.
1. Ioan. 4.
Mat. 18.
III. Argum
B. Greg. to. 2. Anſel. 1.

Quarto, ſuper Chriſti fundamentum, id eſt viuam fidem, per quam inhabitat Chriſtus in cordibus noſtris, non poteſt peccatum mortiferum, & multo minus hæreſis cōſiſtere. Vbi enim delictum eſt graue, aut hæreticus animus in errore obſtinatus, nō poteſt habitare Deus, ſed diabolus.

IV. Argum
Epheſ. 3.

Quinto, Patres admonent hæc de leuioribus peccatis accipienda, vt ſunt Auguſtin. li. de Fide, & operibus, ca. 16. li. 21. de Ciuitate Dei, c. 26. & in libr. inſcripto Enchirid. cap. 67. & in ſermone de igne Purgatorii in principio ita docet. *Multi ſunt qui lectionem*

V. Argum.
Aug. to. 4. ſub init.
Idem to. 5.
Idem. to. 3. prope init.
Idem ſer. 4. de ſanctu. Ordine 41. to. 10.

iſtam male intelligentes falſa ſecuritate decipiuntur dum credunt, quod ſi ſupra fundamentum Chriſti capitalia crimina ædificent, peccata ipſa per ignem tranſitorium poſſint purgari & ipſi poſtea ad vitam perpetuam peruenire. Intellectus iſte fratres chariſſimi, corrigendus eſt, quia ipſi ſe ſeducunt, qui taliter ſibi blandiuntur. Illo enim tranſitorio igne, de quo dixit Apoſtolus: *Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem,* non capitalia, ſed minuta peccata purgantur. Pelagius etiam in Commentariolis, qui Hieronymo tribuuntur, in hunc locũ ſcribit: Quod ſi ille nonniſi per ignem ſaluus erit, qui iuſtus ex proprio eſt, quia negligenter ædificauit diſcipulos: quid de illis fiet, qui & ſermone nõ ædificant, & inſuper ſcãdalizant exemplo? Anſelmus hoc loco explicans id: *Ipſe ſaluus autem erit,* ait: *Quod tamen non de heretico doctore debet intelligi, ſed de catholico qui nõ recte docuit. Nam & in libris ſanctorum Doctorum, quos authentice legit Eccleſia, nonnunquam inueniuntur quædam praua, vel heretica; non tamen pro his vel libri, vel autores damnantur. Pelegat eorum libros prudens lector, & inueniet verum eſſe quod dico.* Innocentius V. Pont. Rom. ſcribens in hunc locum & Caietanus, & Dionyſius Carthuſianus, aiunt Paulum de venialibus delictis loqui in tres gradus diſtinctis: qui dicuntur ædificare ſuper Fidei fundamentum, quoniam ſimul cum eis ſtare poſſunt: at lethalia delicta vitam fidei, quæ eſt gratia Dei, ſiue charitas, adimunt. Ita enim ſcribitur: Firmauit terrã ſuper aquas, id eſt, iuxta aquas; & rurſus, *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus,* id eſt prope flumen.

Tom. 9. Oper D. Hieron.

B Anſel. t. 2.

Id, ipſe aũt ſaluus erit, de hæretico doctore cur neget accipiendum Anſelmus.

Innoc. V. Caietan. Dionyſ. Carth.

Lethalia delicta quã vitam adimant.

Pſal. 135. Pſal. 136.

Quod ſi quis vrgeat, & quærere purgat; Quorſum ergo Paulus ſub hac metaphora hæretica docentes & prauis moribus diſcipulos corrumpentes non comprehendat? Reſpondeo, Apoſtolum tribus vſum fuiſſe metaphoris in hoc loco, nimirum agricolarum, & plantantium, & irrigantium plantata, ſub qua tantum bonus complectitur doctores: & vnicuiq; Deum iuxta proprium laborem mercedem redditurum affirmauit. Secunda bene ædificantium ſuper fundamento, poſito, ſub quo tamen varios aſſignat gradus, bonorum, meliorum, & optimorum: Inter quos reponendi ſunt, qui leuia, inutilia, curioſa, atque ſuperflua docent, quæ occupant Chriſtiana pectora, & profectum vitæ ſpiritualis impediunt, nõ tamen ſine peccato leui, aut veniali, quod gratiæ, & perfectioni non repugnat. Tertiã poſt hanc ſubiungit Paulus metaphoram de templi Dei violatore, de quo dicit Paulus: Si quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Inter omnes bonos igitur, & non omnino deficientes à bono, collocantur ædificantes lignum, fœnum, ſtipulã id eſt curioſa, & vana, quorum opera in igne deficiunt. Et ita in vtroque genere gradus diſtinxit in ternario numero. Ita huic dubitationi ſatisfacit Caietan. & aut eum Dionyſius Carthuſianus.

Ædificantium lignũ fœnum, & ſtipulam nomine Paulus hæreticos, & falſos doctores cur noluerit deſignare.

Quid ædificare lignũ, fœnum, ſtipulam.

Caietan. Dionyſ. Carthuſ.

Corruit igitur ſententia Græcorum Patrum, qui in principio Concilii Florentini Ferrariæ coacti, dum alios expectarent Epiſcopos, de huius loci intelligẽtia ante primam ſeſſionẽ diſputare cœperunt. Et Græci, præſertim Marcus Epiſcopus Epheſinus, per ædificantes lignum, fœnum, ſtipulam, hæreticos, & malam doctrinam diſſeminantes intelligebant. Illud vero; *Saluus erit ſic tamen quaſi per ignem,* explicabãt: Hoc eſt, Manebunt integri in igne gehennę. Sed Latini inſtabant, verbum Saluandi in Scripturis nunquam accipi in malam partem, ſed ſemper in bonam. Vnde & dicebant: Nos aliis quamplurimis autoritatibus adducimur, vt illud Apoſtoli credamus, *Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem,* pro Purgatorio, non autẽ pro igne perpetuo capi debere, iuxta illud, *Saluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus;* Et alibi, *Saluum fac ſeruum tuum Deus meus ſperantem in te,* & *Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* Verum Græci, ne victi cedere viderentur, promiſerunt ſe locos allaturos, in quibus id verbum in eo ſenſu vſurparetur, quod tamen præſtiterunt ad Calendas Græcas.

Græcorũ de ædificãtibus lignũ fœnum, ſtipulam, deque Pauli dicto, Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignẽ, intelligentia reiicitur.

Verbum ſaluandi quo tantũ ſenſu accipitur more Scipturæ.

Pſ. 11. Pſ. 85.

Quod vero Marcus Archiepiſcopus Epheſinus in Apologia quam pro Græcis Purgatorium negantibus in Concilio Baſileo tulit, aſſeruerit, Chryſoſtomum nihil vnquam aut verbis expreſſiſſe, aut cogitaſſe de Purgatorio, falſiſſimum eſſe comprobatur. Nam homil. 32. in Matthæum. *Cur poſt mortem,* ait, *tuorum pauperes conuocas? Cur presbyteros vt pro eo velint orare, obſecras? Non ignoro te reſponſurum; Vt defunctus requiem adipiſcatur. Vt propitium iudicem inueniat.* Et infra, *Etſi multæ barbaræ nationes vna cum defunctis res eorum cremare ſolent; quanto æquius tuo defuncto filio tuo tradere debes? non vt in cineres redigantur, ſed vt glorioſum magis illum reddas. Putas eum maculis iniquinatum abiiſſe? da illi ſua, vt illas ſe à maculis detergat.* Et homil. 99. in Epiſtol. ad Corinth. *Opitulemur igitur defunctis fratribus: pro ipſis memoriam faciamus.* Et homil. 3. ad Philippenſ. *Defleamus,* ait, *iſtos mortuos, iuuemus eos pro viribus, procuremus illis aliquid auxilij, modici quidem, attamen iuuemus eos.* Et homil. 4. in Epiſtolam ad Hebr. *Dic mihi quid ſibi volunt in funere lampades iſtæ feſtiuæ? Nonne ſicut athletas defunctos producimus? Quid etiam*

hymni

hymni? nonne vt Deum glorificemus, & ei gratias agamus? Quid iam? iam coronauit diſcedentem. Quid iam à laboribus liberatum de ſeruitute educens, apud ſe habet? &reliq. Hæc ille; quomodo igitur Marcus ille audet aſſerere, Chryſoſtomum nunquam de Purgatorio cogitaſſe, quod tamen toties exerte profitetur.

Quorum ea Græcorum Pauli ſententia.

Non ignoramus tamen, illum ſenſum fuiſſe Chryſoſtomi, & Photii, & Athanaſii lib. Quæſtionũ ad Antiochum principem, quæſtion. 131. & quorundam aliorum Patrum Græcorum. Imo etiam Hieronymus noſter illud interpretans: *Væ qui coniungitis domum ad domum, &c.* ita ſcripſit, *Hæretici domos domibus, id eſt, dogmata coniungunt dogmatibus, quibus dicitur per Michæam: Nolite ædificare in domo deriſum, ne ſuper fundamentum Chriſti, quod Apoſtolus Paulus poſuit, & in quo debuerant ædificare aurum, argentum, lapides pretioſos, è contrario ædificent ligna, fœnum, ſtipulam, quorum finis incendium eſt.* Paulo poſt tamen oſtendemus, Hieronymum aliter fuiſſe interpretatum hunc locum. Et de ſecunda difficultate hactenus ſit dictum.

Chryſoſt. & Phot. apud Oecum. Athan. to. 4. inter B. Hieron. to. 5. in princ. Michæ. 3.
Domos Domibus, vt inquit Eſaias, coniungant qui myſtice.

Vniuſcuiuſque opus quale ſit, quis dies Domini declarabit, qui in igne reuelabit.
I. Sententia quorundã.
Act. 5.

Accedit iam tertia de die, de qua dixit, *Dies Domini declarabit, qui in igne reuelabitur,* quæ verba in primis excludunt tempus, vel dies præſentis ſeculi, vt ſenſus ſit: Tempus ipſum declarabit, ac diſcernet veros, ac perfectos ædificantes, & vera eorum ædificia, & opera, iuxta illud Gamalielis; *Quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus diſſoluetur: ſi vero ex Deo eſt, nõ poteritis diſſoluere.* Cicero quoque eleganter dixit, veritatem eſſe filiam temporis.

Eius opinionis incõmoda.

Sed in hũc ſenſum multa militare videntur. Nam Græce additur articulus ἡ ἡμέρα. quæ certam quandam, & ſignatam diem denotat. Tempus etiam præſens non eſt dies Domini, ſed potius dies noſter, vt Dominus dixit de Ieruſalem: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi;* & iterum; *Dum lucem habetis, credite in Lucem, vt filij lucis ſitis,* & Apoſtolus, *Dũ tempus habemus, operemur bonum.* Tempus autem mortis dicitur dies Domini: *Cum accepero,* inquit, *tempus, ego iuſtitias iudicabo.* Sæpe etiam præſens dies non reuelatur doctoribus in igne, etſi familiare ſit, & conſuetum, Dei miniſtros multa pati: Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei: interdũ autem praui doctores in pace potius, ac ſine cõtradictione, aut igne hinc migrare ſolẽt. Denique in præſenti die non patefit, nec declaratur opus, quod quiſque ſuperædificauerit, ſed omnia, vt ait Sapiens, in futurum ſeruantur incerta, eo quod vniuerſa æque eueniant iuſto, & impio, bono & malo, mũdo & immundo: ſi quidem communis eſt omnibus iuſtis & iniuſtis, bonis & malis, ignis tribulationum, & afflictionum. Ruit igitur ob has rationes ſenſus de præſenti die.

Luc. 19. *Gal. vlt.* *Pſal. 74.*
Doctorum bonorum & malorũ etiamnum viuentium diuerſa cõditio.
Act. 14. *Eccl. 9.*

II. Senſus, qui etiam improbatur triplici citer.

Deinde non poteſt etiam intelligi de vniuerſalis iudicij die, etiamſi illa vnica, & certa ſit, & in igne vniuerſalis conflagrationis præcedente reueletur, & in ea omnium ædificia, & opera, & corda patere debeant. Quod ſic demõſtro: Poſt diem iudicii non erit amplius vel tẽpus, vel locus, quo aliqui ſaluentur per ignem, vt Paulus hic ait, & ante illum diem iam igne purgatorio, vel orbis conflagratorio ſalui erunt.

Apoc. 21.

Ad hæc cum nihil coinquinatũ, aut abominationem faciens, & mendacium, poſſit introire in illam cœleſtem Ieruſalem: conſequitur, illos, qui ædificarunt lignum, fœnum, ſtipulam, non poſſe ingredi, niſi prius purgentur, in regnum cœlorum: quod eſt Græcorum hæreſis damnata in Concilio Florentino. Præterea dies illa iudicii non dicitur reuelari de futuro, ſed de præſenti, vt è Græca litera habet ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται, id eſt, quæ igne reuelatur.

Florẽt. Syn.

III. Senſus, & vlt. præſenti loco congruentior.
Iob. 14.

Supereſt igitur, vt de die mortis cuiuſque in qua celebratur iudicium vniuſcuiuſque particulare, hic ſit ſermo: nam de aliis nõ ita quadrat. Illa enim eſt certa, & vnicuique à Deo præſcripta, de qua B. Iob, *Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt:* quæ quidem in Scripturis vocatur Dies Domini: *Veniet,* inquit, *Dominus ſerui illius die, qua non ſperat, & hora qua ignorat;* & iterum, *Vigilate ergo quia neſcitis diem, neq; horam;* Scilicet Domini vt furis aduentantis: qui & in Apocalypſi ait; *Sin autem, venio tibi, et mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris* & Apoſtolus, *Qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu,* id eſt in mortem, in qua Chriſtus iudicat: quia Pater omne iudicium dedit Filio; iterum Apoſtolus *Statutum eſt,* inquit, *hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium;* non quidem vniuerſale, ſed particulare poſt cuiuſq; mortem. Denique illa mortis dies, quæ quotidie quibuſdã declaratur, ac reuelatur in igne iudicij Diuini, ſcrutantis, vt ait Propheta, Ieruſalem in lucernis, & in ea qualitas operis ædificati ſibi & aliis detegitur, ac reuelatur. Nam pro ædificio auri, & argenti ędificans mox gloria coronatur: vel pro ædificio ligni, fœni, & ſtipulæ, ad tẽpus puniendus in ignem, ſeu carcerem purgatorium detruditur. Atque huic ſenſui ſubſcribunt Patres multi tam ex Orientali, quam ex Occidentali Eccleſia, inferius ſuo loco producendi.

Mat. 24. Infra 25. Supra 24. I. Theſ. 5. Apoc. 2. Philip. 1. Ioan. 5. Hebr. 9. Sophon. 1.

Dies Domini declarant cuiuſque operis qualitatẽ qua ratione accipi poſſit de vniuerſali iudicio.

Cæterum quoniam vniuerſale non repugnat particulari, ſed illud ambit, & complectitur; nã vniuerſalis propoſitio multas particulares ſub ſe continet: poſſumus hęc accipere tanquam de iudicio vniuerſali dicta: non quidem ſimpliciter, & abſolute, ſed quatenus vniuerſale inchoatur, & repręſentatur in particulari iudicio, & quoniam vniuerſalis ſentẽtia eadem erit prorſus cũ illa, quæ in particulari iudicio pronunciata eſt.

In quo igne ſit dies Domini declarandus.

Iam accedamus ad quartum difficultatẽ explicandam. Quoniam enim bis fit mentio de igne: primo, cum dicitur, diem Domini per ignẽ declarari, & per illum examinandã tam opus ædificãtis aurum quam ædificãtis lignum; ſecundo vero, cum aſſerit Paulus, ædificãtem lignum, fœnum, ſtipulam, ſeruandum eſſe, ſic tamen quaſi per ignem; quo diſtinctius diſputemus, homonymiam vocis ignis, quam hic ineſſe putamus prius explicabim', deinde de poſteriori agẽdum erit. In priori clauſula ignis non poteſt accipi de igne gehennę, quo Damnati ęternas luent pœnas: quia ille nõ probat opera ſuperædificantis lignum, fœnum, & ſtipulã & multo minus ædificantis aurum, argentum, & lapides pretioſos: nec per talem ignem quiſquam ſeruãdus tranſire ſolet: nec ille ignis tranſitorius dicitur, quia perpetuus eſt. Deinde nec de igne cõflagrationis vniuerſalis accipi poteſt: quia talis ignis ædificãtes aurum, & argentum nõ probat: nec rurſus ędificantes lignum, fœnum & ſtipulam, quia cum ille ignis poſtremo dici reſeruetur, illos qui eo tempore viuerẽt, poſſet purgare, illos qui demortui ſunt nequaquam, & tales poterunt ante purgati inueniri, vt noua purgatione nõ indigeant. Alioqui ſi omnes per talem ignem eſſent tranſituri, nullus ante iudicii vniuerſalis diẽ ſeruaretur, nec beatificaretur; cum tamen iuſti ante illũ diem ſtolas ſingulas habeant, id eſt, gloriam eſſentialem in anima ſola ſitam iam poſſideant. Ad hæc de igne illo cõflagrationis, qui vret Dei inimicos, iuxta illud; Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.

I Senſus, qui reiicitur de igne æterno.

II. ſenſus, de mundanæ conflagrationis igne, ſed falſus.

Apoc. 6.

Pſal. 96.

III. Senſus de igne ſcilicet purgãte: qui multis refellitur.

Tertio explicandum eſt, vocem ignis in illa priori ſententia, de igne purgatorio accipi nequaquam poſſe. Ille ſiquidem ignis non probat opera ſuperædificantis aurum, & argentum; cum tamen hic aſſeratur, quod vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. Nec etiam ædificãtis lignum, fœnum & ſtipulam, quia cũ ſint actiones tranſeuntes, non eo deferuntur, vt ibi cremẽtur ſine autore: Paulus tamen diſerte diſtinguit inter opera, & operantes. Adhæc ſi omnes trãſirent per ignem illum purgantem, vrgerem, an ille ignis lædat eos, qui ædificant aurum, an vero non lædat. Si nõ lædit, perinde eſſet, ac ſi non tranſiret: iam per hanc loquendi formulam intelligere conſueuimus, eum, qui per ignem trãſit, aliquo modo lædi: & quia non manet in illo, ſed tranſit, ſeruatur. Quod ſi daremus, alterum trãſeuntem per ignem offendi, & lædi, nullum prorſus eſſet diſcrimen inter ædificantes lignum. Item Catholica docet Eccleſia, pueros, ſiue adultos recens baptizatos, atq; adeo Martyres, qui pro Chriſti gloria vitam cõtempſerunt, ſi de hac vita decedant, abſque vllo alio per ignem trãſitu ad æternam vitam peruenire. Præterea contra ſuauem literæ contextũ, & contra Diuinæ ordinem iuſtitiæ, & aduerſus ſanctorum patrum ſententiam hic realis per ignem tranſitus ponitur. Ait enim B. Hieronymus libr. 2. aduerſus Iouin. c. 29. *Si is, cuius opus arſit, & periit, & dãnum ſuſtinuit laboris ſui, perdet quidem laboris præmium, ſed ipſe ſaluabitur, non tamen abſque probatione ignis: ergo is, cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, ſine ignis probatione ſaluabitur, & inter ſaluationem, & ſaluationem vtriq; erit diuerſitas aliqua* Hæc ille. Cuius ſententiæ adſtipulatur Auguſtinus in Pſalmum 37. cuius hæc ſunt verba: *Domine*, inquit, *ne in indignatione tua arguas me. Non ſim inter illos, quibus dicturus es, Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Neque in ira tua emendes me, vt in hac vita purges me; & talem me reddas, cui iam emendatorio igne non opus ſit, propter illos, qui ſalui erunt, ſic tamen quaſi per ignem. Quare, niſi quia hic ædificant ſupra fundamentũ, ligna, fœnum, ſtipulam? Ædificarent autem aurum, argentum, lapides pretioſos & de vtroque igne ſecuri eſſent: non ſolum de illo æterno, qui in æternum cruciaturus eſt impios, ſed etiã de illo, qui emendabit eos, qui per ignem ſalui erunt. Dicitur enim, Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Et quia dicitur, ſaluus erit, cõtemnitur ille ignis. Ita plane, quamuis ſalui per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quã quicquid poteſt homo pati in hac vita.* Hactenus Auguſtinus, & Gloſſa Ordin. in hunc locum hæc ſcribit: *Duos ignes futuros legimus, Vnum æternum, quo æternaliter punientur reprobi, qui ſequetur iudicium: Alterũ qui præcedet, quo exuretur facies mundi huius, qui emendabit eos, qui ſuperædificauerunt lignum, fœnum, ſtipulam. Qui autem aurum argentum, lapides pretioſos, de vtroque igne ſecuri ſunt.* Hæc ille.

Per illum ignem qui minime tranſeant.

B. Hier. multo poſt medium t. 2. ſub init.

D. Aug. t. 8 Mat. 25.

Quid illud Auguſtin. Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Purgatorius ignis quam cruciet eodem teſte.

Gloſſ. Ordi.

Quo ſenſu nonnulli Patres dicant ædificantes aurum, argentũ, & lapides pretio-

Quare ſi quando veteres Patres obiter dicerent contrarium, vt Origines in Pſal. 36. homil. 3. & Ambroſius in Pſalmum 118. ſermon. 12. & Rupertus Tuitien. ſuper 3. Cap. Geneſis: benigne eſſent interpretandi. Nõ enim

des pretioſos per ignẽ tranſire purgantem. Orig. to. 1. Amb. to. 4. Rupertus Tuitien.

enim volunt quod in tranſitu illo crucientur ædificantes aurum; quod ſolum nos intendimus. Nam anima nõ eſt corpus, vt per ignem trãſeat quaſi per medium, ſed ibi eſt, vbi vult, etſi medium non tranſeat. Et illi iidem Doctores aliter alibi & ſentiunt, & ſcribunt.

IV. Senſus de præſenti igne, etiã ineptus.

Quarto loco non valet intelligi ille ignis, de quo in priori clauſula de præſenti tribulationis igne. Tum quia tribulatio quotidie nos infeſtat, illa vero, de qua Paulus loquitur, erit in die Domini. Tum quia ignis præſentium tribulationum non purgat vlla opera ædificantium aut aurum, aut lignum; cum tamen dicat Apoſtolus, quod probet vniuſcuiuſq; opus. Neque enim in igne præſenti redditur cuique ſecundum opera ſua, id eſt, ſecundum meritum, ac iuſtitiæ debitũ; cum tamen ſuperius dixerit, quod vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Præſentia enim flagella plena ſunt miſericordia, & paternæ ſunt Dei voluntatis erga nos ſymbola. Per præſentem etiam tribulationum ignem nõ pateſcunt ædificantes aurum ab ædificantib. lignum, cum vniuerſa æque eueniant iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo.

Quid reddere vnicuique ſecundum opera ſua, more Scripturæ.

Eccl 9.

V. Senſus de Purgatorio, & tribulationum igne item, improbus.

Quinto, non poteſt præſens locus intelligi de igne tribulationis in præſenti vita, & de igne Purgatorii mixtim, & ſinu: nam vtrumque per ſe expugnatum eſt: quare nec ſimul intelligendo de vtroque igne, verus erit præſentis clauſulæ ſenſus.

VI. Et vlt. maxime probabilis

Quamobrem cogimur his tam ſolidis argumentis aliquid accipere commune, & generale, quod omnia mala minuta, & leuia examinat, & quæcũque bona cuiuſcunque generis purificat, & probat: Hoc autem eſt exactum, & rigidum Dei iudicium, quod cuncta diſcutit, examinat, ſcrutatur, & ponderat. Quod autem de hoc Diuino iudicio ſit interpretandus hic locus, ex eo liquidum redditur: quia de nullo alio igni explicari põt, vt de ſingulis probatũ eſt, & quia ignis Diuini iudicii cuncta probat, & examinat, bona, & mala. Et priora quidem probat, atque commendat, poſteriora vero reprobat neque commendat. In hoc rigido Dei iudicio opus ædificãtis aurum, ſubſiſtit, & permanet, dum à Diuino iudicio vt commendabile iudicatur. In eo etiam, quod minima quæque, vt otioſa verba, cogitationes leues, iudicia temeraria, & quæuis alia tenuiſſima peccata examinat, & reprehendit, vt dixit Dominus: Omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii; oſtendit ſe eſſe illum iudicem, qui probat omnia opera. Ad hæc nullus alius ignis quam iudicij operum noſtrorum ædificationes examinare poteſt: nam Deo ſpirituales noſtræ actiones, etſi tranſeuntes, tranſire non poſſunt: ſed cuncta quæ fiũt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum ſiue malum ſit. Dilecta etiam repræſentata in ligno, fœno & ſtipula, non videtur quomodo comburantur, aut ardeant, niſi quatenus à Diuino iudicio reprobantur, & damnantur.

I. Argum.

Mat. 12.

II Argum.

Eccl. vlt.

III. Argum

Igni Diuinum iudicium cur comparet Apoſtolus.

Pulcherrime porro Dei iudicium in igne deſignatur: quia inter cũcta corporea ignis ſupremum locum habet in examinando, & in metallis inuicem commixtis & coniunctis diſcernendis, iuxta illud; *Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis; &, tanquam aurum in fornace probauit illos:* & inter tormenta, quibus reis exſculpi ſolet veritas, non infimum locum habet ignis. quare optime Diuinum iudicium repræſentat. Vnde Apoſtolus ex Deuteronomio; *Deus noſter,* inquid *ignis conſumens eſt:* & Dauid, *Probaſti (Domine) cor meum & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & nõ eſt inuenta in me iniquitas,* & malachias, *Ipſe enim quaſi ignis cõflans, & quaſi herba fullonum, et ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum.* Deus ſi quidẽ totus eſt iudiciũ, totus ignis probans, diſcernens, & examinans ædificãtes omnes, & omnia ædificata.

Eccl. 27. Sap. 3.

Hebr. 12. Deut. 4. Pſal. 16.

Malach. 3.

IV. Argũ. Ab autoritate Patrũ.

His accedunt Patres, qui Diuinum iudicium ſignificari per ignẽ declararunt. Nam Sedulius in hunc locum ait: *Examinationem iudicij igni voluit comparare iuxta conſuetudinem Scripturarum.* Quod idem Pelagius in Commentariolis ſuis in Paulũ repetit. Ambroſius etiam in Pſalmum 118. explicans illud; *Vide humilitatem meam, & eripe me? Omnes nos,* inquit, *fornax probabit. Ergo quia examinandi ſumus, ſic nos agamus, vt iudicio probari mereamur Diuino. Teneamus hic poſiti humilitatem vt cum vnuſquiſque noſtrum venerit ad iudicium Dei, ad illos ignes, quos tranſituri ſumus, dicat: Vide humilitatẽ meam, & erue me.* Idem etiam poſteriores Doctores, vt Caietanus, & Ioan. Hechius, & alii docuere. ¶ Non negabo tamen, interdum Auguſtinum detorquere ad præſentis vitæ tribulationes, & afflictiones. In quinque tamen locis inclinat magis ad ignem Purgatorii: vt lib. de Fide, & Oper. lib. c. 16. in Enchiridio. c. 67. In Pſalmum 37. prope initium, in ſermo. de Commemorat. animarum, & lib. 1. quæſt. Euangelic. q. 15.

Sedul. to 9. Operum D. Hier. Ambroſ ſer. 20. verſic. 1. circa medium to. 4.

Quomodo iudicio probari mereamur Diuino ſecundum Ambroſium.

Quibus locis Auguſt. ignem opera probantem, pro igne accipiat purgãte. To. 4. 8. 10.

Nec obſtat ſiqui obiiciat, quod dies Domini concurreret cum igni, ſi ignis eſt iudicium Dei, quemadmodum apud Apoſtolum ca. ſequenti dies hominis vocatur hu-

Si ignis, aiunt aduerſarii, eſt Diuinũ iudicium:

quid illud: Dies Domini declarabit. 1 Cor. 4. Actor. 17. Rom. 2.

manum iudicium: Non obſtat, inquã, quia dies Domini interdum in Scripturis iungitur cum iudicio Dei, vt Act. 17. vbi Paulus; *Statuit*, inquit, *diem, in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate*; & Rom. 2. *In die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei*. Tunc enim dies Domini ipſum diem iudicii denotat, non ipſum iudicium. Et idem eſt dies Domini, qui in igne, id eſt, iudicio, reuelatur. Explicata iam eſt quarta difficultas.

Ædificans lignum, fœnum, ſtipulam per quem ignẽ vt ait Apoſtolus, ſaluus futurus ſit.

Iam quinta ſupereſt agitanda, & elucidãda, nempe in poſtremis Apoſtoli verbis: Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: in qua ſcilicet ſignificatione hoc loco ignis ſit accipiendus, quod niſi de purgatorio igne poſt mortem intelligi non poſſe, aperte oſtendemus. Nec enim apte accommodatur igni gehennæ, vt faciebant Græci in Concilio Florentino aliquot Patrum veterum ſuorum autoritate freti, vt Chryſoſtomi in hunc locum, Baſilii in Eſa. a n, Theodoriti, Photij, & Theophilacti, & aliorum quorundam, qui illos conſectati ſunt.

Quod ille nequeat de igne dãnatorum intelligi. Prima rat.

Tum quia per hæc verba, Saluabitur, ſic tamen quaſi per ignem, non ſignificat Apoſtolus manſionem in igne, ſed tranſitum; quod ſi manſionem dicere voluiſſet, dixiſſet, ſaluabitur in igne, maxime cum de opere ipſo dixiſſet, Detrimentum patietur, ſubdit per aduerſatiuam particulam: Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignem, quo indicaret, ipſum quidem opus periturum, ipſum autem operantem non periturum; ſed ſeruandum, cũ aliquo tamen ignis dolore.

Secũda rat.

Adde, opponi hoc iis, quæ dixerat de ædificante aurũ, quod ille, quidem mercedem accipiat, iſte vero, qui ligna ædificauit, accipiet quidem ſalutis mercedem, ſed patiẽdo tranſitum per ignem, in quo prius purificetur: de igne autẽ damnatorum nullus eripitur, niſi deſipiamus cum Origene, qui pœnas reproborum aliquando terminãdas auſus fuit aſſerere, contra aperta Scripturarum teſtimonia, quæ habent; *Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur*, rurſus, *Paleas autem comburet igni inextinguibili*; iterum, *Ibũt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam*. Si autem de gehennæ igni verba faceret, ſatis ſuperius impugnatũ reliquimus.

Error Origenis, de igne gehennæ. *Eſai. vlt. & Mar. 11. Mat. 3. Infra 25.*

Tertia rat.

Deniq; omnes Latini interpretes de purgatorio ſunt interpretati. Adde etiã quoſdam Grecæ Eccleſiæ graues Doctores, vt Baſilium, Theodoritum, Ammonium, Oecumenium, & Origenem inferius à nobis producendum.

De igne ad uentum iudicis præcurrente, non poſſe

Deinde hic locus de igne cõflagrationis vix poteſt accipi: quia hic ignis non eſt poſt examinationem iudicii, ſed præcedit illam: nec ille purgabit opera olim mortuorum, etſi purgare poſſit opera ædificantium lignum, & fœnum, ſtipulam, quos tũc comprehẽderet ille ignis. Adhæc ſi de illo Paulus hic loqueretur, conſequeretur plane, omnes, qui ædificarunt lignum, fœnum, ſtipulam, nec fuerunt in vita purgati, ante iudicii diem beatificandos non eſſe.

illum ignem intelligi.

Neque etiam de tribulationũ igne vitæ præſentis, nec de igne purgatorii. *Act. 14.*

Nec tertio valet accipi de igne in vita per tribulationes purgãte, ob multas paulo ante rationes productas: nec ſimul de igne prę ſentis tribulationis, & futurę in purgatorio Nam cum ſcriptum ſit: (inquiunt nonnulli.) Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei; ergo dum viuimus, vel poſt mortem, affligendi ſumus, & purgandi.

Secundum argum. ab Scripturis.

Et ad hoc confirmandum allegant, quod vna & eadem litera capax eſſe poteſt plurium ſenſuum, dummodo illi inter ſe non repugnẽt, aut alteri loco Scripturæ, aut traditioni Eccleſiæ non contradicant. Sunt ergo ambo iſti ſenſus amplectendi, ac retinendi. Idque probant ex aliis locis. Nam illud: *Os nõ comminuetis ex eo*, de agno Exo. 12. & Ioan. 19. ad literam de Chriſto accipitur. Id etiam: Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in filium; ad literam de Salomo. 2. Regũ 7. & de Chriſto explicatur ab Apoſtolo quemadmodum & illud: *Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*, quod de peccatis intelligitur apud Eſai. ca. 53. Matth. c. 8. induxit ad probandum à Meſſia auferendas infirmitates, & ægrotationes infirmorum.

Exod. 12. Ioan 19. 2 Reg. 7. Hebr. 1. Eſai 53. Mat. 8.

Tertium argum. à Patribus. *Tom 3. 2. 4. Tom 2.*

Idem quoque comprobant quidam ex Patribus. Nam Auguſt. lib. 21. de ciuitate Dei c. 26. & c. 59. li. Enchiridion, & c. 16. li. de Fide, & operib. & Gregor. libr. 4. Dialog. c. 39. & Gloſſa interlin. de vtroque igne præſentis, & futuræ vitę in purgatorio docent interpretandum.

Quartum argum. *Mat. 11.*

Quarto, vt aiunt, nõ valet argumentum Hoc non eſt efficax ad reuincendos hæreticos, ergo non eſt ſimpliciter efficax. Nam Chriſtus rogatus à Ioannis diſcipulis, an eſſet is, qui venturus erat reſpõdit, *Cæci vident, claudi ambulant, &c.* quibus verbis oſtendit ſe eſſe Meſſiam, ſed non efficaciter Iudæis, quia illi, vt male affecti, nolebant intelligere, vt bene agerent. Ita aiunt efficacem eſſe hunc locum ſimpliciter, cum habeat interpretationem ſanctorum Patrum, à quibus eſt haurienda ſanã Scripturæ intelligentia, & non proprio iudicio explicãda, vt docet Clemens epiſt. 4. Nec enim à doctis, id eſt Philoſophis, Scripturę intellectus petẽdus eſt, nec ab hæreticis, qui iuxta Paulum reſiſtunt veritati, & deprauant Scripturas ad ſuam ipſorum perditionem; ſed ab orthodoxis Doctoribus, & ſanctæ Eccleſiæ Patribus, qui miſſi ſunt ad conſummationẽ Sancto-

Vnde ſacrarũ tãtum modo accipienda ſit intelligentia Scripturarum. *Clẽ. Rom. 2. Petr. vlt.*

ctorum in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti. Et hactenus quidem iſti Catholici, qui ita interpretantur, & eorum quidem veneror, & amplector rationes: licet in concluſione illa, quòd locus ille intelligatur de igne tribulationis pręſentis vitæ, non conueniam, ob iam dictas rationes; & quia B. Auguſtinus, & B. Gregorius in tali intellectu non acquieſcebant, ſed adferebant alterum de purgatorio, vt magis ſolidum.

Hęc opinio etſi probabilis, & firma, in qua tamen nō admodum probetur.

Quintò nequit præſens locus intelligi de igne rigidi iudicij Dei, quemadmodum in prioribus verbis intelligendũ eſſe, demonſtratum eſt: quoniam rationes non parui momenti contra hanc expoſitionem militant; tum quia hic eſt ſermo de igne, per quem tranſit ædificans lignum, fœnum, ſtipulam, &c. qui ſi iudicium Dei eſſet, non minus ædificans aurum, & argentum, per eum tranſiret. Nam dixit; *Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit*: In igne ſcilicet mercedem accipiet, examinabitur enim & probabitur tam ædificans aurũ, quàm ædificās lignũ: quia omnes nos, ſiue bonos, ſiue malos, manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. Deinde ædificantes lignum pronuntiãtur ſaluandi, ſic tamen quaſi per ignem: ſaluti autem, ſiue ſaluationi non aduerſatur iudicium Dei, ſicut pœna ignis, & doloris: quę ſanè repugnat ſtatui immortalitatis, & æternæ ſalutis.

Idem illud: Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, ad ignem rigidi Dei iudicij incommode refert.

2. Cor. 5.
II. Ratio.

Illud autem friuolum, quod Iſidorus Clarius in ſcholijs ſuis, illud; *Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem*, explicat de fundamento; quia Græcè θεμέλιος maſculini eſt generis, vt ſit ſenſus, quòd ipſum fundamẽtum ſeruabitur, atque firmum, & imminutum manebit. Sed aduerſans particula addita, Ipſe autem, oſtendit, quòd ad ædificãtem lignum, fœnum, ſtipulam, ſit referendum, non ad fundamentum, quod non indiget ſalute aliqua, quam Deus ipſe omnib. offert, & præſtat.

Iſidori Clarij ad fundamentum illa verba referentis, refellitur intelligentia.

Illud etiam non minus friuolum eſt Oecumenij interpretãtis; Ipſe verò ſeruabitur, Quis nam? Qui ſuperædificauit aurum, argentum, lapideſque pretioſos. Cùm enim dixerit, quòd mercedem accipiet, nunc dicit, quam mercedem; nempe ſalutem. Seruabitur autem ipſe quoq; dolorem paſſus, ſicut veriſimile eſt de igne, qui per ignem tranſierit, ſibique vnitas aliquas ſordes expurgarit. Hæc ille, violenter detorquens id, quod ſolis dicitur ædificantibus ligna, ad ędificantes aurum, & argentum. Nam de ædificante aurum dixit, quòd opus manebit, & ipſe mercedem accipiet: ita de ædificante ligna, quod opus exuretur, ædificans autem ſaluus erit quaſi per ignem. Et Baſil. in c. 9. Eſaiæ in id. *Et erit populus ab igne deuſtus*; *Non omnimodam*, inquit, *internecionem, & exterminium cõminatur; ſed innuit expurgationem, iuxta illud Apoſtoli: Si cuius opus arſerit, damnum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Sextò Doctores, tam Græci, quàm Latini, intellexerunt hoc loco pœnam aliquam, & afflictionem, licet aliqui præſentẽ, alij æternam, & alij purgatoriam interpretentur, non autem de rigido Dei iudicio.

Ædificantes aurum, argentum, & lapides pretioſos ea Apoſtoli ſententia minimè comprehendi, contra Oecumenium.

B. Baſil. Eſa 9.

Græcorum, Patrum, Latinorumque de illo Pauli loco ſententia.

Tandem ergo neceſſario intelligendus eſt hic locus de pœna aliqua expiante poſt hanc vitam, ſeu (quod idem eſt) de iudicio Dei talem pœnam infligente. Quod autem hæc ſit germana interpretatio, & veriſſima, inde probatur, quia de nullo alio igne intelligi poteſt (cum omnes ſint excluſi) & quia hic ſenſus omnia cõplectitur: nam vt ignis eſt probare, punire, & declarare; ita iudicij Dei eſt omnia opera diſcernere, ac probare. Eſt etiam eius punire, quę digna vltione, & reprehenſione digna eſſe iudicauerit. Denique eius eſt declarare, quale ſit cuiuſq; ędificium, & qualis ædificator. Quadrat etiam tropæ, vel phraſi loquendi, & in ea Paulus alludere videtur ad duos Scripturæ locos. Alter eſt Dauidis dicentis; *Tranſiuimus per ignem, & aquam; & eduxiſti nos in refrigerium*: Vbi per tranſitum per ignem, & aquã, mentio ſalutis æternæ, & refrigerij. Nam per aquam & ignem in Scripturis frequentiſſimè ſignificantur etiam tribulationes, & pœnę, de quibus Poeta:

Vltima cæteris omnibus præferenda.

I Ratio.

Altera.

Pſalm. 65.

Quid aquæ, & ignis nomine frequent. ſoleant ſignificare Scripturæ.

Alijs ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

Virg 6. Æn. circa finem.

Alter locus eſt Zach. 13. *Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos ſicut vritur argentum: & proba eos ſicut probatur aurum.* Et explicans refrigerium vitæ æternæ, ait; *Ipſe vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum.* Tertius quoque locus addi poteſt ex Eſaiæ cap. 43. *Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flãma non ardebit in te: Quia eo Dominus Deus tuus ſanctus Iſrael Saluator tuus.*

Zacha. 13.

Eſai. 43.

Sed in hunc ſenſum poſſet quis obijcere, quòd Paulus ambiguè, & per homonymiã loqueretur, ſi ignem poneret pro examine diuini iudicij, deinde pro pœna aliqua per diuinum iudicium illata. Reſpondeo, nos ad hanc æquiuocationem ponendam cogi ab euidenti literæ ratione. Nam aliàs ædificans aurum, ſaluus quoq; fieret per ignem. Deinde cogimur à litera, quia dicit, Quaſi per ignem, innuens hunc ignem alium eſſe à priori, quaſi dicat, per ignem vrentem, nõ per ignem probantem, & examinantem. Tertiò cogimur à Doctoribus, qui primò per ignem in priori loco intelligunt Dei iudicium,

I. Argument. aduerſariorũ contra hunc ſenſum diluitur quadruplicites.

Voces quadã ambiguæ à Paulo in eadẽ ſententia ſen tentia diuerſo ſignificatu poſitæ.
2. Cor 5.
Rom. 8.

dicium, in ſecundo verò intelligunt iudicium Dei inferens pœnam aliquam. Quartò, non eſt inſolitum Paulo ſub eadem clauſula æquiuocam aliquam vocem vſurpare, & in diuerſis ſignificatis ponere. Nam in poſteriori ad Corinthios ait: *Eum qui non peccatum nouerat, pro nobis peccatum fecit*; & ad Romanos; *De peccato damnauit peccatũ in carne.* Vbi in prima ſententia vocauit Chriſtum peccatum, id eſt, piacularem pro peccatis hoſtiam: in ſecunda, peccatum vocat carnem Chriſti habentem ſimilitudinem carnis peccati. Et ſicut manus, & lingua nõ tantum ſignificant ipſa membra corporis: ſed eorum etiam operationes & functiones, manus enim ſcriptura eſt, lingua verò ſermo, qui lingua fit: & peccatum ſignificat pœnam peccati, cuius eſt cauſa: ita etiam ignis non tantum diuinum iudicium, ſed etiam pœnam, quæ infligitur ab illo ſignificat. Et quamuis ignis ſemper vniuocè acciperetur, adhuc cogerentur confiteri purgatorium. Significaretur enim quod ſaluus erit intermedio iudicio diuino, quod cum ſit æquum, & iuſtum, & nihil relinquat impunitum, non poteſt lignum, fœnum, & ſtipulam non adiudicare igni, hoc eſt, plectere debito ſupplicio.

II. Argum. à voce, quaſi ſed infirmum, & leue.
Ioan. 1.
B. Chryſoſt. homil 9. in Ioan. tom 3. in princip.

Secundo obijcitur, particulam, Quaſi, dicere ſimilitudinem, & nõ veritatem. Reſpondeo Græcam vocem eſſe ὡς, quæ vox ſignificat, tanquam, veluti, quaſi; nec tollit veritatem rei, ſicut ibi; *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre*, vbi teſte Chryſoſtomo, quaſi, nõ dicit ſimilitudinem, ſed veritatem. Hic autem dicit veritatem ignis, & ſimilitudinem modi: nam ſaluabitur, ſed ad ſimilitudinẽ eius, qui tranſit per ignem. Nõ eſt autem, quaſi per ignem, ob id quòd ignis per ſe non purget, vt ipſa Chriſti paſſio: nam, quaſi, nõ cadit ſuper verbum, Saluus erit, vt ſit ſenſus, quod ignis quaſi ſaluat quia in virtute Chriſti propria ſaluatur; ſed cadit ſuper vocem ignis; quod vel ex eo factum eſt, vt inſinuetur hic ignis alius à ſuperiori.

Apoc. 1. & alibi paſſim apud Paulum.

III. Argum. aduerſariorum.

Tertio obijci poſſet: Quid erit de ædificante lignum, fœnum, ſtipulam, ſi in vita iam purgatus eſt; nunquid ſecundò debet tranſire per ignem? Ergo non directè, ſed obliquè hinc elicitur Purgatorij veritas. Reſpõdemus, hoc quod integrè quis in vita ſua ſatis fecit, non eſſe deinde purgandũ, ſed ſatis erit in igne Diuini iudicij apparere illum in vita ſua punitum: ſed non omnes ita ex hac vita diſcedunt, ſed aliqui cum ædificio ligni, fœni, ſtipulæ diſcedunt. Et ideò Apoſtolus de talib. aſſerit, quod ſi cuius opus arſerit, & cremabile extiterit, eum tali igne puniendum. Neque Apoſtolus vim huius ſui argumenti poſuit in hoc, vt omne opus cum ſuis ſit in igne examinandum, ſed ſi quis ſit, qui in vita nondum fuerit purgatus.

Cuius opus quod arſerit, detrimentum patietur ab igne purgatorio.

IV. Argum.

Quartò obijci poſſet, duram hanc videri interpretationem, quod excludat ſenſum de igni præſentis, & tranſitoriæ tribulationis, quem nonnulli ſancti aſſeruerunt. Reſpondetur, plures ſanctos eſſe, qui de Purgatorio hæc verba intellexerunt; & qui illam de præſenti igne explicuerunt, non excluſerunt tamen: imò exertè confeſſi ſunt etiam de purgatorio igne intelligenda. Hic ergo ſenſus, vt germanior, & literę congruentior, cæteris eſt præferendus. Neque per hoc reprehenduntur, qui aliter interpretati ſunt: quia Sancti multa per adoptionem quandam, & conuenientiam exponere ſolent, & applicant aliquot Catholicas veritates certis locis Scripturæ, qui illos ſenſus ad literam, & principaliter non recipiunt.

Locum Apoſtoli dictum: Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, qui Patres ignem accipiant purgatorij.
Orig. tom 1.

Placet iam ſubijcere ſententias Patrum, qui vel hunc Pauli locum ex profeſſo interpretantes, vel ad eum alludentes, de Purgatorio igne accipiendum eſſe, apertè declararunt. Quorum primus ſit Origenes in Pſal. 36. hom. 3. in principio, dicens: *Si in hac vita contemnimus commonentis nos diuinæ Scripturæ verba, & curari, vel emendari eius correptionibus nolumus, certum eſt quia manet nos ignis ille, qui præparatus eſt peccatoribus, & veniemus ad illum ignem, in quo vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probabit. Et (vt ego arbitror) omnes nos venire neceſſe eſt ad illum ignem. Etiamſi Paulus ſit aliquis, vel Petrus, venit tamen ad illum ignem. Sed illi tales audiunt: Etiamſi per ignem tranſeas, flamma non aduret te. Si verò aliquis ſimilis mei peccator ſit, veniet quidem ad ignem illum, ſicut Petrus & Paulus: ſed non ſic tranſiet ſicut Petrus & Paulus. Et quemadmodum ad Rubrum mare venerunt Hebræi, venerunt & Aegypty ſed Hebræi quidem tranſierunt Mare Rubrum, Aegyptij autẽ demerſi ſunt in ipſo: hoc modo etiam nos ſi quidem Aegyptij ſumus, & ſequimur Pharaonem diabolum præceptis eius obedientes, demergemur in illum fluuium, ſiue lacum igneum, cum inuenta fuerint in nobis peccata, quæ ſine dubio ex præceptis elegimus Pharaonis. Si autem ſumus Hebræi, & ſanguine Agni immaculati ſumus redempti, ſi non portamus nobiſcum fermentum nequitiæ, ingredimur quidem & nos fluuium ignis: ſed ſicut Hebræis erat aqua murus dextra, læuaq; ita etiam ignis erit murus, ſi nos faciamus quod de illis dictum eſt, quia crediderunt Deo: & Moyſi famulo eius, id eſt legi eius, & mandatis, & ſic ſequamur columnam ignis, & columnam nubis.* Secundus eſt Cyril. lib. 14. in Leuit. à medio: *Poſſumus*, inquit, *adhuc addere etiam illud, quod natura*

Eſa. 43.
Illud Eſaiæ: Etſi per ignem tranſeas, flamma non aduret te, conueniat quibus.
Exod. 14.

Ægyptij cum Pharaone in mari Rubro demerſi, Hebræi verò mare tranſeuntes, quorum typus fuerint.
1. Pet. 1.
Exod. 14.
Supra 13. & ſeq.

D Cyril. Alex. tom 1.

peccati

Peccati ſimilis eſt materia, quæ igni conſumitur quam ædificari Paulus Apoſtolus à peccatoribus dicit, qui ſupra fundamentum Chriſti ædificant ligna, fœnum ſtipulam, In quo manifeſte oſtenditur eſſe quædam peccata ita leuia, vt ſtipulæ comparentur; cui vtique ignis illatus, diu non poteſt immorari, Alia vero fœno eſſet ſimilia, quæ & ipſa non difficulter ignis abſumat, verum aliquando tardius, quam ſtipulis immoretur. Alia vero eſſe, quæ lignis conferuntur, in quib. pro qualitate criminum diutinum, & grande pabulum ignis inuenias. Ita ergo vnumquodque peccatum pro qualitate, vel quãtitate ſui pœnarum iuſta perſoluit.

Theodor. Epiſc. Cyrenenſis, apud D. Thom. tom. 17. initio.

Tertius Theodoricus in hunc locum Apoſtoli, vt citatur à B. Thom. opuſ. 1. contra errores Græcorum, ad Vrbanum Papam, in id: *Si cuius opus arſerit;* &c. ſic habet: *dicit Apoſtolus quod ſaluabitur ſic tanquam per cõflagratorium ignem purgantem, quicquid interuenit per incautelam præterita vita, ex puluere ſaltem pedum terreni ſenſus, in quo tamdiu manet, quãdiu quicquid corpulentiæ, & terreni affectus inhæſit, purgetur, pro quo mater Eccleſia hoſtias, & dona pacifica deuote offert: & ſic per hoc mundus inde prius exiens, Domini Sabaoth puriſſimis oculis immaculatus aſſiſtit.* Hæc ille, quem Gagneus etiam Græcè producit his verbis: Hunc ignem credimus eſſe purgatorium, in quo purgantur animæ vt aurum in conflatorio. Citatur etiam Albertus eandem ſententiã tribuens Ammonio.

Gagneus.

Photius.

Baſ. in 4. c. Eſaiæ.

IV. Photius apud Oecumenium citans Baſilium, cuius hæc ſunt verba explicantis illud, *Et erit populus ab igne deuſtus: Non omnimodam internecionem, & exterminium comminatur, ſed innuit expurgationem iuxta Apoſtoli ſententiam, quia ſi cuius opus exarſerit, damnum patietur: ipſe autem ſaluus fiet, ſic tamen per ignẽ* Adde Athan. q. ad Antiochum. q. 62.

Athanaſ.

Tertull. loquens de epiſt. ad Corinth. prima 1. Chriſtus fundamẽtum credẽtium.

Ex Latinis Tertullianus lib. 5. aduerſus Marcionem: *Vt non de Chriſto ſuo ſignificaret, qui futurus eſſet fundamentum credentium in eũ, ſuper quod prout quiſque ſuperſtruxerit, dignam ſcilicet, vel indignam doctrinam, ſi opus eius per ignem probabitur, ſi merces illi per ignem rependetur, Creatoris eſt, quia per ignem indicatur veſtra ſuperædificatio.* Cyprian. l. 4. epiſtola ſecunda ad Antonianum; loquens de pœnitentia eorum, qui defecerant in confeſſione Chriſti *Aliud eſt,* inquit, *ad veniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire, aliud miſſum in carcerem non exire inde, donec ſoluat nouiſſimum quadrantem, aliud ſtatim fidei, & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia paſſione purgaſſe: aliud denique pendere diem iudicij ad ſententiam Domini, aliud ſtatim a Domino coronari.* Hieronymus quoque lib 2. aduerſus Iouin. cap. 29. ſuperius à nobis citatus, & in

Cyprianus à medio.

Matth. 5.

D. Hieron. l. 2. prope init.

Amos c. 4. circa finem: *Qui ergo ſaluatur per ignem, quaſi torrens de incendio rapitur.* Hilari^9 in Pſalm. 59 ſub finem: *Eſt & olla ſecundum Ieremiam vrens peccata atque tollens, ſicuti & Dominus ipſe mittere ignem venit ſuper terram. Et multi ſecundum Apoſtolum tanquam per ignem erunt ſalui; cum defæcati & per uſti vitijs, vt argentum ignitum probabiles iudicentur.* Ambroſius: *Cum dicit; ſic tamen quaſi per ignem, oſtendit quidem illum ſaluum futurum, ſed pœnas ignis paſſurum, vt per ignem purgatus fiat ſaluus & non ſicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur.* Paulinus epiſt. 9. ad Seuerum circa medium: *Ignis ille ſapientes trãſeuntes nos per examen ſuũ non ſeuero ardore ambiet puniendos, ſed vt commendatos ſuſcipiẽs blando lambet attactu, vt poſſimus dicere; Trãſiuimus per ignem, & aquã & induxiſti nos in refrigerium.* Auguſtinus in Pſal 37 ſuperius iam product9, & l. 21. de ciuit. Dei, c. 26. ſub finem: *Poſt iſtius ſane corporis mortem, donec ad illum veniatur, qui poſt reſurrectionem corporum futurus eſt damnationis, & remunerationis vltimus dies, ſi hoc temporis interuallo ſpiritus defunctorum eiuſmodi ignẽ dicuntur perpeti, quem non ſentiant illi, qui non habuerunt tales mores, & amores in huius corporis vita, vt eorum ligna, & fœnum, & ſtipula conſumantur: alij vero ſentiant, qui eiuſmodi ſecum ædificia portauerunt, ſiue ibi tantum ſiue & hic & ibi: ſiue ideo hic, vt non ibi ſecularia quãuis à dãnatione venialia concremantem ignem tranſitoriæ tribulationis inueniant.* Idẽ in lib. Enchiridiõ, c. 68. cum purgatorium ignem poſuiſſet in hac vita, rurſus capite 69. ſubiungit: *Tale aliquid etiam poſt hanc vitam fieri incredibile nõ eſt, & vtrum ita ſit, quæri poteſt. Et aut inueniri, aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minuſue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiuſque ſaluari: non tamen tales, de quibus dictum eſt, quod regnũ Dei non poſſidebunt, niſi conuenienter pœnitentibus eadem crimina remittantur.* Demum ſerm 3. De animab. fidel. defunct. ante medium: *Quicquid de iſtis peccatis à nobis redemptum non fuerit, illo igne purgandum eſt, de quo dixit Apoſtolus, Quia in igne reuelabitur. Et ſi cuius opus arſerit detrimentum patietur.* Et cum nos eſſet hortatus, vt purgationi vitę noſtræ intendamus; poſtea ſubiunxit; *Ita peccata noſtra in hoc ſeculo purgentur, vt in futuro ille ignis purgatorius aut non inueniat, aut certe parum inueniat, quod exurat.* Et de ignis purgatorij magnitudine loquens; *Ille,* inquit, *purgatorius ignis durior erit, quã quis poteſt in hoc ſeculo pœnarũ videri, aut cogitare, aut ſentiri* Greg. l. 4. Dialog. c. 39. apertiſſime hũc locũ Apoſtoli, vt ſupra memorauim9, interpretatur, ſicut & Alcuinus, Caroli Magni præceptor, lib. 3. De Trinit. vbi proponit triplicem i-

Hilarius. Ierem 1. Luc 12. Ambr. t. 5. B. Paulin. Pſ. 65. Auguſt t. 8 & 15. Idem t. 3. ſub init. 1. Cor. 6. Idem t. 10. Sermo eſt iſte de Sanctis 41. in ordine. Greg Rom. t. 2. Alcuin.

gnis tranſitum, vnum perpetuum Damnatorum, alterum Piorum, qui ignem non ſentiunt, tertium, ac poſtremum eorum, qui ædificarunt lignum fœnum, ſtipulam, qui ſaluandi ſunt per ignem.

Rupert. Tuitien. Rupertus quoque Tutien. tractans illud Geneſis de Angelo ſeruante paradiſum cum gladio igneo atque verſatili, multa de igne eorum, qui per eum tranſeuntes ſalui fiunt, philoſophatur. Accedit magiſter ſentent. in Quarto diſt. 21. *Petrus Lõb.* cum reliquis Doctoribus Scholaſticis, qui præſentem locum de igne Purgatorii interpretantur, & inter eos maxime B. Thomas, tum prope finem Opuſculi contra errores Græcorum ad Vrbanum Papam, *B. Thom. opuſc. 1 & 3 prope finem* tum altero Opuſculo contra Græcos, cap. 9. vbi poſt probationem pœnarum, quæ luendæ iuſtis in Purgatorio relinquuntur poſt hanc vitam, hæc ſubiungit: *Oportet ergo ponere aliquas pœnas temporales, & purgatorias poſt hanc vitam ante diem iudicij.* Ignis purgatorii probatur. Huic etiam concordat Eccleſiæ ritus ab Apoſtolis introductus: orat enim tota Eccleſia pro fidelibus defunctis. Patet autem quod non orat pro his, qui ſunt in inferno, vbi nulla eſt redemptio: neque pro his, qui cœleſtem gloriam ſunt adepti, qui iam peruenerunt ad finem. Relinquuntur ergo, eſſe aliquas pœnas temporales & purgatorias poſt hanc vitam, pro quarũ remiſſione orat Eccleſia. Hinc etiam Apoſtolus dicit 1. Cor. 3. Vnuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus mãſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet: ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignẽ. Non autẽ poteſt hoc intelligi de igne inferni, quia qui illum ignem patiuntur, nõ ſaluantur. Oportet ergo quod intelligatur de aliquo igne purgante. Et quia poteſt dicere aliquis hoc eſſe intelligendum de igne qui præcedet faciem iudicis, præcipue quia pręmittitur, dies Domini declarabit: Dies autem Domini intelligitur dies vltimi aduentus eius ad iudicium vniuerſale totius mundi, ſicut Apoſt. dicit 1. Theſſ. 5. *1. Theſ. 5.* *Dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet:* Ideo attendẽdum eſt, quod ſicut dies iudicii dicitur dies Domini, quia eſt dies aduentus eius ad iudicium vniuerſale totius mũdi, ita dies cuiuſcunq; dicitur dies Domini, quia ad vnũquenq; in morte venire dicitur Chriſtus remuneraturus, vel condemnaturus. *Ioan. 14.* Vnde quantum ad remunerationem bonorum dicit ad diſcipulos Ioa. 14. *Si abiero & præparauero vobis locũ iterum venio, & accipiam vos ad meipſum.* *Apoc. 2.* Quantum vero ad damnationem malorum, dicitur ad Apoc. 2. *Age pœnitentiã, & prima opera fac: ſin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo.* Dies ergo Domini, ad vniuerſale iudicium in igne reuelabitur, qui faciem iudicis præcedet, quo reprobi ad iudicium trahentur, & iuſti, qui viui reperientur, purgabuntur: ſed & dies Domini, quo vnumquemque in ſua morte iudicat, in igne reuelatur, qui purgat bonos, & impios condemnat. Hactenus ille.

DISPVTATIO VII.

In illa verba: *Sic nos æſtimet homo vt miniſtros Chriſti, diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur, Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum; ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me, Dominus eſt.* Et reliqua vſque in finem Capitis 4.

SVNT in hoc capite nonnulla quæ merito in dubitationem vocentur. Et in primis quorſum hæc dicat Apoſtolus, & I. dubium. & II. quomodo continuentur cum præcedentibus. Deinde quid ſit haberi vt miniſtros ac diſpenſatores. Tertio, cur Apoſtolus pro minimo ducat ab illis iudicari; cum quiſq; III. lege charitatis teneatur nihil dicere, aut facere, propter quod malum aliquod de eo ſuſpicentur: & quid intelligit per humanũ diem Apoſtolus. Quarto, num ex illis verbis, IV. *Nihil mihi conſcius ſum; ſed non in hoc iuſtificatus ſum*, colligatur efficaciter, neminem poſſe conſcium eſſe ſuæ inhærentis gratiæ. Quinto, quæ ſint illa, quæ in ſe, V. & Apollo Paulus transfigurauit propter Corinthios; & quid eſt illud; *Quis te diſcernit.* &; *quid habes, quod non accepiſti?* Videntur enim hæc obſcura; & difficile eſſe apprehendere, quo tendant: ſicut & illud quod ſequitur: *Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis.* Reliquas vero quæſtiones, quæ ſuperſunt, vbi primum has propoſitas expedierimus proponemus, ac diſſoluemus.

Ad primum igitur: cum Apoſtolus ſuperius dixiſſet, Solutio primæ dub. De connexione. à quib. nominibus abſtinere deberent Eccleſiæ miniſtri, nunc aggreditur explicare, quid nam de præfectis Eccleſiæ conſtituere debeamus, & quo loco à nobis, & à ſe ipſis habendi ſint. B. igitur Paulus conſiderans quod Dominus dixerat de miniſtris Eccleſiæ, ne ſpernerentur: *Luc. 10.* *Qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit,* aut contra quam par erat, ipſimet extollerentur; ita exorditur: *Sic nos*

Qui ſe gerant vt miniſtros Chriſti, qui vero ſupra, aut pluſquam miniſtros Chriſti.

(ſcilicet Paulum, & Apollo, & ſimiles operarios) *æſtimet homo*; id eſt, alij æſtimare debent, & nos de nobis ſentire debemus, & ita nos gerere, vt alij ita nos agnoſcant, vt ſentiant nos eſſe puros Dei miniſtros, nec alij plus, aut minus nobis tribuant, aut ore proſiteantur. Illi autem ſe gerunt ſupra, aut pluſquam miniſtros, qui altius de ſeipſis ſentiūt ac ſi mundum cruce ſua redemiſſent, aut legem Euangelicam inſtituiſſent, aut ipſi Eccleſiaſtica Sacramenta condidiſſent. Nūquid (inquit) *Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Sed non ita Paulus, & Barnabas, qui Lycaones ſacrificare ſibi volentes prohibuerunt, & veſtes diſcerpſerunt, quaſi horrentes ſoli Deo, quem prædicabant, debitum honorem ſibi exhiberi, ac dicentes, *Viri, quid hæc facitis? & nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, &c.* Petrus etiam vere ſe agnoſcebat miniſtrum, cum Cornelium procidentem ad pedes eius, & adorantem eleuauit, dicens; *Surge, & ego ipſe homo ſum.* Illi etiam ſupra miniſtros ſe gerunt, qui erubeſcunt miniſtrare, quæ Chriſtus & Apoſtoli adminiſtrabant, vt verbum, & exemplum, Sacramentum, orationem, & debitam præfecturam, & paſturam ouium, ac prædicationem: quia miniſterium confertur ratione habilitatis, & ſufficientiæ: & ideo non deberet ſubdelegari, vt alia minora miniſteria. Quamobrem Chriſtus, & Apoſtoli per ſe, vbicunque eſſent, euangelizabant; & Paulus dixit: *Væ mihi eſt ſi non euangelizauero*: Et vbi eſſe non poterat, mittebāt alios idoneos miniſtros ad id muneris præſtandum. Ad bona temporalia adminiſtranda Chriſtus elegit Iudam, & Apoſtoli Diaconos ſeptem, per quos eleemoſynas, & oblationes diſpenſabant, & per alios baptizabant, & Sacramentum Ordinationis conferebant. Qui autem non dignātur habere ſe pro miniſtris, grauius flagellātur, vt ſint minores Diaconis, atque adeo ipſomet Iuda, qui non omnia, quæ in loculis portabat, furabatur: nam paſcebat Chriſtū, & Apoſtolos, & pauperibus miniſtrabat interdum, vt habes Ioann. 13. cum nonnulli hodie pene omnia ſuis commodis inſeruire faciant: quorum horrendum erit iudicium.

1. Cor. 1.

Paulus, & Barnabas quam veri Chriſti extiterint miniſtri. Act. 14.

Sup. 10.

Supra etiā Chriſti miniſtros qui gerant ſe.

1. Cor. 9. Chriſtus & Apoſtoli quæ per ſe munera præſtarent quæ per alios. Ioan. 12. Infra 13. Act. 6.

Qui ſe Chriſti miniſtros dedignantur, quibus merito deteriores cenſeantur. Ioan 13.

Illi vero ſe gerunt minus quam miniſtros, qui ex puſillanimitate, ſeu negligentia abſcondunt talentum ſub terra, & ponūt lucernam ſub modio, nō ſuper candelabrū ne luceat omnibus qui in domo ſunt. Et cū eorum ſubditi pro ſuo miniſtro inflantur in alios, ac malunt illi ſubdi, quod diues, & nobilis ſit, quam quod bonus, & ſanctus: & in his ipſe miniſter conſentit. ¶ Reſpicit autem miniſtrum quaſi miniſtrum, qui in eo deſpicit Chriſtum. Vnde Ioannes Apoſtolus epiſt. 3. ad Gaium pro miniſtris ſcribens ait: *Chariſſime fideliter facis, quicquid operaris in fratres* (ſcilicet prædicantes) *Et hoc in peregrinos, Qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ, quos benefaciens deduces*, id eſt expenſas itineris ſuppeditans *digne Deo*; (nam quod miniſtro datur, Chriſto ipſi datur, qui dixit: *Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis* (*Pro nomine enim eius* (ſcilicet prædicantes) *profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus: Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis*; hoc eſt meriti, quod habent prædicatores Chriſti, qui eſt veritas.

Gerant ſe contra qui minus quā miniſtros Mat. 25. Supra 5.

Miniſtrum vt miniſtrū qui reſpiciant. 3. Ioan. & ſeq.

Matt. 25.

Peregrinos Chriſti ſuſcipientes, quare cooperatores ſint veritatis. Ioan. 14.

Illud vero verbum, Exiſtimet, Græce eſt λογιζέσθω, quod & exiſtimare ſignificat, & æſtimare. & huic loco prior ſignificatus magis quadraret, vt ſit ſenſus, Homines, de nobis ita ſentiant. Adiunxit Apoſtolus miniſtris aliud nomen: *Et diſpenſatores*, alludens ad Domini verba Luc. 12. *Quis putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens*, Græce οἰκονόμος qui ſub domino præpoſitus eſt totæ familiæ alendæ, & ita ait Dominus: Quem conſtituit dominus ſupra familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram; qui optime Latinis dicitur diſpenſator, id eſt, qui in diuerſos expendit, & diſtribuit bona domini, nō ſua.

Miniſtros Chriſti cur etiam Apoſtolus diſpenſatores nominet. Luc. 12.

Ad ſecundum dub. Quid eſſe diſpenſatores myſteriorum Dei. 1. Pet. 4.

Et diſpenſatores, ait, non, dominos, vnde & Petrus dixit; *Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei*, vt facit Epiſcopus miniſter verbi Dei. Et ſubdit Petrus: *Si quis miniſtrat, tanquā ex virtute, quam adminiſtrat Deus*, vt Diaconi faciunt, quorum vnus eſt miniſtrator Epiſcopi. Non ergo ait, depoſitarios, aut detentores depoſiti, ſed diſpenſatores, ſcilicet vt talentum diſpenſemus, ne Dn̄s dicat: *Serue male, & piger, ſciebas quia meto, vbi non ſemino, & congrego, vbi non ſparſi: Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniēs ego recepiſſem vtique quod meum eſt, cum vſura.*

Mat. 25.

Qui autem veri domini non ſunt, vendere non poſſunt, nec alienare Eccleſiaſtica miniſteria, & beneficia; neque vero pro arbitrio, & libidine ſua donare; ſed pro voluntate ſibi à domino ſuo præſcripta: poſſunt tamen honeſtum victum, & veſtitum accipere, ſed non tanquam pretium ſeruitij impenſi: bona enim temporaria dotes ſunt Eccleſiaſticorum Officiorum, vt gratis diſpenſentur. Nunquam enim legitur Chriſtus prædicaſſe, vel ſanitatem contuliſſe pro vllo pretio, aut mercede, ſed potius dixiſſe: *Gratis accepiſtis gratis date.* Quamobrē officia ad verbi, & Sacramenti adminiſtrationem neceſſaria, commodo, & honeſta

Officium diſpenſatoris.

Mat. 10. Quib. Eccleſiæ mini

ſtris & diſpenſatoribus annui prouentus eſſent aſſignandi.

ſuſtentatione dotanda eſſent, qu a ad officij ſua onera ferenda tribuuntur: nec debe rent Patres, qui præſunt Eccleſiæ, eiuſmodi beneficia per penſiones graues extenuare, vt ſemper maneant, quæ ad honeſtum victum, & veſtitum miniſtro ſunt neceſſaria, & quod ex parte poſſit in eleemoſynam erogare.

Apoſtoli, eorumque ſucceſſores quorum ſint diſpenſatores myſteriorum Dei.

Subdit: *Myſteriorum Dei.* Ita enim legendum eſt, vt Græca habet litera, & non miniſteriorum, vt quidam codices corrupti habere ſolent. Vocat autem diſpenſatores myſteriorum, id eſt arcanorum ſeu ſecretorũ, quæ in Euangelio traduntur. Eſt enim miniſtri Euangelici proprium, pro captu audientium diſpenſare in illos, quibus præeſt, non fabulas, aut hiſtorias Græcorum, aut Romanorum, aut poemata, aut alias diſciplinas humanas, ſed tantum purum, & ſyncerum Dei verbum. Hinc Theophylactus dixit: *Diſpenſatores autem nominans, Apoſtolos ac Doctores monſtrauit, quod non citra diſpenſationem oporteat cunctis verbum ſuppeditare, ſed quibus opus eſt, & quando conueniens, & quomodo opus eſt.* Sic ille. Hic autem per vocem myſteriorum non excludit omne, quod cognoſci naturali lumine de Deo poteſt, ſed quod ſine reuelatione de eo intelligi non poteſt; vt quæ tradit religio Chriſtiana de productione Diuinarum Perſonarum, de creatione Mundi, de his, quæ pendent à pura volũtate Dei; ac eius prouidentia, vt Incarnatio, Sacramentorum inſtitutio peccatorum remiſſio, infuſio gratiæ, adoptio, vniuerſale iudicium, reſurrectio mortuorum, & glorificatio. Et quia hæc ſecreta bona ſunt, & pretioſa in ſeipſis, etiamſi miniſter non recte ea diſpenſet, vt debet ob eius tamen peccata nõ ſunt aut negãda, aut à laicis deſpiciẽda

Voce myſteriorum quid excludat Apoſtolus.

Gen.1. & ſeq.

Matth.12 & alibi paſſim.

Ioan.15. & & alibi.

Eccleſiæ miniſtri quales etiam ſint diſpenſatores Diuinorum myſteriorum ſecundum alios.

At quia verbum diſpenſandi alteram cõtinet ſignificationem ſatis per ſe notam & vſitatam in Eccleſia, nempe rigorem legis cum vno, vel altero relaxare, ne illos liget: poteſt & in verbis Apoſtoli hoc munus diſpenſandi includi. Nam cum leges Canonicæ & Eccleſiaſticæ de mediis & in differentibus vt plurimum ferantur, & ſæpe accidant cauſæ, in quibus, ſi legiſlator adeſſet, homines ſua lege non arctaret: hinc factum eſt, vt in Eccleſiaſtica Republica in omnib. Epiſcopis ſita ſit poteſtas diſpenſandi: maximo tamen, & ſupremo modo penes Pontificem Romanum poſita eſt, qui pro ſua prudentia aliorum Epiſcoporũ cum quibus diſpenſatum eſt, cauſas poteſt reſtringere, aut ampliare, ſi expediat. Et ita poteſtas ſemper per neceſſaria extitit in Eccleſia, quia ſemper fuerunt leges Eccleſiaſticæ. ¶ id vnum ſummopere cauendum eſſet, ne qua ſordidæ auaritiæ ſuſpicio intercedat, vt non gratis conferatur, quod gratis dandum erat; aut ſi quæ mulcta imponenda eſſet pro crimine puniendo aut pro impetranda indulgẽtia, in vſus pios pauperum publice cedere deberet. De hac autoritate diſpenſandi ita prudentiſſime loquitur Bernardus lib.3. de Cõſiderat. ad Eugenium: *Quid, inquis, prohibes diſpenſare? Non ſed diſpenſare. Non ſum tam rudis vt ignorem poſitos vos diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt. Vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis eſt. Vtilitas dico, communis, non propria. Nã cum nihil horũ eſt non plane fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt.* Hæc Bernard. paucis multa perſtringens. Verum hic ſenſus poſtponendus eſt priori.

Quid cauendum in Eccleſiaſtica diſpenſatione.

Matth.10.

B.Bernard. circa fin. l.

1.Cor.10.

Diſpenſatio quænam excuſabilis quæ laudabilis Bern. quæ vero crudelis diſſipatio potius dicenda.

Sequitur ad illud reſponſio: *Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur* In quibus verbis videtur Paulus alludere ad verba Chriſti, qui oſtendens difficultatem inueniendi aliquem fidelem diſpenſatorẽ, dixit, *Quis, putas eſt fidelis diſpenſator & prudẽs:* qui fidelis ſit ſcilicet Deo, & illis, quibus præeſt, & ſibi ipſi. Deo quidem, in eo quod ad temporalia pertinet, debet eſſe alimentis, & quibus tegatur, contentus, reliqua in vſus pauperum, orphanorum, & viduarum erogare. In ſpiritualibus autem non debet ambire vllum honorem, aut gloriam, quæ ſoli Deo competat, quemadmodum dixit B. Petrus in ſententia prius allegata. *Si quis loquitur; quaſi ſermones Dei. Si quis miniſtrat, tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus vt in omnibus honorificetur Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.* ¶ Fidelis vero iis quibus præeſt, Si ſecreta Domini pro capacitate auditorum ſine inuidia excommunicet; ſi exemplo aliis præluxerit, ſi temporaria bona pro maiori neceſſitate ſubditorũ diſpenſet; ſi in carne ſubditorum; hoc eſt in diuitiis, & nobilitate illorum non glorietur vt Dauid in præputiis Philiſtinorum. Sibi vero fidelis erit, ſi ſpiritum, & virtutes coluerit, præcipue vero ſanctimoniam, & caſtitatem, vt ita miniſteriũ ornet bonis operib. vt ita ſeipſum, & eos q ipſũ audiũt, ſaluos faciat. Eſtque ſenſus: *Hic iã quæritur inter miniſtros.* Id eſt in miniſtris requiritur fidelitas in bonis quæ diſpenſant. Ita etiam Deus exiget rationem de bonis, quæ miniſter diſpẽſat; & cauere debet ne inueniatur, qua hora nõ putat, & pars eius ponatur cũ hypocritis vt Dominus dixit. Diues autem in bonis tẽporalibus diſpenſator eſt, qui ſi collectas diuitias teneat, vermes generant & fœtorem, vt manna olim diutius retentũ putrefiebat ſi vero ſeminentur, triticum multiplicant.

Diſpenſatores pauci fideles.

Luc.12.
Matth.24.

Diſpenſator qui Deo fidelis
1.Tim.6.

1 Pet.4.

Diſpenſator quis fidelis ſubditis.

1 Reg 18.

Qui vero ſibi ipſi fidelis.

Quid eſt dicere: Hic iam quæritur inter diſpenſatores.

Matth. 24. & ſeq.

Exod.16.

III. dubij ſol. Cur Paulus humanum de ſe iudicium aſpernetur

Ad tertium in illud: *Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die.* Quoniam nonnulli eorum adhærentes nouis magiſtris, videbantur ſpernere Apoſtolos, & alijs ipſum poſtponere, & operibus calumniari; reſpondet ſe eiuſmodi hominum iudicia nihili facere. Quod ſi vrgeas, arrogantiæ ſpeciem eſſe, hominũ de ſe iudicia ſpernere: Dicendum eſt, id ex charitate ab Apoſtolo ſcriptum eſſe, vt doceat nos, plus eſſe inſiſtendum teſtimonio bonæ conſcientiæ quam voculis, & calumniis hominum. Et ita admonet, vt à temerariis iudiciis homines abſtineant. Et pro minimo dixit ſe ducere, non autem pro nihilo, neque tanti facere eorum iudicium, vt ingemiſcat, & à propoſito conſilio reſiliat.

Iudicari ab humano die, quid.

Vocat autem humanam diem, tempus, in quo eſt hominum iudicium, & ſilet Diuinum, quod tandem aliquando ſuam diē habebit, quando illuminabuntur abſcondita tenebrarum, & manifeſta erunt conſilia cordium. Hæc autem vſurpatio diei pro iudicio, à Latina loquendi ratione non abhorret. Eſt enim alicui diem dicere, illum in iudicium trahere. Et vt dies Domini eſt iudicium diuinum, ita dies hominis eſt iudiciũ humanum, in quo ſcilicet humana ratio, & affectus humanus præeſt. Et dies olim à Pōtificibus, & legiſperitis delecti erant, quib. in iudicio licebat agere, & quidam, in quibus non licebat. Primi, dicebantur faſti; poſteriores, nefaſti, de quibus quidam Poeta dixit;

1. Cor. 4.

Quinam Dies Domini.

Dies faſti qui nefaſti apud Gentes.

Ouid. lib. 1. Faſtor. ſub initium.

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

Qualis hęc phraſis Hieronymo. Aut humano die.

Hier. ep. 151 q. 10. & 3.

Hieronymus tamen epiſt. ad Algaſiam, ex Cilicum vulgato ſermone hoc verbum arbitratur deductum. Subdit Apoſtolus: *Sed neque me ipſum iudico.* Poſſet huic ſententiæ opponi, virorum ſanctorum eſſe ſeipſos agnoſcere, & iudicare. Imo in principio ſermonis iuſtus accuſator eſt ſui, & ſecundum illud; Feci iudicium, & iuſtitiam: non tradas calumniantibus me. Quemadmodum rurſus Apoſtolus non curat de teſtimonio cōſcientiæ ſuæ; cum tamen alibi illud magni faciat, & dicat: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ.* Reſpondeo, propterea nō ſeipſum iudicare Apoſtolum; quia ex ſententia veri iudicis procedit vera iuſtificatio alicuius coram aliis, vt quis ab omnibus cōprobetur iuſtus. Non enim innocentia intus explorata & comperta ſatis eſt ad hoc iuſtificationis genus, ſed illa quæ procedit à iudice, de quo ſubdit: *Qui autem iudicat me, Dominus eſt.* vbi excludit eorum iudicium, ſub quo ipſe non erat, vt poſſet ab iſtis iudicari. Nunquam tamen ſibi arrogare audet iudicium, quod eſt Domini, qui magis nouit nos, quam nos ipſi non poſſimus agnoſcere.

Quare Paulus non iudicet ſeipſum.

Prouerb. 18

Pſalm. 118.

2. Cor. 1.

Idem quale ſui iudicium expectaret.

His verbis Qui autē iudicat me Dominus eſt de inhærente ſibi iuſtitia, Paulo non eſſe ſermonem.

Non ergo hic tractat Apoſtolus, an eſſet coram Deo iuſtus, vt ſolet à plerìſque hic locus produci; ſed ad hoc tantum valet, nemini licitum eſſe ſeipſum iudicare, vt coram aliis appareat iuſtus, etiamſi reuera eſſet iuſtus, & hoc ipſum per aliquod Dei donum certo noſſet. Vnde hic iuſtificari, non eſt proprie effici, vel eſſe iuſtum, ſed haberi iuſtum coram aliis, ſicut alibi dixit: *Factores legis iuſtificabuntur*, id eſt, iuſti habebuntur: & Propheta, *Humilem, & pauperem iuſtificate*, id eſt iuſtum declarare; &, Iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis; id eſt, habita, & agnita iuſta; & Populus, & Publicani iuſtificauerunt Deũ baptizati baptiſmo Ioannis.

Rom. 2.

Pſalm. 81.

Luc. 7.

Ibid. 29.

Ad IV. dub. De ſenſu huius dicti Nihil mihi conſcius ſum, ſed nō in hoc iuſtificatus ſũ.

Illud, *Nihil mihi conſcius ſum*, ſignificat: Etiamſi mihi nihil ſim conſcius vllius criminis per totam vitam, non ob id tamen iuſtus habebor à vobis: quod hoc exemplo illuſtrari poteſt. Sit aliquis innocens accuſatus de homicidio, quod non perpetrauit, qui etſi poſſit dicere, Nihil mihi conſcius ſum de crimine obiecto, non tamen propterea iuſtificatus ſum, vel iuſtus à vobis habeor, donec legitimus iudex cognita cauſa pronunciet ſententiam. E contrario vero qui punguntur conſcientia, & accuſantur ab illa, de quibus dicitur:

Illud Apoſtoli: Nihil mihi conſcius ſum in quibus falſum ſit, in quib. verum.

Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici,

Et alius.

Quis nunc diligitur niſi conſcius & cui feruens
Æſtuat occultis animus, ſemperq́; tacentis?

Iuuen. Saty 3. ſub init.

Contra de eo, qui non conſcius, dicit alter:

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Horat. Li. 1. epiſt. 1. à medio.

Quare hic locus non videtur ſpectare ad ſuā coram Deo iuſtificationem, de qua certus erat, ſed ad iuſtificationem apud Corinthios in miniſterio diſpenſationis ſibi commiſſo.

Quam Paulus iuſtificationē ſuæ conſcientiæ non haberet.

Alter ſenſus illorum verborum: Nihil mihi conſcius ſũ &c.

Patres tamen hunc locũ aliter interpretãt hoc dictum fuiſſe à B. Paulo ꝓpter delicta occulta, & venialia, quæ ipſos habentes fugiunt. Vnde Baſil. l. de Conſtitut. monaſt. c. 1. ante medium: *Nihil*, inquit, *mihi conſcius, ſed in hoc iuſtificatus non ſum: quod idē eſt ac ſi diceret, Multa delicta cōmitto, quæ cōmittere me nō intelligo. Propter hanc cauſam etiã Propheta ait. Delicta quis intelligit?* Et Hieronymus l. 2. aduerſus Pelagianos ponderans hæc Apoſtoli verba ait: *Qui hoc dicebat, nullius vtique peccati ſibi cōſcius erat. Sed quia legerat; Delicta quis intelligit? Et, Sunt viæ quæ videntur viro iuſtæ, nouiſſima aũt earũ reſpiciunt in profũdũ inferni;* Et iterum: *Omnis vir videtur ſibi iuſtus; Deus autē corda hominum dirigit: idcirco temperabat ſen-*

D. Baſil. t. 11.

Pſalm. 18.

B. Hieron. prope initiũ Tom. 2.

Prouerb. 14

Infra 21.

tentiam; ne forte per ignorantiã deliquiſſet. Hæc illi. Et Ambroſius in præſentem locũ; *Apertum eſt, quia conſcientiam puram habens, ſolicitus de ſe non erat. Sed non in hoc iuſtificatus ſum. Nunc humiliat ſe & loquitur vt homo, qui poſſit culpam incurrere neſciens.* Ita ille. Ac ſi diceret, tenera Apoſtolus à ſerenitate conſcientię ſuæ inſtructus, non erat de ſe ſollicitus, quia ſciebat ſe mortalem culpam non habere, & noluit contra omnes aduerſarios, & male de ſe ipſo iudicantes loqui vt homo, ſiue vt quilibet alius homo, qui poſſet culpam incurrere, & quotidiana, ac leuia peccata admittere.

Ambr. 1 5.

Explicatur dictum Ambroſij in hunc locum.

Et vere ſic omnes debemus dicere, eo quod à ſcientia quantacunque conſcientiæ noſtræ non ſolum non ſumus iuſti, ſed nec poſſumus pronuntiare nos iuſtos: quia vnus eſt Deus, qui vere iuſtificat. Vnde & Ambroſ. tractans ea quæ ſequuntur: *Qui autem iudicat me. Dominus eſt*; explicat ſe loqui non de lethalibus peccatis, ſed venialibus, & minutis quæ iuſtitiam non excludunt.

Cuius iuſto cur dicendum cũ Paulo. Nihil mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum *Ambr. ibid*

Quod ſi quiſquam obiiciat, Paulum nõ potuiſſe dicere, Sed non in hoc iuſtificatus ſum; propter leuia, & venialia peccata, quo niam hæc iuſtificationi non officiunt: Reſpondendum eſt, quod is qui hæc obiicit, non conſiderat, quod eſt iuſtificatio quædã perfecta, quæ etiam nec venialia admittit, propter quæ aſſerit Dauid, *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens,* Vt interpretatur Auguſtinus.

Si venialia gratiam Dei, atque iuſtitiam peccata nõ tollunt, cur ſe iuſt ficatum h c negat Apoſtolus? *Pſalm. 142. Aug. to. 8*

Subdit de Deo: *Qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Quia ſcilicet miri ſunt receſſus, & profundiſſimæ latebræ in cordibus hominum, iuxta illud, *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans corda, & renes.* Vocat ergo tenebras, latentes prauas actiones. Frequenter enim aliquis bonum aliquod quantum ad apparentiam operatur; at voluntas quæ latet, errare cõuincitur. Deniq; tenebræ ſunt peccati, quæ in oculis ſunt hominis. Qui enim male agit, odit lucẽ.

Quæ Dominus illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordiũ *Ierem 17.*

Ioan. 13.

Cum vero ait: *Nolite ante tempus iudicare:* videtur omne iudicium tollere. Sed de occultis iudicium tollit, non de manifeſtis, de quibus licet iudicare. E. Dominus Deut. 1. *Audite*, inquit, *illos & quod iuſtum eſt, iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus*; nimirum per confeſſionem rei, aut teſtium probationem Occulta vero Deus ſuo iudicio reſeruauit. ſunt vero occulta, quæ latent in corde, vel etiam in abſcondito fiunt: vnde homo quidẽ de his eſt temerarius iudex: quemadmodum iudex, & legatus; qui excedit formam mandati, & de cauſa ſibi non commiſſa iudicium exercet, temerarius eſt. Alioquin

Nobis iudicium ante tempus quod vetet Apoſtolus. *Deut. 1.*

Dei proprium ſolius iudicium quod.

Paulus ſuperior erat Corinthiis, qui inferiores, & ſubditi illi erant, verum in occultis neminem habebat ſuperiorem.

Et tunc laus erit vnicuique à Deo. Sed quomodo vnicuique erit laus, cum mali vtique non laude, ſed vituperatione digni exiſtant Dicendũ eſt, contextum exegiſſe, vt vel ſupplicium, vel laudem manere eos. qui operantur, diceret. Sed nouum non eſt Apoſtolo, voce mercedis, & retributionis abuti ad ſignificandum ſupplicium, vt Rom. 1. vbi loquens de infando peccato, dixit: *Mercedem (quam oportuit) erroris ſui in ſemetipſis recipientes*; Item Heb. 2. *Omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem*, id eſt, condignum ſupplicium, Idẽ facit in voce laudis, quam in malam partem hic accipere videtur: aut opus erit, quod ait Vnicuique à Deo, aptare tantum ad eos, qui veram laudem ſunt promeriti.

Cum improborum pœnam mercantur quomodo, vt ait Apoſtolus, tunc laus erit vnicuique à Deo? *Rom. 1.*

Heb. 2.

Altera ſol.

Ad quintam dubitationem de his, quæ transfigurauit in ſe, & Apollo, dicemus, quoſdam docere, Corinthios non de Paulo & Apollo dixiſſe: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ſed de aliis ſectarum capitibus: idque docendi gratia. Hoc autem alij parum ſolidum eſſe putant, quia ſuppreſſis illorum nominibus poterat abſque hac falſa nominum ſuppoſitione de eodem Corinthios admonere. Et quid opus erat ſe excuſare, in nomine ſuo neminem fuiſſe baptizatum? Et cum vigerent factiones, cur leuiores doctores adamaſſet, vt Corinthiorum nemo ad Paulum, vel Apollo, vel Cepham conuerteretur; qui tamen erant primarii, & veri eorum Doctores, & miniſtri? & quorſum Apoſtolus diſputaſſet de temerario iudicio quo Corinthij Paulum ſpernebãt. & de eo minus honorifice ſentiebãt

Sol. V. dubij. Paulus quę nam transfigurauerit in ſe, & Apollo. *1 Cor. 1. Infra 3.* Primi ſenſus quotũdam incõmoda.

Dicendum ergo eſt, transfiguraſſe in ſe, & Apollo, propter eos, qui glorioſi de aliis miniſtris dicebant: *Quid eſt Paulus? quid Apollo &c.* quod non eſt aliud, quam in ſe, & Apollo typum, ac figuram conſtituiſſe, vnde alij diſcere, & capere veritatis doctrinam debebant. Vt ſicut ipſi non ſe pluris faciebant, quam æquum eſſet, ita & illi perinde facerent, & ne quis inflaretur exaltando ſuum doctorem aduerſus alium.

Altera prior, & congruentior.

Et in nobis, inquit, *diſcatis ne ſupra quam ſcriptum eſt*, in Euangelio ſcilicet vbi Chriſtus tales fideles ſeruos, & prudentes diſpenſatores vult eſſe, (aut vt in alio loco ait, *Principes Gentium dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur.*) *vnus aduerſus alterum infletur pro alio.* Id eſt: ſupra quã ego ſcripſi de vobis, de me, & Apollo ſẽtiatis, ſed vt id quod nos de nobis ipſis ſẽtiam & vos de nobis ſentire debeatis, & quod

Vbi ſcriptũ ſit ne vnus aduerſus alterum infletur pro alio *Luc. 22 Infra 21.* Quid eſt vnum aduerſus alterũ inflari pro alio.

nos

nos non ſumus aliud, quam miniſtri; & quatenus miniſtri vnum ſumus, & illis quibus miniſtramus, minores ſumus, & pro eorũ gloria, non pro noſtra laboramus: reddituri enim ſumus rationem de reſiduo coram Deo ſecundum fidelitatem noſtram, & laborem.

Vnde hæc ſumpta tranſlatio.

Præclara eſt metaphora inflationis: vtribus enim conuenit inflari, quod cum fit, iuſtum, magnamque corporis molem vt res præ ſe ferunt, cum tamen flatu, ac vento iſtum tumeant. ¶ Et cum ait: *Vt in nobis diſcatis.* Relictis Doctoribus ſermonem conuertit ad diſcipulos, populi namque ob præceptores efferebantur, ne vltra formam in præmiſſis deſcriptam efferrentur.

Illud Apoſtoli: Quis enim te diſcernit cuius intelligentię. 1. Cor. 1. 1. Cor. 2.

Circa illud: *Quis enim te diſcernit? & diiudicat*, vt Græca vox ſignificat, dubitabatur, quis eſſet huius verbi ſenſus: nã multi multa producunt. Et aliquid ſupplendum videtur. Non deſpicit teſtimonium cõſcientiæ, quod alibi magnifacit Apoſtolus, & dixit: *Quis hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt?* Sed mea conſcientia non à veſtris iudiciis liberata quia nemini pro ſe teſtificãti creditur, & nemo eſt bonus iudex in cauſa propria. Aſſignat ergo rationem, cur alius non debeat contra aliũ inflari.

Prima ſententia quorundam.

Et quidam interpretantur, apoſtrophen eſſe ad pſeudoapoſtolos, quos Corinthii cæteris Doctoribus, tanquã melioribus Paulo, & Apollo, pręponebant, vt oſtendũt ſequentia: *Quid habes, quod non accepiſti?* Vel qui ſeipſos aliis præferre ſinebant, nec etiã illis reclamabant. Ac ſi dicat, Prodeat ille in medium, quiſquis eſt qui eminere cupit, & ſua ambitione turbat Eccleſiam: & quæram ex eo, quis eſt, qui hoc illi contulerit, vt aliis eum præferat, vt ſit aliis ſuperior: aut quis iudicat te præſtantiora dona accepiſſe præ aliis, qui à veris Apoſtolis inſtituti ſunt?

Altera.

Oecumenius ita abſoluit hunc locum: Quis te iudicauit, & approbauit tanquam laude dignum, ô præceptor, ac doctorinum homines? at non rectum eſt illorum iudicium. ¶ *Quid autem habes, quod non accepiſti?*

Oecu. c. 4.

Quorſum hoc: Quid autem habes quod non accepiſti?

Verum dices, rectum eſſe hominum de te iudicium: & vere fortaſſis laude dignus es ob doctrinam: at ne ita quidem extollaris. Non enim tuum opus eſt factum hoc, ſed Dei donum: qui aũt gloriatur, ac ſeſe iactat, nequaquam, vt illud dono accepit, gloriatur, ſed tanquam ſuis id nactus laboribus.

Vnde ſubdit: *Si autem accepiſti? quid glorians? quaſi non acceperis:* Interrogatiue enim eſt hoc legendum. Scholia Græca aliam lectionem ſequuntur, τίς σε μέρος ἐχειροτόνησεν, id eſt, Quis te vel in parte elegit, nimirum præſtantiorem aliis? Aliqui vero interpretantur: Quis ab alio te ſeiunget? non enim opinione hominum fieri poteſt, vt quis aliũ à ſe disiungat, niſi autoritate Dei, aut maiorem, ſegregando Hæreticos, & Schiſmaticos, contumaces, ac rebelles ab Eccleſia.

III. Senſus.

IV. & vlt.

Quod ſi aliquod donum habes, quo pręcellis alteri, nunquid propter hoc diſcernere, aut ſeparare te ipſum potes? quid enim habes, quod non accepiſti? Auguſtinus in epiſtola ad Valentinum, & frequenter in aliis locis hoc citato teſtimonio, ait: *Quid enim habes, per quod à maſſa perditionis, à maſſa infideliũ te diſcernas, niſi fides?* Plures ſenſus propoſui: prudens lector ſeligat, qui ſibi magis probetur.

B. Augu. epi. 46. ante med. to. 2.

Hęc verba quid ſonẽt Iã ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis, &c.

Ad illud iam reſpondendum, quod ſequitur: *Iam ſaturati eſtis: iam diuites facti eſtis: ſine nobis regnatis, & vtinam regnetis:* Redit Apoſtolus ad ſeductos Corinthios, quorũ vanam traducit doctrinam: iam & ironice deridet, quia iam tanquam numeris omnibus beati ſibi tantopere placebant. Vnde Apo. 3. ſimili ironia vtitur Dominus ad Angelum primum Epiſcopum Laodiceæ: *Incipiam te euomere ex ore meo: Quia dicis Quod diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.*

Apocal. 3.

Quã tropi Scripturis, & figuræ deſeruiant.

Scriptura enim tropis vtitur frequenter velut machinis conducentibus ad expugnanda corda noſtra, humanis vſibus ſeſe accommodans. Et primum ſaturos vocat, vt notet ſaturitatem erga Catholicã doctrinam ſuam, & per conſequens contemptum doctrinæ aliorum; ſiquidem ſaturitatem ſequitur contemptus iuxta id; Anima ſaturata calcabit fauum. Et hoc ad pręteritum referendum eſt. Quod ad futurum pertinet, vt notet, illos omnino pendere ex aliorum doctrina, nec amplius curare ſynceros verbi Dei miniſtros.

Prou. 27.

Corinthii quomodo ſine Paulo regnabant.

Addit: *Sine nobis regnatis ſiue regnaſtis.* Id eſt; non ſolum vobis eſtis ſaturi, ſed & diuites, vt etiam Reges videamini: Qui autem regnant, roborati ſunt, vt aliorũ opera non indigeant. Vnde dicitur de Hortenſio, quod regnabat in iudiciis, & Cicero ſcribit de ſeipſo, quod tenebat clauum Reipublicæ, & regnaret in foro. Vulgo etiam dicimus aliquos in Philoſophia, aut Dialectica, aut Iuriſprudentia regnare, quando primarii ſunt & ea omnia tenent, quæ ad illas facultates ſpectãt. Ita Corinthii ſeipſos perfectos putabant in Chriſti doctrina, ita vt in principio epiſtolæ dixerit: *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, quod in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia.* Et dicẽdo: *Sine nobis regnaſtis*, oſtendit Corinthios opinione tantũ ſua regnaſſe; cũ tamen quicunque ſine Apoſtolis, hoc eſt ſacra doctrina, &

Cic. libr. 7 epiſt. famil. 25 & alibi.

Quid ſine Apoſtolis, & de Paulo regnare.

Corinthiorum quale regnum & gloriatio.

verbo Dei regnat, ad æternum exitium protrudatur. ¶ *Et vtinam*, inquit, *regnetis*. In quo oſtendit, illis felicitatem, ſi quam haberent, non inuidere, nec ſe in initio quæſiſſe, vt regnaret apud eos, ſed tantum, vt adduceret eos ad regnum Dei. Et ita indicat regnum eſſe imaginarium, quo ſuperbiebant, & falſam pernicioſam eſſe gloriationem. ¶ *Vt & nos vobiſcum regnemus*. Nam vel aſſumeretis nos ad ſocietatem veſtræ felicitatis, & regni; vel imitaremur veſtram induſtriam, & veſtrum bonum quodammodo ad nos redundaret, cum filiorum honor & gloria in parentes exuberet. Ambroſius autem hoc loco ſcribit: *Regnare eſt de ſpe, & promiſſu Chriſti ſecurum eſſe, & gaudere in ijs, quæ aduerſa propter nomen Chriſti accidunt. Lucrum enim adferunt, non detrimentum.*

Cum Corinthiis vna regnare, vt cuperet Apoſt.

B. Ambr. 1.5 circa fin.

Species quatuor ſuperbiæ à Paulo inſinuatæ.

B. Thom. lect. 11. ſ. 16.

Egregie autem B. Thomas hic quatuor ſuperbiæ ſpecies notat Apoſtolū in his verbis nominaſſe, quarum prima eſt, quando aliquis reputat ſe non habere à Deo, quod habet, quā tangit, dicens: *Quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Et hoc etiam poteſt reduci ad ſecundam ſpeciem, qua aliquis exiſtimat proprijs meritis accepiſſe. Tertia ſpecies eſt qua quis iactat ſe habere, quod non habet: & quantum ad hoc dicit; *Iam ſaturati eſtis, iā diuites facti eſtis*. Quarta ſpecies, quando aliquis deſpectis cæteris ſingulariter vult videri, & quantum ad hoc pertinet, quod dicit; *Sine nobis regnatis*. Hactenus Thomas. Et ita expedita ſunt dubia ſuperius propoſita.

Altera pars huius capit.

Iam in his, quæ ſequuntur, proponenda ſunt dubia, ac diſſoluenda, etiamſi non adeo magna ſint. Ait enim: *Puto, quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit tanquam morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo & Angelis, & hominibus nos ſtulti propter Chriſtum*, & reliqua.

I. Dubitat.
Primo, quid eſt dicere, Puto: nūquid dubitat?
II.
Deinde quos vocat Apoſtolos nouiſſimos, tempore, an vitæ ſtatu, &
III.
doctrina. Tertio, quid eſt, quod ait, Oſtendit, & in quo ſignificatu accipitur eiuſmodi verbum.
IV.
Quarto, quid eſſe morti deſtinatos; nā certe oēs morti deſtinati ſumus qui illam Dei in Adam, & filios eius vniuerſos de morte ſententiā, Puluis es, & in puluerē
Gen. 3.
reuerteris, euadere non poſſumus.
V.
Quinto, quomodo facti ſumus ſpectaculum mūdo, Angelis, & hominibus; quaſi vero mundus non contineat Angelos, & homines.
VI.
Sexto, quomodo Paul. & Apoſtoli ſtulti propter Chriſtum erant, & infirmi, & ignobiles.
VII.
Septimo, cur ait: *Vſq; in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus*; Cum hoc omnib. pauperib. contingat, & quænā ſit illa hora.
VIII.
Octauo, quid eſt quod ait; *Tanquā purgamenta huius mundi facti ſumus*, quæ Græce καθάρ-ματα & περίψημα, obſcuræ enim ſunt voces, & difficiles: reliqua vero faciliora ſunt.

Solutio I. dubitat. Cur Paul. Puto, dixit non, ſcio, quod Deus nos Apoſtolos oſtendit tanquam morti deſtinatos.

Ad primum igitur, & ſecundum, expende, Apoſtolum ironice loquendo progredi aduerſus Corinthios, & pulchras antitheſes adferre. Dicendo ergo, Puto, vel exiſtimo, non dubitat, vel opinatur, ſed modeſte loquitur, vt ſuperius: *Sic nos exiſtimet homo*, &, *Arbitramur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus*; & rurſus. *Exiſtimo, quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis.*

Infra 8. Rom. 3.

Ad ſecundum dub.

Quod vero ait: *Nos Apoſtolos nouiſſimos*, reſtringunt quidam hoc verbum ad Barnabā ac Paulum, qui omnium nouiſſimi, ac poſtremi ad Apoſtolatum vocati ſunt à Spiritu ſancto, dicente: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos*, nempe vt eſſent verbi Dei miniſtri, & myſteriorū apud Gentes. Voluit autem quam ſimillimos ſibi reddere in paſſione, & abiectione, vt per illorum preces, & merita alii viam ſalutis ingrederentur, atq; hoc Corinthiis declarauit, ne abuterentur eorum abiectione & humilitate, quaſi non eſſent ſummi, & pares cum aliis Apoſtolis diſpenſatores. Si vero non tantum de ſe, & Barnaba, ſed etiā de reliquis Apoſtolis ſermonē habet, quod videtur veriſimilius, quia per eandem abiectionem, & humilitatem ingrediebantur & reliqui Apoſtoli: tunc nouiſſimos omnes vocat, id eſt, abiectiſſimos, & viliſſimos, & ab omnibus conculcatos, vt vermes, & nihili à mundo reputatos: quemadmodum & Patris cœleſtis Apoſtolus, hoc eſt, Chriſtus, (qui de ſe per Prophetam dixit: *Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*; cum tamen Eccleſiæ ſint principes, & primas in illa tenentes, vt infra capit. 12. teſtatur: *Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundum Prophetas, &c.*

Quos Deus nouiſſimos Apoſtolos oſtenderit tanquam morti deſtinatos.

Act. 13.

Chriſto paſſo cur ſimiles Apoſtoli.

Alter ſenſus.

Ioan. 21.

Pſal. 21.

Pſal. 44. 1. Cor. 12.

Tertiæ ſol. quæſtion. Quemadmodum Deus oſtendit Apoſtolos tanquam morti deſtinatos.

Ad tertium, dupliciter illud verbum, *Oſtendit*, ponderare poſſumus, primum, vt idem ſit, quod fecit, more Hebræo, vbi oſtendere, eſt facere. Sicut alibi ait; *Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit*, id eſt, fecit. & Propheta. *Oſtendiſti populo tuo dura*. Secunda ponderatio eſt ex Græca litera, ἀπέδειξεν, hoc eſt in oſtentum, ſiue in exemplum aliorum propoſuit. Sunt enim quidam qui oſtentantur populo mox ad mortē rapiendi: hoc enim demonſtrare eſt, ſiue oſtentare: vt qui in triumphis circumducebantur pōpæ gratia, & inde in carcerem arripiebantur ſtrangulandi. Quem ſenſum iuuat quod ſequitur: *Spectaculum facti ſumus mundo.*

2. Timo. 4. Pſal. 59.

Altera ſol.

Solutio IV. dubitationis.

Ad quartū dixit, *Tanquam morti deſtinatos*, id eſt, publice mulctādos coram omnibus, vt eorū exemplo alii reſipiſcant. Græca vox

Apoſtoli vt fuerint tanquam morti deſtinati.

eſt ἐπιθανατίους, id eſt, ad nihil aliud vtiles, niſi vt necemur, vt ponderat Oecum. Et ita non comprehendit hic ſermo omnes homines, nec enim omnes tali necis genere plectuntur. Quia vt cæteri anteceſſores ſui morti adducti fuerunt, illis etiam ſeſe annumerat, tanquam ferali morti addictus, & publicæ.

Ad V. dub. Quomodo accipiendum: Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominib.

Quintæ dubitationi reſpondetur: quod ait: *Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus*, non ironice dictum, ſed eſſe maxime verum. Vt ſignificet: Hæc eſt noſtra conditio, vt miſeriarum noſtrarum ſpectaculum (Græce θέατρον) mũdo exhibeamus, non ſecus atq; illi, qui ad beſtias damnabãtur, vel ad ludum gladiatorium, vel ad metalla, vel ad triremes, aut ad aliud ſupplicij genus in conſpectum populi producũtur. Eadem voce theatri vſus eſt Lucas, cum dixit de Chriſto coram omnibus Iudęis in altario crucis interfecto: Omnis turba eorũ, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbat, quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur. Nec enim clam, aut in angulis hæc gerebantur, ſed adeo publice, vt in theatro agi viderentur, quaſi totus mundus occurrat ad ſpectandam noſtram occiſionem.

Luc. 23.

Mundus cũ Angelis & hominibus cõſtet, quid ab illis ſecernitur.

Et cũ ſubdit: *Et Angelis, & hominibus*: id eſt, Non tantum in terra, id eſt, hominibus, ſed etiam in cœlo, id eſt, Angelis ludorum ſpectaculum præbemus: nã coniunctio Et, expoſitiue eſt accipienda, vt docet Tertu. quia his duab⁹ creaturis mundus finitur. Et hoc quod ait de Angelis, de bonis eſt intelligendum, qui eorum, quæ in Eccleſia fiunt, & ſpectatores ſunt, & teſtes, vt habes inferius cap. 9. Quamquam dicere poſſumus, Angelos bonos ad confirmandum, & roborandum, homines vero bonos ad commiſerãdum, & exemplum patientiæ ſumendum à Deo nobis donari: malos autem Angelos ad inſtigandum, & ſolicitandũ eos, qui torquebant, homines etiam prauos, & impios ad captandam voluptatem, & oculos paſcendos, Deo permittente, nobis adeſſe.

Tert li. 5. aduerſus Marc. to. 1.

Quibus Angelis Apoſtoli facti eſſent ſpectaculũ

Inuicta Pauli Apoſtoli conſtantia, ac pene diuina.

Eſt autem ſtupenda, & omni admiratione digna Pauli conſtantia, qui cũ tot malis ſe affici Deo permittente videret, non tamẽ frangebatur, aut animo conſternebatur, aut impiorum malitiæ id imputabat, ſed totum Diuinæ prouidentiæ tribuebat.

Ad VI. du. Paulus & Apoſtoli, vt erant ſtulti propter Chriſtum.

Sextæ quæſtioni reſpondendum, cũ ait: *Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto*, redire Apoſtolum ad ironiam, illos prudentes, & fortes, & nobiles in Chriſto vocando, ſe vero atq; Apoſtolos, ſtultos, quia Chriſtum prædicabant crucifixũ, quẽ mundus pro mera habebat ſtultitia; & quia faciebant ea, quæ mundus ſtulta eſſe putabat, nempe ſpernere diuitias, voluptates comprimere, & abiicere gloriam, & honorẽ conculcare, vitã præſentem pro nihilo ducere, & deniq; ſaturari opprobriis, & cõtumeliis pro Chriſto. A quib⁹ virtutibus, quã ſit aliena vita paſtorũ noſtrorum, & Prælatorũ, ipſi videant, ſibiq; tempeſtiue proſpiciant. Quod ſi laudi, & autoritati ducunt, quod in Apoſtolorum locũ regendis Eccleſiis ſucceſſerint; dent quoque operam, vt in his, in quib⁹ maior Chriſti, & ipſorum gloria conſiſtit, eos imitentur, eisq; ſuccedant.

Apoſtolis qui ſucceſſerunt, & quid curare debeãt, illorum exemplo.

Corinthii, ſecundum Apoſtolũ, quare prudentes in Chriſto.

Cum vero ait: *Vos autem prudentes in Chriſto*: prudentiam in malam partem accipit: quia tum Chriſtum, tum mundi, & carnis prudentiam inuicem miſcere nolebãt. Vocat deinde infirmos, quaſi abſq; autoritate, & poteſtate ſubiiciendi ſibi illos, vel ab aliis quicquam accepturi eſſent, quia ea poteſtate non abutebantur, vt hodie nonnulli paſtores faciunt, & quidam ex Corinthiis olim faciebant, de quibus in poſteriori epiſt. ad eoſdem conqueritur, dum ait: *Suſtinetis enim, ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciẽ vos cædit*, &c. *quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte*. Ironice ergo Corinthios, & falſos Doctores perſtringit, qui velut glorioſi quidã Thraſones, de ſua perfectione, & fortitudine ex ſua vana perſuaſione cum Pauli contemptu ſe iactabant: hi autem inuerſo ordine filii & diſcipuli haberi, & nobiles volebant, cum pater & magiſter obſcurus, & omnibus mundi opprobriis expoſitus eſſet.

Infirmi cur item Apoſtoli.

2. Cor 11.

Corinthiorum arrogãtia.

Ad VII. dubitationem circa illud: Vſque in hanc horã & eſurimus, ſitimus, &c.

Septimo loco dubitatum fuit de illis verbis: *Vſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus*, qua ratione ſcilic. Apoſtolus id ſibi tribuat, quod aliis eſt commune pauperib⁹; & quomodo eſuriebant, & ſitiebant Apoſtoli quibus Dominus dixit: *Quærite primum regnum Dei & iuſtitiã eius, deinde hæc omnia adiicientur vobis*: quid ſcilic. ſignificet illa hora. Dicendum hic ſerio iam Apoſtolum, & abſq; ironia loqui. Et eſt ſenſus; Non ſemel quidem, aut bis id mihi contigit, ſed aſſidue vſque in hanc ipſam horam: etiamſi potius videãtur ſuam conditionem veluti in tabula depingere, & crucem Chriſti manſueto animo complecti. Et ſane vehementer admirabile erat, quod is, qui tantam in prædicatione gloriam obtinuerat, tantas tamen adhuc pateretur contradictiones: nam decimumſextum annum à prædicatione iam explеuerat. ¶ *Eſurimus*, inquit, *& ſitimus*. Hoc eſt, Prætermitto doctrinam, ſigna, & prodigia, quæ frequẽter edo, & glorioſas victorias in diſputationib. & ſimilia: illa tantum recenſeo aduerſa, quæ pro illorum ſalute patior.

Eſuriem & ſitim cur Paul. pro Corinth. non ſui commemoret Apoſtolatus inſignia.

Solet enim Paulus interdum ſui Apoſtolatus inſignia commemorare, quæ apud pios commendatum reddebant Apoſtolum; apud carnales autem eum abiectum, & vilē reddebant. Ait ergo: Ad hunc vſq; diem nō ſolum non regnamus, verum ita viuimus, vt etiam ſæpe deſit, quod edamus, & bibamus, & quibus induamur. Nam inprimis Apoſtolus pro ſua modeſtia perax non erat, vt qui mercedis gratia non euangelizaret: & quod habebat, libenter egentibus impertiebat. Et cum hominibus non blanda prędicaret, neq; cuiquam aſſentaretur; non adeo liberaliter homines illi largiebantur: & quoſdam ipſe carpit, qui ventrem ſuum pro Deo habebant. Nolebat item alicui eorum eſſe grauis, quos tenaces eſſe videbat, & rei ſuæ intētos. Vnde teſtatur ſe à Corinthiis nihil accepiſſe. ¶ *Et nudi*, inquit, *ſumus*; Non tantum victu, ſed etiam neceſſario veſtitu indigebant, & ſordido amictu induti incedebant. Nec ob id promiſſio Chriſti de adiiciendis temporalibus iis, qui quærunt regnum Dei, fruſtrata fuit: quoniam illa deeſſe non ſolet, niſi ob aliquam maiorem, & Deo grauiorem rationem. Volebat enim te vno Apoſtolo Paulo docere, quales debeāt eſſe miniſtri, & quanta pro eius nomine, & Euangelio illis ſint perferēda. Addit & corporis iniurias: *Colaphis cædimur*. Quod tamē apud homines pro grauiſſima iniuria habetur. ¶ *Et inſtabiles ſumus*. Id eſt; incertis vagamur ſedibus, tanquam vagabundi, incertū habemus conſiſtendi terminum, & quod maius eſt, in tot laboribus, & incommodis victum artificio propriis quæritamus manibus. Nam quidam Gentiles in parte beatitudis ponunt rem non partam labore, ſed relictam; cum tamen falſi Doctores cū ſuis otiarentur, & ex aliorū bonis viuerent. ¶ Et ait: *Laboramus operantes manibus noſtris*: quia artem ſcenofactoriam Corinthi exercebat cum Aquila, & Priſcilla Act. 18. vt etiam infra commemorat cap. 9. huius epiſtolæ. Ex quo licet colligere, Euangelii prædicationē non eſſe doctrinam de pane lucrando: nec rurſus doctrinam dignitatis augendæ, aut domus locupletandæ; quorum vtrumque excellenter præſtat Iuriſprudentia.

Apud Corinthios Apoſtolus cur, & eſuriret, & ſitiret adhuc. 1. *Cor. 9.*

Philip. 3.

Apoſtoli quomodo eſſent nudi.

Idem cur inſtabilis.

Martia. l. 9.

Paulus cur dicat, Laboramus operantes manibus noſtris. *Act. 18.* *1. Cor. 9.*

Addit rurſus ea, quæ perfecta erant, & Chriſtianæ manſuetudinis: *Maledicimur, & benedicimus*. Id eſt: Conuitiis afficimur, & pro maledictis benedicta reddimus, & patientiam pro perſecutionibus, & obſecrationes pro blaſphemiis: quia magi, ſacrilegi, & inimici Dei habebantur.

Chriſtianę manſuetudinis inſignia.

Et tandem ſubdit, de quo octauo, & vltimo loco dubitatum fuit: *Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omniū peripſema vſq; ad huc*. Quibus verbis concludit, omnē ambitionem conculcandam. Prima vox interpretata per noſtrū interpretem, Græce eſt καθάρματα; quam alii vertunt excremēta, Ambroſius vertit, luſtramēta, id eſt, piaculares homines & ſceleſtos, qui publicæ calamitatis ſedādæ gratia, vt à morbo vi bis auertendo, vel peſte apud Gentes diis mactabantur, & immolabantur: quo verbo vtitur Demoſth. oratione in Medeam, & in altera in Aeſchinem, & Herodo. in Polymnia in maſculino genere dixit καθαρμὸν hominem prorſus deteſtandū, & ſacrū quemadmodum apud Poetam fingitur Sinon. Et ſicut comice ponitur ſcelus pro ſceleſto, ita hic purgamentum pro homine piaculari, & ſacro, quo putabāt purgari ciuitatem, de quo Poeta, *Sacer & inteſtabilis eſto*. Et videtur eſſe ſumptum vocabulū ex 12. Tabul. quod more etiam Gallorū translatitium erat, vt Seru. ait. Nam cum Maſſilienſes peſte laborarent; teſte Suida, vnus ex egentibus ſe offerre ſolebat, prius annum vnum alendum publicis ſtipendiis, & delicatioribus cibis, & epulis, quem exacto anno cum verbenis, diris, & contumeliis eiiciebant pro communi ſalute ciuitatis, & in mare præcipitabatur, quaſi ſacrificium Neptuno: Non longe diuerſo modo ac olim Curtius, & Decii pro Rom. Rep. ſe deuouerunt. Qua etiā ratione ſacer, & κάθαρμα dici poterat caper emiſſarius ille, de quo Leuit. 16. qui portabat omnia peccata filiorum Iſrael in deſertum.

Apoſtoli vt facti eſſent purgamenta huius mundi.

Ambr. in Pſal. 118. ſerm 8.

Demoſth.

Horat. li 2.

Vnde vox purgamēta deſumpta.

Virg. li. 2. Aeneid.

Seru. in l. 2. Aeneid.

Suidas.

Tit. Liu. Dec. 1 lib. 7 init.

Idem lib 7. & 10 1. Dec.

Leuit. 16.

Altera vero vox, quæ non fuit interpretata, ſed Græca manſit, περίψημα, ſiue latine peripſema, accentu in penultima, à verbo περιψᾶν deſcendit, quod eſt radere, abſtergere, & limitare. Et ita nomen hoc ſignificat immunditiam multarum rerum, vt rubiginem ferri, ſcoriam argenti, ſcobem, ramentum, vel reiectamentū, & deniq; quicquid radendo deteritur, remq; vilem ac contemptā, quę omniū pedibus conculcatur, de qua Suidas ait: *Peripſema, is, quo quotannis luſtralis hoſtia deſtinatur: Illiq; dicebant*, Περίψημα ἡμῶν γίνου *id eſt, Purgamentum meum eſto, aut ſalus & redemptio, & ſic eū in mare præcipitabant*. Sunt ergo hæ duę voces proximæ in ſignificatione, quibus Paulus extremā ſuam deiectionem expreſſit, videl. ſe inſtar purgamentorum quorundam omnibus fœtere, & inſtar hominis ad piaculū, ſiue luſtrationem deſtinati, toti mundo eſſe abominabilē, & in prępoſitione περί, in voce peripſema, videtur alludere ad ritum piacularem deſcriptum. Oecumenius pro hac voce legit excrementa, id eſt. putamina, & rudera immunda, & fœcētia. Theod. vero: *Nihil*, inquit, *differimus ab his, quæ in domo tanquam ſuperflua abiiciuntur*,

Apoſtoli item quomodo erat omnium peripſema.

Suidas

Luſtralis hoſtiæ quotannis deſtinandę ritus apud Gentes.

Quid alijs, peripſema.

Oecum. in ca 4.

Theod. c. 2.

vel

Vter commodior ſignificatus eius vocis.

vel oleribus, vel teſtis, aut putaminibus, vel alijs ſimilibus: ita nos viles, & abiectos plurimi exiſtimarunt. Hæc ille. Etſi autem hic ſenſus non videatur contemnendus, prior tamen ille de ſceleſtis illis, & piacularibus hominibus præferendus mihi videtur, tanquam præſtantior, & plenior.

Quorſum hoc: Non vt confundã vos hæc ſcribo, &c.

Subdit pauca quædam, & ait: *Non vt confundam vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo,* &c. Superiores ironiæ non carebant aculeis, quibus exulcerari poterant animi Corinthiorum. Occurrens ergo, animos eorum lenire ſtudet, dicendo non eo ſe animo illa ſubacerba dixiſſe, quæ dixerat, vt illos pudore ſuffunderet: quod probat argumento ſumpto à circumſtantia perſonarum, id eſt, parentum, & filiorum. Nam qui veri ſunt filii, non ambigunt à parente ſuo diligi. Ita enim liber Prouerbiorum ſub perſona patris & matris ad filios orationem habet: *Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tua.* Et ita incipit ca. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. Et imitatur Apoſtolus medicum, qui dum ſecat, vel vrit, blanditur; & ea, quæ facit, ad ſalutem ægroti oſtendit conducere. Ita ſi quid prodeſſe volumus vitia corrigendo, teſtatum illis facere conuenit, ab amico animo correctiones noſtras proficiſci.

Bonorum proprium filiorum. *Prou.* 1.

Quam bonus Corinthiorũ medicus Paulus.

Corinthii Paulo ipſorum parenti in Chriſto, duo debebant.

Addit aliam rationem Apoſtolus: *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto; ſed non multos patres.* Vbi probat ſe non obiurgare Corinthios, vt eos pudore ſuffundat, ſed ſibi ſoli erga eos, quos genuerat in Chriſto probat, competere nomen patris; ac proinde lege Dei obligari, vt ſe ament, & libenter admonitioni eius auſcultent: quãdoquidem ſcribitur; *Honora patrem tuum, & matrem.* Vocat autem pædagogos præ ſe, eos, quibus plebis curam commiſerat, quæ nunc recens nata erat. Et præſtringit falſos Doctores, qui non tam vtilitati fidelium, quã mercedi inhiabant. Sicut Chriſtus Ioa. 10. cõparauit falſos Doctores cũ mercenariis. ¶ Neq; ſe dixit inſtituiſſe illos, ſed genuiſſe: nam cũ nos ſimus caro, & fœnum, verbum Dei, quod ipſe ſuppeditauit, incorruptibile ſemen eſt, quo reuocamur ad vitam æternam. Idẽ ipſum poſtea verbum, lac nobis eſt ad educandos, idem & ſolidus cibus ad nos perpetuo alendos. Fatendũ ſiquidẽ eſt, Deum tam animorum, quam corporũ eſſe legitimum parentem: ſed vt ad corpus placuit Deo cooperatores aſſumere progenitores noſtros, atq; illis paternæ appellationis dignitatem communicarẽ; ita etiam quantum ad animam voluit facere parentes præpoſitos Eccleſiæ, per quos & verbum, & Sacramentũ ſuſcipientes regeneramur.

Exod. 20.

Quinam pædagogi Corinthiorum Apoſtolo.

Ioan. 10.

Genuiſſe quare Paulus dixerit, non ſe inſtituiſſe Corinthios.

Eſa. 40. *Ioan.* 1. *Luc.* 8.

Spiritales noſtri parentes qui, quomodo nos generent.

Doctores Corinthiorum cur Paul. pædagogos non patres nominauerit.

Dices; Nonne alii Doctores, quos pædagogos vocamus, verbum & baptiſmum adminiſtrabant, & patres eorum erant? quomodo ergo ſibi ſoli vſurpat tantum paternitatis titul. Dicendum eſt, Paulum per cõparationem loqui. Nam vtcunq; aliis hic titul. conueniret, reſpectu tamen Pauli nonniſi pædagogia erat: quare ſubiurgit: *Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote, ſicut & Chriſti.* Pie rogat Corinth. (cum parentum tamen ſit præcipere) vt tanquam veri, & obedientes filii patrem ſuum velint imitari. Indecorum .n. eſt alienos ſequi, & patrem relinquere. Quod, vt facerent lubentius, teſtatur ſe ad eos miſiſſe Timoth. chariſſimum & ipſum filium ſuum, vt ipſe qui iam imbiberat vias eius, commonefaceret eos de illis. Vias aũt ſuas vocat, mores & actiones, & bene operandi, & euangelizandi rationem, quã ſeruabat, qui ſicut Chriſt⁹ ambulauerat, & ipſe ambulabat; & ſicut docebat, ita faciebat.

Idem cur roget Corinthios, vt ſui imitatores ſint.

Quid eſt, quod ob inflatos quoſdam ad Corinthios venturum ſe dicit Apoſtolus. 1. *Cor.* 9.

Deinde circa illud; *Tanquam non venturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt quidam,* dubium eſt, quo iſta tendant, & quid ſibi velint. Reſpo. recte dictum eſſe à Paulo; *Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem;* ita mutat ſe quodammodo, & ab infirmitate in virtutẽ & potentiam ſe erigens, in quoſdam, qui ſe vt inflati efferebant, inuehitur, quaſi Apoſtolus non eſſet ad eos amplius venturus, in eos incipit ſeuerioribus verbis agere. ¶ *Veniam autem* (inquit) *ad vos cito, ſi Dominus voluerit* Hæc cõditio poterat omiſſa ſubintelligi: ſed voluit illam exprimere, quo oſtenderet ſe cogitare, quæ cogitabat ſecundum Deum: ſciebat enim omnia eſſe in poteſtate Domini poſita: Ideo dixit; *Si Dominus.* Quam etiam conditionem expreſſit ad Rom. 1. *Si quomodo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos,* & ad Hebr. 6. *Si quidem permiſerit Deus:* demum frater Domini; *Pro eo, vt dicatis, Si Dominus voluerit.*

Ad Corin. idem quare dicat ſe eſſe venturum, Domino volente.

Rom. 1.

Hebr. 6. *Iacob.* 4.

Neque ſolum ait ſe venturum, ſed etiam cogniturum, ſeu probaturum virtutem eorum, qui inflantur in ſeipſis; nõ autem ſermonem, quia verba, quæ rerum, & virium ſermone carent, inania ſunt. Et regnũ Dei, in quo Chriſtus, & verbum Dei regnant, non ſermoni, ſed virtuti nititur, hoc eſt, energiæ in Spiritu ſancto per illa operantis. Docendi ſiquidem gratia, & energia, inſtar eſt corporis formoſi, virtus vero inſtar eſt animi. Plauſus namque populi mouere, & volubili lingua diſerte garrire, nihil eſt aliud præter vanum tinnitum edere. At prædicare Euangelium, vt credatur, & conſolationem accipiant audientes, hoc eſt regnum Dei, ſiue vera ratio prædicandi.

Idem cur Corinthiorum non ſermonem, ſed virtutẽ volebat cognoſcere.

Domi-

Regnum Dei, & ſceptrum eius quodnã ſit.

Dominus enim verbo ſuo tanquam ſceptro Eccleſiam ſuam gubernat.

Caietan.
Oecu. c. 2.

Demum interrogat: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* Hoc loco non inepte potuiſſet eſſe quinti capitis principium, vt docet Caietanus, & oſtendit ſectio Græca apud Oecumenium, in qua hæc coniunguntur cum ſequentibus de fornicatore cum vxore patris ſui. Reprehenſa enim Corinthiorum elatione, ac vana fiducia, nunc commemorat vitia, quorum cauſa pudere ipſos debebat. Vnde & comminatur, verum paterne & in charitate, iubens vt alterum eligant, ſiue charitatem, & ſpiritum manſuetudinis; ſiue virgam. Illorum enim erat eligere, qualem habere Apoſtolum vellent: quaſi dicat; Ego ad charitatem paratus ſum; verum ſi pergitis mihi moleſti eſſe, opus erit arripere virgam. Virga autem pro ſeueritate ſumitur, qua paſtor oues ſuas corrigit, de qua: *Qui parcit virgæ, odit filium ſuum*; &, *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Nam virga pueris leuiter, hoc eſt, ex ignorantia & infirmitate peccantibus, adhibetur; baculus autem grandioribus, & ex malitia delinquentibus. Et peccatur in nimia, & remiſſa leuitate; & in nimia, & dura ſeueritate. Et ſi non conducit ſpiritus lenitatis veniendum eſt mihi ad virgam, niſi velim degenerare à natura patris filium ſuum ex amore corrigentis. Et quemadmodum Eccleſiaſtici. 15. habetur; *Ante hominem vita, & mors: bonum, & malum: quod placuerit ei, dabitur illi*: in quo denotatur electio, quæ eſt actus liberi arbitrii, ita hoc loco dixit: Veſtrum eſt eligere, qualem me velitis habere, an virga, an ſpiritu manſuetudinis, & charitatis vtentem.

Hæc comminatio; Quid vultis? in virga veniam ad vos, &c. Apoſtoli qualis.

Quid venire in virga: quid in baculo.
Prou. 13.
Pſalm. 22.

Virga vtendum in quos.

Eccleſ. 15.

DISPVTATIO VIII.

In illa verba: *Omnis auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes? ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis: vt tollatur de medio veſtrum qui hic opus fecit.* Cap. 4.

Vnde inchoandũ hoc c. 5.

PEruenimus Tandem, Deo bene fauente, ad tertiam diuiſionis huius epiſtolæ partem, in qua poſt pernicioſas Corinthiorum ſectas, & diſſenſiones, & poſt declarata miniſtrorum Dei officia, in nobis recepimus de peccato nefandi concubitus cum nouerca (in quod inuectiuam habet Apoſtolus) ediſſerere. Præmittimus etiam quod (vt diximus) annotauit Caieta. poſtremam particulam ſuperioris cap. *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & in ſpiritu manſuetudinis?* debere eſſe. 5. capitis principium, & quod ſequitur; *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes?* cohæreat cum his, de quibus hoc capite diſputat. Et cum de ſcortatione cum vxore patris ediſſerat; obiter tamen poſtea de omni fornicatione fugienda verba facit. Et ideo veluti exhorreſcens, tanquam ex omnibus locis illius flagitii fama ad eum perferretur, per interrogationem ait: *Omnino auditur inter vos fornicatio; & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes?* ſcilicet nominatur, vt etiam expreſſe habent exemplaria Græca. In quibus verbis primo dubitatur, quare exaggerat Apoſtolus hoc peccatum dicendo: *Omnino auditur*, id eſt, Non eſt dubius ſermo, ſed res manifeſta, & paſſim cum ſcandalo & offendiculo narratur. Publica enim delicta occultis, & ſecretis ſolent eſſe grauiora. Et adhuc amplificat, cum ait; Qualis nec inter gentes quidem toleraretur, imo ſemper horrori, & inſtar portenti habita eſt. Et intelligit nihil tale vnquam extitiſſe, vel in hiſtoriis referri, ſed eſſe ſcelus Gentibus prorſus deteſtabile. Nefariæ namque atque nefaſtæ; adde etiam infandæ, hæ nuptiæ inceſtæ vocabantur propter honorem aurium, ne talis turpitudo peculiaris cogitaretur: vnde etiam prohibitæ erant in lege Leuit. 18. & 20. adiungitur pœna capitis eiuſmodi nuptias contrahentibus.

Caietan.

Nouercalis Apoſtolus reprehenſurus concubitum cur interrogatione vtatur.

In eum cur tantopere inuehatur.

Huiuſmodi concubitus Corinthii cũ nouerca quare non audiretur inter Gentes.

Secundo dubitatur, cur non dixit, nouercam, ſed vxorem patris ſui illum Corinthium habere: Reſpondit Theodoritus, abſtinuiſſe à verbo nouercæ, quia id nomẽ aliquid odii, & maleuolẽtiæ præfefert: ſed patris vxorem vocauit, hoc eſt eam, quæ eſt loco matris, vel quæ pro matre patri eſt cõiuncta, quę id eſt genitori tuo, quod ea, quę te pepetit. Et non eſt ſatis expreſſum, an id ſceleris patre viuẽte perpetratum erit: etſi quidam id ex eo arguant, quia vocat vxorem patris. Non enim, vt aiunt, vlterius eſſet patris vxor, ſi ille non viueret. Sed leue hoc videtur: quaſi vero non eo loquendi modo vtantur omnes, ſiue ſit, ſiue non ſit pater ſuperſtes; Scripturæ etiam ipſæ, quæ illum vocant patrem, & virum, & vxorẽ, qui olim tales erant. Nec veriſimile eſt hoc tantum ſcelus patre viuente perpetratũ fuiſſe: alioquin & hoc Apoſtolus detexiſſet, vt ſolet, ad maiorem criminis deteſtationem, & ad horrorem incutiendum. Quicquid tamen ſit, res ſemper execrabilis, & abominabilis etiam inter Gentes, ſiue defuncto, ſiue vi-

Quare Apoſtolus non dixerit, Ita vt nouercã, ſed vxorẽ patris ſui habeat quis.
Theodoret. part. 2.

Vnde conſtet ſecundum aliquos, ſed falſo, quod inceſtuoſus Corinthius viuentis adhuc patris ſui haberet vxorem.

Mortuo patre fornicatium illũ duxiſſe nouercã in coniugem.

uente

Geneſ.35. Infra 49.

uente patre habita eſt,& Rubeno,qui aſcẽdit cubile patris ſui,pœna inflicta eſt, & a patre audiuit: *Effuſus es ſicut aqua;non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui,& maculaſti ſtratum eius.*

Habere vxorẽ patris ſui,quid more Scripturæ.

Habere porrò vxorem patris ſui, erat ea abuti, ſiue tanquam concubina, ſiue tanquam vxore ſibi matrimonio coniuncta: quale eſt & illud Herodi dictum à Ioanne Baptiſta; *Non licet tibi habere* (Herodiadem) *vxorem fratris tui.* Et in vniuerſum habere vxorem patris ſui,erat in conſuetudinem habere; vt cùm ait inferius idem Apoſtolus, *Propter fornicationem autem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat,& vnaquaq; ſuum virum habeat.*

Marc.6.

1.Cor.7.

Lyrani ad probandum naturæ inceſtum eiuſmodi concubitum maximè repugnare exemplum memorabile.

Quòd ergo hunc cum nouerca concubitum horreat natura,oſtendit Lyranus,exẽplo elephantis adducti ad cõgreſſum cum matre ſua,quem illa agnitum non admiſit: poſteà tamen adductus ad matrẽ opertum linteo caput habentem,permiſit illa ſe quidem iniri,& cognoſci; ſed vbi detecto cap. agnouit ſe cũ illo coiuiſſe, præ dolore præcipitem ſe dedit mater. Pontanus verò lib. de Humanitate, ca.17.narrat ſe catellam in delicijs habuiſſe,quæ à pulchro catulo filio ſuo dicto Aſterio, nunquam ſe cognoſci permiſit,etiam cùm ſolitarij eſſent,& clauſi in cubiculo. Abominatur enim natura talem concubitum.

Alterum exemplum Pontani.

Tantum hæc exempla quid doceant.

Sed hæc exempla probant tantùm, naturam irrationalem etiam in belluis habere reuerentiam quandam ad parẽtes: aliud autem eſt de matre,aliud de nouerca, quia hic eſt primus conſanguinitatis gradus: eſt tamen illi quam proximum vitium,at cum nouerca primus eſt affinitatis: multum autem intereſt inter cõſanguinitatem, & affinitatem. Priuignus,qui cognoſcit nouercã, id eſt,vxorem patris,grauius peccat, quàm nouerca in illo delictu:& ſocer cognoſcens nurum,id eſt,vxorem filij, grauius peccat, quàm ipſa nurus:& grauius delinquit priuignus cum nouerca peccans, quàm ſocer cũ nuru ſua. E conuerſo autem, minus peccat nouerca peccans cum priuigno, quàm priuignus ipſe, & nurus à ſocero cognita minus delinquit,quàm ipſe ſocer:minus deniq; ſocer cum nuru adulterans, quàm priuignus cum nouerca. Nec in hæc matrimonia inceſta cadit Eccleſiæ diſpenſatio, quia eſt in gradu aſcendentium,& deſcendentium; & quia talis fornicatio non erat etiam inter Gentes. Æquè enim nouerca habet ſe ad filium viri ſui, hoc eſt priuignum,etſi non ſit ſua mater,ſicut pater ad vxorem filij, hoc eſt priuignam. Eſt tamen maius flagitium ſimpliciter, cognoſcere nouercam, quia in ea cognoſcenda, iniuria fit à filio patri ſuo; nam filius lege Dei tenetur ad magnũ honorem patri ſuo exhibendum,tanquam dijs,vt tradit Philoſoph.lib.8.c.9.& 9.Eth. c.11.Pater verò nulla lege tenetur ad filium vllo modo honorandum, vt eodem libro octauo Philoſophus docet: & ideò leuius eſt peccatum.

Inceſti concubitus quinam alij alijs grauiores.

Ij cur nullam Eccleſiæ conceſſionem accipiant.

Nouercalis concubitus quàm grauis.

Ariſt. 1.9.ini.

Hippolyti Theſei filij inſignis pudicitia.

Eſt tamen hiſtoria quædam, quam non prætermittam, de Hippolyto, de qua ita ſcribit Sabellicus libro 5.exemplorum: *Hippolytus,* inquit, *caſtiſſimus maluit patris Theſei iram offendere,quam Phædræ nouercali libidini parere. Dignus ſi vera ſunt,quæ de eo ſcribunt Poëtæ, qui mortuus reuixerit,fueritq; curæ illi deæ* (hoc eſt *Dianæ*) *quam omnium caſtiſſimam, fabulata eſt vetuſtas.* Hæc ille. Aſſeritur enim,Hippolytum rogatum à nouerca Phœdra (quę eum deperibat) vt ſecum congrederetur: ſcelus exhorruiſſe, & amore conuerſo in odium, accuſaſſe illum Phœdram apud patrem ſuum,quòd vim ſibi inferre tentaſſet. Quod nimium credulus Theſeus audiens, illum diſcerpendum ac dilacerandum quatuor equis tradidit. Fuitque illud crimen proximum illi,quod Ioſepho impoſitum fuit ab vxore Puthipharis ſacerdotis, quæ eum ſollicitabat ad concubitum, & conſtanter renuebat: qui ab ea ſimiliter accuſatus fuit apud virum,à quo & in carcerem coniectus eſt. Rarum ſanè caſtitatis exemplum ambo illi adoleſcẽtes poſteris tribuerunt. Verùm in illo Hippolyti licet colligere veritatem ſententiæ Apoſtolicæ: *Et talis fornicatio, qualis nec inter Gentes.*

Cur ille dilaceratus equis.

Gen.39.& 15

Ioſeph quoq; Patriarchæ exemplum pudicitiæ non vulgare.

Aliud tamen exemplum proferam ex Valerio Maximo, qui lib.5.cap. de parentum amore, & indulgentia in liberos, in hunc modum loquitur: *Seleuci Regis filius Antioch. nouerca Stratonices infando amore correptus; memor quàm improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia diſſimulatione contegebat. Itaque diuerſi ijſdem viſceribus affectus,ac medullis incluſi, ſumma cupiditas, & maxima verecundia ad vltimam tabem corpus eius redegerunt. Sed hanc triſtitiæ nubem Leptini mathematici, vel,vt quidam tradunt, Heraſiſtrati medici prouidentia diſcuſſit: Iuxta enim Antiochum ſedens, vt eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, & ſpiritu increbeſcere; eaque egrediente pallere, & excitatiorem anhelitum ſubinde recuperare animaduertit: curioſiore obſeruatione ad ipſam veritatem penetrauit. Intrante enim Stratonice, & rurſus abeunte, brachium adoleſcentis diſſimulanter apprehendendo, modò vegetiore, modò languidiore pulſu venarum, comperit cuius morbi æger eſſet. Protinusq; id Seleuco expoſuit. Qui chariſſimam ſibi coniugem filio ſuo cedere non dubitabit: quod in amorem incidiſſet, fortunæ acceptam referens: quod diſſimulare eum vſq; ad*

Nouercalis libidinis (quam tamen Paulus negate vide tur) exempla apud Gentes.

Seleuci regis in filium indulgentia.

mortem paratus eſſet, ipſius pudori imputans. Hæc ille.

Nihil tale documentũ Pauli doctrinæ repugnare.

Sed hoc exemplum potius ſententiam Apoſtoli confirmat, & quantum horreat natura eiuſmodi commixtionem, ſatis oſtendit adoleſcentis Autiochi, quæ ſeipſum repreſſit ad vſq; vitæ periculum; & excuſatur iuuenis, quod patris voluntate & indulgẽtia matrimonium inierit; & quod neceſſitatis cauſſa, & medicorum conſilio, id factum fuerit. Quantum autem Eccleſia deteſtetur hoc facinus, reſtatur ſatis, dũ Concilium Triburienſe ſtatuit: (& habetur 32. q.7.c.Si quis.) *Si quis,* inquit, *cum nouerca ſua dormierit, neuter ad coniugium poteſt peruenire.* Et intellige in perpetuum illis inire coniugium interdici. Et ſubdit: *Similiter ſi quis cum filiaſtra ſua, vel cum ſorore vxoris ſua dormierit, obſeruandum eſt.*

Eccleſiaſticæ in inceſtus huiuſmodi nefarios pœnę conſtitutæ, quid arguant.

Quo iure Apoſtolus vnius obinceſtuoſi hominis flagitiũ in vniuerſos Corinthios inuehat.

Tertiò dubium eſt, num æquum extiterit, vnius hominis peccatum omnibus exiſtentibus Corinthi à Paulo exprobrari? Reſpondeo, non accuſari Corinthios à Paulo, quòd vnus apud eos peccaſſet, ſed quòd flagitij grauiſſima vltione dignum conniuendo alerent. Vnde ſequitur: *Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit:* quæ apoſtrophe quædam eſt, quæ ex improuiſo Corinthios adoritur, & in eos inuehitur. Conſueuerant enim Prophetę, ac Sacerdotes peccata publica populi publico luctu proſequi, quemadmodum Moſes, & Aaron plagam Dei in populum, propter peccatũ ſeditionis Core, & Datam defleuerunt Nume.16. & peccatum vituli Exod.32. & ob furtum Achan ex anathemate, Ioſu.7. at iſti Corinthij iactabant ſe vt inculpabiles in ea re, & ad partem quiſq; ſuam alliciebant, & fouebant in peccato; cùm eũ ab ſe abigere mari, & terra debuiſſent, & ita luctum aſſumere, de quo ait Ioel; *Inter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri Domini; & dicent, Parce Domine, parce populo tuo,* & reliq. Erat ergo vitium à Corinthijs admiſſum, quod tantum crimẽ publicum fama clamante à ſe cognitum diſſimularent, cùm poteſtas deijciendi illum de Eccleſia, per communem ſententiam non defuiſſet. Nam ſcandalũ prębent non tantùm qui flagitia publica perficiunt, ſed etiam ij, qui ad ea conniuent, & ea tolerãt, quæ ex poteſtate ſibi data tollere poſſent, ne aliena peccata efficerent propria; iuxta illud Dauidis. Ab occultis meis munda me; & ab alienis parce ſeruo tuo.

Corinthij inceſtuoſum cũ tuem impunè ſuſtinentes, quam diſſimiles Prophetis. *Ioel 2.* *Numer. 16.* *Exod. 32.* *Ioſu 7.*

Ioel 2.

Corinthij fornicarium non caſtigantes, quare peccauerint.

Pſalm 8.

Ex hoc loco apparet, hac poteſtate præditas eſſe Eccleſias, & earum Epiſcopos, vt ſi quid intus vitij inſit, diſciplinæ ſeueritate corrigant, aut expellãt. Quòd ſi, qui vnum inceſtuoſum non corrigebant, reprehenduntur tam acriter à Paulo; quanta pœna digni erunt, qui ad innumera peccata multorum conniuent?

Quinam hodie Corinthijs deteriores, eoque grauius, ac ſeuerius puniendi.

Quartò ambigitur, quomodò Paulus dicit: *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui, vt præſens eum, qui ſic operatus eſt,* &c. quomodo, inquam, abſens, & parte non audita audet ferre ſentẽtiam, cum à ſe dictũ eſſe non ignoraret in ſua cauſa, quam agitabat; Quia non eſt Romanis conſuetudo donare aliquem hominem, priuſquam is, qui accuſatur pręſentes habeat accuſatores, locumq; defendendi accipiat ad abluẽda crimina, quæ ei obijciuntur. Dicẽdum, Apoſtolum ſupplere officium, quod illi præſtare debebant, & hoc ipſum non quidem ſolùm, ſed cum alijs ſimul cõgregatis: quia iudicium Chriſtianum, maximè verò excommunicatio, debet habere aſſiſtentes, & communicantes ſentẽtiam. Et quia ſcripto ferenda eſt excommunicationis ſentẽtia: per hanc ſcripturam illam pronuntiat, vt iuridicè, & ex more in iudiciis obſeruato procedat. Damnauitq; hominẽ inceſtuoſum non ſine miraculo, videlicet vt ſub tortore Satana ſecundum carnem tantùm torqueretur. Et quia præſens iudicis perſona requiritur; excuſat ſe corpore quidẽ abſentẽ; ſpiritu tamen, id eſt cura, & ſolicitudine mẽtis præſentem ſe proteſtatur. Sicut aliàs ſcripſit; *Etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum; gaudens & videns ordinem veſtrum.*

Paulus abſens qu... re, præ... tem ſp... dicen... ſtue ſuæ Corinthium, ... ſcriuaue... rem iud... *Act. 25*

Prima ſolu...

Paul i iudicii inceſtuoſi hominis, vnde conſtet fuiſſe diuinum.

Paulus præſens ſpiritu, quomodo Corinthium iudicauit.

Coloſſ 2.

Additq;: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis, &c.* Id eſt, vice, & autoritate, & in perſona eius. Et quia ſententiã hanc non poterant alij executioni mandare, niſi Dei virtus aſſiſteret, idcircò ſubiecit: *Cum virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Vocat interitum carnis, illud Satanę flagellum, quo affligebat, & flagellebat carnem, quod quidem tempori, ac peccato congruum fuit: peccato quidem, quia æquum eſt, vt per quæ quis peccat, per ea etiam plectatur. Peccauit caro diabolo ſuadente, & impellente ad cognoſcendam patris vxorem; per eum etiam iuſtũ eſt, vt caro plectatur: quia illa pœna veniebat ad poteſtatia diuina latente ad aſtruendam Apoſtolicam autoritatem. Sic Petrus puniuit Ananiam, & Saphiram, & ipſe Paulus Elymam magũ. Tẽpori verò congruebat, quia initio Fidei ita fieri debebat, etſi raro, ad terrorem, & exemplum malorum, donec ſtabiliretur Fides. Et ita hic tradere Satanæ ſecundùm quoſdam, ſimile eſt ei, quod Deus dixit de Iob ad Satanam: Ecce in manu tua eſt; ſi-

Quid tradere inceſtuoſum hominem Satanæ in interitum carnis ... quamque iuſta ...

Act. 5. *Infra 13.*

Quid ... qu... tanæ tradi...

Iob 2.

licet

licet caro eius) verum etiam animam illius ſerua.

Hæc traditio Satanæ, fuerit ne excommunicationi coniuncta, nec ne.

Dubitatur quinto loco, an hæc traditio ſit citra excommunicationem, vel cum ea coniuncta? Diuerſas audio de hoc eſſe ſententias. Quidam enim ita hæc interpretantur, vt nulla ſit quæſtio de excommunicatione: & rationem producunt, poſtquam ſine illa poteſt Textus intelligi; Et quia legimus mulctam excommunicationis citra prolationem ſententiæ, vt prædicta de Iob, & Anania, & Sapphira, & Elyma mago; tamen probabilius mihi eſt de ea traditione eſſe ſermonem, quę annexa eſt cum excommunicatione, per quam quis ſeparatur à communicatione Sanctorum; & à participatione Sacramentorum, & priuatur Eccleſiæ ſuffragiis; quibus tamen homo mirifice munitur, contra Satanæ impugnationes, cum ipſa ſit terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Idq; comprobatur tum ex aduentu Spiritus ſancti in homines, quibus tunc dabatur, aut prophetiæ ſpiritus, aut donum linguarum, aut operatio ſignorum. Ita illi, quos excommunicabant, tradebantur Satanæ viſibiliter vexandi. Deinde hoc verbum tradendi Satanæ, aperte alibi excommunicationem deſignat: nam loquens de Hymeneo, & Alexandro hæreticis ait; *Quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.* Romæ etiã cum aliqui excommunicantur, tanquam à dæmonibus ſepti, & circumdati depinguntur. Id enim proprie eſt tradere Satanæ, in poteſtatem eius ponere.

Aſſerentes fuiſſe, quã idoneis illi rationibus adducãtur.

Cant. 6.

I. Ratio.

1. Cor. 12.

II.

1. Tim. 1.

III.

Adhæc ſententiam ſuperius pronuntiauit Apoſtolus ſimul cum Corinthiis in nomine, & cum virtute Chriſti. Ex quo liquet non ſigno, ſed miraculo aliquo, ad quod Paulus ſatis erat, ſed verbo ſententiam excommunicationis aliis conſentientibus, & atteſtantibus tuliſſe. Denique hunc ſenſum confirmat Petrus, vt Auguſtinus libro 3. contra Parmenianum, capite 2. ſicut Theodorus Græcus apud Gagnæum, vbi habet: *Quod vero ait, Tradere Satanæ, non hoc dixit, tanquam id facere ipſe per ſe decreuiſſet, ſed quod per abiectionem ab Eccleſia, & alienationẽ à Deo, in poteſtatem Satanæ veniret.* Hæc ille. Theodoritus quoque: *Ex hoc loco,* inquit, *docemur, quod eos qui ſegregantur, & ab Eccleſiaſtico corpore ſeparantur, inuadit diabolus, eos gratia deſtitutos inueniens.* Hugo de Sancto Victore ex hoc loco, ait, Eccleſiam accepiſſe ſententiam anathematis, id eſt ſeparationis. *Fit autem,* inquit, *ſeparatio nunc de notis perſonis, & manifeſtis, nunc de ignotis, ſed ſiue de his, ſiue de illis prius prouocandis in Eccleſiam ſunt.* B. Thomas etiam hunc ſenſum excommunicationis attingit, & ita tradere Satanæ, eſt, extra

IV. atque poſtrema.

Aug. to. 7.

Theo. Græ.

Theo. par. 2

Hug. de S. Victor. q. 41 in hanc ep.

D. Thom. lect. 1. & 16.

Eccleſiam eiicere, & haberi ſicut Ethnicum, & Publicanum, vt Domin. apud Matthęum dixit. Et infra ipſemet Apoſtolus; *Cum eiuſmodi nec cibum ſumere:* quæ pœna ii fligitur excommunicatis, ne ſacroſanctum Euchariſtiæ panem accipiant.

Matth. 18.

1. Cor. 5.

Docet etiam hic locus, abſentes Epiſcopos tam intentos eſſe debere Eccleſiæ ſuæ, quam regunt, vt vere præſentes eſſe videantur. Quare Apoſtolus non fert moram, neque aduentum ſuum expectari iubet, vt qui probe ſciret, hoc genus cauſæ indies reddi deterius, & curatu difficilius, ac magis noxium.

Hoc quod Paulus quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu Corinthium iudicauit quid Epiſcopi doceantur.

Sexta dubitatio ſit; Quare nomen eius, qui deliquerat, Apoſtolus non expreſſit? Reſpondeo: Satis nomen eius erat notum Corinthiis; & nomini eius propter charitatem pepercit, vt facilius reſipiſceret, nondũ ſe videns nominatim expreſſum. Ponderãt quidam, Paulum non dixiſſe de præterito, Tradidi Satanæ, ſed de præſenti, tradere Satanæ: ideo non pronuntiauit, ſententiam in inceſtuoſum, ſed aſſignauit, quam laturi erant. Propterea infra dixit; Expurgate vetus fermentum, & rurſus, Auferte malum ex vobis ipſis, quod nondum ipſum prius tradidiſſet Satanæ, ſed iubet vt ipſi per excommunicationem auferant. Et ante hæc dixerat; Nonne de iis, quę intus ſunt, vos iudicatis? Nam eos, qui foris ſunt, Deus iudicabit. Nemo prudens iudicat, quæ in alienis domibus agantur: cum ergo infideles nondũ ingreſſi ſint donum Eccleſię, in eos tantum Deus autoritatem habet, & poteſtatem iudicandi.

Inceſtuoſi nomen Corinthii cur Paulus ſuppreſſerit.

Idem cur iudicaui tradere Satanæ, dixit, non, tradidi ſecundum aliquos.

Circa illud: *Non eſt bona gloriatio veſtra,* dubium eſt, quorſum id efferatur: & cur ſubiungat rationem de fermento, quod totam maſſam corrumpit. Reſpondeo Apoſtolum loqui contra eos, qui plures habebant ſectatores, parcentes ob eam cauſam virgę, ne ſe redderent illis odioſos ſicut, nũc multi faciunt. Cur autem rationem taceat, in promptu eſt reſpõdere: quia non eſt bona gloriatio, quæ venit à malis hominibus. Et addit: Cum toleratur homo morbidus, eius contagione omnes contaminantur, nõ ſecus atque à fermento tota maſſa conſpergitur, & tota à fermento trahitur: Non ſecus in fermento malitiæ, & nequitiæ, quam in fermento fidei, & charitatis, quando multa virtus eſt in eo.

Illud eiuſdem: Non eſt bona gloriatio veſtra, quo tendat.

Quid eſt, Modicum fermentũ totã maſſam corrumpit.

Et ait; *An neſcitis?* Quia hoc ſcire debueratis, cum ſitis ſapientes apud voſmetipſos: vtiturq; prouerbiali ſententia: nam ſimilitudines à viſibilibus rebus, quæ erant in veteri lege in vſu, & præcepto, accipit; tum vt Veteris legis figuras aperiat, tum vt vtriſq;

Cur hanc ſimilitudinem Apoſtolus vſurpauerit.

Populi, Iudæorum, & Gentium, eandem Eccleſiam eſſe oſtẽdat, ne aut Gentes inſolentius in Iudæos intumeſcant, aut Iudæi Gentibus ſe ſuperiores arbitrarentur. Significatur autem hac prouerbiali ſententia, vnius hominis contagione totam multitudinem infici, iuxta illud Satyrici:

Sicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci,
Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab vua.

Iuuen. Satyr. 2. ante med.

Quibus accipiat ſignificatis fermẽtum Dominus. *Matth 13.*

Vtitur autem hac ſimilitudine in diuerſo ſenſu Dominus: Nam in Euangelio aſſimilatur regnum cœlorum fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus: docens, modico fermento poſſe intumeſcere maſſam. Docet idem Dominus è diuerſo in malam partem accipi vt cum ait: *Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis*, id eſt à prauis illorum doctrinis. Et ad Gala.5. eandem ſententiam vſurpat, quo doceat eos ab hæretica doctrina abſtinere. In præſenti autem loco eadem voce deſignat corruptos mores; quia corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et à ſingulari cauſa ferendæ excommunicationis, ſermonem transfert ad generalem pareneſin, qua omnes ad innocentiam vitæ, & ad abnegationem morum priorum adhortatur.

Infra 16. *Gal.5.*

Fermenti propria acceptio huius loci. *1.Cor.15.*

Quid expurgare vetus fermentum, Apoſtolo. *Geneſ.3. Rom.5.*

Expurgate, inquit, *vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio.* Vetus fermentum eadem ratione dicitur, qua & vetus Adam vocatur, à quo veteris erroris peccatum primum in mundum ingreſſum eſt. Præcedit enim vetus naturæ corruptio, antequam Chriſto inſeramur. Vetuſtatis ergo nomine, peccatum deſignatum eſt, in quo noſter antiquus ſtatus ante conuerſionem ad Chriſtum continebatur.

Quomodo Iudæorũ inſtar, vetus fermentum expurgabimus.

Et verbum, *Expurgate*, ſignificantius eſt, quam ſimplex, purgate, id eſt radicitus, & funditus in vniuerſum purgate: quemadmodum diligentiſſima, & magna cum curioſitate Hebræi, & accenſo lumine obſeruabant, vt ab omni dono illorum abeſſet, vel fruſtulum vllum fermenti ex præcepto Domini. Ita infidelibus mala omnia impietatis euertenda ſunt, vt ſunt Hæretici, qui inſtar Samaritanorum (qui cultum Dei & idolorum ſimul tenebant) vnam, aut alteram hæreſim ſibi permittunt. Vt hodie Sectarii calicem, & coniugium Sacerdotum volunt concedi. Fermentum ergo, hoc eſt, peccatum; vitia omnia tolli iubet.

Exod.12. *4.Reg.17.*

Vt ſimus noua conſperſio.

Vt ſitis noua conſperſio. Hanc opponit veteri fermento, quæ eſt ſyncera doctrina cum moribus Sanctis, & inculpatis, & omnium chorum virtutum. *Sicut eſtis azymi*, ſiue infermentati, per quos intelligit iuſtos, & purgatos, & qui in pari fidei, & ſanctitatis ſtatu per baptiſmum reponuntur. Nam venerunt nobis dies azymorum, qui ſtatum habent gratiæ, & tempus, in quod peruenimus, in quo omne fermentum expurgandum eſt. *Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Id eſt, Iam non eſt amplius agnus ille carnalis, ſed Chriſtus immortalis. Iudæis enim periit ſuum Paſcha, nec habet nouum, quod iugiter immoletur. Hæretici etiam paſchate carent, quia non ſunt azymi, ſed in omni immunditia peccati & ſuperbiæ, contra Eccleſiam verſantur, maxime vero Caluiniſtæ, qui negant Chriſtum in Euchariſtia re ipſa contineri; & Lutherani, qui etſi confiteantur adeſſe Chriſtum, negant tamen habere rationem ſacrificii.

Corinthii quinã erãt azymi.

Paſcha noſtrum quomodo immolatus ſit Chriſtus

Iudæos, & Hæreticos nullum Paſcha habere quod immolent.

Paſcha nõ ſolũ epulũ Iudæis, ſed etiam ſacrificium fuiſſe.

Docet igitur in his verbis, quæ ſit veritatis ad figuram analogia, quoniam, vt in Paſchatis ceremonia duæ erant partes, ſacrificium ſcilicet, & ſacrum epulum, & vtrumq; ponit Apoſtolus; ita etſi agnum paſchalem pro ſacrificio Iudæi non habeant, ratio tamen euincit ſacrificium proprie fuiſſe. Nam ſanguinis reſperſione populus Deo reconciliabatur: non eſt autem reconciliatio ſine ſacrificio; quod Apoſtolus confirmat hoc loco, cum verbo θύεσθαι vtitur, & ſacrificiis ſignificandis accommodatum eſt. Nam immolabatur quotannis agnus; & deinde ſequebatur epulum; cuius celebritas per octo dies continuos durabat. Chriſtus ergo ſemel per ſeipſum, & cruente immolatus eſt, qui nunc quotidie incruente per ſacerdotes, immolatur. Supereſt igitur, vt epulemur nunc, non quotannis, nec per octo dies, ſed perpetuo. ¶ *Etenim paſcha noſtrum.* Locutio eſt tropica, cum proprie ſignificet ſolennitatem, improprie vero victimam immolatam.

Exod 24. Heb.9.

Exod.12. & alibi paſſim.

Paſcha quid proprie ſignificet, quid improprie.

Ex quo loco recte deducimus Euchariſtiam eſſe verum ſacrificium Euangelicum & incruentum: nam agnus typus quidem fuit Chriſti, qui immolatus fuit in cruce, non tamen manducatus: & maxime, quia olim in azymis ſeptem diebus epulabantur: idcirco quotidie in Eccleſia immolatur per ſacerdotes, & epulamur omnes, qui volumus epulari. Vnde & Eccleſia hunc locum Apoſtoli in die ſolenni Paſchæ, in quo de hoc Agno manducare præcipit, loco Epiſtolæ legit, nempe in die Reſurrectionis. & Luc.15. Dominus agens de vitulo ſaginato, hoc eſt, de hoc Paſcha in cruce oblato, ſubdit: *Epulari autem, & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.* Atq; ita intellexerunt hunc locum Patres, vt Ambroſius in Lucæ cap.1. in illa verba; *Apparuit autem illi Angelus Domini, ſtans*

Exod.12.

Euchariſtiam verũ eſſe ſacrificium.

Vitulus ſaginatus quid myſtice. *Luc.15.*

B Amb l 2 Supra 1.

Orig. to. 2. tract. 35. B. Chryſ.

ſtans à dextris altaris incenſi. Et Origenes in caput vigeſimum ſextum Matth. & Chryſoſtomus homil. De Ieiunio primi Paſchæ, vt citatur à quibuſdam: *Paſcha*, ait, *non eſt ieiunium, ſed eſt ſacrificium, quod fit in vnaquaque ſynaxi. Paulus enim ait: Paſcha enim noſtrum immolatus eſt Chriſtus.*

Epulari, hoc loco quid.

Itaq; epulemur. Vel, feſtum diem agamus epulando, quia Græce eſt ἑορτάζωμεν. Nam olim in lege ſacrificantes, epulari conſueuerant, iuxta illud; In voce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis.

Pſal. 41.

Non in fermento veteri. In quo eramus in veteri homine, quãdo peccatum regnabat in nobis. *Neq; in fermento malitiæ, & nequitiæ.* Græce prius eſt nequitiæ, quam malitiæ; & ſermo debet increſcere, in ſignificatione, Hominem autem nequam, Græci vocant, κακὸν. id eſt, remiſſum, & ceſſantem ab officio; malitioſum vero, hoc eſt πονηρὸν, hominem videlicet induſtrium, & laborioſum ad malum, quod eſt proprium diaboli, qui hoc titulo gaudet plerunque in Euangelio.

Rom. 6.

Malitiæ, & nequitię diſcrimen apud Græcos.

Qualis hæc illatio Itaque epulemur non in fermento veteri, &c.

Et poteſt eſſe argumentum à maiori ad minus hoc pacto: Si populus ille exiens ab extrema ſeruitute AEgypti, epulabatur, & gratias agebat Domino, & abiecto veteri fermento azymis veſcebatur: quanto magis nos, abiecta vetuſtate erroris, & peccati gaudere, & epulari oportet, & iuxta legem Domini verſari, ob immolatum pro nobis Sacrificium, cuius virtute erepti ſumus de manu hoſtium noſtrorum? ¶ *Sed in azymis, ſynceritatis, & veritatis.* Contra ignorantias, & tenebras priores, & contra velamina figurarum in azymis deinde ſynceritatis, contra duplicitatem. Denique in azymis ſynceritatis, & veritatis, id eſt, quæ ſunt ſynceritas, & veritas.

Ambulare cur debeamus in azymis ſynceritatis, & veritatis.

Septimo circa illud: *Scripſi vobis in Epiſtola, Ne commiſceamini fornicarijs. Non vtiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, &c.* dubium duplex eſt, alterum, quam aliam Epiſtolam ſcripſerit Apoſtolus Corinthiis. Aliqui non dubitant aſſerere fuiſſe alteram, quæ non extat. Chryſoſtom. tamen putat ſcriptum eſſe in verbis ſuperioribus eiuſdem cap. Theodoritus quoque: *Non in alia*, inquit, *ſed in hac.* Sed hoc parum ad rem facit, ſiue in hac, ſiue in alia ſcripſerit: ſi tamen alia ante hanc epiſtolam extitiſſet, iam hæc præſens non eſſet prima, nec poſterior eſſet ſecunda, ſed tertia.

In qua Epiſtola Paulus ſcripſerit Corinthiis: Ne commiſceamini fornicariis.

B. Chryſ. homil. 17. in prin. c. 4. Theod. t. 2

Corinthiis Paul. cur ſcripſerit, Ne ſe fornicariis commiſcerent.

Iam vero declarat, quo ſenſu dixerat, Ne ſe commiſcerent fornicariis: *Non vtiq; fornicarijs, &c. alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.* Exiſtimabant enim Corinthii Apoſtolum vetuiſſe eis commiſceri, qui adhuc erant infideles, nondum ſanctificati, & initiati baptiſmo: nam de his nullum oportebat eſſe cuiquam dubium nam in profeſſione Euangelica apertum erat, nullum poſſe, cum talibus habere commercium.

Alterum dubium eſt, quomodo quis poſſit egredi de hoc mundo, cum impoſſibile eſſe videatur, niſi per mortem exire: num ergo ſuadet, vt ſibi ipſis vitam eripiãt? Reſpondeo in eum ſenſum accipi, exire de mundo, quo, Non eſſe in mundo, Ioan. 17. Dominus declarauit eos, quorum conuerſatio non eſt cum hoc mundo, id eſt, cum mundanis, ſed eorum omnis ſpes eſt in Deo viuente in cœlis. Non ergo prohibuit illis per literas commixtionem cum iis, qui non eſſent Chriſtiani, ſed præcipue cum Chriſtianis, qui retro cederent, & ſcortationibus vacarent: nam cum totus mundus plenus eſſet infidelibus, nihil aliud eſſet, quam velle ad alium nouum orbem, vel mundũ illos mittere. Accipe igitur ex hoc loco Epiſtolas Pauli non omnibus eſſe faciles, & perſpicuas, vt Hæretici volunt.

Quomodo accipiendum iſtud. Alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.

Ioan. 17.

Literæ Pauli obſcuræ atque difficiles.

Et cum ait: *Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri*, perinde eſt atque ſi dixiſſet: explico meam mentem fuiſſe. *Si is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, &c. cum eiuſmodi nec cibum ſumere.* Fratres dicimur ſecundum ſpiritum, qui baptizati Chriſtum induimus. Si quis ergo horum ſcortator extiterit, aut aliis ſimilibus vitiis infectus, quæ hic enarrat; vitandus quidem eſt, ſi tamen hæc conſtiterint in facie Eccleſiæ, vt iam nota, & inueterata: nam de occultis non eſt iudicium Eccleſiæ, ſed ſolius Dei: neque talis ex vno lapſu cenſendus, niſi quando in delicto perſeuerauerit. Nam de illis, qui aut ex infirmitate, aut ex ignorantia delinquunt, iam alibi pręceperat, vt in ſpiritu lenitatis arguantur. Famoſos ergo peccatores, hic notat, quos vult à nobis declinari. Ex quo habes, non omnes exiſtentes in mortifero delicto excommunicatos eſſe, vt Lutherus omni dignus excommunicatione dixit.

Chriſtiani quomodo ſint fratres.

Gal. 3. Rom. 6. & ſeq.

Fornicarii, auari, & idolis ſeruientes quatenus vitandi.

Gal. vlt.

Error Lutheri damnatus à Paulo.

Verbum ergo, nominatur, ſecundum Photium; non beneuolentiam, aut cum aliis conſortium deſignat, ſed eum potius qui propter manifeſtiſſima opera ſua non tam nomine proprio, quam à propriis nominatur operibus & deſignat eum qui nominatim per ſententiam excommunicationis de Eccleſiæ gremio eiicitur.

Quid: Si is qui frater nominatur inter vos ſignificet.

Phot. apud Oecu. c. ſub finem.

Auguſtinus lib. 4. contra Parmenianum, ca. 2. hæc verba Apoſtoli pertractans; *Quomodo*, inquit, *Apoſtolus, ne malis Chriſtianis admiſceamur, prohibet; & tamen alio in loco docet; Si quis vos vocauerit ex infidelibus, & volueritis ire, omnia, quæ apponuntur vobis, mãducate, nihil*

Quomodo Paul. nos malis non vult cõmiſceri. & nunc iubet, nũc vetat comedere cum infidelibus, teſte Auguſtin.

Aug. to. 7. ſub init.

interrogantes: hic autem cum eiuſmodi nec cibum quidem ſumere permittit? Et reſpondet: *In hac velut anguſtia quæſtionis, non aliquid nouum, aut inſolitum dicam, ſed quod ſanitas obſeruat Eccleſia, vt cum quiſq. fratrum, id eſt, Chriſtianorum intus in Eccleſiæ ſocietate conſtitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, vt anathemate dignus habeatur; fiat hoc vbi periculum ſchiſmatis nullum eſt, atque id cum ea dilectione, de qua ipſe alibi præcipit, dicens: Vt inimicum non eum exiſtimetis, ſed corripite, vt fratrem. Non enim eſtis ad eradicandum, ſed ad corrigendum.* Et infra: *Ad hoc enim & ipſe Apoſtolus ait; Si quis frater nominatur. In eo quippe, quod ait, ſi quis, nihil aliud videtur ſignificare voluiſſe, niſi eum poſſe tali modo ſalubriter corrigi, qui inter diſsimiles peccat, id eſt, inter eos, quos peccatorum ſimiliũ peſtilentia non corrumpit. In eo vero, quod ait, nominatur: hoc nimirum intelligi voluit, parum eſſe, vt ſit quiſque talis, niſi etiam nominetur, id eſt, famoſus appareat, vt poſſit omnibus digniſsima videri quæ in eum fuerit anathematis prolata ſententia.* Hæc ille.

24.q 4.c.cũ quiſque.

1.Theſſ. vl. Idem illud. Si is, qui frater nominatur inter vos, quid Auguſtino.

Infideles, teſte Apoſtolo cur minime excommunicari valeant.

Addit etiam rationem Apoſtolus, quare non hoc dicat de aliis, qui ſunt extra Eccleſiam. Quia qui foris ſunt, inquit, id eſt, extra Eccleſiam, excommunicari legitime nequeunt, cum non attineant ad forum, & iuriſdictionem eccleſiaſticam, neq; in communione vnquam fuerint, vt excommunicari, id eſt, communione priuari valeant, ſed ſunt ipſo iure iudicati antiqua ſententia Domini dicentis; *Qui non credit, iam iudicatus eſt, & iterum iudicandus de nouo peccato, quo Diuinam bonitatem ſpreuit, & ſuam communionem ſibi offerentem in ſalutem reiecit.*

Ioan 3.

Infidelis duplex iudicium Domini ſubibit.

Et concludit producendo Moſaicum teſtimonium ex Deuteronomii capite decimo tertio. *Auferte malum ex vobis ipſis.* Non neutro genere eſt legendum ſed maſculino τὸν πονηρὸν, id eſt, malignum hominem. Sicut ſupra dixit: Expurgate vetus fermentum. Et ibi legimus: Auferes malum de medio tui. Et ponitur futurum pro Imperatiuo, more Hebræo. Excludit ergo à Communione eos qui proprio contagio poſſent alios perdere, & ſuauem Chriſtianæ veritatis odorem apud infideles in fœtorem conuertere; cum debeat lux noſtra coram aliis apparere, vt videntes bona opera noſtra glorificemus Patrem.

Quid eſt Apoſtolo, Auferte malum ex vobis ipſis.

Deut. 13.

Matth. 5.

(?)

DISPVTATIO IX.

In illa Apoſtoli verba: *Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? An neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus indigni eſtis, qui de minimis iudicetis?* Et reliqua vſque in finem Cap. 6.

Aggreditur Apoſtolus quartam particulam partitionis propoſitæ contra nimium litigandi ardorem. Nam lites & cauſas forenſes agitabant ſub magiſtratibus ciuilibus, non quidem fidelibus, ſed infidelibus. In primis autem vehementer reprehendit Corinthios, quod ad repetenda ſua, aut ad iniuriam acceptam vindicandã, concurrebant, & non ad ſanctorum, & piorum hominum iudicia: atq; hęc multis rationibus abuſum eſſe, & corruptelam oſtendit, quæ partim ex auaritia, partim ex ſuperbia, quæ nulli vult cedere, procedebat. Poſſumus ergo in primis dubitare, cur Apoſtolus tantopere abominaretur hunc recurſum ad homines paganos; cum nõ ignoraret; Chriſtum Dominum non tam à Iudæis, quam à Pilato Gentili ad crucis ſupplicium adiudicatum fuiſſe? Cum etiam probe noſſet, ſuam doctrinam ad Roman. 13. conſcribendam. Vbi in vniuerſum docet: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, id eſt, Romanis, ſiue rectoribus: ita vt Apoſtolos & Euangeliſtas illis ſubditos eſſe voluiſſe, ſcribant Chryſoſtomus, & Theophylactus, illa verba Pauli interpretantes. Ad hæc Paulus ipſe appellans ad Cæſarem, contrarium feciſſe videtur ab his, qui nunc reprehendit, & inſectatur.

Quo tẽdat in præſenti capite Apoſtolus.

I. dubium.

Luc. 23.

Rom. 13.

B. Chryſ. homil. 23. init. to. 4. Theophyl. Act. 25.

Dubitatur ſecundo, quos vocat ſanctos: an Chriſtianos omnes laicos, & ſanctificatos: an vero Eccleſiaſticos, vt ſunt ſacerdotes, Diaconi, & Epiſcopi, vt nonnulli ex veteribus Patribus interpretantur, & Clemens in Epiſtola ad Iacobum fratrem Domini, & in libro conſtitutionum Apoſtolorum.

II. dub.

B. Clem. Ro. Epiſt. 1. ſub init. Idem l. 2. c. 49. & 50.

Tertio, quomodo iudicabimus mundũ, illo iudicio, de quo eſt ſermo, an comparatione, an vero, vt aſſiſtentes iudices. Quarto ambigitur, quomodo validum ſit Pauli argumentum, quo probat, ex eo, quod ſancti ſint mundum, de peccato iudicaturi, idcirco, & nunc valere ad iudicanda negotia ſecularia. Quinto ſuper illa verba; *Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus?* quęritur, an bonos, an malos Angelos intelligat Apoſtol.

III. du.

IV. dub.

Sexto

V. VI. Dub.

Sexto in id, *Secularia igitur iudicia ſi habueritis; contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum*, dubitatur quomodo hoc afferat Apoſtolus; cum oporteret iudices eſſe ſapientes, qui oderint auaritiam, & qui fortitudine animi valeant, ſecundum illud; Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates; at contemptibiles facile animo frangentur, & contemptibiliũ iudicium non poterit non eſſe niſi contẽptibile. Septimo, cur omnino aſſerat eſſe delictum, quod iudicia Corinthij inter ſe habeant; cum etiam viri ſancti, & iuſti, atque religioſi, interdum aut vocent alios in iudicium, aut ipſi ab aliis accuſati compareant, & ſe ipſos tueantur. Octauo denique dubitatur, an poſſit in iudicio quiſque proſequi cauſam ſuam ſine peccato impatientiæ. Ante omnia autem illud eſt excutiẽdum, quid ſit quod Paulus vetat à Chriſtianis fieri circa iudicia.

Ecclef.7. — VII. — VIII.

Sol. I dubitationis. De Corinthiis tam grauiter reprehenſis, quod ab ethnicis audeRent magiſtratibus iudicari.

Ad primum reſpondeo: Solebant olim plerunque lites oriri, & controuerſiæ inter fideles: & cum ciuitas Corinthi partim eſſet ad Chriſtum conuerſa, partim vero in Paganiſmo permaneret; erant duplicia tribunalia, & Paganorum, & ſanctorum, id eſt eorum, qui Chriſti fidem profitebantur. At fideles, cum ad iudices paganos, & non ad ſanctos, id eſt Chriſtianos accurrerent, grauem ſcandali occaſionem, etiam ipſis paganis iudicibus porrigebant, quos opus erat ab eis examinari, & ſub iuramento aſſerere multa, quæ non ſatis ædificabant Fidem & potius in Fidei contemptum cedebant. Ideo cum tanta animi acerbitate reprehendit: & tale facinus, auſum vocat, dicens, *Audet aliquis veſtrum?* Hoc eſt; Eo ne audaciæ vos proceſſiſtis, vt non pudeat vos Euangelium exponere profanorum, & impiorum hominum ludibriis? *Et hoc apud iniquos.* Nã vt Gentiles dicuntur peccatores, iuxta illud Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus, peccatores; & aliud, Filius hominis tradetur in manus peccatorum, id eſt, Romanorum: ita hic vocantur iniqui, ſiue iniuſti, quia vt iuſtus eſt omni virtute præditus, ita iniuſtus omni iniuſtitiæ ſpecie cumulatus. Et nihil poterat eſſe magis contrarium iudicis officio præſtanti, quam iniuſtitiæ affectus. Et quos hic iniquos, inferius vocat infideles. Videtur autem à contrariis argumentari: Vos eſtis ſancti, & iuſtitiam vobis adminiſtrari quæritis; quare ergo illam ab iniuſtis, & impiis petitis; cum nihil boni à ſuo contrario expectari debeat, ſicut Dominus dixit; *Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?* Græca habent: *Sub iniquis iudicib. & non ſub ſanctis?* id eſt coram ſanctis, ita enim intelligitur illa præpoſitio, vt apud Horatium.

Infideles Paulus magiſtratus, iniquos cur nominet.

Gal.2.

Matth.26.

Qualis hęc Pauli argumentatio Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum iudicari apud iniquos, & nõ apud ſanctos

Matt.7.

Horat. in Poetica.

Et adhuc ſub iudice lis eſt,

id eſt coram iudice Et verbum κρίνεσθαι, medium eſt, & actiuæ, & paſſiuæ ſignificationis at hic non eſt ad rem paſſiua ſignificatio, cum Apoſtolus non agat de his, qui in ius trahebantur, nec poterant autoritatem magiſtratus declinare; ſed de his loquitur, qui fratres ad infidelium tribunalia trahebant. Recte autem haberet iudicari paſſiue, ſi ex conſenſu vtriuſque partis litigantis negotium iudicandum deferebatur coram infidelibus. Ponit autem hoc verbum, fuiſſe etiam publica ſanctorum tribunalia, ad quæ facile accedere poſſent: nam ſi nulli eſſent fideles iudices, qui cauſas piorum hominum terminarent, tolerabilius fortaſſe, vel excuſabilius fuiſſet iudicium.

Corinthij his verbis qui nam arguantur à Paulo.

Quo grauior Corinthiorum aduerſus fratres, infideles magiſtratus adeuntium culpa.

Quare ſoluitur, quod obiectum fuit de CHRISTO, quod ille ſub Pilato Gentili iudicium mortis tulit: quia nõdum extabat iudicium Chriſtianum, & tribunal ſummi Pontificis, & ſacerdotum, & ſeniorum, cum laceratum, iniuriis affectum & ſemimortuum pertraxerat ad Pilatum.

Si in hoc Corinthij peccabant, quare Chriſtus Pontij Pilati iniqui iudicis minime iudicium detrectauit? Cur item ipſe Paulus ad Cæſarẽ appellauit? *Act.25.*

Quod vero Paulus appellauerit ad Cæſarem, hoc eſt Neronem, hominem impuriſſimum; ob id factum fuit, quia ab inferiori tribunali licet ad ſuperius appellare, ad quod quiſq; iniuſte grauatus iure appellare poteſt; & quia creditur veriſimile quod iudex quo maior eſt, & ex altiori loco iudicat, eo maiori iuſtitia præfulgeat. Ita vt Paulus intra illud quinquennium Neronis obtinere abſolutionis ſententiam potuerit.

Idem Apoſtolos etiã & alios eccleſiaſticos (vt quidã aſſerunt) quo iure poteſtatib. ſublimioribus vult eſſe ſubiectos.

Quod autem Theophylactus, & Chryſoſtomus volunt, Apoſtolos, & Euangeliſtas ſubeſſe tribunali Cæſaris, quando dixit, *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*: intelligendum eſt, quãdo ſuprema poteſtas Regia, vel Imperatoria nondum erat cum Chriſtiana, & Eccleſiaſtica coniuncta & incorporata: quia tunc merito omnes erant ſub Cæſare, quod attinet ad bona temporaria, & corpora, non autem quantum ad Fidem, & ſpiritualia bona. Vbi vero Principes, & Reges ad CHRISTVM conuerſi ſunt, & agnouerunt poteſtatem à CHRISTO collatam Epiſcopis, ſacerdotibus & ſummo pontifici Romano, ceſſerunt illi ſuo iuri, & poteſtati: & contenti fuerunt vt iudicium ſecularium ad ſeipſos ſpectaret iudicium vero Fidei, vel Spiritualium, ad ECCLESIAM, & miniſtros eius. Audi iam, quod doceat Beatus Ignatius Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus, ſcribens

Rom.13.

Laica & ciuilis quando primũ eccleſiaſticæ ceſſerit poteſtati.

B. Ignat. ep. 9. ante dimid.

ad Philadelphienſes: *Principes ſubditi eſtote Cæſari, milites principibus, Diaconi Presbyteris, vt ſacrorum adminiſtratoribus. Presbyteri vero & Diaconi, atque omnis clerus ſimul cum omni populo, & militibus atque Principibus, ſed & Cæſares obediant Epiſcopo. Epiſcopus vero Chriſto, ſicut Patri Chriſtus.* Et ita vnitas ſeruatur.

II. dubij ſol. Quos volebat Apoſtolus ſanctos fideliũ iudices eſſe laicos, an eccleſiaſticos. *Clem. Rom Epiſt 1. circa princ.*

Ad ſecundum dicendum eſt, Clementẽ in Epiſtola ad Iacobum referre, qua ratione Petrus ad ſe Clementem dixerit; *Te quidẽ oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abijcias, ne fideiuſſor exiſtas, ne aduocatus litium fias, neue in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris mũdialis negotij occaſione perplexus. Neque enim iudicem, aut cognitorem de pecuniis, aut negotiis rerum ſecularium te vult Chriſtus conſtituere,* Et infra: *Quod ſi, inquit, omnes ea facere ſcient, de quibus te ſolicitum eſſe non oportet; à Diaconis diſcant, vt tua Eccleſia ſolam curam habeas, quo eam rectè gubernes.* Hæc ille, docens, quod ſi non habeant laicos, qui poſſint per ſapiẽtiam ſuam controuerſias Patrum dirimere, & ad Ethnicorum iudicia adire cogantur; committent hoc negotium Diaconis, ne laici Chriſtiani apud infideles diſceptent, ꝙ eſſet contumelioſum in religionem Chriſtianam. Quod ſi hæc negotia laicis ſanctis committi poſſunt, cur non magis eccleſiaſticis? Vnde in eadem epiſtola habet Clemens: *Si qui fratres negotia habeant inter ſe apud cognitores ſeculi ne iudicentur, ſed apud preſbyteros Eccleſiæ quicquid eſt illud dirimatur, & omnimodo obediant ſtatutis eorum.* Idem Clem. l. 2. de conſtitut Apoſt. c. 39. *Præclara Chriſtiani laus eſt cum nullo habere negotium. Quod ſi ex aliqua vexatione vel tentatione lis alicui oriatur, curet vt ea tranſigatur, etiamſi detrimentum pati debeat; ne ad Ethnicum iudicium accedat, ſed nec patiatur mundanos magiſtratus de noſtris ius dicere. Nam per illos diabolus ſeruos Dei vexat, & nobis notam inurit, quaſi non habeamus nos vnum ſapientem, qui poſſit inter partes ius adminiſtrare, & controuerſias componere.* Et capite ſequenti: *Non cognoſcant ergo Gentes controuerſias quæ inter vos oriuntur, neque contra vos Infidelium teſtimonia recipiatis, neque ab iis iudicari velitis, neque iis aliquid tribuatis commodi, metuſque cauſa; ſed reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quæ Dei, Deo; veluti tributum, cenſum, didrachmum quemadmodum Dominus noſter cum dediſſet ſtaterem, moleſtia liberatus eſt.* Vides ergo in his teſtimoniis Clementem docere, ne Chriſtiani iudices Gentiles adeant, etiam in cauſis ſecularibus.

Idem. Quod Chriſtianũ minime deceat controuerſia, & altercatio.

Matt. 12.

Sap. 17.

Ad Eccleſiaſticos quoq; magiſtratus cauſarum ciuilium cognitionem pertinere, contra Magdeburgenſes. *Anacle. ep. 1. c. 3.*

Mirum ergo eſt, Magdeburgenſes illud voluiſſe in Centuriis ſuis, Eccleſiaſticos hoc modo iudicantes; cum componere controuerſias, & illas ex æquitate terminare, opus ſit charitatis. Nam qui maiores cauſas tractant, vt ſpirituales, mirum eſſe non debet ſi de leuioribus, & temporalibus cauſis cognitionem habeant, & iudicium. Vnde Anacletus epiſt. 1. *Si fuerit, inquit, Eccleſiaſticum negotium, apud Epiſcopos interueniente Primate, ſi maior cauſa fuerit; ſi vero minor, Metropolitano, ſi vero fuerit ſeculare, apud eiuſdẽ ordinis viros, iudicio tamen Epiſcoporum; cum Apoſtolus priuatorũ Chriſtianorum cauſas magis Eccleſiis deferri, & ibidem ſacerdotali iudicio terminari voluerit.* Quo loco producendo Apoſtolum intellexerunt iſti Patres de iudicio Eccleſiaſticorum virorum dictum Apoſtoli explicandum. Vnde & Concilium III. Carthaginen. capit. 9. prohibet, ne Clerici in iudicio laicorum de re ciuili cognoſcant. Cum priuatorum, inquit, cauſas Apoſtolus etiam ad Eccleſiam deferri, atque ibi determinari præcipiat. Verum hoc non intelligas, quaſi ſoli ſacerdotes iudicarent; ſed quo eum grauius punirent, ſi nõ obtemperaret, neceſſe erat vt in iudicio ſecularis magiſtratus Epiſcopus præeſſet: nam alioqui non poterant Eccleſiaſtici vti gladio in quenquam, nec Imperatores, aut ſeculares magiſtratus id tuliſſent; ſed vt contumacem, & minimè parentem, gladio ignis, id eſt anathemate percuterent. Quid enim profuiſſet laicos iudicia ſecularia decernere, ſi non eſſet qui cogeret ad executionem? Cauſa ergo, cur Epiſcopus in Epiſtola Pauli, & Anacleti cum laicis magiſtratibus de cauſis ſecularibus cognoſcebat, erat, ne in peccato ad mortẽ remaneret, qui parere nolebat. Ad hoc enim denuntiabatur anathema, vt ſpiritus ſaluus fieret in die Domini Ieſu. Ideo de omnibus litibus ſecularibus eatenus licet Epiſcopo cognoſcere, vt in peccato ad mortem non remaneat; quod eſt cognoſcere peccatum ſcandaloſum per viam denuntiationis.

Syno. Carthagin.

Quod Eccleſiaſtici ciuiles fidelium cauſas cognoſcere iubẽtur, id quomodo accipiendum ſit.

Paulus, & Anacletus ſecularium cauſarum iudicium cui voluerint etiam ad Epiſcopos pertinere, & quatenus. *1. Cor. 5*

Si vero quis obiiciat, reprobatam eſſe legem Theodoſii Imperatoris, & confirmationem eiuſdem per Carolum Magnum (quæ habetur 11. q. 1. cap. Quicunque, & ca. Volumus) in qua ſancitum erat, vt liceret cuique, ſiue is actor eſſet, ſiue reus, relicto foro ſeculari, etiam lite conteſtata iudiciũ adire Eccleſiaſticum. Dicendum eſt, fuiſſe eiuſmodi legem à religioſiſſimis Imperatoribus latam, quoniam ex peccatis impiorũ oriuntur lites, quas aſtutus ſapiens extinguet, vt habetur Prouerb. 28. & ad Epiſcopos tanquam ad medicos quoſdam ſpirituales ſpectabat curare peccata: quare nonniſi perſanctè optabant ac pie, vt ſublatis litium cauſis id eſt peccatis, lites ſimul ſublatæ eſſent, & hæc eſt vera illa ratio, propter quã ea

Quare Theodoſius imperator liberũ Chriſtianis ad Eccleſiæ tribunal acceſſum lege conſtituit. Vnde lites, & à quo extinguantur teſte Salomone. *Prouer. 28.*

Illa lex cur fuerit deinde ſublata.

ea lex condita fuit. Cur autem poſtea hæc lex abrogata fuerit, in cauſa fuit, quod cum Petrus dixerit Clementi, & in eo omnibus Epiſcopis (*Nec enim iudicem, aut cognitorem ſecularium negotiorum hodie te ordinatum vult Chriſtus, ne præſocatus præſentibus non poſſis verbi Dei vacare. & ſecundum veritatis regulã ſecernere bonos à malis*) Dum per hanc legẽ optionem dederit reis, & actoribus, vt cauſas ſeculares ad Epiſcopum referant, doctrinam B. Petri, & diſciplinam confundere: & Epiſcopi maiorem ſolicitudinem haberẽt, quã curã, & ſolicitudinem ſalutis animarum, & peccatorum, factum eſt v paulatim hæc lex aboleretur. Quare Theodoſius dixit: *Quicunque litem habens, ſiue petitor fuerit, vel in initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſiue cum negotium peroratur, ſiue cum iam cœperit promi ſententia ſi iudicium elegerit ſacroſanctæ ſedis Antiſtitis illico ſine aliqua dubitatione, etiãſi alia pars refragetur, ad Epiſcoporum iudicium cum ſermone litigantium dirigatur.* Et eandem ſententiã comprobauit Carolus Magnus. Suffragatur & illa Pauli ratio: *Quia ſi mundum indicabimus, indigni erimus, qui de minimis iudicemus?* Ita ſi vos Eccleſiaſtici de bonis ſpiritualibus vitæ æternæ cauſas agitis, cur non etiam vbi de ciuilibus huius vitæ bonis fuerit controuerſia? Deinde ſi inter iniquos, id eſt, gẽtiles, iudicari, exponimus; ita ergo inter sãctos erit exponendum, id eſt, inter baptizatos, ſeu prælatos Eccleſiæ. Sed quia ſunt cauſa ſanguinis, in quibus non ſe debet Clericus, vel Monachus immiſcere; & quia nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus, per quæ à verbi Dei, & ſacramenti miniſterio impediatur; hinc recte ſtabilitũ fuit, vt diſtinctis cauſis, diſtincta reſponderent tribunalia.

D Clem. epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Dom. ſub initiũ.

Cap. Quicũque 11 q. 1.

Corinthiorum fideliũ cauſas Apoſtolus, vt ipſe ait, cur ſanctos iudicare volebat.

Cur modo Eccleſiaſtici magiſtratus de ſecularibus cauſis non iudicent.

2 Tim. 2.

Sanctos igitur, à quibus iudicari Corinthios Apoſtolus volebat; reſpondemus eſſe Epiſcopos, & paſtores Eccleſiæ de quib. ait Paulus: *Mihi omnium ſanctorum minimo:* vbi nomen, Sanctorum, ſubſtantiuum eſt, non participiũ: & ita ſolet vocare miniſtros vacantes prædicationi, & curæ animarum.

Sanctorũ appellatio quorum frequens Apoſtolo.

Epheſ. 3.

Tertiæ dubitationi circa illud; *An neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt?* dicendum, argumentum eſſe à minori ad maius. Arguit enim hoc mundo Apoſtolus; Si Deus ſanctus tanto honore dignatus eſt, vt eos conſtituerit totius mundi iudices, indignũ eſt eos à leuioribus iudiciis excludi, quaſi minus idoneos? Ideo Corinthii fideles iniuriã ſibi ipſis irrogabant, quod honorem ſibi à Deo collatum infidelibus reſignabant. Quod autem ſancti eſſent mundi iudices, recepit Apoſtolus vel ex illo loco Sap. 3. *Iudicabunt iuſti nationes, & dominabuntur populis:* vel ex illo Chriſti dicentis; *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantis duodecim tribus Iſrael.* Sic enim Chriſto tradita eſt omnis poteſtas iudiciaria à Patre, vt in huius honoris ſocietatem reciperet ſanctos quaſi aſſeſſores, & ſibi aſſiſtentes. Et non intelligas iudicium ſolum comparationis, quomodo Regina Auſtri, & Niniuitæ ſurgunt in iudicio, & condemnabunt generationem peſſimam Iudæorum: & ad Hebræos Paulus aſſerit de Noe, quod fide ſua mundum, id eſt, omnes ſuæ ætatis viros damnauerit: quod intelligendum eſt per comparationem. Hic autẽ ſecus ſe res habet. Nam ſi de condemnatione comparationis eſſet ſermo, Apoſtoli argumentum non valeret. Nam ſi comparatione meæ iuſtitiæ reſpicitur ratio condemnationis in alium iniuſte agentem (hoc eſt iudicium comparationis) non propterea ego habeo in ſecularibus iudicium autoritatis, & iuriſdictionis; quod tamen volebat probare Apoſtolus. De iudicio ergo poteſtatis loquitur Dominus cum ait Apoſtolus iudicaturos. 12. tribus Iſrael, quamquam ibi Hieronym. de iudicio comparationis explicet.

Ad tertium dub. Quoniam iudicio ſancti mundũ iudicabũt, comparationis, an approbationis.

Sap. 3.

Matth. 19.

Qua lege Chriſtus iudiciariam à Patre acceperit poteſtatem.

Sap. 12.

Heb 11.

Gen. 6.

Sanctos non ſolum comprobationis, verum approbationis etiam iudicium habituros,

Matth. 19.

Hiero. 10. 9.

Ac ſubdit id, de quo dubitatum quarto loco fuit: *Etſi in vobis* (vel per vos) *iudicabitur mundus; indigni eſtis qui de minimis iudicetis?* Et ſi enim ſemper ſummus iudex ſit Chriſtus, per ſuos tamen, qui eum ſecuti fuerint, etiam iudicabit. Sed inquirendum qua ratione argumentum valeat, ex eo quod ſancti mundum iudicabunt de peccato, ideo & nunc valeant iudicare ſecularia (Nam Chriſtus omnium ſupremus iudex dixit fratrib⁹ litigantibus, & eius iudicium poſcentibus; *Homo quis me conſtituit, iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?* Negans poteſtatem ſibi ineſſe iudicandi ſecularem illam cauſam; multo ergo minus aliis. Dicendum, Apoſtolum non arguere iudiciũ actuale ſecularium ex iudicio ſpirituali ad habilitatem huius iudicij: vt enim ſunt duo regna, ita & duo exiſtunt iudicia; alterum quidem ſpirituale, & aduerſus eos, qui contra Dei Maieſtatem, & regnum eius, & pacem ſpiritualem admittunt violando Charitatis præcepta: alterum vero contra eos, qui peccant contra hominum ſcita, & placita, quæ ad regni terreni ſtabilitatem, ac pacem ſpectant; quanquam & qui in hoc delinquunt, in regnum Dei peccent, quia ſapientia dixit: *Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Et Dominus hæc regna, & eorum iura, & leges obſeruari voluit. Hæc tamen regna fine diſtinguũtur: prius. n. pro fine habet vitam æternã in cœlis, poſterius vero vitã trãquillã, & pacificam in hoc mũdo. Sũt ergo iudicia æternorũ, & iudicia ſecularũ, & ſic quodlibet horũ

Ad IV. dub De vi huius conſequentiæ: Sancti de hoc mundo iudicabunt, ergo nunc multo magis ſecularia iudicare debent.

Luc. 12.

Duplex regnum in Eccleſia, duplici cõſtans iudicio.

Prou. 8.

Regni vtriuſque fines diuerſi quinam.

habet

habet ſuos proprios iudices. At nunc conſtat, ſanctos iudicio illo grauiori in regno Dei iudicaturos nationes, quibus ipſe Chriſtus quaſi aſſeſſoribus ſuis daturus eſt poteſtatem. Si ergo iudicabunt in iudicio illo de æternis, quomodo non potuerunt de ſæcularibus, & vilioribus iudicare. Et ſupplendum eſt, ſi ſcilicet præficiantur iudicio ab his, qui poſſunt præficere. Omnis namque Congregatio, & Reſpublica poteſt ſibi præficere proprios iudices. Ideo Chriſtus non ſe dixit habilem, vel impotentem ad iudicandum de diuidenda hæreditate cum fratre ſuo; ſed tantum dixit; *Quis me conſtituit iudicem*, nimirum ad illud iudicij genus ſeculare, ſicut oportebat ad hoc, vt poſſet legitimus eſſe iudex: nec enim decebat de rebus hominum illum ſibi ſumere iudicium, ad quod exercendum ſecundum patris diſpoſitionem non venerat. Venit quippe ſaluũ facere mundum, non iudicare: nec item venerat ciuiles leges innouare, & ſeculares conſtitutiones, & iura, quæ priuatis, quantumuis ſanctis, & ſapientiſſimis, iudicium prohibet. Regnum enim Chriſti non erat de hoc mundo.

Sancti de hoc mundo iudicaturi, quatenus de ſecularibus nunc valeant iudicare.

Luc.12.

Chriſtus quare noluerit diuidere hæreditatem inter fratres

Ioan 3.

Ioan.18.

Verum Hæretici hæc regna, & iudicia confundunt, & negant ſpiritualibus competere cognitionem, & iudicium de ſecularibus: & contra doctrinam apertam Apoſtoli, ſecularibus concedunt iudicium de ſpiritualibus, quod omnino eſt præpoſterum, & ſummo iudici Chriſti odioſum.

Hæreticorum de duplici regno illo atque iudicio, doctrina peruerſa.

Ad quintum in id: *Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus?* Reſpondeo, per Angelos quoſdam hic accipere ſacerdotes, quod illi interdum vocentur hoc nomine: *Labia ſacerdotis*, inquit propheta Malachias, *cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt*, & de Ioanne Baptiſta idem teſtatur: *Ecce ego mitto Angelum meum*; Paulus vero c.11. huius Epiſtolæ: *Debet mulier velamen habere ſupra caput ſuum, propter Angelos*, hoc eſt ſacerdotes, qui in Eccleſiis ſunt. Sed coacta videtur huiuſmodi ſententia: tum quaſi ſacerdotes Angeli proprie nõ ſunt, ſed metaphorice; tum quia oratio Paulli non excreſceret à totius mundi iudicio, ad vnam eius partem, hoc eſt, ſacerdotes, progrediendo,

V. Sol. q. Illud: Neſcitis quoniã Angelos iudicabimus de quibus Angelis dictum ſit.

Malach. 2.

Infra 3.

Matt. 11.

Malach 3.

1.Cor.11.

Primi quorundam ſẽſus incommoda.

Alij rurſus fuere, qui hæc de ſanctis Angelis, & cœleſtibus accipienda tradiderunt, iuxta illud: *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.* Sed quia hoc iudiciũ futurum in extrema die inſinuare videtur, & actuale iudicium verba ſonant; de Angelis Apoſtatis veniunt interpretanda. Vt ita conflemus argumentum: Dæmones, qui ſuo exciderunt principatu, etſi ſint immortales creaturæ, & corruptibili mundo ſuperiores, nos iudicaturi ſumus: quid ergo ſecularia iudicia hominum iudicare non valebimus? Nunc quidem ſuppliciis obnoxius eſt diabolus, non tamen adhuc plenis, atq; perfectis, cum indies maiora peccet: tunc autem omnino damnabitur, neque ſanctos amplius infeſtare poterit.

Alter ſenſus minus etiam probabilis.

Gal.1.

III. Ac poſtremus probabilior.

Tert. lib. de habitu muliebri c. 2.

Sexto loco interrogatum fuit, quomodo iubeat Apoſtolus in iudiciis ſecularibus contemptibiles in Eccleſia fratres conſtituere; cum Deos optimos quoſque, & prudẽtes, & ſapientes eligi velit (Dicendum, hãc illationem occupationem habere. Poſſet enim ex Corinthiis aliquis dicere: Idcirco ad Gentilium tribunal noſtras cauſas cognoſcendas adducimus, quod in Eccleſia non habeamus optimos, & ſapientes arbitros. Et reſpondet non ſine ironia, & quaſi cum ſtomacho, & pudore eorum, qui hæc ignorabant, & dicebant: *Quos nobis præficiemus ad iudicandum.*

Ad VI. dub. Si optimi quique ac ſapientiſſimi iudices conſtituendi ſunt, vt Paulus cõtemptibiles vult cõſtitui ad iudicandum.

Subdit: *Sic*, Pro Siccine, ſi habeatis nulla negotia, quæ minime habere deberetis. *Cõtemptibiles*, inquit, *qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.* Contemptibiles, vocat infimos, qui ſunt in Eccleſia fideles: ſupplendumque eſt; potius quam vt iudicia infidelium adeatis. Vnde ſubiecit: *Ad verecundiam veſtram dico*, quaſi dicat, Non quod ita fieri velim. Et ita indicat ſtomachum ſuum, neque à contemptibilibus eſſe iudicandum ſe ſtatuiſſe, ſed id ad cõfuſionem eorum dixiſſe. Vt ſenſus ſit; Adeo ne pauper, & exhauſta eſt veſtra Eccleſia, vt non ſit prorſus nullus ſapiens inter vos, qui poſſit iudicare inter fratrem, & fratrem ſuum, vt opus ſit cõtemptibiles præficere? Græca habent, ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, id eſt, in medio fratris tui, ponitur enim ſingulare pro plurali, pro eo quod eſt, in medio fratrum. Eſtque planus ſenſus, malo vt contemptiſſimi quique qui ſunt in Eccleſia, iudicent inter vos, quã quod ad Gentilium præſtantiſſimos accedatis. Quod ſi hoc vobis indignum videtur, non deſunt in Eccleſia ſapientes, qui poſſint hoc munus obire. Et obſerua de quibus cauſis agat. Nam publica iudicia extra poteſtatem noſtram ſunt nec arbitrio noſtro debent tranſigi: de priuatis autem negotiis licet tranſigere abſque magiſtratus conſcientia. Nam perſtringit Paulus Corinthios, vt qui vellent ſapientes & prudentes videri, nec tamen inter ſe arbitros conſtituant, qui ſoluant inter fratres controuerſias.

Contemptibiles qui dicantur.

Quid ſignificet, Contemptibiles qui ſũt in Eccleſia, illos cõſtituite ad iudicandũ.

Quæ nam ad Magiſtratus, quę ad priuatos homines cauſæ pertineant.

Ex quo loco elicimus, veteres Epiſco-

pos

pos cauſas fidelium cognoſcere potuiſſe,& ius dicere in Eccleſia, certis horis ad dirimendas fidelium controuerſias. Ita Auguſtinus ſe ait plerumque impeditum per fidelium controuerſias & cauſas. Hunc locum interpretatur Gregorius lib.19. Moral. cap. 21.in fine. *Contemptibiles*, inquit, *qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. Ac ſi aperte dicat: Qui minoris meriti ſunt in Eccleſia, & nullis magnorum donorum virtutibus pollent, ipſi de terrenis negotijs iudicent, quatenus per quos magna nequeunt, bona minora ſuppleantur. Quos & contemptibiles nominat, & tamen ſapientes vocat, cum dicit: Sic non eſt ſapiens inter vos quiſquam, qui poßit iudicare inter fratrem ſuum? Qua ex re quid colligitur, niſi vt hi terrenas cauſas examinent, qui exteriorum rerum ſapientiam perceperunt? Qui autem ſpiritualibus donis ditati ſunt, profectò terrenis non debent negotijs implicari, vt dum non coguntur inferiora bona diſponere, exercitati valeant bonis ſuperioribus deſeruire.* Videtur Gregorius his verbis inſinuare voluiſſe, cõtemptibiles eſſe laicos. Eadem verba inueniuntur apud Sedulium, vt neſcias quis à quo acceperit. Sedulius tamen ſi antiquior fuit Gregorio, vt vera ſunt Commentaria Sedulij, dicendum eſſet, à Sedulio Gregorium hauſiſſe. B.Thomas in hunc locum ſcripſit: *Vocat contemptibiles, illos, qui ſunt ſapientes in rebus mundanis, propter comparationem ad illos qui ſunt ſapientes in rebus, quibus eſt reuerentia exhibenda, quia in rebus temporalibus non occupãtur, vt ſolis ſpiritualibus vacent.*

Vnde conſtet olim Epiſcopos fidelium cauſas iudicare ſolitos.

B.Grego.to.1.

Contemptibiles qui Gregorio.

Sedul.

D. Thomas lect.1.to.16.

Ad ſeptimum, quomodò aſſerit Apoſtolus delictum habere Corinthios, quòd iudicia humana inter ſe haberent, cum multi ſancti legantur & alios vocaſſe in iudicium, & ipſos etiam vocatos comparuiſſe? Reſpõdeo, id meritò Corinthijs imputari, quòd eorum, qui fratres ſunt in Adam, & in Chriſto, proprium non ſit litigare, & publicè in foro contendere. Deinde, quia ferè ſemper altera pars à iuſtitia declinare deprehenditur. Adhæc, quod has lites deducerent terminandas ad Gentiles iudices, qui facilè viſis erratis, & Chriſtianorum delictis ſcandalizarentur, propter quę blaſphemabant nomen Domini, obiectantes quòd hæc proueniebant non ex prauitate hominum, ſed ex lege Chriſtianorum, cũ tamen tunc maximè legem commendare deberent: quoniam ſi illa obſeruaretur, nulla talia eiuſmodi extarent iurgia. Oriũtur autem, quoniam legis bonæ præceptis homines nõ parent: Quanquam non ſolum propter ipſum ſcandalum hoc dixit Apoſtolus, ſed etiam propter ipſum decorum, quaſi in Eccleſia Dei ſancta non extaret ea poteſtas, quæ tamen erat apud Infideles, & Paganos

VII. quæſtionis ſolutio. De reprehenſis Corinthijs, quod iudicia haberent inter ipſos, quæ tamen & multi ſanctorum habuerunt.

Corinthii apud iniquos iudicari volentes, & non apud ſanctos dupliciter illi peccabant.

de vera religione, & charitatis pręſtãtia nõ ita inſtructos. Neq; hic iudicia infideliũ reprobãtur, nec vetat Paulus, quo minus obediant ſuis Præſidibus, quando illi in ius vocarent, & eſſent ſub eorum iuriſdictione.

Iudicia hoc loco Apoſtoli quæ minime damnentur.

Quod verò ait, delictum, in Græcis codicibus eſt ἥττημα, quod verbum, delictum, ſonare videtur, etiam ſi aliter viſum fuerit Eraſmo; & ita plerique eruditi diminutionẽ, ſiue imbecillitatem intelligunt. Nam ἡττάομαι, vincor ſignificat; cùm facilè quis iniurijs frangitur, nec quicquam perferre valet: deinde ad quodlibet vitium transfertur, quoniam omnia vitia ex infirmitate, & fortitudinis defectu naſcuntur. Ideò ad Roman. 11. diminutionis voce exprimitur hoc vocabulum, vbi legitur, *Et diminutio eorum* (ſcilicet Iudæorum:) *diuitiæ Gentium, &c.*

Delictum, Græcè ἥττημα, duo ſignificat.

Rom 11.

Ex his conſtare poteſt, an litigare quis queat abſque impatientia (quod vltimo loco quærebatur) Reſpondemus enim, impatientiam, ſeu tolerantię fratris defectum, vt ſunt mores corrupti, omnium ferè litiũ accidens inſeparabile ſolere eſſe: ſed hoc non obſtat, quo minus diſcernas inter rem ipſam, & accidens vitioſum. Nam Paulus non damnat lites, quę bonam cauſam apud Magiſtratum tueri ſunt aptæ; ſed quoniam perpetuò adhærent praui affectus, vt inimicitia, vlciſcẽdi cupido, pertinacia, ſuperbia, & ſimilia. Res igitur per ſe mala non eſt, ſed vitiatur abuſu. Sunt igitur tribunalia, & iudices. Primò ne videatur Deus fruſtra inſtituiſſe magiſtratus, & iudicia. Deinde vt nouerint pij viri quantum ſibi noceant, ſi mala conſcientia quicquam ſuſcipiant in apertum Dei contemptum. Tertio, vt moueantur, vt remedium ſibi conceſſum, vel permiſſum proprio vitio contaminent. Poſtremò, vt impiorum, & improborum audacia coerceatur puro, ac ſimplici zelo. Et ideo ait: *Quare non magis iniuriam accipitis?* Quam ſcilicet ingredi dubium, & periculoſiſſimum litigandi campum, & cum odio, & temeritate lites perſequẽdi. *Quare non magis fraudem patimini?* Id eſt, damnum ex fraude illatum, & ſupplẽdum; quam quod vindicare vultis per litem, nedum leuẽ rei pecuniariæ iacturam facere non vultis, graue alterius rei damnum incurratis, bonæque famæ, & in eos, qui damnum, & iniuriam inferebant, periculum accerſatis. *Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus.* Vide quomodo Apoſtolus exaggeret eorum peccatum, vt hinc colligere liceat, omnem iniuriam, & fraudem eſſe peccatum, & graue, in quoſcunque fiat, maximè vero in Chriſtianum. Vnde & ſubdit: *An neſcitis*

Ad octauum dubium. An litem quis alteri intendere poſſit citra impatientiam.

Quibus de cauſis à Deo fuerint inſtituta iudicia.

Cur fraudem pati melius, quam litigare.

Iniuria omnis, & fraus proximi quam grauis.

quoniam

quoniam iniqui regnum Dei non poßidebũt. Quia de iudicio erat ſermo, inferr; omnes iniquos, vel iniuſtos, vel, vt alij vertunt, iniuriã inferentes, regnum Dei non poſſeſſuros. Quod ſi obijcias, multos reſipiſcere, & ad bonam frugem reuerti poſſe, ac proinde regnum Dei poſſeſſuros; Reſpondebo: iniuſtos quatenus tales ſunt, nec pœnitentia ab iniquitate ſua ſe auertentes, in regnum cœleſte minimè ingreſſuros. Ex quo dicto Apoſtoli regulam generalem accipere poſſumus ad intellectum Scripturam ſpectantẽ: quòd vbi ſermo eſt de impijs & iniuſtis, & Scripturæ docent tales perituros, & in gehennam detrudendos, intelligendum eſſe, niſi tales à peccatis reſipiſcant: Rurſus cum ſermo eſt de pijs, & iuſtis, & Scripturę illis certam poll centur vitam æternam, accipiendas ita eſſe, ſi ſcilicet in pietate, & iuſtitia perſeuerauerint, aut aliquo peccato non ſe contaminauerint. Quare in vniuerſum ait: *Nolite errare. neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, &c.* Quaſi dicat, Nolite putare, quoniam Chriſtiani eſtis, & ſub gratiæ ſtatu cõſtituti, aut benignum Deum vobis fore propitium, aut vobis licitum eſſe malè agere, aut de ſola fide præſumere: is enim error vos ad perniciem, & interitum duceret. Nam *Neque fornicarij*, quo verbo omnis fornicatio reprobatur, quaſi mortiferum delictum, contra eos, qui non videntur ſimplicem fornicationem pro crimine agnoſcere. Et primo loco nominat fornicarios, propter inceſtuoſum Corinthium cum relicta patris fornicantem. Idolis ſeruientes, vocat illos, qui ex Gentilitate conuerſi, ad vomitum idolorum reuertebantur. Ebrioſos, eos intelligit, non qui aliquandò inebriantur, ſed eos qui ebrietati, & temulentiæ ſtudent, vt faciũt Epulones quidam, & Sardanapali. Fures verò, qui clam noſtra ſurripiunt. Rapaces, qui per violentiam tanquam harpyæ ſurripiunt, & hinc inde ad ſe trahunt, & deuorant. Auaros nominat eos, qui nõ ſuis contenti, inhiant alienis opibus, aut vſura, aut alijs minus licitis contractib. Maledici verò, blaſphemi ſunt, & in Deũ, & in verbum eius, vel miniſtros Dei, vt Hymenæus, & Alexander, qui blaſphemabant, quos & Paulus tradit Satanæ, vt vltra diſcerent non blaſphemare: Aut certè obtrectatores in proximos. Et ab vno peccato, vt ſolet, occaſionem ſumit, vt in cętera crimina inuehatur, ac fortaſſis illa ciuitas Corinthi eiuſmodi peccatis, & criminibus refertiſſima erat. Nam & opulenta, & luxui dedita; & dicacitati, & ſcommatis ſtudebat.

Quam verum ſit, iniquos regnum Dei poſſeſſuros.
Ezech. 18.

Vtilis Canon intelligentiæ Scripturarum.

Quorum perniciosus error.

Fornicarij qui, & idolis ſeruientes, regnum Dei non poſſidebunt.

Quinam etiã ebrioſi, fures rapaces, auari, atq; maledici.

1. Ioan. 1.

Pauli artificiũ.

Poſtremò adijcit, *Et hæc quidam fuiſtis*. Vbi notandum eſt, veram lectionem habere: & hoc quidam, vt ſit pluralis numeri; non autem legendum, quidem, aduerbialiter, vt quidam codices deprauati habẽt. Ita enim Græci legunt & correcti Latini codices, & Oecumenius interpretatur: *Hæc*, inquit (ſcilicet peccata) *multi habebatis: indicans, aliquos eorum tales fuiſſe, non omnes. Nam & inter Gentes quidam inueniebantur bene morati, & iuſtitiã colentes; Deo tamen per ſe iuuante, vel per Angelorum miniſterium.*

Oecumen.

Et ſubdit: *Sed abluti eſtis*, ſcilicet per Baptiſmum fide ſuſceptum, & per pœnitentiæ lacrymas. *Sed ſanctificati eſtis*. Aucta mundicie, & ſanctitate per Spiritum ſanctum vobis infuſum. *Sed iuſtificati eſtis*. Nimirum per opera pietatis in Deum, & per opera iuſtitiæ, & miſericordiæ in proximos: vbi vnam & eandem rem multis verbis exprimit Apoſtolus, quo deterreat, ne rurſus eodem reuoluãtur: & gradatim à minoribus ad maiora aſcendit. Et intellige ablui nos à peccatorum ſordibus; ſanctificari à pollutione ſenſuum, & ſtudijs profanis; iuſtificari verò à reatu, & peccatis arguentibus conſcientiã.

Corinthij quomodo abluti, ſanctificati, & iuſtificati fuerint.

Poſſumus etiam non incongruè adaptare hæc tria: vt primum abluamur ad remiſſionem peccatorum: de in ſanctificemur accipiendo Spiritum ſanctum, qui infunditur cum virtutibus, vt ita demum iuſtificemur, iuſtique omnino reddamur. Et hæc *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Vt mediatoris, & redemptoris, per quem nobis tanta bona proueniũt. *Et in Spiritu Dei noſtri*. Quo ſanctificamur, & iuſtificamur, vt nemo gloriandi in ſe ipſo materiam captet, aut per Apollo, aut per Cepham, aut per Paulum ex iſtimet ſe eſſe conſecutum, quod per ſolum Chriſtum, aut Spiritum Dei haberetur.

Alter ſenſus illorum verborum.

Ablutionis, ſanctificationis huius autores.

Iam quæ ſuperſunt huius Epiſtolæ, in dubium ſunt reuocanda, quo mentem Apoſtoli magis accipere valeamus. Primum igitur ambigitur, hæc verba: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*, quare producantur & repetantur. Deinde quid eſt: *Omnia mihi licent*: nunquid peccata Chriſtiano licere poſſunt? Tertio quid ſignificat; Ego ſub nullius redigar poteſtate, videtur enim eſſe obſcurum, & minus ad rem. Quartò, quomodo Deus ventrẽ, & eſcas ſit aboliturus; cum venter ſit de integritate humani corporis, & in æternam vitam ſuſcitandus. Quintò quæritur quid ſit, corpus eſſe non fornicationi, ſed Domino; & Dominum corpori. Videntur enim hęc ſubobſcura ob ſui breuitatem. Sextò, quomodo qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea, & cur id per Scripturæ locũ probet: Erũt duo in carne vna: nam ibi ſermo eſt de coniunctione legitima maritali, non de immunda.

I. Dubium ſecundæ partis Capitis.

II. III. Dubiũ.

IV. Dubium.

V. VI. Dubiũ.

Gen. 2.
Matt. 19.

VII. Dubium.

Septimò, quomodo omne peccatum quod cunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat? Nam multa alia peccata per corpus perficiuntur, & ebrietas, & crapula, & luxuria corpus eneruant; & Prophetæ Baalitæ clamantes voce magna, incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine.

3. Reg. 18.

VIII. & vlt. dubium.

Poſtremò, quomodo membra noſtra ſint templum Spiritus ſancti, qui in nobis eſt: qui etiam verum ſit quod ſubdit. Et non eſtis veſtri, cum alias magis non ſimus noſtri, quàm cum in libertatẽ à Chriſto aſſerimur?

Prima ſoluitur dubitatio.

Quorſum hęc; Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, & quare inculcantur.

Ad primum dicendum eſt, Apoſtolum præoccupare, ſi quis eũ vellet arguere, minus rectè ab ſe reprehenſos Corinthios, qui in iudició ſibi vindicãt illatas iniurias; cum hoc ſit minimè in Euangelio prohibitum, ac proinde conceſſum ſit & licitum. Dixerat ſiquidem: *Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis*, & per hoc iam liberos euaſiſſe, & donatos Chriſtiana libertate, & omnia iam ſibi licere: Ideò ſubdit: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*. Porro hęc verba repetuntur; vt magis imprimantur Corinthiorum animis, & quaſi inſculpantur: quemadmodum etiam c. 10. non ſemel inculcantur.

Ad ſecundam dubitationem. Omnia quæ nam illa licebant Apoſtolo.

I. Senſus, qui refellitur.

Theodor. p. 2.

Quo in loco ſenſus minus probabiles refutandi ſunt, is verò, qui ad rem maximè facere videtur, explicandus, & confirmãdus. Sunt ergo nõnulli, qui putant eſſe ſenſum: Omnia poſſum, vel, Omnium eſt mihi poteſtas, etiam malorum; ſed non omnia mihi expediunt; nec omnia alios ædificant. Ita enim interpretantur Theodoretus, & Oecumenius. Prioris verba ſunt: *Omnia mihi licent?* Legendum eſt interrogatiuæ. Deinde reſpondendo: Sed non omnia expediunt. Hoc dicis, te non viuere ſub lege, & te eſſe tui iuris, & in tua poteſtate, & habere liberum eligendi arbitrium. Sed non ſemper tibi conducit tua vti poteſtate. Quando enim turpè aliquid, & inhoneſtum perpetraueris, libertate priuaberis, & peccati ſeruus efficieris.

Oecum. ca. 10.

Poſterioris verò: Vtique omnia quidem tibi licent, quoniam à Deo creatus es liberum habens arbitrium: at non temere faciendum eſt, quaſi tibi cõduceret edere, ſcilicet de idolothytis, de quibus eſt ſermon. 1. Cor. 10. Hæc illi, interpretantes, omnia eſſe in poteſtate noſtra, etiam illicita: ſed non omnia expedire, propterea quod contraria ſint ſaluti. Quem ſenſum etiam obiter tangit Ambroſius lib. ſecund. Offic. cap. 9.

Ambr. to. 1.

Pro nomine omnium in Scripture, peccatum minime

Verum in hunc ſenſum facit ratio quæ docet, in Scripturis per nomẽ, Omnia, non venire peccatum: nam ſi peccatum eſt nihil nõ ſolum nõ eſt omnia, ſed ne aliquid quidem. Nam cũ ait Paulus, *Charitas omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet*, & Propheta, *Omnia ſeruiunt tibi*: non intelligunt, etiam peccatum, quod animæ immũditia eſt.

me comprehendi.

1. Cor 13.

Pſalm. 118.

Impugnat etiam hunc ſenſum Ambroſius hoc loco dicens: *Quibuſdam videtur propter libertatem conceſſi arbitrij dixiſſe Apoſtolum: Omnia mihi licent, &c. Vt liceat fornicari, ſed non tamen expediat.* Et ſubdit: *Sed quomodo licet quod prohibetur; Aut certè ſi omnia licent, nihil poteſt dici illicitum. Sed licet, non tamen expedit. Hac ſuſurrant potius, quàm aſſerunt, aut immemores, aut negligentes. Dicit enim Ioannes Baptiſta ad Herodem: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Sed fortè Ioannes expers fuerit humani eloquij, inſpiratus in vtero: quia ſi hoc eſt, dicere debuit. Licet tibi, ſed non expedit. Sed & Dominus ſimiliter mulieri Chananeæ ait; Non licet accipere panem filiorum, & mittere canibus. Et iterum dicit Dominus Iudæis: Non legiſtis quid fecit Dauid, cum eſuriret, quomodo intrauit in domum Domini, & panes Propoſitionis accepit, quos non licebat ei edere? &c. Omne ergo quod prohibetur, non licet, ſed aliquãdo interueniente cauſa aliqua non expedit.* Hactenus Ambroſius. Licita ergo ſunt, quæ nulla lege prohibentur: conducunt verò, ſiue expediunt, quę vtilia ſunt ad ſalutem, & vitã æternam.

Idem tom. 1.

Marc. 6.

Luc. 1.

Matth. 15.

Supra. 12.

1. Reg. 21.

Licita quæ nõ ſint, quæ expediant.

Alter ſenſus, qui probatur.

Loquitur autem Apoſtolus de rebus medijs, & indifferentibus, quæ nec ſunt præceptæ à Deo, nec prohibitæ, & quæ ex genere ſuo & natura indifferentiam habent: vt litigare, & damni repenſationem iudicio petere, edere cibos nonnullos, de quibus ca. 10. inferius dicet, *Omnia mihi licent, ſed nõ omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.* Et declarans de quo eſſet ſermo, ſubdit: *Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.* Et tamen in his omnibus quæ licent, cùm ad dilectionem referuntur, conſulenda eſt charitas, & prudentia, ne quicquam cum alterius ſcandalo faciamus, cùm alibi dicat, *Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.* Et paulò antè dixit ibidem: *Omnia quidem ſunt munda: ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat.* Quid eſt dicere: *Omnia quidem ſunt munda*, niſi hoc quod hìc dicit: *Omnia mihi licent?* Et quid eſt dicere: *Sed malum eſt homini, qui per offendiculũ manducat*, niſi, *Sed non omnia expediunt?* Bernardus li. 3. de conſideratione ad Eugeniũ: *Spiritualis homo, qui iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur, omne opus ſuum trina quadam conſideratione praueniet: Primum quidem an liceat;*

1 Cor. 10.

In rebus licitis habenda eſt ratio charitatis.

Rom. 14.

Hæc verba Apoſtoli: Omnia mihi licent, ſed nõ omnia expediunt, quibus alijs eiuſdem reſpõdeant.

B. Bern. à medio. lib.

1 Cor. 2.

Spiritualis homo omnia iudicans, omne opus ſuum (vt ait Bernardus) qua trina conſideratione præueniat.

ceat, deinde an deceat, poſtremò an expediat. Nam etſi conſtet in Chriſtiana vtique philoſophia non decere niſi quod licet, non expedire, niſi quod decet, & licet: non continuò tamen omne quod licet, decere, aut expedire conſequens erit. Hæc illc.

Solutio tertia dubitat.

Quid eſt: Ego ſub nullius redigar poteſtate.

Impatientes iniuriarum, quorum ſerui efficiantur.

Ad tertium, quod ait: *Sed ego ſub nullius redigar poteſtate*: hunc egregium ſenſum capere poteſt. Verè enim is ſeruus eſt, qui impatiens iniuriæ illatæ, & eam vindicare volẽs, cõtinuò fit ſeruus hominum, id eſt, aduocatorum, iudicum, procuratorum, teſtium, ſcribarum, & multarum rerum quarum dominatum ferre, valde eſt homine indignum. Qui autem fert iniurias & fraudes; dominus fit omnium, etiam illorum, qui iniuriam intulerunt: quod tamen animalis homo non intelligit.

Quid item: Ego ſub nullius redigar poteſtate.

Alius ſenſus eſſe poſſet. Cum mihi omnia licerent, & poſſem à vobis victum, & veſtitum exigere; non ſum tamen hac poteſtate vſus, ne ſub alicuius poteſtatem redigerer, id eſt, ne cui ſubeſſem, & eſſem alicui obnoxius. Videtur enim quis alicui ſubeſſe, à quo munus accepit. Etſi ergo multa vobis debeantur, de his tamen in iudicio contendere, neque æquum, neque dignum videtur. Hic ſenſus verus eſt, dubito tamẽ an ita ſit cõſonus Textui atque præcedens.

Quarti dubij ſolutio.

Circa illud: Deus vẽtrem, & eſcas deſtruet: quid producatur

Oecum. c. 12.

Quarto dubio reſpondendum eſt de his verbis: *Eſca ventri, & venter eſcis; Deus autem & hunc, & has deſtruet*, dicendum eſt, exemplũ produci ad firmanda dicta de re indifferẽti, teſte Oecumenio, & ſermonem ad alium hominis affectum trãsfert: inuehitur enim in eos, qui gulę ſunt dediti, & ventrem pro Deo colunt. Vtendum autem eſt rebus externis, & indifferentibus ad vitæ præſentis neceſſitatem, quæ inſtar vmbræ tranſit, & vapor eſt ad modicum durans teſte Iacobo. Eſcę igitur à Deo cum ſint creatæ, vt corpus confirment; earum neceſſitatem nemo prohibet. & veſci quibuslibet licet, ſed ſuo tempore, & loco, & moderatè: alioqui ſi nõ ſeruetur mediocritas, ſeruus vini, & eſcarũ, & ventris fiet. Idcircò non eſt in horum gratiam admodum laborandum, vt propterea homo ad litigandum adigatur. Oſtenditque finem horum nõ eſſe magni faciendum ob ſui vilitatem, quandoquidem eſca datur ventri ad ſaturitatem, venter verò eſcis, vt eas excipiat: qui etſi nobilior ſit quàm eſca, Dominus tamen & hunc, & has deſtruet, ſiue, vt alij vertunt, abolebit, Auguſtinus verò, euacuabit. Ita enim Apoſtolus inferius cap. 13. vbi habetur: *Siue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur, ſiue prophetiæ euacuabuntur*, per vnum & idem verbum Græcum expreſſit, nimirum καταργήσει: quia

Iacob. 4.

Eſcis moderatè vtendum.

Illud, Eſca ventri, & venter eſcis, quid ſignificet.

B. Auguſt. li. 2. de adulterinis coniug. ad Pollentium c. 14. à medio, to. 6. ſub fin.

in cœlis corpus immortale cibis iſtis nõ indiget, nec venter amplius erit ad decoctionem eſcarum, quia omnia euacuabuntur, & deſtruentur: vt enim ibi nec viri ducent vxores, nec fœminæ nubent, vt dixit Dominus: ita neque comedent, nec bibent, neque dormient. Non ita tamẽ, vt corpus immortale maneat ſine ventre, quod eſſet fœdum & deforme: ſed quia eius vſus amplius non erit: quemadmodum ſigna vtriuſque ſexus remanebunt ad eius integritatem, dici tamẽ poſſunt euacuari, quatenus earum partiũ functiones & vſus nulli remanebũt, dicente Domino; *In reſurrectione neque nubẽt, neq; nubentur*. Scio alios ſenſus huic loco tribui, ſed hic videtur ſimplicior, ac dilucidior.

Si Deus ventrem humanũ deſtruet, humanum corpus quomodo conſtabit.

Matth. 22.

Quinto loco dubitatum fuit, quomodo corpus non ſit fornicationi, ſed Domino, & Dominus corpori: Reſpondeo, ne quis exiſtimaret corpus eſſe deſtruendũ ſicut ventriculus, quoniam in alia vita non accipiet eſcas, Apoſtolum indicare ex ipſo fine corporis non ſic de illo futurum: quia corpus ordinatum eſt à Domino, ab eo redemptũ, & membrum eius factum, vt ſeruiat ſibi, cuius ſeruitio eſt mancipatum: ſicut infra ait: *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro*; & alibi, *Exhibete membra veſtra arma iuſtitiæ Deo*. Et aſſerit excitatum à morte eadem potentia, qua Chriſtus corpus ſuum excitauit, vt intelligant Corinthij, cùm partes ſint, & membra corporis à mortuis excitari, cauẽdum ne corpora ſua ſcortationibus contaminent, ideò enim Verbum Dei æternum aptauit ſibi corpus, vt caput noſtrum eſſet, & frater. Quare ſubiungit: *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti?* Sumus enim nos os de oſſibus eius, & caro de carne eius: mẽbra ergo ad ſe attracta, iuxta illud: Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipſum, per acquiſitionem, & renouationem Spiritus ſancti membra ſua videtur effeciſſe, atque hoc per expolitionem videtur dictum: nam illud, Corpus Domino, & Dominus corpori, breuiter, & obſcurè dictum erat. *Tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit?* Ac ſi diceret; ſi te cõmiſceas meretrici, membratim quantum in te eſt, diſcerpis Chriſtum. Quod ſi fornicator membra ſua facit mẽbra meretricis, ex commixtione ergo illa naturaliter naſcitur hoc debitũ, vt vlterius nõ ſit proprium corpus, ita vt in hanc perplexitatem ſe conijciat ſcortator, vt corpus ſuum ex natura illius facti, meretrici obligatum inueniatur, & tamen peccet, quãdo ei debitum reddit, quoniam Deo non aſſiſtente, & actum illũ reprobante, factum eſt.

Ad quintam dubitationẽ. Ad quem modum non ſit corpus fornicationi, ſed Domino, & Dominus corpori.

Rom. 6.

Cur ſibi humanum corpus optauerit Filius Dei.

Pſalm. 39. & Heb. 10.

Corpora noſtra quare mẽbra ſint Chriſti.

Ioan. 12.

Hoc: Tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit: quod ſignificet.

Sextò

Solutio ſextæ dubit. Adhærens meretrici, vt vnum corpus efficitur cũ ea

Sexto loco quærebatur, quomodo qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea? Dicendum, quo cum illa copulatio à Deo non ſit,& ſecũdum rationem naturalem debeat eſſe duorum, & non plurium;neque ad tempus,ſed in perpetuum; neque ſecundum,actum tantum,ſed ſecundum debitum,quo inuicem illa duo,viri,& mulieris,corpora effecta ſunt,ita vt corpus mulieris non poſſit eſſe alterius viri, aut viri alterius mulieris: vnde nata eſt illa carnalis copula coniugium efficere,& niſi per mortem indiſſolubile: ideo quicunq; carnaliter cognoſcuntur alia mente quam iſta peccant, & hanc mentem præſtare lege tenentur,& ita habendum,ac ſi verum coniugium eſſet in hoc,vt naſcatur mutua corporum obligatio,non in hoc, vt licite poſſint coniungi ſimul,ſed in eo,vt non poſſint eſſe alterius:hoc enim merentur omnes ex ipſo actu.

Qui adhærent meretrici, vnde poſſint alteri cõiungi.

At quoniam periculum graue eſſet,ſi iſti arcerentur à matrimoniis & contrahere tantum cum meretrice cogerētur. idcirco Dei indulgentia factũ eſt, vt poſſit quilibet fornicandum cum alia contrahere: quia qui mille meretrices tetigiſſet, cum tot contrahere cogeretur: & meretrix à mille viris cognita,lege conſtringeretur cum totidem illis contrahere:quod perabſurdum eſſet,& maxime incõueniens. Quare clementia diuina,vt dixi, poteſt quiſque ſcortator cum qua velit, matrimonium inire, non tamen cum conſanguinea meretricis ſe cognitæ: quoniam affinitas in eorum odium durat, vt iura Canonica docent.35.quæſt.5.ca.De inceſtis.Et prohibet eiuſmodi matrimonia vſque ad quartum gradum,ex Concilio Agathenſi cap.61. Et iure nouo Concilii Trident.ſeſſ.24.cap. 4. ad duos primos gradus reſtringitur. Sicut enim qui importune poſt ſolutam legem Moyſi circumciditur, quod tamen facere non deberet,conſtituit ſe nihilominus debitorem vniuerſæ legis faciendæ,tanquam ſi legitime circumcideretur,quia hoc ſecum afferebat ipſa Sacramenti natura: Ita & qui copulam init cum muliere,etſi illegitime, quam tamē debuit legitime accipere,in ſui odium obligauit ſe mulieri,& infecit corpus ſuum illa macula & vice verſa mulier,quę viro corpus ſuum ad tempus commiſcuit.

Conſanguineæ meretricis cui iungi nequeant.

Concil. Agathenſ.

Gal.5.

Illud: Erũt duo in carne vna,quã aptum ſit & accommodatum propoſito meretricis. *Gen.2.* *Caietan.*

Quod vero allegauerit Apoſtolus verbum Adæ: *Erunt duo in carne vna*, ad hoc reſpõdens Caietanus, aſſerit, quod etſi Adam dixerit verba illa de coniugatis: Paulus tamen extendit ea ad fornicantes propter rationis identitatem : nec differunt inter ſe niſi ſicut ſimpliciter, & ſecundum quid, vt ita dicam. Nam coniuges ſimpliciter ponunt corpora in communi poſſidenda, & in perpetuum, fornicantes autem pro tempore ponunt quidem in communi corpora,ſed ignorant quod illa copulatio carnalis vim habeat obligandi corpora in perpetuum.Ex qua obligatione intra quartũ gradum oritur impedimentum inceſtus,vt dictum eſt.

Coniugalis copulæ, & fornicariæ quanta ſimilitudo.

Qui autem adhæret Domino,vnus ſpiritus eſt. Sub intelligendum eſt,cum eo,ita vt vnus ſpiritus ſit cum eo in perpetuum. Atq; hoc producit, vt doceat,arctiorem eſſe coniunctionem Chriſti nobiſcum,quam viri cum vxore;& ideo longe illi eſſe præferendam, vt ſumma caſtitate,& fide colatur Deus. Si enim qui cum vxore copulatus eſt,non debet cum ſcorto corpus ſuum miſcere;multo magis nefas eſt fidelibus, qui non tantũ vna caro ſunt cum Chriſto, ſed etiam vnus ſpiritus.

Quare qui adhæret Domino, vnus ſpirit' ſit cum eo.

Sequitur quod ſeptimo loco propoſitum fuit: *Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Amplificat hoc loco Apoſtolus negotium fornicationis,& quantum poteſt,à ſcortatione dehortatur. Et victoria fornicationis, quemadmodum & peſtis, non eſt aliud quam fuga: quemadmodũ fecit Ioſeph cum domina ſua, quæ petebat vt ſibi commiſceretur quia relicto pallio in manu dominæ, aufugit. Et eſt cum illa more Parthorũ pugnandum,ſcilicet fugiendo,& iaciendo ſagittas retro,vt ille dixit: & egregie Baptiſta Mantuanus:

Quomodo teſte Apoſtolo, cum fornicatione luctãdum.

Gen.39.

Hanc contra certare caue; nam vincere vinci eſt.
Vincere terga dare,& retro veſtigia ferre.

Virg.li.3. Geo.prope init.

Et propterea prudēter admonet: *Fugite fornicationem*; cum cõtra ſuperbia erigat caput & totam ſe Deo opponat.

Superbiæ proprium

Hactenus igitur Apoſtolus cum argumenta attuliſſet partim aſſumpta ex contumelia quæ Chriſto infertur, cuius membra ſumus; partim ex contumelia quæ fit Deo, cuius vnus ſpiritus ſumus: iam tertio ducit argumentum ex honore, qui proprio corpori debetur, in quod ſcortando peccant, vt ſaltem ſui ipſorum amore abducãtur ab hoc peccato. Nam qui ſibi nequã eſt, cui alii bonus erit?

Triplex cauſa fugiendi fornicationem.

Eccl.14.

Iam duæ ſunt propoſitiones huius ſententiæ: prior : *Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus eſt*(altera, *Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Et prior quidem ſentẽtia falſa videtur, quia multa alia peccata ſunt, quæ non ſunt extra corpus, ſed in proprium corpus, vt ingurgitationis vinolentiæ, ebrietatis, & eiuſmodi, quæ corpus

Ad VII. dubium Quã verũ ſit, omne peccatum hominis extra corpus eius eſſe

1. Reg. 18.

pus eneruant, & mortem accerſunt: vt taceam prophetas Baal carnem ſuam lanceolis vulnerantes, & ſanguine corpus perfundentes: & Circumcelliones hæret eos, qui calce, & aceto ſeipſos ex oculabant, & exaltis locis ſe præcipites dabant. Dicendum tamen multa eſſe peccata, quæ extra corpus eſſe dici poſſunt, etiamſi illud debilitent, ac eneruent, aut dehoneſtent: vt ſunt quę obiecta ſunt; & in ratione effectus corpori vehementer noceant: Sola autem fornicatio (quæ ſecunda eſt propoſitio) in corpori ſui iniuriam tendit, dũ illud reddit obnoxium ſeruituti meretricis, etiamſi alioqui fornicatio corpori non noceret. Quæ quo magis explicentur, attende, B. Hieronymum epiſtola ad Amandum, & tribus quæſtionibus interrogatum, reſpondere ad huius loci intelligẽtiam producendo plures ſenſus. Primus eſt. *Qui fornicatur*, in corpus ſuũ peccat, dum templum Chriſti, facit corpus eſſe meretricis. Secundus, qui fere idem videtur: *Quicquid*, inquit, *egerimus in alios agimus: fornicatio non ſolum conſcientiã fornicantis, ſed & corpus maculat: ac ſecundum ſententiã Domini, qua ait: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem &c. etiam ipſe cum meretrice vnum corpus efficitur.* Tertius producit, quod ſecundum Scripturam vxor viri corpus ſit Et quicunque fuerit fornicatus, peccat in corpus ſuum, cum illud ſua fornicatione commaculet, & faciat eam non peccantem ſua fornicatione peccare. Quam intelligẽtiam magni facit hoc loco Oecumenius. Sed hic ſenſus ob id non placet, quia ſi fornicatur, vxorem non habet, & tamen fornicetur, iſte certe nullã infert iniuriam vxori, quam non habet.

Fornicans cur in corpus ſuum peccet.

B. Hier. epiſt. 147. c. 3

Triplex eius dicti intellectus D. Hier.

Mat. 19. Geneſ. 2.

Oec. c. 5. Ex his ſenſibus qui minime probetur.

B. Auguſt.

Dictus Oecumenius poſt nonnullas ſententias Patrum allatas, producit de integro decem alios ſenſus. Beatus Auguſtinus intelligit de fornicatione ſpirituali. Sed hoc longe ab ſcopo Pauli, & veritate diſtare videtur: quia de carnali fornicatione ſermonem Paulus inſtituerat. & ne ſic quidem e labũtur: quia peccant aduerſus Chriſti coniunctionem, qui ſe coram idolo proſternunt.

Probabilior intellectus: quomodo qui fornicatur in corpus ſuũ peccat.

Dicendum ergo, hunc locum ita explicãdum eſſe: *Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat*: non ſolum enim iniuriam facit corpori ſuo, dum illud pro indiuiſo ponit cum corpore meretricis, quo res eſt viliſſima, ac ſordidiſſima: ſicut ſi quis pro indiuiſo poneret rem nobilem cum re ignobili ac vili, iniuriam certe magnam inferret nobili; verũ etiam, quia ex natura copulationis cum meretrice obligauit corpus liberum viri, & obnoxium reddidit iuri, & poteſtati meretricis: ſicut corpus meretricis remanet obnoxium poteſtati ſecum fornicantis, vt ſuperius Apoſtolus dixit: quod miror non eſſe ita ab interpretibus apprehẽſum, vt par erat. Neq; dixit Apoſtolus, Per corpus peccat, quis enim id ignorare poterat; ſed, In corpus ſuum peccat; id eſt, in iniuriam proprii corporis peccat.

Quam turpis & inhoneſta ſeruitus meretricis.

Non ergo prorſus negat Apoſtolus, quin aliis vitiis, & peccatis dehoneſtetur, & probro afficiatur corpus noſtrum; ſed illam eſſe ſummam, & grauiſſimam iniuriam ſignificare voluit, quæ liberrimo, & nobiliſſimo corpori infertur, illud remanere obnoxium ſeruituti meretricis.

VIII. q. ſol. Membra noſtra vt ſint tẽplum Spiritus ſancti.

1 Cor. 3. Ierem. 23. Virg. eclog. 3 circa medium.

Ad poſtremum, addit Apoſtolus: *An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti qui in vobis eſt quẽ habetis à Deo, &c.* Primo loco dixit Apoſtolus, membra noſtra eſſe templa Dei, ſecundo membra eſſe Chriſti, tertio nominat iam Spiritum ſanctum, qui dicitur eſſe in nobis intermedio gratiæ dono: nam etſi Deus impleat omnia, & Deo omnia ſint plena, per gratiam tamen nobis ineſſe dicitur, quo dono magis ei aſſimilamur, per quod filii eius nominamur, & ſumus. Quod ſi Spiritus ſanctus creatura eſſet, certe templum non haberet ſed ipſe templum eſſet Dei. Quod ſi Chriſtus dicitur templum Dei, non hoc ratione diuinitatis, quam communem habet cum Spiritu Sãcto, ſed ratione humanitatis, de qua dixit Ioannes: Ille autem dixit de templo corporis ſui.

1. Ioan. 3. Spiritum ſanctũ eſſe Deum, aduerſus Eunomium, & ſimiles. Ioan 2.

Cur nos nõ ſumus noſtri, ſed Chriſti Redẽptoris.

Subdit: *Et non eſtis veſtri. Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Vere nullus eſt ſui iuris, quia Redemptoris omnes ſumus, quia ſeipſum in pretium redemptionis dedit pro omnibus nobis: ideo concludit: *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Græca litera non habet, portate, ſed tantum, Glorificate Deum in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei. Quo verbo monet Apoſtolus vt glorificemus Deum in corpore noſtro, illud reddendo templum dignum Maieſtate ſua, cum non habeat ſocium in dominio, niſi quem ipſe probauerit. Sic & glorificanda ſunt in noſtro ſpiritu quæ ſunt eius id eſt, pretioſa illa dona, vt ſeruemus ea illibata in aduentum Domini, vt agnoſcat Spiritus ſanctus in nobis quæ ſua ſunt. Recte tamen habet lectio Latina: *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* vult enim Chriſtus, vt eius efficiamur iumenta ipſum portantia, quemadmodum ipſe portauit nos; & ita iugum Euangelicum fiat ſuaue, nobiſcum illud Chriſto portante: vt ita per hanc ſocietatem glorioſi redditi à Dño facilius

Deum vt glorificemus in corpore noſtro

Hęc lectio Latinorum Glorificate & portare, &c. cur minime reiicienda.

Mat. 11.

cilius

cilius glorificare poſſimus Deum, qui ſolus omni glorificatione,& honore ac laude dignus exiſtit.

DISPVTATIO X.

In illa verba Apoſtoli: *De quibus autem ſcripſiſtis mihi, Bonum eſt homini mulierem non tangere : Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquaque ſuum virum habeat. Vxori vir debitum reddat; ſimiliter autem & vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir, &c.* Cap. 7.

Huius Capitis partes tres.

DIFFICILLIMVM eſt præſens Capitulum,& multas, magnique momenti difficultates,ſi attẽte legamus,compleƈtitur:quas quo melius elucidare,& expedire valeam, Capitis huius verba in tres partes ſecunda duximus. Prima quidem continebit omnia à principio, vſque ad illud; *Dico autem non nuptis & viduis:bonum eſt illis,ſi ſic permanſerint ſicut & ego. Quod ſi non ſe cõtinent,nubant:melius eſt enim nubere,quam vri.* Secunda ſeƈtio à prædiƈtis verbis initium ſumet,vſque ad illud; *Nam cæteris ego dico non Dominus,ſi quis frater vxorem habet infidelem,&c.* vſque ad: *Et vir vxorem non dimittat.* Tertia ſeƈtio incipit ab iiſdem verbis, *Nam cæteris ego dico,non Dominus,&c.* vſque ad: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo,* in finem vſque totius Capitis, vbi duę diſputationes agitandæ ſunt, vt multas dubitationes abſoluamus. Prima quidem incipiet ab illis verbis, *De virginibus autem præceptum Domini non habeo,conſilium aũt do,* vſq; ad illud: *Hoc itaque dico, fratres, tempus breue eſt:reliquum eſt,vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint:* Altera vero Diſputatio exordium ſumet à prædiƈtis Apoſtoli verbis in finem Capitis totius.

Secunda.

Tertia.

Septimi huius Capitis argum.

Aggreditur igitur Paulus hoc loco traƈtare de matrimonio, viduitate,& virginitate,& quid de illorum ſtatuum differentia ſtatuendum ſit : quod poſt peccatum diſſenſionis,& inceſtus nefandi, & litigandi cum fratribus ardorem apud infideles,hoc loco explicandum occurrit.

Primum dubium.

In prima ſeƈtione igitur hæc occurrunt dubia.Primum,etſi leue ſit : *De quibus autem ſcripſiſtis mihi,* quia videtur clauſula imperfeƈta,quia deeſt verbum. Quid item illud erat,de quo ad Paulum ſcripſerant Corinthii.

Secundum

Secundum graue dubium eſt,quomodo ait,Bonum eſſe mulierem non tangere;quia per contrarium malum eſſet mulierem tangere:ceſſaret etiam mundus,hominum generatione deficiente, & viro vxorem ſuam non tangente.Scriptura etiam vetus videtur huic ſentẽtiæ reclamare,quę ait: *Non eſt bonum,hominem eſſe ſolum : faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Tertium dubiũ eſt,quid ſit,quod ait; *Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat,et vnaquaque ſuum virum habeat:* nam multi ex antiquis tradunt,non eſſe finem ineundi matrimonii,vitare fornicationem propriam, vel alterius coniugis, ſed tantum propagationem liberorum ad Dei gloriam, quæ ſi haberi non poſſet,non eſſet ineundum matrimonium.

Geneſ 2. Tertium.

Quartum, ex his etiam Apoſtoli verbis,quæ videntur vim præcepti habere,colligunt hæretici, Sacerdotes miniſterio altaris addiƈtos, Monachos item ac virgines,quæ ſuam virginitatem Deo conſecrarunt, libertatem ex Pauli verbis accipere, vt poſſint ad coniugium libere conuolare.

Quartum.

Quintum circa illud , *Vxori vir debitum reddat,* ſeu,vt Græca leƈtio habet,mutuam beneuolentiam,quid voce debiti intelligat, vel debitæ beneuolentiæ.

Quintum.

Sextum dubium eſt,qua ratione vir poteſtatem ſui corporis non habeat ſed vxor; & vxor ſui corporis poteſtatem non habeat , ſed vir; cum ſępe videamus vnumquemque coniugum ius corporis ſui pro voluntate ſua poſſidere,& communicare corpus ſuum coniugi ſuo nolle,nec in ea re ſcrupulum vllum habent, aut quidquam ſe peccare putant.

Sextum.

Septimum,quæ eſt ſpecies fraudis quæ admittitur in coniugio;& ſi eſt lethalis niſi ſit ex mutua cõſenſione ob tempus orationis, ieiunii : & de quibus precibus , vel ieiuniis ſit ſermo ; & an includatur tempus quo communicatur Corpori Chriſti.

Septimum

Oƈtauum dubium eſt,quomodo præcipit Apoſtolus, vt coniuges ad rem vxoriam reuertantur;cum tamen paulo poſt dicat hoc ſe dicere ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium: & videtur ſibi contradicere,qui prius dixerat , *Bonum eſt homini mulierem non tangere.*

Oƈtauum.

Nonum, circa illa verba: *Volo autẽ omnes homines eſſe ſicut meipſum: ſed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, vnus quidem ſic,alius vero ſic* : quomodo ſcilicet vult Apoſtolus omnes eſſe caſtos,cum non ignoraret Deum hoc ipſum non velle. Si enim hoc vellet,vbi eſſet generis humani propagatio?

Nonum & vlt.

Primæ ſolut. dubit.

Ad primum breuiter dicimus, ſupplendum eſſe verbum aliquod vt perfeƈta ſit oratio,nempe:De quibus ſcripſiſtis mihi,re-

ſpondeo, vel ſcribo, vel ſentio: quod ſæpe breuitaté affectãres omittere ſolét. Quod vero ſcripſerint Corinthii ad Paulum, non ſatis ex ipſo Textu conſtat. Ex reſponſis tamen colligimus, tria fuiſſe ad eum ſcripta, vt quibuſdam videtur.

I. Quæſitum.

Primum, an coniugati olim, & poſtea ad Chriſtum conuerſi, deberent ab omni congreſſu, ſine actu coniugali continere ſeipſos: ita enim à quibuſdam doctorib. ſuis perſuadebantur, audientes, cœlibatum rem eſſe excellentiorem, & ſanctiorem; & quod propter Chriſtũ eſſent vxores dimittendæ, quodq; Dominus beatificaſſet eunuchos, qui ſe caſtrauerũt propter regnum cœlorum. Et quia ſcortationis, & coniugii actus nihil illis, aut parũ differre videretur, cum tantum carnem ſeparent.

Mat. 19.

II. Quæſitum Corinthiorum ex Paulo.

Secundo ſcripſerãt de illis matrimoniis, in quibus vna pars eſt infidelis altera fidelis, & an poſſent tales generationi incumbere, & ſimul manere; & an, ſi altera pars diſcederet, liceret parti fideli nouũ inire coniugium, an manere debere inconiugatam.

Tertium.

Tertium de virginibus, & puellis inconiugatis, an poſſint earum parẽtes eas nuptui dare, an melius eſſet eas in virginitate cuſtodire. Ad quę omnia pro ſua ſapientia, & ſpiritu quo præditus erat Apoſtolus reſpõdit.

De coniugio quid ſentiendũ tradiderit Apoſtolus. *Theodorit. par. 2.*

Et primum quidem dubium de coniugatis ſic ſoluit Theodoritus, vt continẽtiam quidem laudet, fornicationem vero vituperet, coniugalem autem coniunctionem concedat. Et continentiam laudat in genere, dicens; *Bonum eſt homini mulierem non tangere.* Pro cuius ſententiæ intelligentia, diligenter ſunt hæc quinq; verba, nimirum Bonum; deinde Eſt; tertio, Homini quarto, Mulierẽ, quinto, Non tangere, expẽdenda, quia non deſunt pulchrę difficultates, quas opus eſt expedire.

Vt ſit bonũ homini mulierem non tangere. *Pſal. 72.*

In primis ergo perpendendum eſt, duplex bonum dici, alterũ quidem vt finis, alterum vero vt cõducens aliquid ad finem. Si quis ergo quærat, an mulierem non tangere, ſit illud bonum quod eſt finis. Nequaquam, reſpõdebimus: nam bonum quod eſt finis, illud eſt, de quo Propheta, *Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam:* quodcunq; igitur cõducit ad hanc adhęſionem hominis cum Deo, aut quo facilius fiat, non eſt bonum vt finis, ſed eſt bonum ad finẽ, quod vtile dicitur. Quia igitur inter cætera, quæ plurimũ conducunt ad hanc hominis adhæſionem cum Deo, eſt, non alligari coniugio, vt experientia docet; ideo non eſt bonũ vt finis ſed bonũ vtile ad finem.

Cœlibatũ homini ad adhærendum Deo, multũ conducere.

Quod autem cœlebs hominis vita conferat ad illud verum bonum quod eſt finis, inde probatur: quia homo in hoc ſtatu adhæret Deo per gratiã, ſeruiẽdo illi ex charitate, animo, & corpore, & actione.

I. Argum.

Animus quidem tanto liberius ſeruit Deo, quanto magis eſt alacer, & explicatus à carnalibus curis, ac deſideriis, quib. detineri, & alligari ſolet. Nihil etiam eſt, quod magis deiiciat animũ ab arce virtutis ſuæ. imo magis rationem, & opus mẽtis abſorbeat, quam congreſſus ille carnalis in coniugio: vnde & naturaliter vnũquemque in eo opere pudet.

II. Argum.

Deinde quod ad corpus attinet, ſeruus eſt quilibet addictus cõiugi: vnde corpore ſeruire Deo perfecte, non valet. Hinc Cicero interrogatus, cur repudiata Terentia, alteram non duceret; acute reſpondit, ſe non poſſe ſimul Philoſophiæ, & vxori operam dare.

III Argũ.

Tertio, quod ad actiones attinet, & curas domeſticas, tũ ipſius vxoris, & filiorum, tum domus, & ſeruorũ, tot curæ exiſtũt, quæ ipſum animum facile obruunt, vt impoſſibile ſit oneratos curis familiæ, vt ſui ipſorũ meminiſſe, aut diuinis toto corpore incũbere poſſe.

IV. Argum

Quarto, quia abſtinentia hæc ab vxore propter Deum aſſumpta, cum ſit aduerſus carnem, & ſanguinem, plurimum meriti ſibi apud Deum comparat, & tanquam quoddam indefinens ſacrificium exiſtit. Conducit ergo ad adhæſionem maiorem, & ſtrictiorem cum Deo. Vnde Eccleſ. 26. habetur; *Omnis ponderatio non eſt digna cõtinentis animæ.* Continentia ergo ab vxore bonum eſt vtile, & quam plurimum conferens ad verum bonum, quod eſt adhære Deo, comparãdum.

Eccl. 26.

Si bonum eſt mulierem non tangere, ergo mulierem tangere quod eſt oppoſitum bono dicto, malum eſt Sic. n. arguit Hieronymus libr. 1. aduerſus Iouinia. & in Apologia pro libris contra Iouin.

Hier. to. 2. ſub init.

Si ergo ſe abſtinere ab vxore, bonum: ergo non ſe abſtinere, & proinde vxorẽ accipere, eſt malum; quod ſi malum, ergo peccatum: ſi peccatum, ergo non licet coniungi cum vxore: reprobauit igitur Hieronymus nuptias, quod eſt cõtra mentem Apoſtoli per totum hoc cap.

Quo ſenſu Hieron. homini cõiugium, malum eſſe dixerit.

Ad quod reſpõdens Hieronym. ait, ſycophantas eſſe, quotquot dicerent ſe nuptias damnare, nec intellexiſſe quid ſcripſerit, quoniã nõ continuo quod malum eſt, etiam peccatum eſt. Nam illud malum quod opponitur bono vtili, nõ eſt peccatum, ſed eſt malum, hoc eſt, non vtile, neq; congruum, vtpote non ita conducens ad verum bonum; id eſt ad finem, ſicut cõducit abſtinere à nuptiis, & tamen nõ eſt damnabile, quia licet non conferat ad illud, non ob id confeſtim eſt contrarium illi cum DEO adhæſioni, quæ eſt per charitatem, & gratiam: poteſt enim homo alligatus vxori etiam pro modo ſuo, Deo adhærere. Sicut ergo hic verbum

Coniugiũ cur minime damnabile.

Græcum καλὸν, ſiue Latine bonum, accipitur pro commodo, iocũdo, pulchro, quieto, congruo, expedienti, atque adeo honeſto; ita malum huic bono oppoſitum accipiendum eſt pro incommodo, & minus iocundo, vtili, & honeſto: ſed nõ omne quod incommodum eſt, peccatum nobis dici poteſt, licet malum quoddam ſit. Multa enim incommoda ferimus in hac vita gratia neceſſitatis, quæ non parum abducunt nos à bono illo perfecto quod eſt Deo hærere, quæ non tantum ſunt peccata, imo etiam, ſi patienter tolerentur, conducunt ad maius patientiæ meritum.

Mala, ſeu incommoda non omnia ſunt peccata

Quod vt aliquo illuſtremus exemplo; Ieremiæ dictum eſt à Domino; *Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij, & filiæ in loco iſto.* Non quod Spiritus ſanctus ibi velit dãnare nuptias, ſed quod incommodum tũc eſſet eo loco vxores accipere, quæ ob ingruentes plagas Domini Morte erant abſumendæ. ¶Si quis item diceret, Non eſt bonũ edere, bibere, aut dormire, is propterea haud vituperaret eſum, aut potum, aut ſomnum tanquam res vitioſas: ſed quod tantũ ſpiritui decedit, quantum his rebus impenditur. Et tantum intelligit beatiores Apoſtolus, qui illis auocamẽtis à cœleſtib. meditationibus eos impedientibus carẽt. Adde, quod cum Hebræorum mos ſit poſitiuis vti pro comparatiuis, ita legendum, eſt, *Melius eſt homini mulierem nõ tangere.* Ex quo tamen non licebit arguere; igitur tangere malum erit. Sed recte inferet, ſi dicat, Ergo tangere, minus bonum erit. Ita etiam, bonum accipit Dominus, cum ait: *Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille*, id eſt melius Tale eſt & illud; *Bonũ eſt confidere in Domino, quã confidere in homine*, Ita etiam Luc. 10. iuxta Græcam literam legimus, *Bonam partem elegit ſibi Maria*, hoc eſt meliorem, etſi interpres noſter per ſuperlatiuum vertit καλὴν μερίδα hoc eſt optimam partem.

Coniugiũ interdum non tanquã malũ prohiberi, quib. conſtet exẽplis *Ier 16.*

Id Apoſtoli: Bonum eſt homini mulierem non tangere, quid more Scripturæ.

Mat. 26. Pſal 117. Luc. 10.

Sunt tamen etiam Hæretici, qui ex oppoſito argutantur, obiicientes, matrimonium à Deo præceptum eſſe; nihil autem præciperetur à Deo, quod malum eſſet, vel quod non eſſet bonũ, & ſanctum: *Creſcite*, inquit *& multiplicamini, & replete terram.* At profecto eadem verba dixit cæteris animantib. Vt igitur non fuit præceptum animantib. cuius capacia non erant, ita forſan dici poſſet non fuiſſe præceptum hominibus, & ita liceret eludere eorum argumẽtum. Nos tamen fatemur, præceptum eſſe in illis verbis, nec propterea quicquam contra noſtra dicta facit. Nam præcepit hoc hominibus, & reliquis animantibus, quatenus tamen eorum genus capax erat præcepti illius: quemadmodum etiam dicitur aquis legem tuliſſe, ne tranſirent fines ſuos; hoc eſt illam indidit aquis naturam. Hominibus tamen proprie datum eſſe præceptum confitemur, ſed iuxta eorum naturam. Primis enim hominibus neceſſarium fuit, quia opus erat hominum propagatione effici ad Deo cultum perſoluendum pro omnium rerum conditione & molitione. Itaque negatur coniugium fuiſſe bonum, imo melius tunc erat cõiugium propter publicam neceſſitatem, vt eſſent numeroſiores Dei cultores, ſicut hominum natura poſcebat, qui ex propagatione multiplicantur: & hęc neceſſitas excuſabat omnes incommoditates, qua ceſſante, res redit ad ſuam naturalẽ honeſtatem, & ad ſtatum Deo liberius vacandi, Ob illam ſiquidem neceſſitatem replendi terrã, tolerabatur inter fratres germanos ab initio coniugium: quod Scriptura ſilentio ſuppreſſit, ne aures offenderet. Illa vero vbi ceſſauit, ceſſare etiam debuit eiuſmodi coniugium, quoniam natura pudẽdum eſt, & rationis lege prohibetur. Vnde & Philoſophus turpe hoc eſſe inter fratres, & ſorores coniugium cognouit, & grauiter errarunt, obſeruantiam temporum, & ipſarum rerum decorũ non conſiderantes: *Omnia*, inquit Salomon, *tempus habent; & ſuis ſpatiis tranſeunt vniuerſa ſub cœlo Tempus amplexandi, & tẽpus longe fieri ab amplexibus.*

Refellitur hoc: Coniugium à Deo eſt inſtitutum, ergo melius (nedum bonum) & ſanctius virginitate *Gen. 1. Ibid.*

Quomodo accipiendum illud: Creſcite & multiplicamini. *Prou. 8.*

Coniugii neceſſitas in mundi primordio

Quænam coniugia Scriptura, & quare ſuppreſſerit. *Ariſt.*

Eccl. 3.

Dices; Nonne etiam hodie eadem eſt neceſſitas, ſi non ad propagandum, tamen ad conſeruandam propagationem? Quodſi admittam, inſtabis, etiam nunc aliquos dare operam liberis neceſſum eſſe. Libenter concedam, ſed non eſt bonum abſolute ei, qui ſeſe in illam ſeruitutem coniũgit, cum ſatis ſit, aliquos, imo multos, hoc facere: ei tamen, qui non fecerit, melius erit, & commodius, vt per alios ſatisfiat ei neceſſitati: quemadmodum bonum eſt in ciuitate ædificare domos, afferre ligna, & eſculentis, & poculentis, & ſimilibus, ſine quib. vita non poteſt commode tranſigi, proſpicere. Sed bonum eſt mihi, & tibi, ne per nos id faciamus, ſed potius melius eſt, aut aliis artibus, aut melioribus ſtudiis incumbere. Quamobrem Apoſtolus non dixit: Bonum eſt neminem habere vxorem, quod eſt falſum, quia tunc mundus periret ceſſante hominum generatione, vt arguebat Iouinianus, ſed bonum eſt, inquit, homini, ſcilicet priuato, non vniuerſæ hominum multitudini. Vt enim in corpore humano multa ſunt, & diuerſa membra, & alia nobiliora, alia ignobiliora; ita in Eccleſiæ corpore bonum, & decorum eſt varia inueniri membra, ſicut diuerſi ſunt hominum ſtatus,

Ad illud aliud Hæreticorum Non minus, quam olim, eſt modo coniugium neceſſarium.

Quam caute & prudẽter à Paulo dictum ſit Bonum eſt homini mulierem non tangere. *Hier. li. 1. in Ioui. c. 2.*

1. Cor. 12

tus,artes,& actiones,& aliæ aliis præſtātiores. Sicut ad hoc argumentum egregie reſpondit li.1.contra Iouinian. Hieronymus.

Petri martyris Lutherani hic ſenſus refellitur Bonum eſſet homini mulierem non tangere, multipliciter. I. Ratio, ac III.

Et quia Apoſtolus non dixit, Bonum eſſet mulierem non tangere: ſed de præſenti, Bonum eſt; hinc corruit interpretatio Petri Martyris, ſic explicantis; Bonum eſſet homini mulierem non tangere, ſi fieri poſſet; quaſi diceret, fieri nequit. Sed violenta eſt hæc ſententia, & contra ipſa Apoſtoli verba, qui habet; Bonū eſt homini, & non ſimpliciter, Bonum eſſet. De inde contra ipſius Apoſtoli mētem, qui per totam epiſtolam ad cœlibatum adhortatur. Rurſus, quia Paulus non dixit, Bonum eſt homini non ducere vxorem, ſed mulierem, vel vt Græca habent γυναῖκα ſiue vxorem (nam vtrumque ea voce ſignificatur) non tangere: oſtēdit ſe de viris coniugatis verba facere, quēadmodū egregie annotauit Hieronymus iam dicto loco. Idem etiam Tertullianus, Chryſoſtomus, Theodoricus, & Oecumenius confitentur. Quod etiam confirmant quæ ſequuntur: *dico autem non nuptis, & viduis*, quaſi prius de coniugatis locutus fuiſſet. Ad hæc ſi Paulus hortari voluiſſet, vt vxores viri ducerent, & mulieres viris nuberent, non dixiſſet, Habeant vxorem: quia hæc locutio potius ſignificat viri cum ſua vxore congreſſum, & iam ponit hic ſermo, eos coniugio fuiſſe alligatos. Verba Tertulliani in libro de Monogamia interpretantis hunc locum, hæc ſunt: *Oſtendit, inquit fuiſſe, qui in matrimonio deprehenſi verebantur ne non liceret eis matrimonio ſuo exinde vti: quia in carnem ſanctam Christi credidiſſent. Et tamen ſecundum veniam concedit, non ſecundum imperium: id eſt, indulgens, non præcipiens ita fieri.* Hæc ille.

Tertul. lib. de Monogamia inter med. & fi. Chryſ ho. 19. Theod. p. 2. Oecum. IV. Ratio.

Sixt. III. in ter init. & med.

Sixtus quoque III. lib. de Caſtitate ait: *Hoc primum ſcribendo tradidit, quod iam docendo tradiderat: & puto dubium non eſſe, de eum voluiſſe: quod & in prima ſententia poſuit, & bonum eſſe profeſſus eſt. Sed de qua muliere illum dixiſſe credendum? de aliena non puto, neq; enim Corinthij tam recordes erant, vt hoc Apoſtolum interrogarent, an eis aliena liceret matrimonia violare, quod citra illius diſciplinæ interdictum ipſa etiam natura damnat.* Et infra: *Si ergo rat o non concedit, vt de aliena dixerit, reſtat vt de propria dixiſſe credatur.* Et paulo poſt: *Bonum eſt homini mulierem non ducere, quia de his, qua iam duxerant, diſputabat.* Rurſus infra: *Si bonum eſt homini ſuſceptam in matrimonio fæminam non contingere quanto melius eſt omnino nō noſſe? Facilius enim quis quod non habuerit, nec cogitauerit, quam quod non habuerit ſpernet Nemo enim iuxta ignem poſitus extraneus eſt à calore.* Idem expendens illud; *Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat: Habeat, dixit, non ducat, qui illis loquebatur, qui duxerant.*

Quare Paulus, Bonū eſt homini mulierem non ducere, non dixit, ſed tangere.

Quid, mulierem tangere, vel non tangere, more Scripturæ. Hier. c. 5.

Poſtquā igitur excuſſimus nomen, *Bonum*, & verbum, *Eſt*, & rurſus vocem, *Homini*, & quarto nomē *Mulierem*, ſiue vxorem, quia de coniugatis eſt ſermo, & Hieronym in cap. 30. Ezech. *Bonum eſt*, inquit, *homini vxorem non tangere*; cum alias vertiſſet, mulierem: ſuper eſt expendere verbum, *Non tangere*. In ſcripturis enim mulierem tangere, eſt mulierem, aut vxorem cognoſcere, iuxta illud, *Nō licet tibi habere vxorem fratris tui.* Et ſuperius c. 5. de inceſtuoſo ait, *Ita vt vxorē fratris ſui aliquis habeat*, id eſt, ea abutatur Et Eccle. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea*, vbi non de ſimplici tactu eſt ſermo, quia ille non ſolet hominem coinquinare, niſi libidinis animo fieret, aut inobediēt æ gratia, de quo dixit: *De fructu ligni quod eſt in medio Paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud*: ſed de tactu preſſiori, quo ſe vir, & vxor, contingere ſolent. Vnde & citatus Sixtus Papa in lib. prædicto de Caſtitate: *Quo ergo*, inquit, *tactu homini mulierem non attingere bonum eſt, publico, an cōmuni, quo aut codicem, aut tabulas, aut aliquid neceſſitatis cauſa contingimus? non credo, ſed ſecundum vſum coniugij. Nam vt puto, & ſimplici tactu fœminas & Christus, & eius Apoſtoli, & ſanctorum quique tetigerunt.* Hæc ille.

Mat. 16.

1. Cor. 5. Eccl. 13.

Gen. 3.

Sixt. III.

Tactus mulieris non omnis illicitus.

Ad ſecundum dub. Si bonum eſt hominē eſſe ſolum, quomodo bonum eſt homini mulierem non tangere. Gen. 2.

Quod vero obiectum fuit ex Scripturis *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, non contradicit ſententiæ Pauli. Nam Deus ol m hominem in eſſe naturali humano condidit, nec conueniebat hominem eſſe ſolitarium, quia non habebat aliam rationem generandi hominē, niſi per mulierem, quam vocat adiutorium ſimile ſibi in humana ſpecie ad propagationem liberorum. Paulus vero hic loquitur de homine ſpirituali relato ad Deum, & ad vitam ſpiritualem, in qua, vt dixi, non eſt bonum ducere vxorem, nec illa habita vti: & vitæ ſpirituali potius impedimentū præſtat, quam adiutorium. Et hactenus reſpondimus ſecundæ dubitationi.

Solutio tertiæ dub. Si coniugium eſt propter ſobolem, idem quomodo eſt ob fornicationē fugiendam vt Apoſtolus inquit.

Ad tertiam vero circa illa verba: *Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat*; reſpondemus, quod etſi ante peccatum coniugium ſit inſtitutum à Deo propter ſobolem; poſt peccatum tamen adiectum eſt, vt ſit in remedium fomitis, & concupiſcētiæ, quæ in homine dominatur: ita vt in medicamentum peccati liceat vſus coniugii. Etſi ergo tunc non fuiſſet in remedium concupiſcentiæ non exiſtentis; poſt peccatum tamen vſus ſeruit in remedium eius.

Solutio quartæ q. Hoc præceptum? Propter fornicationem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat &c an obliget Eccleſiaſticos.

Ex quo loco Hæretici inferunt, etiã Monachos, & Clericos in ſacris conſtitutos, & altaris miniſterio addictos, & Sanctimoniales, quæ ſe per vota Caſtitati addixerunt, hanc facultatem habere matrimonij cõtrahendi, quia vbi viget ratio, & finis legis latoris, ipſa quoque legis debet vigere diſpoſitio. Si quis enim continere ſe non valeat, inquiũt, cur illi hæc facultas negabitur? Reſpondemus, quod ſi illa verba, Bonum eſt homini mulierem non tangere, in vniuerſum de omnibus diceret, & quod ſequitur: Propter fornicationem autem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, & vnaquæq; ſuum virũ (vt ait Bucerus) eſſet præceptum omnes obligans, & peccarent in naturam omnes qui non ducerent vxorem, ac perinde eſſet ac ſi quis dicat, Cœlibatum colere bonum eſt, ſed nemo in cœlibatu viuat. Dicit etiam Bucerus, Bonum eſt homini mulierem nõ tangere, idem eſſe, ac ſi Paulus diceret: Bonum eſt homini ſolui vinculis huius ſeculi & eſſe cũ Chriſto. Quaſi idem ſit ſummum bonum cum medio, vel cum termino, curſus cum brauio, meritum cum mercede. Eſſe enim cum Chriſto, eſt ſummum bonum ſecus mulierem non tangere, quod bonum medium eſt; & conducibile tantum ad ſalutem æternam.

Quã ſit hoc Pauli dictũ impio Bucero: Bonũ eſt homini mulierem non tãgere

Philip. 1.

Diluitur etiam hoc: Neminem Paulus excipit ab vſu coniugij omnes igitur nubant

Addunt præterea illi nebulones, hic præcipere Apoſtolum, vt vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virũ. Ecce, aiunt, nullus penitus excipitur. Sed quæro, ſi vnuſquiſq; debet habere vxorem ſuam, & vnaquæq; ſuum virum, cur multi ſanctitate, & Spiritu Dei pleni in vtroq; ſexu id præceptum non obſeruarunt; cum tamen ipſi fuerint ad ſeruanda Dei præcepta promptiores? Nam Ioannes Baptiſta, & Euangeliſta, & multi alii, vxores non duxerunt: erant ergo hi ſancti viri Apoſtolici præcepti violatores.

Oẽs Chriſtianos poſſe, ſi velint, continere, contra Lutheranos.

Comminiſcuntur etiam nouam diſtinctionem, tanquam ex Apoſtoli doctrina loquãtur: in Eccleſia ſcilicet inueniri, qui hoc donum habeant, vt valeant continere, ad quos hoc præceptum non pertinet. Sed interim demus ita eſſe: iam vlterius quæro ab eis, quomodo certo ſciẽt ſe habere hoc donum, vel non habere? Aiunt experientia: qui enim ſe continent, habent: qui vero ſe non continent, non habent. Demum vrgebo, Nunquid qui habent hoc donum, non poſſunt non continere, an ſecus; Si affirmãt quicunq; ergo non continent, non valent continere. Quod ſi etiam concedant, paradoxum loquuntur, & prorſus falſum: multi enim fuere, qui continere poterunt, & non continuerunt. Ideo & reprehendit viduas,

1 Tim. 5.

illasq; damnationi ſubdit, quæ nupſerunt, & primum fidem irritam fecerunt. Non ergo hinc deducitur notitia doni huius, vt qui non continet, propriè dicatur non habere donum, ſed ſatis eſt, ſi poſſit continere volens, & ea faciens, quæ ad ſeruandam continentiã valent. Nec enim vult tentari Deus nec ad explorandũ, an quis hoc donum habeat, oportet ſe exponere tentationibus, vt habitare cum mulieribus, aut quod peius eſt, cum illis ſimul dormire, vt certo cognoſcere valeat, an habeat membra mortificata; quod tamen eſt aperte Deum tentare.

Quos Hæretici, ſed falſo dicãt eſſe continentes, vel non eſſe.

Ille ergo donũ habet, qui ſi vult, & operam dederit vigilando, orando, ieiunando, corpus caſtigando, & occaſiones diligenter declinando, poteſt cum Dei auxilio continere. Eſſe aũt multos, qui hæc ſeruando cõtineant, proteruus eſt, & gratiæ Dei inimicus, qui negauerit. Datur enim hoc donum volentibus, & petentib. iuxta illud; *Omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis*: ergo ad cœlibatũ, quod eſt donum magnificẽtiſſimum: etſi hoc donũ non ſit omniũ, quia non oẽs capere volunt. Cum enim homines ſint carnales, & magis appetant quæ ſunt carnis, quã quæ ſunt ſpiritus; inde fit, vt non omnes capiant illud, ad quod inuitat, & quod ipſe paratus eſt dare, ſi ab ipſo petatur. Hinc Chryſoſt. vel potius Autor operis imperfecti in Mat. h. in illud; *Non omnes capiunt verbum iſtud: Non dixit, Non omnes poſſunt; ſed, Non omnes capiunt: id eſt, Omnes quidem capere poſſunt, ſed non tamen omnes capere volũt. Palma propoſita eſt. Qui concupiſcit gloriam, non cogitat de labore. Nemo vinceret, ſi omnes periculum pugnæ timerent. Ex eo quod quidam non poſſunt, & a propoſito continentiæ cadunt, non debemus circa virtutem caſtitatis fieri pigriores. Si enim quidam in pugna cadentes non exanimant cæteros, ſed dicunt illis ſic datum fuiſſe; rem non applicant pugnæ, ſed homini: quanto magis nos cadentium negligentiæ imputare debemus nõ difficultati virginitatis? Quod autem dicit, Quibus datum eſt: non hoc ſignificat, quoniam quibuſdam datur, quibuſdam nõ datur: ſed illud oſtendit, quoniam niſi auxilium gratiæ acceperimus; nihil ex nobis valemus. Quoniam autem volentibus gratia non denegatur, in Euangelio Dominus dicit, Petite, & dabitur vobis.* Hęc ille.

Qui ſint vere continẽtes.

Mat. 11.

Mat. 7.

Infra 19.

Qui vero incontinentes.

Aut. Oper. imperfect. in Mat. ho. 32. t. 2. oper. D. Chryſoſ.

Cur non omnes capiant (vt dixit) verbũ continentiæ.

Illud: ſed quib. datũ eſt, quomodo accipiẽdum ſit.

Luc. 11.

Verum vt aliquid de regularibus ipſis loquamur, certum eſt, ipſos libera voluntate ſe votis aſtringere. atq; hic nos antiquiſſimus eſt, & vſque in diem præſentem in Eccleſia ſeruatus. Oportet igitur duorum alterum confiteri. Primum, à quocunq; ſic emittitur votum, ab eo illud poſſe ſeruari: quod eſt contra iſtos. Alterũ eſt, quod hunc

Volũtaria regularũ continentia quid arguat.

viuen-

Regularẽ continentiam non eſſe nouitiũ vt Lutherani mentiũtur inuentum.

Mat.19.

viuendi morem à ratione eſſe alienum, admittere cogeremur, nimirum quod eius rei votum emittimus, quod tamen non ſit in poteſtate noſtra. Idcirco Hęretici ab initio ſpargebant, votum caſtitatis eſſe recens inuentum, & à quadringentis fere tantum annis excogitatum: quod certe luculẽtum eſt mendacium. Nam Chriſtus mẽtionem fecit de his, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum: quid eſt autem ſe ipſos caſtrare, niſi facultatem nuptiarum ſibi amputare? quod non fit niſi voto nuncupato ipſi Deo. Dominus quoque teſtatur iam eo tempore fuiſſe tales eunuchos, qui erant ex præcipuis, hoc eſt Apoſtoli. Deinde conſtat, tempore Pauli fuiſſe viduas habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quæ verba expendens Auguſtin. *Quid eſt*, inquit, *Primam fidem irritam fecerũt? Vouerunt, & non reddiderunt.*

Caſtrent ſe ipſos qui propter regnum cœlorum.

II Argum.

1.Tim 5.

Aug. in pſ. 75. Tom.8.

III. Argu.

Aug. ibid.

Quam leuis excuſatio dicentium: Recede de monaſterio: neque enim ſoli qui sũt in monaſterio, ſalui futuri ſunt.

Tertio, idem Patres veteres teſtantur, ſummique Pontifices Apoſtolicæ ſedis rectores comprobarunt. Inter quos Auguſtinus ita loquitur: *Nemo poſitus in monaſterio frater, dicat: Recedo de monaſterio: neq; enim ſoli qui ſunt in monaſterio, peruenturi ſunt ad regnum cœlorum; & illi qui ibi non ſunt, ad Deum non pertinent. Reſpondetur ei: Sed illi non vouerunt, tu vouiſti, tu retro reſpexiſti. Meminiſſeque debent vxoris Lot, quæ liberata eſt à Sodomis, & in via poſita, retrorſum reſpexit. Vbi reſpexit, ibi remanſit.* Hęc Auguſtinus. Cuius documento & nos dicere poſſumus: Nemo dicat, Recedo à voto Continentiæ, quia continere non poſſum. Poteſt enim ei reſponderi; Potuiſſes, ſi voluiſſes, non tamen ex virib. tuis ſed ex gratia, & fauore Dei, qui tibi non defuiſſet, ſi eius opem implorаſſes.

Gen.19. Luc.17.

IV. Argum

Quarto, ſacerdotes ſeruientes altari, cum iuge ſit Euchariſtiæ ſacrificium, omni cordis, & corporis puritate venerandum, & ſuſcipiendum, decentiſſimũ, & conuenientiſſimum fuit, etiam perpetuam caſtimoniam profiteri. Nam ita eleganter dixit Origenes homil. 23. in librum Numerorum: *Vereor aliquid dicere, quod ex ſermonib. Apoſtolicis intelligi datur, ne forte videar aliquos contriſtare. Nam ſi ratio iuſti ſicut incenſum offertur in conſpectu Domini, & eleuatio manuum eius ſacrificium eſt veſpertinum, dicit autem Apoſtolus ijs, qui in coniugijs ſunt. Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum in id ipſum ſitis: certũ eſt, quia impeditur ſacrificium indeſinens, qui indeſinenti & perpetua ſe deuouerit caſtitati.* Hæc ille antiquus, & caſtitatis eximius amator, cui vni plus fidei tribuendum eſt, quam vniuerſo grunnientium porcorum gregi.

Orig. ante med. to.1.

Pſal. 140.

Cuius ſit offerre ſacrificium iuge ſecundum Orig.

Redeo ergo ad propoſitam dubitationẽ circa illud: *Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat.* Vbi nihil traditur de alio fine præfigendo matrimonio præter filiorum propagationem, ſed de viris, & mulieribus, quæ iã matrimonio coniunctæ erant, tantum præcipitur, vt propter fornicationis periculum vitandum, vel vt Græca habet lectio, propter fornicationes in plurali, ad vniuerſas fornicationis ſpecies declinandas, vnuſquiſque ſua vxore vtatur, & vnaquæque vxor ſuo viro. Et imperatiuo verbo, vt habet Bucerus, præcipit ἐχέτω, id eſt habeat; cum ſit tamẽ tertiæ perſonæ, & permittentis eſt. Et habere in Scripturis eſt re habita bene vti ſecundum illud; *Omni habenti dabitur, & abundabit.* Et paulo inferius in eodem capite: *Qui habent vxores, tanquam non habentes ſint*: quod ſublato vſu coniugii efficitur.

Quib. tantum dicatur, Propter fornicationem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, &c.

Notatur Bucerus.

Habere vxorẽ, quid more Scripturæ.

Mat.13.

Ponderandum & illud, *vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat.* Quibus Apoſtoli verbis, & lex contractus matrimonii explicatur, & interdicitur poligamia, id eſt, matrimonium viri cum pluribus vxoribus. Ait enim vnam, nõ plures, ac proinde ſuam. Rurſus, *vnaquæque ſuum virum.* Græca habent ἴδιον ἄνδρα, id eſt, proprium virum: proprius autem vir eſt, qui cum nulla alia fœmina, pręterquam cũ ſua vxore corpus commiſcet. Nam ſi perpetua hæc eſt lex coniugii, vt ſe vir abdicet poteſtate corporis ſui, eamque vxori tradat, quomodo tanquam liber alteri illam tradere poteſt, quam à ſe iam abdicauit? In poligamia enim minus vni redditur, quod multis aliis tribuitur. Dominus quoque dixit; *Erunt duo in carne vna: itaque iam non ſunt duo ſed vna caro.*

Illis etiam verbis quid vetet Apoſtolus.

Vxoris proprius vir qui ſit.

Mat.19. Gen.2.

Notandum etiam, coniugem ita poteſtatem habere corporis alterius coniugis, vt illo poſſit vti pro ſua voluntate: non autem vt vſum vxoris ſuæ alteri à ſe tribuere poſſit; nam alioqui adulterium grauiſſimũ admitteret. Non diſſimulabo dictum Hieronymi in Iouinianum: *Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, ſuam*, inquit, *id eſt ſua vtatur, quã habebat, antequam crederet.* Intellige ſi illa conſenſerit cum eo cohabitare.

Viri tãtum modo qualis poteſtas in coniugẽ.

B. Hier. l.1. aduerſus Iouinian. nõ procul ab ſinit. to.2.

Ad quintum dicimus, Apoſtolum vocare debitum illud, ad quod ius quis habet, ita vt ſi denegetur, iniuſtitiæ peccatum admittat qui deneget. Græce autem honeſtiſſimo nõine Paul' vocat, ὀφειλομένην εὔνοιαν, id eſt debitam beneuolẽtiam, vel debitum honorem, quem vnus alteri debet ex vi cõiugii, & alacri, & amico animo eſt reddendus, vt Deo placeat, quia hilarem datorem diligit Deus. ¶ Hoc tamen ſine peccato denegare poteſt pars innocens, ſi altera pars adul-

V. Solutio quæſt. Vxori vir quod debitum reddere debet, & vxor viro.

2.Cor.9.

Hoc debitum iure quando denegetur.

adulterio ius illud exigendi amiſerit, aut ſpontanea, & legitima relaxatione ex conſenſu alterius, religionis gratia; adhæc ſi quis in hæreſim, vel ſchiſma, vel morbum contagioſum laberetur. Sed hæc latius ab his traduntur, qui ſummas de Caſibus Cõſcientiæ conſcripſerunt.

VI. dubij ſolutio. De viri in vxorem, & vxoris in virum mutua ſuorum corporum poteſtate, qualis ſit.

Ad ſextum, cùm ait: *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem et vir, ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.* Vtrobique interpres rectius, & clarius dixiſſet, vxor; nam de muliere vxorata eſt ſermo. Et illis verbis declarat naturam contracti matrimonij. Ita enim vxor habet poteſtatem ſui corporis, vt tamen ſubſit viri voluntati: & ita vir ſui corporis poteſtatem habet, vt tamen ſubſit voluntati vxoris, quantũ videlicet ad vſum coniugij ſpectat. Nam ſi vir abuti vellet corpore vxoris ad alios nefarios vſus, aut vxor corpore viri, nullam prorſus alteruter haberet poteſtatem in alterum.

His verbis quid doceat tantum Apoſtolus. *Ephes. 5. Coloſſ. 3.*

Non diſſerit autem Apoſtolus de omnibus viri ad vxorem, vel vxoris ad virum officijs, de quibus in epiſtol. ad Epheſios, & Coloſſ. ſi in alijs tractare ſolet: ſed tantùm de obligatione mutua, quę ad tori coniunctionem ſpectat, qua in re pares illos facit. Vnde Oecumenius quærit, quam ob cauſam in alijs plus tribuit viro, vbi de ſubiectione, & poteſtate ipſi ſermo eſt, nunc autem æqualitatem dedit? Et reſpõdet, quòd ibi de primario ipſi ſermo eſt; nũc verò de continentia, in qua neuter plus, aut minus habere debet. Hæc ille. ¶ Et prius de vxore dixit, quàm de viro, quia reuera etſi ipſa natura docet corpus vxoris magis effici viri, quam è conuerſo (quanquam & corpus viri ſit etiam vxoris) quantum ad vſum tamẽ ſpectat matrimonij, pares ſunt.

Oecum. c. 4.

Mulieris non habentis ſui corporis poteſtatem quam viri, cur prius mentio fiat.

Ad ſeptimum dubium. Quibus dicatur: Nolite fraudare inuicem, & quænam ſit fraus illa.

Septimæ dubitationi circa id, *Nolite fraudare inuicem,* dicendum eſt, apertè ſermonẽ habere Apoſtolum de coniugatis, quorum corpora ſunt in poteſtatem alterius tranſlata. Alioquin quomodo defraudaret quis vxorem, quam nondum duxiſſet? Et notat crimen eſſe fraudis, negare mutuam beneuolentiam, quod ſi ſecus fiat, vt vir deneget, aut vxor debitum, vt plerunque contingit, aut falſam excuſationẽ adferat, fraudem committit. Sed id non ipſi matrimonio, ſed hominum vitio dandum eſt. Hinc Chryſoſtomus hæc ediſſerens, ſcribit: *Cùm igitur ad tentandum meretrix acceſſerit, dicas non eſſe tuum corpus, ſed vxoris. Itidem & vxor dicat aduerſus eos, qui eius volunt expugnare pudicitiam: Corpus meum non eſt meum, ſed viri.* Hæc ille. Sed præcipuè veniunt reprehendendi mariti, qui per longum tempus ab vxoribus remoti peregrinantur: quia illa peregrinatio, defraudatio quædam eſt mutuæ beneuolentiæ: ideò non eſſet temerè ſuſcipienda, ac ſine vxoris conſenſu, quia ſæpè in cauſa eſt, vt proſtituat pudicitiam vxoris ſuę, & moleſtum, & acerbum redditur matrimonium.

Chryſoſt. ho. 19 tom. 4.

Viri qui fraudare vxores meritò cenſeantur.

Explicatur illud: Niſi fortè ad tempus vt vacetis orationi.

Excepit tamen Apoſtolus tempus, quod religioni impenditur: vt quãdo ad tempus vacatur ieiunio, & orationi. Ita enim legit Hieronymus lib. 1. in Iouinia. & litera Græca apertè exprimit ieiunium: quemadmodum D. Petrus in priori epiſt. c. 4. *Viri ſimiliter, cohabitantes ſecundùm ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorẽ, quaſi cohæredibus gratiæ vitæ, vt non impediantur orationes veſtræ.* Hæc autem licentia ex mutuo conſenſu præſtanda eſt, & non debet eſſe perpetua, vel diuturna, ſed ad tempus, vt poſſint orationi, & ieiunio vacare. Et non videtur eſſe ſermo de priuatis ieiunijs, & precibus quotidianis, ſed de publicis, & ſolenniter ſuſceptis: vt cùm ingruit aliqua calamitas, ex qua apparet iudicium iræ Dei, aduerſus nos, vel quãdo aliquid agendum quod magni ſit momenti, vt in Quadrageſima, vbi nos per auditum verbi Dei, & per ieiunium ad agendam pœnitentiã, & Chriſti corpus participandum inuitamur. In inſtitutione etiam paſtorum & miniſtrorum Eccleſiæ, vt in Quatuor anni temporibus fieri ſolet, vel quãdo aliquod donum à Deo impetrare impensè deſideramus: tunc enim ieiunium, & orationem, vt certa & efficacia præſidia ad obtinendum quod volumus, aſſumere debemus.

1. Pet. 3.

Vir & vxor precibus, & ieiunijs quibus vacant.

A quibus meritò perpetua continentia requiratur.

Quòd ſi qui ſint, qui perpetuò ſacrificio, & orationi vacare debent, quales ſunt Epiſcopi, & ſacerdotes, & diaconi, iſtos ad perpetuam continentiam obligari æquiſſimũ, & conuenientiſſimum fuit, vt ex Origenis ſententia ſuperiùs comprobatum reliquimus. Et ieiunium orationem pręcedit, quia ieiunium præparatio eſt ad orationem. In hoc autẽ quod de precibus Apoſtolus adiecit, intelligitur etiam multo magis participatio corporis Chriſti, ad quam non niſi mundis & probatis accedendum eſt, ſi panes Propoſitionis non niſi mundis per triduum à mulieribus Dauidi, & ſuis tradidit Abimelec ſacerdos. Vnde Apoſtolus; *Probet autem ſe ipſum homo; & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.* Quòd ſi ſemper orandum eſſe nobis Chriſtus docuit; nunquam ergò coniugio ſeruiendum. Quid item maius, orare, an Corpus Chriſti accipere? ſi per coitum quod minus eſt impeditur, multo magis quod maius eſt.

Orig. hom. 23 in librum Numer. tom. 1.

Quando maximè coniugibus abſtinendum ab vſu coniugij. *1. Reg. 21. 1. Cor. 11.*

Luc. 18.

Ad octa-

Solutio octauæ dubitationis.

Si vſum coniugij indulget Apoſtolus coniugatis, nō imperat, cum eos iubet ad eum redire.

Ad octauum circa illud; *Et iterum reuertimini in id ipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.* Vbi videtur Paulus præcipere, vt coniuges ad rem vxoriam reuertantur, cum tamē paulò pòſt dicat, hoc ſe dicere ſecundùm indulgentiam, non ſecundum improperium, & ſupra; *Bonum eſt homini mulierem non tangere:* Reſpondemus, Paulum ſibi minimè aduerſari. Nam vt ſuperius permiſit, vt propter fornicationem vitandam vnuſquiſque vtatur ſua vxore, ita hic poſt ieiunia, & preces completas permittit, ac indulget, vt propter incontinentiam ipſorum, ne à Satana tententur, iterum reuertantur ad opera cōiugij, vt ita deuitent ſcortationem, & ſuis vxoribus vtantur.

Coniuges mutuum ſibi debitum defraudantes, vt à Satana tententur ob incontinentiā ipſorum.

Plerunque etiam coniuges ſub ſpecie boni debitam beneuolentiam remittunt, illorum exemplum imitari volentes, qui Spiritu Dei acti, in perpetuum à coniugio abſtinere voluerunt: in quo ſæpè deceptio eſt. Non enim eſt hominis ſe abſtrahere ab eo ſtatu, quē ſemel elegit, niſi Spiritus Domini eum impulerit, quia ſæpè Satanas ſe ſe admiſcet: at poſtquam ſpecie virtutis ſe ipſos ſeparauerunt, iterum tentantur à dæmone, & inueniuntur incontinentes. Nam Satanas adulterij autor, vos procliues ad libidinem extimulat, vt dum placet à conceſſa, & licita venere abſtinere, multa fœdiùs ad inconceſſam, & illicitam prolabamini.

Quorſum id Hoc autem dico ſecundum indulgentiā, nō ſecundum imperium *Oecum.c.4.*

Vnde adiecit: *Hoc autem dico ſecundùm indulgentiam, non ſecundùm imperium.* Vnde occupatione vtitur Apoſtolus. Ne enim putarent Corinthij ſuſpenſionem debiti coniugalis ad tempus, eſſe iuris diuini, aut ne aliquis obijceret, tales viros, & mulieres parum eſſe ad libidinem propenſos, vt opus habeant bis calcaribus Apoſtoli: idcircò

Idem quid ſignificet.

præoccupans, ait: Non commendaui tori ſocietatem cōiugibus, quò eos ad voluptatem allicerem, aut quia libenter id præcipiam, ſed reſpexi ad id, quod poſtulat eorum, quos alloquor, infirmitas, & imbecillitas. Non impero, ait, vt abſtineatis, cùm hoc eſſet melius, ſed metuens vobis indulgeo, ne vos ipſos tentationi Satanæ exponatis. Indulgentiam Græca voce συγγνώμην, dicit. Id eſt: Hoc dico ſecundùm ignoſcentiam, aut veniam; alij verò legunt, γνώμην id eſt conſilium, & ſententiam.

Indulgentia & imperium differunt.

Appoſitius tamen ad epitaſin facit indulgentia, ſiue venia: nam imperium exigit, & venia concedit nonnihil præter ius, nôn contra; & quia indulgentia conceſſio eſt laxioris vitæ, vt eſt coniugium, & vſus eius, cùm decentior, & excellentior ſit cœlibatus vita, non autem vitioſa, vt nobis vitioſi imponunt Hæretici. Oecumenius indulgentiam refert ad id, quod præcedit, *Nolite fraudare inuicem.* Neque enim, inquit, ſicut non occides, Non adulterium committes, ita nunc quoq; ne defraudent inuicem, præceptum aliquod eſt, vt laude dignum ſit, qui hoc agit, tanquam legem complens. Ex permiſſione, inquit, hoc dixi, demittens me ad imbecillitatem veſtram. Sed hæc idem ſunt cum priori ſenſu.

Oecum.c.4.

Exod.20.

Vltimæ ſolutio quæſtionis. An rectè Apoſtolus potuerit optare vt omnes, vt ipſe, eſſent continentes.

Ad nonum plana eſt reſponſio: *Volo autem omnes ſicut me* ſcilicet Paulum, *eſſe*, pro Vellem, vel Velim enim: Græcè enim eſt θέλω. Non diſſimulat Apoſtolus quid ſit commodius, & excelſius, ſed vult vnumquemque conſiderare quid ſibi datum ſit. Hic autē conditio implicita ſubintelligenda eſt, quaſi diceret, Volo, & magis bonum eſt, vel, Mihi magis placeret omnes tales ſic eſſe, ſi omnes boni eſſent atq; perfecti, quia ita impleretur citiùs numerus prædeſtinatorum. Vellet igitur omnes cœlibes eſſe, ſi fieri poſſet: ſed quia nō poterant ob hominum vitium, & defectum, coniugium ſuadet. ¶ Sicut me ipſum, inquit, Id eſt, quantum ad me attinet, vellem meo exemplo omnes eſſe ſicut me ipſum, ſcilicet in officio continentiæ.

Quid eſt: Vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, vnus quidem ſic, alius verò ſic.

Sed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, vnus quidem ſic, alius verò ſic. Significat: Vnus præelegit viuere in coniugio, alter in viduitate permanere, alius in cœlibatu libenter verſari, in quibus ſtatibus quiſq; iuſtè ſe gerat, vt ſalutem æternam conſequatur; Vbi non tantùm cœlibatum virginitatis, aut continentiam vidualem, ſed etiam caſtitatem coniugalem docet eſſe donum Dei.

Alter ſenſus.

Ambroſius tamen hæc verba interpretatur: *Vnuſquiſque*, inquit, *proprium donum habet ex Deo, &c.* Hoc eſt, Vnuſquiſque iuxta votum ſuum donum Dei habet, vt ſi velit, ipſius nutu Dei poſſibilitatem, cōſequatur. Ideò non debet quis conſtringi, ne à licito prohibitus, illicita admittat, ſed ipſe ſibi eligat quid ſequatur. Et infra: Poſtquam dixit vnumquemque proprium donum habere à Deo, oſtendit in qua re melius eſt eſſe propenſiorem, quia in eo adiuuatur quis, quod videtur auiditate mentis appetere. Hæc ille.

Humani poteſtas arbitrij quanta.

Quo ideò produxi, vt intelligas, Ambroſium, vel alium (quiſquis fuerit harū lucubrationū autor) aſſerere, quemque ſibi poſſe eligere vel caſtitatem, vel matrimonium, & quemque à Deo adiuuari ad ſeruandum, quod magis prætulerit, atque elegerit.

DISPVTATIO XI.

In illa verba: *Dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego. Quod ſi non ſe continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quam vri. Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.*

Primum dubium. CIRCA Propoſita verba diligenter eſt à nobis diſputandum. nam Hæretici multa nobis obiiciunt, & in Apoſtolo quaſi pro ſe, & ſuis ſententiis ſtante gloriantur. Primum igitur dubium eſt, quomodo velit non nuptas, & viduas eſſe ſicut ſe ipſum nam ſiue cœlebs eſſet, ſiue virgo, ſiue inconiugatus Apoſtolus, ſiue denique viduus, ad cœlibatum, vel virginitatem, vel ſaltem ad viduitatem hortaretur: & ita ablata generatione, & hominum propagatione, periret mundus. Secundum dubium eſt, quid ſentiendum ſit de B. Paulo, an cœlebs extiterit & virgo, an viduus, vt nonnulli ſentiunt, an coniugi alligatus, & adhuc vxorem habens, vt quidam putarunt. Tertium dubium circa illud: *Quod ſi non ſe continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quã vri*, an ſcilicet Sacerdotes, & Monachi, cum ſe non valeant continere, matrimonium contrahere poſſint: & in genere an omnis qui vritur, lege teneatur matrimonii contrahendi. Vt ita recte feciſſe videri poſſint noſtri ſeculi Hæretici, ne vrerentur. Quartum dubium eſt in his, quæ ſubiungit de iis qui ſunt coniuncti in matrimonio, quomodo profiteatur Apoſtolus ſe explicare Domini præceptum; cum omiſerit exceptionem fornicationis, quæ habetur Matt. 5. & 19. Quintum dubium, & quidem grauiſſimum, de quo diſceſſu, vel ſeparatione vxoris à viro loquatur Apoſtolus, an in cauſa fornicationis, an etiam extra illam. Sextum circa id; *Et vir vxorem non dimittat*; an pares ſint per omnia vir & vxor in hac dimittendi poteſtate vtrique data: nam in lege vxor non erat viro ſuo æqualis, quia virum repudiare non poterat, ſicut vir libere poterat mulierem ab ſe abdicare. Hæc tantum ſunt, quæ in hac diſputatione expediemus.

Secundum

III. Dub.

IV.

Mat. 5. Infra. 19.

V. VI.

Deut. 24

Inconiugatum eſſe, & viro, & mulieri competere.

Ad primum igitur dicimus, quod cum ſuperius de coniugatis ſermonem habuiſſet, nunc loquitur de inconiugatis, & viduis. Et nomen Inconiugatus, quod Græce dicitur ἄγαμος, tam ad virum, quam ad mulierem ſpectat, cum ſit vtriuſque generis nomen. Nomen autem viduarum, quia cum articulo fœminini generis poſitũ eſt, hoc eſt, ταῖς χήραις, ad ſextum fœmininum ſpectat, non ad maſculinum. Vt iterum taceam, quod periti annotarunt, viduitatem proprie ad mulierem ſpectare, potius quã ad virum: Vtitur autem Paulus eodem verbo poſitiuo, quo dixit: *Bonum (hoc eſt, Melius) eſt homini mulierem non tangere*, id eſt vxorem docet, virgines, & viduas bonum eſſe perſeuerantes manere in aſſumpta continentia, in qua ipſe permanebat.

Mulieres proprie viduas appellari.

Quod vero illatum fuit, ea ratione poſſe mundum perire ceſſante hominum generatione; vanum eſt, & ſuperius pluries ſolutum. Et quoniam id non poteſt vnquam euenire Deo mundum ſeruante, friuolum eſt, & recte dictum à Dialecticis, ex impoſſibili quodlibet ſequi. Et plane hanc rationem, vbicunque poſſunt hæretici, inculcant, quam tanquam clypeum ſemper nobis opponunt, quo ſe protegant à virtute caſtitatis colenda: atque hoc zelo Dei gloriæ, ne videantur tam imprudenter ad carnales actiones propenſi.

Primæ qu. ſolut. Omnes homines Pauli inſtar, ſi ſint continentes, mũdus quomodo conſtabit.

Ad ſecundum vero aduerte, & hoc loco, ſicut ex ſuperiori, cum dixit: *Volo autem vos omnes eſſe ſicut me ipſum*, colligere nonnullos, Paulum inconiugatum fuiſſe, atque adeo virginem, vt in verbis paulo ante explicatis aſſerit Oecumenius. Sunt tamen alii, qui hoc negant, & non recte colligi virginem, vel inconiugatum fuiſſe, ita vt nunquã coniugem habuerit. Quin potius, cum hic ſcribat ad viduas, quas deſiderat manere ſicut ſe ipſum, id eſt caſtas ſine coniugii vſu, vel in viduitate, dici poſſet quod ipſe Paulus viduus eſſet potius, quam coniugatus. Sicut & cum ſuperius dixiſſet: *Volo autem omnes homines eſſe ſicut me ipſum*, & alloqueretur tunc eos, qui in matrimonio iuncti erant, indicabat ſe abſtinere à viuente vxore, ita vt viduus cenſeretur re ipſa: quia quantum ad opus coniugii pertinet, perinde erat, ac vxorem non haberet, aut ea viduatus permanſiſſet. Neque præterea quicquam Paulo adimitur, ſi coniugatum demptio coiugii vſu concederemus? quia & Petrus ipſe coniugatus fuit ante Apoſtolatum, qui tamen princeps fuit Apoſtolorũ ſicut & B. Virgo Deipara deſponſata fuit, ſine vlla tamen copula coniugali.

Solutio ſecundæ qu. Paulus an cœlebs fuerit, an viduus. *Oec. c. 4.*

Altera opinio probãs viduum fuiſſe.

Paulus ſi fuerit coniugatus, an ideo reprehendẽdus veniat. *Mat. 8. Supra 1.*

Verum ſi dubium hoc Scripturis ventiletur, nihil fere ſolidum colligere poſſumus in vnam partem magis quam in alteram: ſi vero Patrum ſententiis plures illorum teſtantur agamum, id eſt coniugatum fuiſ-

Hoc dere quid cenſendum ſit.

Hier epiſ. 22. ante medium. tom. 1.
Amb. ſub init. to. 4.

fuiſſe. vt Hieronymus epiſt. ad Euſtochiū: *Neque audiendi ſunt* inquit, *qui eum vxorem habuiſſe confingunt:* & Ambroſius in exhortatione ad virgines: *Volo vos imitatrices eſſe tanti Apoſtoli; vt vitam eius ſequamini, qui coniugij vinculum refugit: vt vinctus eſſet Chriſti Ieſu. Non potuiſſet ad tantam Apoſtolatus ſui peruenire gratiam, ſi fuiſſet alligatus coniugij contubernio. Idem in præſentem locum; Non diceret Bonum eſt innuptis, vt ſint ſicut & ego niſi integer corpore. Nec diceret; Omnes homines volebam eſſe ſicut meipſum. Si enim habuerit vxorem, & hoc dixit, virgines eſſe noluit, ſed abſit. Sic enim a pueritia ſpiritui ſeruiuit, vt huius rei ſtudium non haberet; quippe cum iuuenculus anticipatus ſit a gratia Dei.* Oecumenius quoque: *Virgo,* inquit, *erat Paulus: & quia dixerat, Cuperem omnes eſſe vt ego ſum: dicit nunc, quod manere virginem, donum Dei eſt.* Idem quoque aſſerit Theodoretus. Non ignoro alios eſſe, qui contrarium tradunt, vt B. Ignatius, Clemēs Alexandrinos, Origenes, & Euſebius Cæſarien. Sed quoniam de hac re in Prolegomenis longam contexuimus diſputationem & quid nos ipſi ſentiremus, explicuimus; ad eum locum lectorem mittimus, ne actum agere videamur.

Vnde iſti patres Paulum probēt virginem fuiſſe.
Idem to 6.
Oec. c 5.
Theod. p. 2.
B. Ignat. epiſt. 9. ante med. Clem. Stromat. l. 3 & 7. ſtrō. c. 2. Orig. in 1 c. epiſt. ad Romanos. to. 2.
Euſeb. li. 3. Hiſt Eccl. ca 30.
Li 1 Diſpu. in Paulum p 1. diſput. 27.

Ad tertiam dubitationem, in id; *Quod ſi non ſe continent, nubant, melius eſt enim nubere, quam vri,* de quibus ſcilicet ſit ſermo non ſe continentibus, de viduis ne, an de inconiugatis, an de vtriſque? quidam enim ad ea verba: *Quod ſi non ſe continent, nubant;* addunt explicationis gratia, *Quæ viduæ ſunt, aut viduæ.* Alii hoc ad coniugatos referunt. Et eadem eſt profecto vtriuſque ratio: qui vtrique liberi ſunt, & ad coniugiū minime impediti. Vnde Ambroſius interpretatur; *Quod ſi impulſu carnis perſeuerare ſe viderint nō poſſe, quia nec ſunt promptiores in eo ipſo, vt adiuuentur à Deo: (illum enim Deus iuuat, quem videt tota virtute contendere) nubant itaque, ſi vri timent.* Sic ille Pater. At nubere proprium eſt fœminarum, dum viris traduntur. Sed hoc loco promiſcua eſt tam virorum, quam mulierum ſignificatio: quemadmodum Matth. 22. dixit Dominus; *In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cœlo.*

Diluitur tertiū dub. Quibus dicatur: Quod ſi non ſe continent, nubant, &c.
Ambr. hoc loco.
Nubunt propriè tātum mulieres.
Mat. 22.

Hoc autem: *Quod ſi non ſe continent, nubāt* præceptum non eſt, vt Hæretici nugantur, ſed indulgentia, vt ſuperius dixit: alioqui ſibi contradiceret Apoſtolus. Nec ex hoc loco, vel ex inferiori altero, vbi habetur: *Et ſi nupſerit virgo, non peccauit,* licet recte inferre quod liberū ſit cuiuis in Domino nubere. Viris enim, & virginibus, quæ virginitatem ſuam Deo conſecrarunt, aut voto ſancto ad cœlibatum ſe ipſas adſtrinxerunt, ad nuptias conuolare non licet; ne ſint de illarum fœminarū numero, quæ habet damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

Hoc: Quod ſi non ſe continent, nubant Apoſtolum indulgere, non præcipere.
1. Tim. 5.

Alterum dubium erat de illa locutione: *Melius eſt enim nubere, quam vri.* Eſt enim abuſiua comparatio, quia nubere malum non eſt vri vero res peſſima eſt; & ideo nulla eſt comparatio inter rem bonam, & peſſimā. Eſt ergo bonum, quia minus malum eſt. Quod Ambroſius ponderans, ait: Non ideo dixit: *Melius eſt nubere, quam vri,* quaſi bonum ſit vri, ideo nubere melius: ſed cōſuetudinem ſecutus eſt. Solemus enim dicere; Melius eſt lucrum facere, quam damnum.

Qualis hæc Apoſtoli comparatio: Melius eſt enim nubere, quā vri.

Vri autem, & ardere per metaphoram, eſt vehementer rem quampiam amare, iuxta illud.

Vritur infelix Dido, totaque vagatur vrbe furens.

Et,

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.

Hoc loco quid vri.
Virg. 4. Aeneid. ſub init.
Idem Eclo. 2. in princ.

Hic vero non tantum eſt titillari libidine, ſed æſtuare, & ardore concupiſcentiæ cum damno virtutis ſuperari non ſine peccato. Hinc Ambroſius. *Vri eſt deſiderijs agi, vel vinci. Cum enim voluntas calori carnis conſentit, vritur. Nam deſideria pati, & non vinci, illuſtris viri eſt, & perfecti.* Et Hieronymus in Apologia pro libris aduerſus Iouinia. *Ideo melius eſt nubere, quia peius eſt vri. Tolle ardorem libidinis, & nō dicet, Quia melius eſt nubere. Melius ſemper ad comparationem deterioris reſpicit, non ad ſimplicitatem incomparabilis per ſe boni. Velut ſi diceret: Melius eſt vnum oculum habere quam nullum.* Et paulo inferius: *Suſpecta eſt mihi bonitas eius rei, quam magnitudo alterius mali malum cogit eſſe inferius:* & poſt pauca: *Melius eſt nubere, quam vri, id eſt, Melius eſt maritum ducere, quam fornicari.* Qua de re liber Eccleſiaſtici: *Anima,* inquit, *calida quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat,* (quo glutio amplius ſitit, vt hydropiſi laborans) *Et homo nequam in ore carnis ſuæ non deſinet, donec incendat ignem.* Et oſtendens ſe loqui de luxuria, ſubdit: *Omni fornicario omnis panis dulcis,* id eſt, Quæcunq; fœmina ad fornicandum cum ei, pulchra ſibi videtur.

Ambroſio quid vri.
Hier. to. 2. non procul à prin.
Melius eſt nubere, quā vri, teſte Hieron. Eidē quid Melius eſt nubere, quam vri.
Eccl. 23.
Id: Omni fornicario omnis panis dulcis, quē ſenſū habeat.

Ad quarti dubii ſolutionem in illa verba: *Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio:* pro quibus Cypria. libr. 3. ad Quirinum cap. 40 legit: *Iis autem qui nupſerunt præcipio.* Græca .n. habē: τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, & apte Cyprianus de fœminis interpretatur, quia maſculinū genus concipit fœmininum, in primis præmittendum, Corinth. quæſtionem propoſuiſſe de Continētia ab vxoribus, & à de hac re Apoſtolū hactenus egiſſe Altera pars interrogationis erat, an

viri ab vxoribus, & vxores à viris poſſent omnino à vinculo coniugij ſeparari, & diſſoluere matrimonij vinculum, ita vt dimittenti poſſet concedi ius ſecundarum nuptiarum. Atque huic dubitationi (quoniam ſermonem interpoſuerat de innuptis, & viduis) ſatis facere conatur, & redit ad coniugatos: fortaſſis enim inter Chriſtianos erãt qui matrimonia propter ſcrupulum non admitterent, & etiam qui contracta pro arbitratu diſſoluerent. Iudicat ergo inprimis ſe præceptum de inſeparabili matrimonij vinculo fidelium explicare, vt Patres teſtantur. Porro illud præceptum tradidit Dominus Matth. 5. *Dictum eſt* (ſcilicet antiquis) *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuã, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat.*

Quorſum hoc: Iis qui matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego, ſed Dominus, &c.

Vbi Dominus præcepit vxorem à viro ſuo non diſcedere.

Mat. 5.
Deut. 24.

Mat. 19.

Huic ſententiæ addit ca. 19. *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.* Vbi ſimpliciter damnat omnia diuortia, quæ in quotidiano vſu apud Ethnicos erant, & in lege Moſaica apud Iudæos non puniebantur. ¶ Chriſtus ergo in his ſententijs tria videtur inſinuare. Primũ, ne quantum ad carnalem cohabitationem diuortium fiat, niſi ob fornicationem, qua vxor ſe poteſtate petendi debitũ priuauit. Secundum, ne quis ob fornicationem, dimiſſam alterius vxorem ſibi adſciſcat; quia ſic adulterium perpetraret. Tertium, ne dimittens vxorem ob fornicationem, poſſit cum alia ſine mœchiæ peccato ſe cõmiſcere. Vnde Paulus hoc loco ait: *Vxorem à viro non diſcedere*, ſiue non ſeparari: *Quod ſi diſceſſerit*, vel, ſi ſe ſeparauerit; *manere innuptam aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat*: Vbi vides, Apoſtolum aperte tradere, ſe Domini præceptum explicare, quod in cauſa fornicationis neq; vir vxorem, neque vxor virum omnino dimittere poſſit. Nam ſi de cauſa fornicationis Apoſtolus non loqueretur, non ſatis perfecte præceptum Domini declaraſſet, minime docendo quid eſſet faciendum, cum alterius fornicatio contingeret. Deinde, ſi cauſa vxoris dimittendæ eſſet iniuſta, nõ daret illi optionem, vt ex tribus eligat quid magis velit, vel non diſcedendi à viro, vel manendi innuptam, vel ſe recõciliandi cum viro ſuo ſed omnino præcepiſſet reconciliationem, & reditum ad virum ſuum. Nam quis præciperet furi ne quid raperet; quod ſi rapuerit, alteri rapiendum nõ exponat? cum potius præcipiẽdum ſit illi, vt ablatum ſtatim reſtituat. Fur enim ſemper eſt in mora, donec reſtituat, Ita & mulier, ſi ſine iuſta cauſa & legitima recedat à viro ſuo, ſemper eſt in culpa ſuæ iniuſtæ diſceſſionis, vt iam iniquam ſit ei cõſulere cœlibatum: ſed potius præcipere debebat Apoſtolus, vt rediret ad virum, & illi reconciliaretur.

De coniugio Domini documenta.

Hic ſoluitur quarta dubit. Apoſtolũ cum ait de muliere; Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, &c. de ſola fornicationis cauſa habere ſermonem

II. Ratio.

Simile.

III. Ratio.

Tertio ſi exhortatur vxorem, vt reconcilietur viro ſuo, manebat ergo prioris coniugij vinculum, cum nõdum eſſet ſolutum: alius quippe ad fornicationem, vel ad adulterium adhortaretur Apoſtolus, cum per reconciliationem matrimonium iam diſſolutum de integro non fiat. Quarto, ſi extra cauſam fornicationis vxor à domo viri diſceſſiſſet, faceret profecto virum mœchari, vt vir relinquens vxorem extra fornicationem, facit eam mœchari; ac proinde imperaret illi, vt ad virum ſuum rediret. Quinto, ſi Apoſtolus præcipit à viro ſub vxorem non diſcedere, vel non ſeparari, quomodo ergo præciperet in illicita diſceſſione, vel ſeparatione permanere? Ergo non obſtante fornicatione, aut quauis iuſta cauſa, manet adhuc cõiugij vinculum, propter quod innupta permaneat. Sexto Apoſtolus ait: *Præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro ſuo nõ diſcedere*: quod ſi de alia cauſa præter fornicationem loqueretur, profecto Domini ſententiam non explicaſſet, qui tantum illã cauſam protulit. Septimo, confirmant id ipſum veteres Patres, quos inter occurrit primo loco Euariſtus, qui in 2. epiſt. ad fratres per Aegyptum ita habet: *Et ſicut vxori non licet dimittere virum ſuum, vt alteri ſe (viuente eo) matrimonio ſociet, aut eum adulteret, licet fornicatus ſit vir eius, ſed iuxta Apoſtolum aut viro ſuo reconciliari debet, aut manere innuptæ: ita Eccleſiæ non licet dimittere, aut ab ea ſegregare Epiſcopum ſuum, vt alterum (viuente eo) accipiat, ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat, id eſt ne alterum Epiſcopum (ſuo viuente) accipiat, ne fornicationis, aut adulterij crimẽ incurrat.* Hæc ille antiquiſſimus Chriſti martyr, & Pontifex; qui ſimilitudinem falſam ex Apoſtolo non ſumeret, niſi certiſſima eſſet, & ab omnibus receptiſſima. Et Alexander III. tit. de Sponſalibus, cap. 9. ita definit: *Quia igitur nemini licet vxorem ſuam ſine manifeſta cauſa fornicationis dimittere, & tunc eam ſibi reconciliare debet, aut ipſa viuente continere: Mandamus, quatenus eundem (ſcilicet relinquentem vxorem, & alteram ducentem) vt ſuperinducta dimiſſa, ad vxorem ſuam redeat, et eã maritali affectione pertractet, monitione præmiſſa per eccleſiaſticas cenſuras cogatis.* Hæc ille, loquens de viro, qui vxorem dimiſerat, & alteram duxerat. Vt intelligas, Apoſtolum, cum ait: *Et vir vxorem ſuam non dimittat*, ſubintelligere quæ de muliere dixerat:

IV.

V.

VI.

Septima à dictis Patrum.
Euariſt. PP.

Eccleſia quæ quomodo fiat adultera.

Quod diſceſſerit, vel ſe ſeparauerit, maneat innuptus, aut vxori ſuæ reconcilietur. *Hier. epiſt. 147 prope fi. to. 3.* Hieronymus in epiſtola ad Amandum producens hæc Apoſtoli verba; *Mulier alligata eſt quanto tempore viuit vir eius: ſi autem dormierit vir eius, liberata eſt, cui vult nubat, tantum in Domino*, ſubdit, *Omnes igitur cauſationes Apoſtolus amputans, apertiſſime definiuit, viuente viro adulteram eſſe mulierem ſi alteri nupſerit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris perſuaſionem, patris autoritatem, propinquorum cateruam, ſeruorum inſidias, atque contemptum, damna rei familiaris.* Cauſationes quæ inutiles & vanæ diuortii *Quamdiu viuit vir, licet adulter ſit, licet Sodomita, licet flagitijs omnibus coopertus, & ab vxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet.* *Idem t. 3.* Idem in Apologia pro libris contra Iouin. *Docet* (ſcilicet Paulus) *iuxta ſententiam Domini, vxorem, excepta cauſa fornicationis, non repudiandam; & repudiatam viuo marito alteri non nubere, aut certe viro ſuo debere reconciliari.* *Aug to 6. prope fin.* Auguſtinus item libro 2. de Adulterinis coniug. ad Pollentium hæc verba pertractans, idem docet prope finē: *Theodor. p. 2. Oec. c. 4. Haymo Epiſc. Anſel. t. 2. D. Tho. lec. 2. to. 16.* adde Theodoretum, & OEcumenium in Commentariis huius loci; accedit & Haymo, Anſelmus, & B. Thomas: qui omnes docent expreſſe Paulum de cauſa fornicationis loqui. Adde etiam quædam Concilia, vt VI. Synodum, Concilium Elibertinum, Florentinum, quæ de fornicatione in ſpeciali loquuntur, ſicut & Mileuitanum, Vlt. Ratio à Conciliis quod cap. 17. definit: *Placuit vt ſecundum Euangelicam, & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore; neque dimiſſa à marito, alteri coniungantur, ſed ita maneant, aut ſibimet recōcilientur.* Hinc ſoluitur V. dub. Contra Marloratū Caluiniſtā de alia, quā fornicationis cauſa nunc loqui Apoſtolū ſomniantē *Mat. 19.* Hæc omnia ideo produximus, vt impudentiam Marlorati Caluiniſtæ refellamus, docentis, Apoſtolum in hoc loco non de cauſa fornicationis habere ſermonem: ſed ſi de alia cauſa præter illam fornicationis eſſet ſermo, & Paulus ſuaderet manere fœminam innuptam, Chriſto plane aduerſaretur, dicenti: *Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet*: nam in quacunque alia cauſa præter fornicationem, quam ſolam excepit Chriſtus, non Deus, ſed homo eſſet qui ſolueret matrimonium.

VI. dubii ſolut. An viro pariter non liceat ab vxore non diſcedere: & ſi diſceſſerit, ei recōcilietur. Ad alterum dubium propoſitum de viro, ne dimittat vxorem, reſpondemus, ſatis Apoſtolum feciſſe, cum dixit: *Et vir vxorem non dimittat*, id eſt, Non diſcedat ab vxore: quod ſi diſceſſerit, aut maneat innupt⁹, aut vxori ſuæ reconcilietur: hoc enim eſſe ſupplendum, & breuitas Paulo conſueta ac familiaris, & ratio ipſa ſatis docet. Cur enim mariti maior eſſe debuit ratio in hac parte, cum præſertim ſi aliqua indulgentia eſſet vtēdum, infirmiori ſexui, & fragiliori, hoc eſt fœmineo, illam conceſſiſſet? Nam ſi marito indulgere aliquid plus voluiſſet Apoſtolus, apertius omnino declarauiſſet, nec rem tanti momenti tam frigide præteriiſſet maxime cum Dominus Mar. 10. æqualem de viro, ac muliere ſtatuat regulam. *Marc. 10.* Et hoc ipſum Patres docent permulti. E quibus *Aug. 5. 4. ſub fin.* Auguſtinus lib. 1. de Serm. Dom. in Monte, cap. 25. *Eis quæ nupta ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus: mulierem a viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari: Et vir vxorem non dimittat. Credo ſimili forma, vt ſi dimiſerit, non ducat aliam, aut reconcilietur vxori. Fieri enim poteſt vt dimittat vxorem cauſa fornicationis, quam Dominus exceptā eſſe voluit.* Et clarius infra cap. 16. citatis iiſdem verbis, ſubiungit: *Poteſt enim geri vt diſcedat ea cauſa qua Dominus permiſit. Aut ſi fœminæ licet virum dimittere etiam præter cauſſam fornicationis, & non viro, quid reſpondebimus de hoc quod dixit poſterius: Et vir vxorem ne dimittat? Quare non addidit, excepta cauſa fornicationis: quod Dominus permittit: Niſi quia ſimilem formam vult intelligi, vt ſi dimiſerit (quod cauſa fornicationis permittitur) maneat ſine vxore, aut reconcilietur vxori. Non enim male reconciliaretur vir mulieri, quā cum lapidæ nemo auſus eſſet, dicit ei Dominus, Vade, & vide deinceps ne pecces.* Hæc Auguſt. Cum dixit Apoſtolus: Et vir vxorem ne dimittat, (vt ait Aug.) quare non addidit, excepta cauſa fornicationis. *Ioan. 8.*

Et confirmatur hic ſenſus: quia Apoſtolus docet, Dominum dediſſe hoc præceptū vxori, quod certe expreſſe, & formaliter in Euangelio non habetur, niſi quod pro certo, & indubitato habuit, virum & vxorem in cauſa diuortii pares eſſe; & quæ Chriſtus dixit de viro dimittente vxorem, Paulus neceſſaria conſequentia deriuauit ad vxorem, quæ virum ſuum dimittit: & propter eandem cauſam aſſeruit eſſe à Domino prę ceptum. Parem viri & vxoris poteſtatē aſſerentes in cauſa diuortii, vnde ſuum dogma corroborent. Et de viro loquens, non curauit ea omnia aperte explicare, quæ perſpicue dixerat de vxore, quia viderat Chriſtum ſatis aperte de viro fuiſſe locutum, ex cuius verbis collegit præceptum de muliere. Cur prius de muliere dictum ſit à viro ſuo ne diſcedat. Quod non ſolum factum eſt, vt dixi, ob Apoſtolo familiarem βραχυλογίαν, ſed etiam quod ſere mulieres auidiores ſunt alieni matrimonii, & affectuum ſuorum incōtinentiores, ac vt plurimum impudentiores. Ideo prius & clarius de muliere præcepit ne diſcedat, ſed maneat innupta, vel viro ſuo reconcilietur.

Si quęras, quomodo dicenda eſt innupta, quæ adhuc virum habet; Reſpondeo; Innuptam vocat eam, quę nuptiis nō fruitur, & vſu coniugii deſtituta eſt. Et perinde viuit, ac ſi eſſet innupta: Et inferius dicit Apoſt. vt qui habēt vxores, tanquam non habentes ſint. Vxor virū habēs quī maneat innupta.

Ex-

Matth. 5. Infra 19.

Explicauit ergo Apoſtolus præceptum datum Phariſæis in cauſa fornicationis, & explicationem factam Apoſtolis cùm domi eſſet, in qua vir & vxor ad paria iudicantur in Nouo Teſtamento, vt habes Mar.10. & ex hoc Apoſtoli loco. Nam ſi vir dominium integrum ſuper corpus vxoris ſuæ habet, vt poſſit vti cum velit tanquam re ſua, & poteſt vxorem à ſe abdicare, æquo ac pari iure in eadem cauſa idem poterit mulier: nam alioquin fœmina non haberet dominium ſuper corpus viri, & cenſenda potius eſſet vſufructuaria, vt ſic dicã, quam domina. Quare Chryſoſt. homil. 19. interpretans illud; *Vxori vir debitum honorem reddat, ſimiliter autem & vxor viro: Multis*, inquit, *in locis, magnam tribuit viro prærogatiuam. In vetere quidem Teſtamento, inquit: Et ſub viri poteſtate eris, & ipſe tibi dominabitur. Paulus autem ita diuidit, Viri diligite vxores, vxor autem virum timeat. Hoc autem in loco neque maius, neque minus eſt, ſed vna poteſtas. Quid tandem? cum de pudicitia ſermonem habeat, in alijs quidem ſuperior ſit, inquit, vir, hic pudicitiæ ratio habenda eſt: Vir ſui corporis poteſtatem non habet, neque vxor. Magna hic paritas, & cupiditas nulla.* Hæc ille, quem ſequuntur Theophylactus, & Oecumenius. Baſilius quoque Can. 9. Quod Dominus pronuntiauit de non dimittenda vxore, excepta cauſa fornicationis, ex æquo tũ in ipſos, tum in vxores conuenit. Hieronymus quoque 32.q.2.cap. Apoſtolus: *Ad paria* inquit, *iudicentur vir, & vxor:* quos ſequuntur Primaſius, & Anſelmus in explicatione huius loci,

Marc.10. Vxor etiam iure in poſſe virum ſuum dimittere, quid inde.

B.Chryſ.to.4. Viro, quam vxori tribuant Scripturę quid amplius. *Gen.3. Epheſ. 6.*

Theophyl. Oecumen. Baſil.

Hieronym.

Primaſ. Anſel. to.2.

Nec obſtat verbum Reconciliandi, quo vtitur Apoſtolus, & quod potiùs ad offendentem, quàm ad offenſum ſpectat, & ita non eſſet ad propoſitum fornicantis vxoris: Quia illa, de qua loquitur Paulus, nõ videtur fornicata, cùm ei detur optio vel reconciliationis, vel permanendi ſine reditu ad virum, & per eum, & non per virũ ſtat, quòd ad eum non redeat: quòd ſi per virũ ſtaret, eum planè, & non eam ad reconciliationem adhortaretur. Pars ergo innocens non vellet reconciliari viro; quod proprium eſt viri offendentis. Dicendum tamen eſt, verbum hoc, quod Gręcis eſt καταλλάττειν, & quo vtitur Apoſtolus, non tantum reo conuenire; ſed cuicunq; reſarcienti amicitiam, & ineunti gratiam, licet alterius cauſa perditam. Vnde 2.Machab.1. habetur; *Exaudiat Deus orationes veſtras, & reconcilietur vobis;* & Paulus, *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi:* & Cicero ait ſæpe, patrem offenſum filio ſuo reconciliari; cùm tamen filij parentibus ſoleant eſſe immorigeri, & illos ad iracundiam prouocare.

Mulieri ſi licet virum ſuum dimittere fornicantem, cur non vir vxori, ſed hæc viro, iubetur reconciliari?

Reconciliandi verbum quibus ſoleat conuenire perſonis.

2.Mach.1.

2.Cor.5. Coloſſ. 3.

Iuſtitia ergo à Chriſto præcepta circa diuortia, in tribus præcellere videtur illam veteris Teſtamenti. Nam in illa diuortium pluribus ex cauſis permiſſum erat, in noua autem lege, in cauſa fornicationis tantùm. Nec tamen in illa cauſa fornicationis ſemper licet dimittere vxorem: nam ſi vir vxorem proſtituat, aut ipſe cum alia fornicatus fuerit, aut ipſe ei dederit fornicandi occaſionem, vt facit, cum non vult reddere debitum, aut ipſa credens, probabiliter virum mortuum, alteri nupſerit; aut quando violenter ab aliquo oppreſſa fuerit, aut quandò ſub ſpecie viri ſui ab altero cognita fuerit, aut denique quando fuerit à viro poſt adulterium manifeſtè deprehenſum nihilominus retenta. In his enim ſeptem cauſis vxor etiam fornicaria à viro repudiari non poteſt, vt docet B.Thomas in 7. caput ad Corinth.

Legale diuortium ab Euangelico ſeu Chriſtiano in tribus differt. *Deut. 24.*

Quibus ſeptẽ cauſis non licet viro vxorẽ dimittere fornicantem.

B.Tho.lect.2. tom.2.

II. Diſcrimen.

Deinde, quod in veteri erat permiſſio ad dimiſſionem etiam, quę diſſolueret vinculum, in Euangelio dimiſſio eſt quantum ad torum tantum, & cohabitationis diſſolutionem, non autem quod ad vinculum ſpectat. Tertiò in veteri Inſtrumento erat viro permiſſum repudiare vxorem: vxor autem non poterat repudiare virum; at in nouo vterque coniugum in actu repudii pares ſunt effecti.

III. Diſcrimen.

Si obijcias, Paulum verba Chriſti, vt ipſe illa pronuntiauit, de excepta cauſa fornicationis non retuliſſe: Reſpondebo, Apoſtolum ſententiam præcepti Dominici, & quidem explicatiorem, non autem verba poſuiſſe. Et quis ignorat, Apoſtolos Scripturæ magis producere ſententiam, quam verba?

Quare Apoſtolus Domini præceptum de coniugio producens, cauſę fornicationis non meminit.

Indignum autem eſt, quod Marloratus Caluinianus impudenter, & ſine ratione dixit, æqualiter cauſas contractus coniugij, & emptionis, & venditionis, ad iudicium ſecularis Magiſtratus eſſe referendas.

Contractuum cauſas matrimonialium quibus ęquiparet impius Marloratus.

Vnum eſt præcipuum argumẽtum, quod huic noſtræ intelligentiæ obſtare videtur. Nam B.Ambroſius ſcribens in hunc Pauli locum, apertè concedit ſecundas nuptias viro priori vxore viuente, non autem mulieri. Scribit enim in illud; *Et vir vxorem non dimittat: Subauditur autem, excepta fornicationis cauſa. Et ideò non ſubiecit dicens, ſicut de muliere, quod ſi diſceſſerit, manere ſic: quia viro licet ducere vxorem, ſi dimiſerit vxorem peccantem, quia non ita lege conſtringitur ſicut mulier. Caput enim mulieris vir eſt.* Hæc ille, qui ſimilia dixerat paulo ante. Sanè ad hoc argumentum Gratianus in 32.q.7.cap. Quod propoſuiſti, & Magiſter Sentent. in Quarto diſtinct. 29. reſpondent hæc operibus Ambroſii à falſarijs, ſiue hæreticis fuiſſe inſerta. Quæ re-

Ambroſii viro ſoli poteſtatẽ diuortii tribuentis, argumẽtum opponitur.

1 Cor.11.

Locum Ambroſii minimè, vt quidam opinantur, ab hæreticis fuiſſe corruptum, oſtenditur.

ſponſio dura & violenta quibuſdam videtur: quia nullam hæreſim legimus conditã fuiſſe, quæ tale dogma aſſereret. Nam Hiſtorici eius meminiſſent, maximè verò Auguſtinus, qui in libris duobus de Adulterinis coniugijs ad Pallentinum, hoc argumẽtum latiſſimè tractauit: & cum eſſet diligẽtiſſimus Ambroſii ſcriptorum obſeruator, proculdubio hanc eius ſententiam non diſſimulaſſet, quod in aliis tamen fecit.

Auguſt. to. 7.

Enarrationum quæ illi tribuuntur in Paulum, non eſſe Ambroſium autorem, probatur ex Patribus.

Quare alii eruditiſſimi viri, & planè Catholici aliam ſolidiorem videntur excogitaſſe ſolutionem. Aiunt enim, hos qui circumferuntur ſub nomine Ambroſii in Paulum Commentarios, verum fœtum Ambroſii non eſſe: qua de re ante annos nongentos dubitare cœpit Caſſiodorus ſenator, qui in libro de inſtitutis ſacræ doctrinæ ſcribit ſe eius Commentarios nunquam vidiſſe, & illos, qui ſunt in epiſtolam ad Roman. corruptos fuiſſe, & à ſe emendatos. Tales etiam non agnouit Auguſt. neque alij Veteres, qui inſecuti proximè ſunt ætatem Ambr.

Idem quibus conſtet indiciis.

Adduntur etiam aliæ non improbabiles coniecturæ. Nam in epiſtolam ad Romanos cap. 5. apertè Pelagii ſenſum tuetur. Sui quoque oblitus fuiſſet Ambroſius, dum in aliis eius certis, & indubitatis libris aliter intellexiſſet multos locos Pauli, atque in his Commentarijs explicauit: vt inde meritò ſuſpicio oriatur, eos non eſſe veros Ambroſii labores, ſed nothos, & ſpurios. Nam idem Ambroſius in Lucæ cap. 16. aliter atq; hic hunc nodũ diſſoluit, & Pauli verba interpretatur, ait enim: *Pone ſi repudiata non nubat, & hæc viuo viro tibi debuit diſplicere, cui adultero fidem ſeruat? Pone ſi nubat: neceſſitas illius tuum crimen eſt. & coniugium quod putas, adulterium eſt. Quid enim refert, vtrum aperta criminis confeſſione, an mariti ſpecie adulterium admittat? niſi quod grauius eſt legem criminis feciſſe quã furtum.* Et infra: *Apoſtolus negauit legis eſſe diuinæ, vt coniugium qualecunque ſoluatur: nec ipſe præcepit nec dedit deſerendi autoritatem, ſed culpam abſtulit deſtituto.* Et paulò ante hæc verba inuehitur in eos, qui legis humanæ præſidio, & autoritate, dimiſſis vxoribus ſuis alias accipiebant, dicens: *Dimittis ergo vxorem quaſi iure ſine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet, ſed diuina prohibet? Qui hominibus obſequeris, Deum verere. Audi legem Domini, cui obſequuntur etiam qui leges ferunt: Quæ Deus coniungit, homo non ſeparet.* Hactenus ergo Ambroſ. apertè indicauit, legem diuinam prohibere vxoris dimiſſionem, & aliam ducere: quomodo ergo potuit Ambroſ. autor eſſe horum Commentariorum, in quibus oppoſitum traditur?

Ambr. lib. 8. in Luc. tom. 5.

Ambroſii de viri, & vxoris communi poteſtate diuortii apertiſſima teſtimonia.

Matth. 19.

Præterea ſcribit Ambroſ. lib. 1. de Abraham Patriarcha ca. 4. ſub initium. *Nemo ſibi blandiatur de legibus hominum: Omne ſtuprum adulterium eſt, nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab vxore debetur caſtimonia.* Hactenus ille. In quo etiam refellit hos Commentarios in Paulum, in quibus traditur oppoſitum, nimirum viro licere repudiare vxorem, non autem vxori repudiare virum. Sed de his B. Ambroſio inſcriptis Commentarijs latior, & luculentior nobis ſermo habitus eſt in primo lib. Prolegomenon in Paulum.

Ambr. to. 4.

Diſput. vlt. 1. part.

DISPVTATIO XII.

In illa Apoſtoli verba: *Nam cæteris ego dico, non Dominus, ſi quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem: & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem: alioqui filij veſtri immundi eſſent: nunc autem & ſancti ſunt*, & reliqua vſque ad: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo.*

I. Dubium.

CIrca Verba propoſita primum dubium ſurgit, & quidem graue, an ille dicendi modus, quo vtitur Apoſtolus: *Præcipio, non ego, ſed Dominus*, & deinde, *Ego dico, non Dominus*, aliquod diſcrimen conſtituat inter præceptum Chriſti, & præcepta Apoſtolorum, etiamſi vtraque pariter obligent in conſcientia: maximè cùm ipſe de ſuis præceptis Apoſtolus, & conſiliis dicat: *Puto autem quòd & ego Spiritum Dei habeam.* Deinde ambigitur de coniugio illorum, quorum alter fidelis efficiebatur, altero in infidelitate permanente, quid ſit circa illud obſeruandum: & an præceptum ſit dimittere vxorem, vt quidam volunt, an verò ſit conſilium. Tertiò dubitare poſſumus, quomodo conſtat illa ratio; *Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.* Quartò, quemadmodum illorum filios aſſerat eſſe ſanctos; cum omnes ſub ira Dei, & peccata originali naſcantur? cur ergo dixit: *Nunc autem ſancti ſunt?* Quintò dubitatur, quid eſt: *Niſi vnicuique ſicut diuiſit Dominus, vnumquemque ſicut vocauit Deus, ita ambulet:* vbi late de vocatione diſſerit, vſque ad illum locum, *Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.*

II. Dub.

Tertium.

Quartum.

Epheſ. 2. Rom. 5.

Quintum.

Sextum.

neat. Sextò dubitatur, quomodò Apoſtolus circumciſo homini præcipiat, vt non inducat præputium? Impoſſibile enim videtur, vt ſemel ſecta pellicula, rurſus redeat præputium.

Septimum.

Septimò circa illud: *Seruus vocatus es? non ſit tibi cura:* Quomodò enim non debet eſſe homini cura libertatis? quę tantum bonum eſt, vt de illa dictum ſit:

Non bene pro toto libertas venditur auro. Et ſi eſt ſermo de libertate ſpiritus, maiori opera, & cura comparãda venit, quæ nos à peccato, & dæmone liberat.

Octauum.

Octauò videntur illa verba ſatis obſcura, & intricata; *Qui in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini: & qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti.* Videntur enim contradictionem aliquam continere duæ iſtæ ſentẽtiæ. Iſtis dubitationibus, Deo fauente, præſenti diſp. ſatisfiet.

Solutio primæ quæſtionis. Dei, & Apoſtolorum leges quid differant.

Dicendum igitur ad primam, Patres veteres ſanã Scripturam ſequentes, diſtinxiſſe inter legem, quæ à Deo immediatè fertur, & illam, quæ per intermediam creaturam, id eſt Prophetam, vel Apoſtolum, lata eſt. Nam prima propriè ius diuinũ facit, altera verò non propriè ius Diuinum, ſed Canonicum, & Eccleſiaſticum. Quamobrem B. Thomas Apoſtolum Paulum & rationem ipſam ſecutus, excellẽtiam doctrinæ Saluatoris ſuper eam legis veteris etiam in Decalogo contentam conſtituit: nimirum quòd hæc fuerit immediate per Chriſtum, illa verò per Angelos tradita. Ex quo arguitur, doctrinam legis veteris imperfectam eſſe, Euangelicam verò perfectam. Verba Thomæ in 1.2.q.98.art.3. hæc ſunt.

Legis Euangelicę præſtantia ſupra Moſaycam. *Exod.20.*

B. Thom. to. 11. part. 1.

Reſpondeo dicendum, quòd lex lata eſt à Deo per Angelos, & per rationem generalem, quam Dionyſ. aſſignat in 4.c. Cœl. hierarc. quòd diuina debent deferri ab homines mediantibus Angelis, ſpecialis ratio eſt, quare legem veterẽ per Angelos dari oportuit. Dictũ eſt enim, quòd lex vetus imperfecta erat, ſed diſponebat ad ſalutem perfectam generis humani, quæ futura erat per Chriſtum. Sic autem videtur in omnib. poteſtatibus, & artibus ordinatis, principalẽ, & perfectum actum operatur per ſeipſum: ea verò quæ diſponunt ad perfectionem vltimã, operatur per ſuos miniſtros, ſicut nauifactor compaginat nauem per ſeipſum, ſed præparat materiam per artifices ſubminiſtrantes. Et ideò conueniens fuit, vt lex perfecta Noui Teſtamenti daretur immediatè per ipſum Deum hominẽ factum, lex autem vetus per miniſtros Dei, ſcilicet, per Angelos daretur hominibus. Et per hunc modum Apoſtolus 1. ad Heb. probat eminẽtiam nouæ legis ad veterem: quia in Nouo Teſtamento locutus eſt nobis Deus in Filio ſuo, in veteri autẽ Teſtamento eſt ſermo factus per Angelos. Hactenus Thomas.

Exod 19. Act 7. Gal. 3. Cap 4. ante medium.

Art. 1 huius quaſt.

Veterem per Angelos, nouam per Chriſtum Deus legem ferendo, quemadmodũ feciſſe videatur.

Lex Moyſi per Angelos, lex Euangelica per Chriſtum cur fuerit ferenda. *Hebr. 1.*

Ante quem Clemens Alex. lib. 1. de Pædagogi. c. 7. dixit; *Reuera erat Dominus per Moſen Pædagogus veteris populi: per ſeipſum autem populi noui dux facie ad faciem.* Et infrà: *Lex per Moſen data eſt; Non à Moſe, ſed à Verbo quidem, verùm per Moſen ſeruum ſuum. Et ideò fuit ad tempus. Aeterna autem gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Hæc ille, qui Ioannem Baptiſt. ſecut⁹, ex eo quod lex ſcripta data eſt à Deo per Moſen, lex autem gratię facta eſt per Ieſum Chriſtum, docet, illam ad tempus tantum permanſuram. Idem Orig. homil. 16. in lib. Num. docet, Moſen ita legẽ ſcripſiſſe, quoniam etſi eam à Deo ſuſciperet, tamen in ea tradenda, propria autoritate (à Deo tamen illi conceſſa) vſus fuerit: propter quod & legislator dicitur, & illa, Moyſis lex appellatur. Hæc enim ſunt eius verba: *Deniq; & per Moyſen quidem multa locutus eſt Deus, aliquanta tamen & Moyſes propria autoritate mandauit: quod Dominus in Euangelijs euidentiſſima diſtinctione ſecernit, cum dicit de repudio mulieris interrogatus: Quia ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis hæc Moyſes; ab initio autẽ non fuit ſic.* Et infrà: *Vides ergo & hic Deum quidem non præcepiſſe, nec fieri voluiſſe diuortium: Moyſen verò propter duritiam cordis Iudæorum ſcripſiſſe, dandum eſſe repudium. Oſtendit hæc et Paulus in literis ſuis, cum dicit de quibuſdam: Dominus dicit, & non ego. Et de alijs: Hæc autem ego dico, non Dominus. Et iterum in alijs: Præceptum Domini non habeo: conſilium autem do: & iterum: Quæ loquor, non loquor ſecundum Deum. Vnde ſimiliter etiam in cæteris Prophetis aliqua quidem Dominus locutus eſt, & non Propheta, alia verò Propheta, & non Dominus.* Hactenus Origenes, cuius opera licet damnata ſint ab Eccleſia pariter cum autore, nõ tamẽ omnia damnata ſunt: quin verò multa in Eccleſia ex illo legi ſolita erant, & Gelaſius Papa diſt. 15. cap. 5. id iudicium probat de operibus Origenis, quod protulit Hieronymus: qui in hoc quidẽ non ſolùm non damnat Origenẽ, ſed etiam probat, & imitatur. Scribẽs enim in c. 19. Matthæi, ita diſſerit: *Nunquid poteſt Deus ſibi eſſe contrarius, vt aliud ante iuſſerit, & ſententiam ſuam nouo frangat imperio? Non ita ſentiendum eſt: ſed Moyſes cùm videret propter deſiderium ſecundarum coniugum, quæ vel ditiores, vel iuniores, vel pulchriores eſſent, primas vxores interfici, aut malam vitam ducere; maluit indulgere diſcordiam, quàm odia, & homicidia perſeuerare. Simulque conſidera, quòd non dixit: Propter duritiam cordis veſtri permiſit vobis Deus, ſed Moyſes; vt iuxta Apoſtolum, conſilium ſit hominis, non imperiũ Dei.* Ita Hieronymus, qui quidem cùm negat, Moyſi legem de repudij libello, Dei fuiſſe,

Clem. Alex. tom. 1. Gal 3. Ioan. 1.

Veteris & nouæ aliud diſcrimen legis ex Clemente.

Origen. to. 1.

Lex vetus, lex Moyſi, hic que legislator quare nomine eius.

Matth. 19. Deut. 24.

1 Cor. 11.

Gelaſij Papæ de operibus Origenis iudicium atque Hieronymi.

Hieronym. tom. 19.

Matth. 19 Deut. 24

Cur Dominus non Deum, ſed Moſen permiſiſſe al. libellum repudij, teſte Hieronymo.

Vt negetur lex diuortij Dei eſſe, ſed Moſis.

intelligendum eſt ad illum ſenſum, quòd Deus non tulit illam legem per ſeipſum, licet Moyſi illam ſuggerit, & per eum tanquam per legislatorem illam tulerit.

B. Irenæus.

Ante hos autem hæc doctrina traditur ab Irenæo lib.4.cap.29.dicente: *Non ſolùm autem hoc, ſed & præcepta quædam à Moyſe poſita eis propter duritiam illorum (ſcilicet Iudæorum) & quòd nollent eſſe ſubiecti, manifeſtauit Dominus, cùm dixiſſent ei: Quare ergo Moyſes præcepit dare libellum repudij, & remittere vxorem? dicens eis, Hæc vobis propter duritiam cordis veſtri permiſit, ab initio autem non factum eſt.* Et paulò pòſt: *Et quid dicimus de veteri teſtamento hæc? quandoquidem & in nouo Apoſtoli hoc idem facientes inueniuntur propter prædictam cauſam, ſtatim dicente Paulo: Hoc autem ego dico, non Dominus. Et iterum: Hoc autem ego dico ſecundum indulgentiam, non ſecundùm præceptum. Et iterum: De virginibus autem præceptum Domini non habeo; conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, vt fidelis eſſem. Sed & alio loco ait; Ne tentet Satanas propter incontinentiam veſtram.* Hæc ille, quæ eundem prorſus ſenſum habent.

Matth.19.
Deut.24.
1.Cor.7.

Cum è cœlo fuerit, & Diuinum, cur non Dei, ſed Ioannis baptiſma vocatur.
Matth.21.

Poſſumus hoc idem & alio exemplo de Ioannis baptiſmo illuſtrare: nam etſi ille à Deo, & de cœlo fuerit, & non ex hominibus, vt Chriſtus dixit; tamen baptiſmus Ioannis nuncupatur, quòd ex autoritate Dei Ioanni cōceſſa inſtitutus fuerit, & ſuggeſtus. Vnde Auguſtinus Tractat.5. ſuper Ioan. deponderans pulchrè ait: *Hoc attendat, & diſtinguat, & nouerit charitas veſtra: Baptiſmus, quem accepit Ioannes, baptiſmus Ioannis dictus eſt. Nullus ante illum iuſtorum, nullum poſt illum vt acciperet baptiſmum, qui baptiſmus illius diceretur, accepit: ſolus tale donum accepit. Accepit quidem, non enim à ſe poſſet aliquid. Si enim à ſe quis loquitur, mendacium de ſuo loquitur. Et vnde accepit, niſi ab eo Domino Ieſu Chriſto? Ab illo vt baptizare poſſet, accepit, quem poſtea baptizauit.* Et paulò inferiùs; *Quoniam ergo acceperat Ioannes baptiſmum, qui propriè Ioannis diceretur: Dominus autem Ieſus Chriſtus baptiſmum ſuum noluit alicui dare, non vt nemo baptizaretur baptiſmo Domini, ſed vt ſemper ipſe Dominus baptizaret: id actum eſt, vt & per miniſtros Dominus baptizaret, id eſt, vt quos miniſtri Domini baptizaturi erant, Dominus baptizaret, non illi. Aliud eſt enim baptizare per miniſterium, aliud baptizare per poteſtatem. Baptiſma enim tale eſt, qualis eſt ille, in cuius poteſtate datur: non qualis eſt ille, per cuius miniſterium datur. Talis erat baptiſmus Ioannis, qualis Ioannes: baptiſmus iuſtus tanquam iuſti, tamen hominis: ſed qui acceperat à Domino iſtam gratiam, & tantam gratiam, vt dignus eſſet præire iudicem, & eum digito oſtendere, & implere vocem prophetiæ illius: Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini. Tale autem baptiſma Domini, qualis Dominus: ergo baptiſma Domini diuinum, quia Dominus Deus.* Hæc ille & doctè, & ſubtiliter. Cuius phraſim imitando dicere poſſumus: Tale eſt ius, qualis eſt ille, cuius autoritate inſtituitur: ſi hominis, humanum; ſi Dei, Diuinum.

B. Auguſtin. ſub initium Tractat to.9. in princip.
Ioan.8.
Matth 3.

Qualis Ioannis, qualis fuerit Chriſti baptiſmus.

De Conſecr. diſt.4. cap. Aliud 4. ſent. diſt.5. c.1.
Eſai. 40. 3. ſent. diſt.5. cap.

Moſes & Paulus interdum non vt Dei miniſtri, ſed agūt vt legislatores, & principes.

Nec tantùm Irenæus, Origenes, & Hieronymus aſſerunt, Moſen, & Paulum quandoque loqui in propria perſona, etſi nonniſi à Deo ipſis ſuggeſta: ſed de Paulo idem ſentit Auguſtinus libr.1. de ſermone Dom. in Monte, capit.16. prope initium, explanans Pauli ſententiam, qua ſuadet fidelem coniugem cum infideli habitare: *Cæteris autem ego dico, non Dominus.* ita ſcripſit: *Hic primo videndum eſt quibus cæteris. Dicebat enim ſuperius ex Domini perſona ijs qui ſunt in coniugio, nunc verò ex ſua perſona cæteris dicit.* Et paulò pòſt: *Si ergo non præcipit ex Domini perſona, ſed ex ſua perſona monet, ita eſt hoc bonum, vt ſi quis aliter fecerit, non ſit præcepti transgreſſor, ſicut de virginibus paulò pòſt dicit, præceptum Domini ſe non habere, conſilium autem dare.* Et rurſus ibidem: *Monetur autem vir fidelis, ſi habet vxorem infidelem conſentientem ſecum habitare, non eam dimittere. Licet ergo & dimittere, quia non eſt præceptū Domini, ne dimittat, ſed conſilium Apoſtoli. Sicut monetur virgo non nubere; ſed ſi nupſerit, conſilium quidem non tenebit, ſed contra præceptū non faciet.* Hucuſque Auguſtinus, qui in ſua perſona ait Apoſtolum loqui, cùm ſuadet virginitatem, vel coniugem fidelem non recedere ab infideli ſecum habitare conſentienti: quanquam hoc ſecundum, nō conſilium, ſed præceptum nominet. Sicut & Hieronymus libr.1. aduerſus Iouinian. *Hic autem*, inquit, *quos in matrimonio deprehendiſſet fides, hoc eſt, ſi vnus credidiſſet è duobus, præcipit ne credens repudiet non credentem.*

D. Auguſtino 4 circa fin. 1.Cor.7.

Vir fidelis, teſte Auguſtino, cui dimittere poſſit virum infidelem.

B. Hieronym. circa princ. to. 2. in ...

Accedit & B. Thomas, qui in 4. Quodlibeto, articul.13. docet, ſummum Pontificem diſpenſare cum digamo, vt promoueatur ad ſacros, & maiores ordines, & præceptum Pauli non eſſe iuris Diuini; cuius hæc ſunt verba: *Ad primum ergo dicendum, quod Apoſtolus dupliciter in doctrina ſua aliqua propoſuit, quædam quidem ſicut promulgans ius Diuinum, ſicut illud quod habetur ad Gal.5. Si circumcidimini, Chriſtus vobis nihil proderit, & multa alia huiuſmodi: & in hoc Papa non poteſt diſpenſare.* Quædam verò ſicut propria autoritate aliqua ſtatuens: nam ipſe dicit 1. ad Corinth.11. *Cætera cum venero diſponam. & infra 16. mandauit, vt collectæ quæ fiunt in ſanctos, per vnam ſabbati fiant, quod non pertinet ad ius Diuinum. Et ſimiliter etiam quod dicitur de bigamo non promouendo, non eſt iuris Diuini, ſed inſtitutio autoritatis humanæ diuinitus homini cōceſſa.*

B Tho. to.1...

Pauli leges quæ iuris ſint Diuini, quæ Humani.
Gal 5.
1.Cor.11.
Infra 16.
1.Tim.3.
Tit.1.

Hæc

Scot. in 4. diſt 18. q. 1. art. 2. ad calcem.

Hæc ille. Cuius doctrinam Scotus imitatus dicit: *Apoſtoli publicantes præceptum Domini in ſcripturis ſuis vtebãtur modo loquendi, per quem potuit innoteſcere quod erant præcones Chriſti. Vt patet per illud Pauli. 1. ad Cor. 7. vt quãdo vult publicare illud præceptum Domini de non dimittenda vxore, dicit: Præcipio non ego, ſed Dominus, &c. Quando autem vult facere propriam perſuaſionem, dicit de cohabitatione viri conuerſi ad fidem cum ſua vxore infideli, vel è conuerſo: quia hoc licet ſit ſine contumelia Chriſti, non tamen eſt neceſſarium: Dico ego, non Dominus. Alioquin non poſſet Eccleſia conſtare, quod ipſe vt præco publicaret præceptum, niſi ex præcedentibus, vel ſequentibus manifeſtaret ſe eſſe in illa publicatione præconem.* Hæc ille. Vbi etiã declarat id eſſe ius Diuinũ quod à Chriſto immediate eſt inſtitutum, ſiue id conſtet ex Euangelio, ſiue ex Epiſtolis Apoſtolicis, ſiue ex traditione. Subiũgit enim *Breuiter videtur rationabilius tenere ſecundum membrum, ſcilicet quod confeſſio cadat ſub præcepto Diuino poſitiuo. Sed tunc oportet videre, an explicite habeatur in Euangelio à Chriſto immediate, quia patet, quod non in veteri lege: an ab ipſo explicite in aliqua doctrina Apoſtolica, an nec ſic, nec ſic, ſed dato à Chriſto, & voce tenus ab Apoſtolis Eccleſiæ promulgato.* Vnde conſtare poteſt, non omnia quę in ſacris literis continentur præcepta, iuris eſſe Diuini, quales ſunt leges ieiuniorum, quæ nõ inſtitutę ſunt ab ipſo Deo, ſed ab ipſis ſenioribus: qualis fuit lex, quam commemorat Zacharias cap. 8. de ieiunio quarti, & quinti & ſeptimi, & decimi; de quib. ieiuniis in lege Moyſi nulla fit mentio, in qua tantum ſtatuitur ieiunium diei propitiationis. Illa enim ieiunia, quibus Zacharias, & ieiunium Eſther, & leges dierum feſtorũ, quæ non continentur in lege Moyſi, quale eſt feſtum Dedicationis templi Salomonis, & altaris Machabæorum, & huiuſmodi licet a Deo ſuggerente inſtitutæ fuiſſent; quia tamẽ per ſacerdotes conditæ ſunt, ceſſantib. cauſis abrogari poterant, vel ex cauſa per eoſdem diſpenſari: ſicut de diebus ieiuniorum prædicit Zacharias mutandos fore in ſolennitates præclaras: idcirco nõ ſunt proprie iuris Diuini, eſſent tamen, ſi ad id ſatis eſſet, quod immediate prodirent à Diuina virtute agente per homines legiſlatore.

Scotus quid etiam eſſe doceat iùs Diuinũ

Quæ leges in Scripturis veterib. contentæ non ſint Diuini iuris, ſed Humã.

Zach. 8.
Leuit. 23.

Eſther. 4.

2. Reg. 8.
2. Mat. 2.

Zach. 8.

Idem etiam dicendum de nouo Teſtamento, in quo omnes leges latæ ab Apoſtolis, nõ quatenus erant præcones, & promulgatores conſtitutionum immediate à Chriſto præcedentium, ſed quatenus prælati, & paſtores erant, & Eccleſiaſticarum legum conditores per Spiritum ſibi à Deo conceſſum: Omnes, inquam, tales leges non ſunt proprie iuris Diuini, etiamſi à Deo prodirent. Quod manifeſte oſtenditur: nam Actor. 15. præceperunt Apoſtoli abſtinere à ſanguine, & ſuffocato; quod tamen non eſt ius Dominum Noui Teſtamenti, quia videmus deſuetudine eſſe abrogatum. Apoſtolus etiam Paulus præcipit vt mulier velato capite oret in Eccleſia, vir autem capite detecto imo etiam detonſo. Item vt pluribus in Eccleſiã conuenientibus, & vno loquente, ſi aliquid alteri reuelatum fuiſſet, prior taceret, vt ita per ſingulos ad ędificationem loqueretur. Quod mulier in eccleſia taceat. Quod omnes cibos deferant in Eccleſiam vbi alãtur pauperes: Quod digamus & percuſſor, & neophytus non aſſumantur in epiſcopos: Quod maculans torum patris ſui cum nouerca, excõmunicetur. Hæc autem omnia, & ſimilia, etſi Domini mandata eſſent, quia Dominus ſuggerebat Apoſtolis, vt illa autoritate Eccleſiaſtica ſibi conceſſa, præciperent; & licet præciperet: *Qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit:* non tamen proprie ſunt hæc ius Diuinum dicẽda tum quia deſuetudine abrogata videmus, tum etiam quia diſpenſari poſſunt, & diſpẽſantur quotidie à ſummo Pontifice, vbi tamen adeſt cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis. Hæc omnia in huius verbi Apoſtolici explicatione afferre volui quoniã vtilia eſſe exiſtimaui, & memoriæ imprimenda ad multas quæſtiones non tantum ſcholaſticas, ſed etiam ad cõtrouerſias Fidei cum Hęreticis facilius terminandas, & quid proprie ſit ius Diuinum, quid humanum, recte percipiendum.

Apoſtolorum leges, Pauli præſertim, quę iuris ſint tantum Canonici, & humani.

Act. 15.

1. Cor. 11.
Infra 14.
Supra 11.
Ibid.
1. Tim. 2.

1. Tim 3.
Tit. 1.
1. Cor. 5.

Luc. 10.

Eiuſmodi leges vnde conſtet nõ eſſe iuris Diuini, ſed Humani.

Quod ſi quis obiiciat. Chryſ. lib. de Virginitate dicẽtem: *Ob id igitur dixit, Non Dñs, ſed ego; non eo valens oſtendere, humanum illud eſſe dictum; qui enim fieri poteſt? verum id præceptum, cum hic eſſet, Chriſtum diſcipulis nõ tradidiſſe, ſed nunc ſe internuncio tradere.* Et infra: *Ne verearis: id enim dixi, quod Chriſtum in me loquentem habeo, & quod puto ſpiritũ Dei habere, ne eum ſermonem vlla ex parte humanum eſſe ſuſpicere.* Similiter etiam Theodoritus ita in hæc verba ſcribit: *Hoc ego dico pro eo quod eſt, Non inueni hanc legem ſcriptam in ſacris Euangeliis, ſed nunc eam fero. Quod autem Apoſtoli leges, leges ſunt Domini, clarum eſt iis, qui in rebus diuinis ſunt eruditi. Eius enim vox eſt An experimẽtum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* Hęc illi. Sed hi Patres minime pugnant cum ſententia tot veterum Patrum, quos produximus, quia non negamus has leges Diuinas eſſe, quod attinet ad Dei ſuggeſtionem, & poteſtatem, quam Deo acceperunt Apoſtoli vt poſſent illas condere: ſed proprie non Diuinæ dicuntur, ſed Eccleſiaſticæ, & Pontifiçiæ, & canonicæ, qua-

Chryſ c. 13. circa med.

Leges Apoſtolorum non ipſorũ eſſe ſed Domini leges Chryſoſt. & Theodoritus vnde confirmẽt.

3 Cor. 13.
1. Cor. 7.
Theodorit. p. 2.

Hoc totũ dictum quomodo conſiſtat.

tenus comparātur cum legibus, quas Chriſtus per ſe ipſum tulit, quarum tātum Apoſtoli fuerunt promulgatores, & præcones, non autem conditores. In his vero Eccleſiaſticis legibus & præceptis non tantū fuere præcones, ſed etiam inſtitutores, & conditores, vt D. Thomas diligenter annotauit ſuperius à nobis productus.

Pet. Cluni. B. Bernar. Ius Diuinum bifariam accipiunt Patres.

Quamobrem ſi quando veteres Patres vocant Ius Dominum, aut leges ab Apoſtolis, aut ab Eccleſia, aut Conciliis, & Pontificibus latas, vt faciunt Petrus Cluniacen. li.4. Epiſt.48. & Bernardus in libro de præcepto, & diſpenſat. vbi interpretantur Ius Diuinum, aut præceptum Diuinum, non tātum Ius Diuinum proprium, & ſtrictum, ſed etiam laxum & commune definiunt, quod etiam leges complectitur Canonicas & Eccleſiaſticas. Ita Innoc. IIII. in Concilio generali Lugdunenſi, & habetur in 6. libro de Priuilegiis, cap. cum de diuerſis, ſtatuit, vt in ciuitate, quam inhabitat Pōtifex vigeat ſtudiū iuris Diuini, & Humani, Canonici videlicet, & ciuilis. Hinc Baſil. Mag. in Regul. breuiorib. & Gregorius Nazian. Epiſt.131. ieiunium ab Eccleſia indictū vocant legem Diuinam, ſicut & Cyprianus in ſerm. de lapſis, eos, qui admittebant idololatrantes ad communionem abſq; canonicis ſatisfactionibus, aſſerit contra Euangelii vigorē, cōtra Domini, ad Dei legem peccare: non quod ſatisfactiones has exiſtimaret in Euangelio conſcriptas, ſed quod Euangelium, & Dei lex commendat obedientiam legibus Eccleſiæ debitam.

Innoc. IIII. Baſil Interrogat.139.t.2. Greg. Naz. t.2. Cyprian.

Decalogi, & Moſis præcepta in quo differant.

Sed quo hæc magis inclareſcant, mirari nemo debet, ſi inter pręcepta Decalogi prolata à Deo per nudum miniſterium, Angelorum, & inter præcepta quidem reuelata à Deo ipſi Moyſi (non per medium ſolius luminis naturalis rationis, vt leges omnes humanæ, & ciuiles, ſed per lumen reuelatum, & ſupernaturale) ſed per ipſum inquā, Moyſen, nō tanquam per nudum miniſterium, & præconem, ſed tāquam per legis latorem ex autoritate ſibi à Deo conceſſa, condita, & promulgata, diſcrimen ſit. Et priora dicimus proprius eſſe Dei, poſteriora autem non ita proprie.

Vtraque præcepta, Diuina ſ. & Moſaica vel Humana, à Deo ſunt data per Angelos. Exo. 19. Ibid.

Deinde aſſerimus, quod tam illa vox, quę audiebatur à populo in monte Sinai, cum Dominus Decalogum ferret, quam doctrina legis, quā ſuſcepit Moyſes, vt illam populo promulgaret, non ſic fuit immediate à Deo, quin ad vtrumque opus fuerit miniſterio Angelico: per Angelum enim aliquo corporeo organo vtentē ſonabat illa terribilis vox, & buccina perſtrepebat, qua territus populus dicebat; *Loquere tu nobis* (Moyſes) *audiemus: non loquatur nobis Dominus; ne forte moriamur.* Angelus quoque erat, qui Moyſi, ſicut & cæteris Prophetis, & autoribus Scripturæ, ſcribenda ſuggerebat iuxta D. Dionyſ. doctrinam ex Scriptura deſumptam, qui per Angelos reuelationes hominibus fieri tradit ſecundum Diuinum ordinem, quo inferiora per media reducuntur ad ſumma. Ideo Angelus loquebatur in Zacharia verba bona, & conſolatoria; & lex dicitur à Paulo data per Angelos in manu mediatoris; Stephanus quoq; dixit ad Iudæos; *Accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum, et non cuſtodiſtis.* De Moyſe quoque: *Hic eſt,* inquit, *qui fuit in Eccleſia in ſolitudine, cum Angelo qui loquebatur in monte Sina, & cum patrib. noſtris, qui accepit verba vitæ dare nobis.*

B Dionyſ. l. cæleſtis hierarch. c. 14. Diuinæ ordo prouidentiæ. Zach. 1. Gal 3. Act. 7. Ibid.

Duplex ordo rerum in vniuerſo.

Cum his omnib. tamen fateri debemus quod etſi omnes creaturæ à Deo fiant, differentia tamen eſt inter illas: quia aliquæ à ſolo Deo fiunt abſq; cooperatione alicuius creaturæ vt Angeli, & animæ rationales, & reliquæ res, quæ in mundi primordio conditæ ſunt: aliqua vero à Deo prodeunt, cooperantib. creaturis, vt illa, quæ quotidie generantur, & ſucceſſu tēporis corrumpūtur Et ſicut inter ea, quę immediate à ſolo Deo fiunt, alia aliis ſunt perfectiora, nā pręcedūt Angeli animos rationales, & inter Angelos ſuperiores inferiores: ita etiam inter doctrinas quæ à Deo per reuelationem ſunt, imo & canonicæ ſunt, differentia eſt. Nam doctrina Noui Teſtamenti illā veteris pręcellit, & in nouo Teſtamento eminet Euangelium Ioannis: in Moyſe etiam quæ Dominus in Sina mōte miniſterio Angeli protulit, longe excedunt alia, quæ per Moſen pronuntiauit: vtriſq; autem ſuperiora ſunt, quæ per ipſum Verbum incarnatum prolata ſunt; iuxta Apoſtolum dicentem: *Nouiſſime dieb. iſtis locutus eſt nobis in Filio;* & rurſus: *Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, &c. quæ* (ſcilicet ſalus) *cum initium accepiſſet enarrari per Dominum, & rel.* Quam doctrinā Tertullianus non ignorauit. Nam lib.4. in Marcionem dixit: *Aliter vtiq; Dominus per ſemetipſum operatur, ſiue per Filium, aliter per prophetas famulos ſuos, maxime documēta virtutis, & poteſtatis, quæ vt clariora, & validiora, quia propria, diſtare à vicarijs fas eſt.* Hæc ille, docens, documenta per Deum ipſum prolata, excellentiora eſſe documentis vicariis, hoc eſt, per homines vices Dei gerentes factis. Vt ergo doctrina per Chriſtum prolata, alis præcellebat, quia per ſe ipſum immediate, & in perpetuū duratura, & quia altiora, & perfectiora proponebat, ita etiam doctrina Decalogi altior erat doctrina data per Moyſen.

Doctrina Domini reuelata duplex.

Doctrinæ Chriſti excellentia. Hebr. 1. Infra 2.

Tertull.

Decalogi, & Moſi diſcrimen legis ac doctrinæ.

Primo

Exod. 20. Primo ergo etſi per Angelum data ſit, ille tamen non in propria perſona loquebatur, ſed in perſona Dei: ſicut inter procuratorem & dominum multum intercedit. Et dixit: *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra Aegypti*, & rurſus; *Locutuſq; eſt Dominus cunctos ſermones hos.* *Ibid. 1.* Dixit præterea *Ibid.* Dominus ad Moyſen, *Hæc dices filijs Iſrael. Vos vidiſtis quod de cœlo locutus ſim vobis*, & alibi: *Deut. 4.* *Locutusq; eſt Dominus ad vos de medio ignis: vocem verborum eius audiſtis, & formam penitus non vidiſtis.* Et perinde erat, præſertim apud rudem populũ, ac ſi Dominus per ſe ipſum abſque media vlla creatura loqueretur, etſi reuera vox illa per Angelum fieret dicerem Domino de Patre ſuo; *Ioan 5.* *Neque vocem eius vnquã audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis.* Et idcirco Decalogus à Deo fuit, vel immediate, vel certe, immediatius, quia nõniſi medio Angelo, qui in perſona propria non loquebatur, ſed nudus erat miniſter. Reliqua vero lex etſi à Deo emanauerit, & per Angelum docentem Moyſen, non autem ex Moyſi cerebro, tamen quia à Deo edoctus eſt, & ei collata legislatoris poteſtas, & autoritas, per quem legislator loquebatur, & præcipiebat; merito ꝑpterea lex illa, lex Moyſi dicitur, & ipſe non ſolum Propheta, ſed legislator. Quare paſſim in lege dicitur; Hoc & illud præcepit Moyſes, & hoc & illud factum eſt iuxta præceptum Moyſi. Ipſe etiam ait: *Et nunc Iſrael audi præcepta, & iudicia quæ ego doceo te; vt faciens ea, viuas.* Et infra: *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: cuſtodite mãdata Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis* Et rurſus: *Scitis quod docuerim vos præcepta atque iuſtitias, ſicut mãdauit mihi Dominus Deus meus.* Et libe Eccleſiaſtici: *Legem mandauit Moyſes in præceptis iuſtitiarum*, pro quibus alii vertũt: *Lex quam Moyſes præceptis iuſtiſſimis tulit.* Quia ergo Moyſes legislator fuit, & ab eo lex immediate proceſſit, loquendo de immediatione ſuppoſiti, vt Theologi loquuntur, & non de immediatione virtutis: propterea Decalogus proprie dicitur lex Dei, quã reliqua tota lex Moyſi: quç quidem proprius iuxta modum noſtrum loquẽdi dici poteſt lex Moyſi, quia cauſis proximis, & immediatis immediatione ſuppoſiti nomina, & effectus tribuimus. Ita enim illuminare, tribuimus proprie Soli, calefacere igni, generare plantis, & animantibus, quæ ſunt cauſæ immediatæ immediatione ſuppoſiti, nõ autem proprie Deo tribuuntur, etſi cauſa immediatiſſima ſit omniũ immediatione virtutis, pluſquam omnes cauſæ ſecũdç. A qua re nõ abhorret etiam vocabulum, proprie: quia proprium eſt, quod nõ eſt cum altero cõmune, vt ait Thomas: ideo Deus proprie operatur, quod ſolus ſine alio operante, & ad effectum pertingẽte operatur. quicquid ſit de miniſterio. Quod dixerim: quia in Sacramentis Deus gratiam, & quicquid ſuper naturale eſt, per ſeipſum immediate & proprie operatur, homo autem nudũ miniſterium exhibet, nec ſua vi, & autoritate pertingit ad effectum ſupernaturalem.

Mosis verba legislatoris potius, quam nuntii Dei.

Deut. 4.

Ibid.

Eccl. 24.

Decalogus tur lex Dei appelletur, nõ Moyſi.

Proprium quid ſit, & dicatur.

B. Thom. Opuſc. 19. c. 4. tom. 7

Deinde doctrina Decalogi excedebat aliam doctrinam legis Moyſi in duratione: quia ceremoniæ tantum duraturæ erant vſque ad propalatam veritatem: iudicia quoque cõmoda erant illi tempori, & loco neque poſtea, neq; alibi obligant: Decalogus autem, qui virtute omnia cõtinet moralia, etiam poſt Chriſtum durat, qui eum nõ venit ſoluere, ſed adimplere, & gratia, & conſiliis ſuis adiuuare ad eius perfectam adimpletionẽ Hinc Clem. Alex. dixit; *Decuit Decalogum per Deũ legiſlatorem ferri qui æternus eſt, reliqua vero nõ duratura per Moſen mortalẽ.*

Aliud Decalogi à lege Moyſi diſcrimen

Clē. Alex. lib. 1.

Tertio excellit Decalog. in materia: quia in paucis continet vniuerſum cultum Dei, fide, ſpe, & charitate conſtantem: continet etiam omnem charitatẽ, & miſericordiam, & iuſtitiam erga Proximum ſemper & vbique ſeruandã, reliqua vero Moyſi proprie. Ob has ergo differentias recte dicitur Decalogus ꝑprie lex Dei, reliqua vero Moyſi proprie, & minus proprie: quia reſpectu eius quod proprius eſt, minꝰ proprium non dicitur proprium iuxta cõmunem loquendi modum. Hinc Dñs per Ierem. prophetam, differẽtiam faciens inter legem ſuam, & reliquam Moyſi legem, dixit: *Nõ ſum locutus cum patrib. & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de Terra Aegypti, de verbo holocauſtomatum, & victimarũ: ſed hoc verbum præcipi eis dicens, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus.* Et per Ezech de Decalogis præceptis loquens ait; *Ego Dñs Deus veſter. in ꝓceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite, & facite ea.* Quç poſtquã à Iudęis violata eſſe dixit, de ceremoniis ſubdit; *Ergo & ego dedi eis præcepta nõ bona, & iudicia, in quibus non viuent: & pollui eos in munerib. ſuis:* nimirũ quia per Moyſẽ ceremonias eis tradidit. Et hæc circa præſentẽ articulũ dicta ſufficiant.

III. Diſcrimen.

Suæ legis ab illa Moyſi differentiam qui verbis exprimat Deus.

Ierem. 7.

Ezech. 2

Ad ſecundum de coniugio illorum, quorum alter per baptiſmum efficiebatur fidelis, altero in infidelitate ſua permanente; reſpondemus diſtinctione vtendo: aut enim pars infidelis non vult cohabitare cum fideli; aut ſi vult, non ſine contumelia Creatoris: quæ tunc eſt, cum Creatori ipſi contumeliam irrogat; aut non ſinit coniugem pro ſua religione Deum laudare; aut vult quidem cohabitare, trahendo tamẽ ac pec-

Secundæ quæſtionis ſolutio. Quid agendum cuiuſque virum ſuum habet infidelem.

catum

catum mortiferum: vt ſi eius corpus alteri velit proſtituere, vel ad furtum, & homicidium, veneficium, & ſimilia, adhortetur ita vrgendo, vt illi nequeat reſiſtere; aut alter nolit illi commanere. Hinc Ambroſius in verba, quæ inferius habentur: *Non eſt enim frater, aut ſoror ſeruituti ſubiectus in huiuſmodi* Hoc eſt, inquit. *Non debetur reuerentia coniugij ei, qui horret autorem coniugij. Non enim ratum eſt matrimonium, quod ſine Dei deuotione eſt; ac per hoc nō eſt peccatum ei qui dimittitur propter Deum, ſi alij ſe iunxerit. Contumelia enim Creatoris ſoluit ius matrimonij circa eū qui relinquitur, ne accuſetur alteri copulatus.* Hæc ille, cuius verba citantur à Gratiano. 28. qu. 2. corrupte tamen, quia ſub nomine Gregorii citantur etiam ab Innocent. III. c. Quanto, de diuortiis.

B Ambr. tom 5.

Matrimonium quod minime ratum Ambroſio.

Gratian.

Innoc. 3.

Ad propoſitam qu. reſponſio.

In hac ergo cauſa, quæ in tres ſubdiuidi poteſt, quorum prima ſit. Cum nō vult cohabitare: ſecunda, cum vult, ſed non ſine Dei cōtumelia: tertia, cum vult, ſed ad peccatum ſolicitat, liberum eſt & integrum fideli ſoluere vinculū matrimonii, & ad noua vota tranſire, vt loco dicto docet Innocentius. III.

Verum in hoc duplex dubium occurrit, vtrumque merito expendendum. Primum eſt, quando coniugii vinculum diſſoluitur. ſecūdum, cui rationi nititur iſta diſſolutio. Ad primum dicimus, nō ſolui coniugium, cum primum alter ad fidem conuertitur: alioqui Paulus non ſuaderet cum illo permanere, ſic enim ad fornicationem hortaretur. Eccleſia etiam cogeret eos ſeparari, ex quo alter eſt conuerſus, quia vinculum coniugii ſolutum eſt: nec poſſet redintegrari, vel denuo conciliari, accedente diſparitatis cultus impedimento. Deinde non ſoluitur, quando alter admonitus vel recuſat cohabitare, vel non vult ſine contumelia Creatoris, vel ſine eo, quod ad peccatum mortiferum pelliciat, ac trahat. Quia ſi in initio nolit, & poſtea reſipiſcat, & alter ingreſſus Religionem, vel nouo matrimonio copulatus non ſit, poteſt manere cum illo, licet eum nulla lex adſtringat: nam hoc ipſo quod admonitus noluit cohabitare ceſſit iuri ſuo.

1. Cauſa, qua fidelis coniugis cum infide i matrimonium non diſſoluitur

Altera.

Soluitur igitur, quam primum tranſit ad alia vota per ſecundum matrimonium, vel per ingreſſum Religionis, & profeſſionem in ea. Quāquam autem facto ipſo ſoluitur, ius tamē, vt illud poſſit diſſoluere, acquirit ſtatim cum conuertitur: quia in pœnam infidelitatis ſtatim vult Deus vt fidelis poſſit diſſoluere. Quanquam ſecundum Auguſtinum, & alios conſilium ſit Pauli, non diſcedere altero volente cohabitare ſine contumelia Creatoris, & ſine impulſu ad peccatum.

Quando diſſoluatur

Aug. li. 1. de Serm. dom. in monte. c. 16. 3 4 ſub fin.

Non eſt autem præceptum, quia ob culpam ſuam, eo quod noluit conuerti, & ob cauſam, id eſt, propter periculum, quod habet pars conuerſa cū infideli, vtatur fidelis iure ſuo. Et ita fidelis poteſt matrimonium diſſoluere.

An præceptum ſit dimittere infidelem cōiugem, nec ne.

Alii tamen ſunt, qui putant eſſe præceptum, fidelem habitare cum infideli, modo velit cohabitare ſine contumelia Creatoris, & ſine impulſu ad peccatum. Ratum ſiquidem fit matrimonium per fidelē, qui alium monere debet quando cōuertitur, vt ſancte, & honeſte cohabitet. Nam non requiſitum, ſi conuerti vellet, obligatur accipere in coniugem: requiſitum autem, ſed negantem, ſi poſtea pœnituerit, & conuertatur, antequam fidelis nouo matrimonio alligetur, lege tenetur eum recipere, quia nondum eſt ſolutum ligamen coniugii. Si autem velit tantum cohabitare, & nō conuerti, non adſtringitur ſuſcipere: quia infidelitas, & fornicatio matrimonium quantum ad totum diuidit. Debet autem eo viuente non coniungi alteri, ad quod etiā obligatur, & non ad recipiendum eum, qui requiſitus noluit cohabitare, quia hoc ipſo videtur ſuo ceſſiſſe iuri.

Præceptum eſſe, noncōſilium, cur quidam aſſerant.

An fidelis coniux infidelem volentem cohabitare, & non conuerti recipere cogatur.

Ad ſecundum: Cauſa quare poſſit matrimoniū diſſolui in prima ex dictis particularibus cauſis, hoc eſt, quando non vult infidelis conſuetudinem habere cum fideli, exceptio eſt à generali regula, dicente, Matrimoniū inſeparabile eſſe à Chriſto factum: quam Paulus expreſſit his verbis: *Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat, non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi.* Eſſet autem ſeruituti ſubiectus, ſi ob culpam infidelis nolentis cohabitare, cogeretur fidelis continere, ob quam à Fide arcerentur multi, videntes, ſed ad continētiam obligatos, ſi coniux nollet conuerti. Ob quam cauſam Dominus voluit hanc exceptionem fieri in fauorem fidelis, qui ob pacem cum infidelibus, qui tunc erant domini, & rerum potiebantur, poterāt cum infideli etiam contumeliam inferente Creatori, cohabitare: nunc autem cum Principes ſint, fideles non poteſt, nec debet cohabitare, ſed pro contumelia, vt impedimento cōuerſionis, quod coniugi præſtat, infidelis crematur. C. de Iud. & relig. Iud. Et quia in ſecunda, & tertia cauſa fidelis nō debet cohabitare cum illo, quia exponeret ſe periculo, ſi nō poſſet, dimiſſo infideli, nouo matrimonio coniungi, cogeretur pariter ad continentiam: & propterea illæ etiam duæ cauſa in illa Pauli continentur: nam perinde eſt infide. ē nolle

Hæc matrimonii diſſolutio vnde dependeat.

Cur olim fideles coniuges poterāt infideli cohabitare, non modo

coha-

cohabitare,ac nō poſſe cum illo conſuetudinem habere citra imminens, & certum periculum.

II.Ratio eius diſſolutionis.

Secundâ cauſa exceptionis fuit,quia nihil poteſt alteri manere obligatum cū Diuini cultus præiudicio. Cum igitur ille nitatur trahere ad peccatum, ſolui poteſt illa obligatio, & natura, ex cuius virtute propter commixtionem corporum,indiſſolubile vinculum naſcitur, cedit legi Euangelii: & tunc fidelis ſoluens matrimonium, quia nouit illud ratum non haberi,nō peccat,Infidelis autem, quia eſt addictus legi Naturæ, ex quo nouit matrimonium eſſe ratum,peccat diſcedendo.

Fidelis cū infideli coniuge quando ſit ratum matrimoniū. *1.Cor 7.*

Cum autem infidelis permanere vult ſine iniuria Creatoris propter fidelem coniugem,ratum efficitur coniugium,dicente Apoſtolo: *Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem*: quæ ſanctificatio circa cōiugium intelligitur, vt illud efficiat ratum, & filii ex tali coniugio ſint ſancti,id eſt,non tātum legitimi,ſed etiam ob ſpecialem Dei curam magis capaces ſanctitatis quam filii infidelium:vt ita verum ſit,quod dici ſolet, Partum ſequi partem fidelem.

Eius matrimonii filii quomodo ſint ſancti.

Coniux obſtinate infidelis cui denunciabitur.

Iuxta hæc ergo quæ diximus, matrimonium conſummatū inter infideles propter congreſſum indiſſolubile eſt; tamen quia non eſt ratum, diſſolui poteſt,& diſpenſari debet ob cauſas dictas. Et cum eiuſmodi cauſa agitatur, ſi iudices ſunt fideles, admonendus eſt iudex de coniugis vitio: cui iudex poſt certum tempus præſcriptum ad emendationem, ſi non ſe correxerit, declarabit diſſolutum eſſe matrimonium. Et ita multæ dubitationes in verbis Pauli propoſitæ diſſolutæ ſunt.

Cū Chriſtus ait Caietanus ſolam cauſam excipiat fornicationis, quid à Patribus ad noua vota tranſitus marito negatur? *Lib.4.in Euangelicā hiſtoriā.*

Miratur hoc loco Caietanus de nonnullis. Primum,quod Chriſto excipiente cauſam fornicationis, torrens tamen Doctorum non admittat iſtam libertatem mariti ad noua vota. Sed certe ex illa Domini exceptione fornicationis non euidēter, neq; neceſſaria conſequētia ſequitur illa mariti libertas,vt in Matth 19.capit.docuimus,& Paulus hic docet,Domini mandatū Euangelium explicans. ¶ Deinde mirabile eſt, quod dixerit, non clare locutū Paulum in cauſa coniugii inter infideles contracti, & conſummati, quorum altera pars conuertitur, altera vero manet in infidelitate ſua; cū tamen adeo expreſſe locutus ſit Paulus, cum dixit: *Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi*. Si non eſt ſeruituti ſubiectus:ergo liber ad nouas nuptias.

Ad illud quoque Caietani: Clariorem de hoc cōiugio fidelis cum infideli,doctrinā Pauli voluiſſē. Cur aliam idē Caietanus admiratur ab illa Chriſti cauſam ſolubilis coniugii Paulus aſſignatur? *Matt.5. Infra 19.*

Tertio, fruſtra miratur, Apoſtolum aliam cauſam adiungere, quando liceat ſolui matrimonium; cum tamē Dominus vnam cauſam tantum fornicationis excipiat. Nō enim vidit Caietanus à Domino regulam dari de matrimoniis ratis fidelium,non autem de illis infidelium, quæ rata non ſunt, & de quibus nō eſt verū illud: Quos Deus coniunxit,homo nō ſeparet: quoniā Deus illorū matrimoniis non aſtitit. Sed ſatis eſt nunc Dominū declaraſſe per Paulum hanc nouam cauſam. Nam ſi infidelis vult manere cum fideli coniuge ſanctificatum eſt coniugium per ipſum fidelem. Sin autem velit diſcedere infidelis, liber efficitur fidelis,ita vt poſſit ad alia vota tranſire.

Quid faciet fidelis coniux cū infideli, omnino ſecum habitare volente.

Sed ſi nolit diſcedere infidelis, verū cohabitare fideli parti,altera vero pars,id eſt, fidelis nolit, nunquid poterit cogi? Dicendum,quod etſi poſſit facere quod libuerit, melius faciet manendo cum infideli, quādo eſt ſpes reducendi illum:quod Apoſtolus docuit in eo feruore ſpiritus. Vnde ait: *In pace autem vocauit nos Deus*, ſiue ad pacem, quia præpoſitio, *ἐν*, quæ regit Ablatiuum: ponitur pro *εἰς*, quæ regit Accuſatiuum: quemadmodum *εἰς* frequēter ponitur pro *ἐν*. Vocauit ergo nos Deus, vt ſit pax ad omnes, quantum fieri poteſt etiam infideles: niſi per talem pacem immineat periculum Fidei, vel bonis moribus.

Illud: In pace autē vocauit nos Deus, quid ſignificet.

Ad tertiū dubium. Quā firma ratio ſit Apoſtoli: Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierē fidelē, & contra. *1.Pet.3.* Chriſtianorū quæ nam ſanctitas filiorum.

Tertiæ dubitationi reſpondemus, in illud: *Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, &c.* hoc idem Petrum dixiſſe Apoſtolū,cum inquit: *Vt etſi qui non credunt verbo per mulierum conuerſationē ſine verbo lucrifiant*: videndo eas quę ebriæ erant, ſobrias fieri,& incontinentes,& ſuperbas,caſtitatis affectu duci. Damnantur q; hoc verbo Anabaptiſtæ, qui infidelem coniugem abiiciendum docent,& deſerendum. Quæ vero ſit ſanctitas puerorum, qui ex parētibus Chriſtianis originem ducunt, præter iam dicta, reſpondemus, nihil aliud eſſe, quam quod filii ad Eccleſiam Chriſti pertineant, quaſi ex vtroq; parente fideli nati eſſent, non aliter atque olim Iudæorum, cum eſſent poſteri Abrahæ, dicti ſunt in Dei fœdere includi, quia promiſit Deus Abrahæ velle ſe non tātum eius, ſed etiam ſeminis eius Deum eſſe. *Gen 17.*

Ad quartū dubium. Illorū ſibi quomodo ſancti,cū in peccato naſcantur.

Nec obſtat, quod in iniquitatibus pueri concipiantur, & natura vocentur filii iræ: quia recte dixit Apoſtolus, nos tales eſſe natura; at gratia, & promiſſione vincitur maledictio, & peccatum per Baptiſma, quod applicari puero poteſt, quam primū naſcitur, aut pars aliqua apparere poſſit qua remedium Sacramenti accipiat. *Pſal 50. Epheſ.2.*

Error Anabaptiſtarum à Paulo damnatus

Quare damnatur & altera Anabaptiſtarum opinio, qua negant paruulis Chriſtianorum adminiſtrandum eſſe Baptiſma. Et

ita euacuatæ ſunt tertia, & quarta dubitationes, vbi illa verba: Quod ſi diſceſſerit, diſcedat ſignificat: Si pars infidelis à parte fideli diſcedat, & fidem repudiet, non eſt curandum: quia tunc infidelis magis facit diuortium cum Deo, quam cum homine coniuge, & à iure matrimonii excidit, qui Deum horret autorem matrimonii.

Quinta ſolutio dubitationis. De illorũ ſenſu verborum: vnde enim ſcis mulier ſi virum ſaluum facies, &c. niſi vnicuique ſicut diuiſit dominus?

Ad quintum circa id, quod dixit Apoſtolus: *Vnde enim ſcis mulier, ſi virum ſaluum facies? aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam facies? Niſi vnicuique ſicut diuiſit Dominus,* Reſpondeo ſenſum eſſe: In hoc deprehenditur rei poſſibilitas, ſi quis iuxta ordinationem, & Diuinam donorum diuiſionem agat, & in eo ſtatu ambulet, in quo vocatus eſt à Deo. Ideo multi fructuoſius vixerunt in ſeculo, quam vixiſſent in vita regulari: nam tranſeuntes inconſiderate ad Religionem retroceſſiſſent, & tepidiores in Religione fuiſſent.

Seueriani interpretatio.

Seuerianus tamen Græcus autor loco εἰμὴ id eſt, niſi, legit ἢ μὴ quod eſt dicere, an non, & refert ad præterita in hũc modum: *Quid ſcis ſi mulierem ſaluam facies, an non? Vnicuique ſicut diuiſit Dominus,* id eſt gratiam dedit ſic ſcilicet faciat. Sed prior interpretatio εἰμὴ id eſt, niſi, ſenſum facit: Vnde ſcire potes quod virum ſaluabis, an contra, niſi vnicuiq; ſicut diuiſit Deus? niſi quod ſcire potes, ſicut vnicuique diuiſit Deus gratiam, & vnumquemque vocando ita ambulet in ſua vocatione. Eclegit noſter interpres καὶ ὥσπερ hoc eſt, & quemadmodum, vel & ſicut: modo vero textus Græci habeat οὕτως, id eſt, ſic in omnibus Eccleſiis doceo, quod eſt dicere, ſe in omnibus eccleſiis eũdem prædicationis modum, & tenorem circa ea, quæ ſunt huiuſmodi, tenuiſſe.

Quid illud, Sicut in omnib. eccleſiis doceo.

1.Cor.14.

Ad ſextum dubium. Circumciſio homini quomodo iubetur ne adducat præputiũ,

Sextam dubitationem in id, *Circumciſus aliquis vocatus eſt? non adducat* (vel vt Græce habetur, non accerſat) *præputium. In præputio aliquis vocatus eſt? non circumcidatur:* ſoluimus, dicendo Apoſtolum loqui de vocationibus. Eſt autem vocatio, legitima quædam viuẽdi ratio, & ſtatus probatus in Eccleſia. Dico ergo, Paulum in genere hortari vnumquemq;, vt in ſua vocatione permaneat. Et non vult circumciſum laborare vt accerſat præputium: erãt enim Iudę, quos pelliculæ ſectæ puderet propter Gẽtes, inter quas habitabant, & irridebãt eos: quare medicamentis quibuſdam & inſtrumẽtis nouum præputium reſartiendum curabant: quemadmodum Theophylactus, Photius, & Græci autores ex Epiphanio docent, qui quidem li. de Menſur. & ponderib. ita ſcripſit: *Qui à Iudæis ad Samaritas profugiunt, rurſus circumciduntur: ſimiliter & qui à Samaritis ad Iudæos transfugiunt. At hoc adhuc grauius eſt, quod etiã à circumciſis ne præputiati fiunt arte quadam medica, per inſtrumẽtum attractorium Spathiſterem appellatum, infernam membrorum cuticulam attrahi ſinentes, futuramq́ admittentes & glutinatoriis circumdatis præputium rurſus ſuperinducunt.* Habes & teſtimonium apud ſanctum Apoſtolum, vbi hæc verba hoc modo dicit: *Circumciſus aliquis vocatus eſt? ne attrahatur ipſi præputium. In præputio aliquis eſt? Ne circumcidatur.* Hanc autem traditionem diabolici inuenti, Eſau fratrem Iacob reperiſſe aiunt, ad abnegationem Dei, & ad deletionem characteris patrum ipſius. Ad idem facit, quod l.b. Mach.c.1. legimus: *Et ædificauerunt gymnaſium in Ieroſolymis ſecũdum leges Nationum; & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt à teſtamento ſancto.* Cornelius etiam Celſus lib.7. ca. 25. docet modum extendendæ pellis in his qui natura non ſunt intecti, & incircumciſis.

Iudæi qui denuo præputiati fierent.

Theophyl. Phot. apud Oecumen. B. Epipha. circa med. eius libri.

Qua ratione luſi præputiũ ſuperin... cant teſte Epiphan.

Præputii ſuperinducendi modum quis primus adinuenerit. 1.Mach. 1.

Alter ſenſus Pauli verbis congruentior. Hier. to.5.

Hieronymus tamen in Iſaiæ caput 52. prope initium, hunc ſenſum non ſequitur, ſed propoſitis verbis: *Circumciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium, &c.* ſubdit: *Quod mihi videtur aliis verbis dicere: Abſque vxore vocatus eſt, & credidit? non ducat vxorem: Vel è contrario: Habens vxorem, in Chriſtum, nequaquã diuortiũ faciat. Quę ſenſum non ſolũ in Circumciſione, & in Præputio ſed in libertate, ac ſeruitute cuſtodit, vt liberos vocet virgines. & cõtinentes. ſeruos, qui vxori debitum reddant. Neq; enim poteſtatis noſtræ eſt præputium adducere poſt circumciſionem, iuxta eos, qui in Machabæorum libro dicuntur ſibi feciſſe præputia: quod de naſcentibus filiis, & non de patribus dicitur.* Hęc ibi eleganter & egregie dixit Hieronym⁹. Et in Apologia pro libris contra Iouinia. idem cõfirmat his verbis: *Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ: ſed &, ſi potes fieri liber, magis vtere. Etiamſi habes, inquit, vxorem, & illi alligatus es, & ſoluis debitũ; & non habes tui corporis poteſtatem; atq; (vt manifeſtius loquar) ſeruus vxoris es: noli propter hoc habere triſtitiã, nec de amiſſa virginitate ſuſpires. Sed etiã, ſi potes cauſas aliquas inuenire diſſidii, vt libertate pudicitiæ perfruaris, noli ſalutem tuam cum alterius interitu quærere. Habeto pauliſper vxorem, nec præcurras morantem. Expecta, dum ſequitur: Si egeris patienter, coniux mutabitur in ſororem.*

Idem non longe à prin. to. 4.

Quo ſenſu Hieronym. in Machabæorum libro non parentes ſe Iudæ... ſed eorum filios dicat ſibi ... præputia.

Quod vero dixit Hieronymus de non adducendo præputio, ſpectare ad filios Iudæorum, non ad pręputium parentum: intellige ſi perſeuerent circumcidẽdo filios: nam in parentibus iam circumciſis impoſſibile erat aſciſcere præputium, vt etiã explicauit Hieronymus, & ante eum Ori-

genes

Orig. to. 2.

genes in principio Epiſtolæ ad Rom. tractans illud verbum: *Seruus Ieſu Chriſti*: & cõtendit etiam hunc eſſe ſenſum Apoſtoli hoc loco; *Quid enim* inquit, *ad nuptiarum, vel caſtitatis præcepta commemoratio ſeruitutis, ac libertatis aſſumitur? ſed nos ſenſum Pauli ita intelligimus quod ſeruum dicat eum, qui coniugali conditione conſtrictus eſt: quia mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir eius, & vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed eius mulier. Propter quod & in alijs dicit de eis, quia non eſt ſeruituti ſubiectus frater, vel ſoror, in talibus ſcilicet, quod in alijs eos ſeruituti fateret eſſe ſubiectos. Eſt ergo ſeruus vocatus, qui in coniugio poſitus venit ad Chriſtum.* Hæc ille.

Paulus quomodo ſeruus Chriſti ſecundum Origenẽ. *1. Cor 7.*

Subdit Paulus: *Circumciſio nihil eſt & præputium nihil eſt; ſed obſeruatio mandatorum Dei.* Vult dicere, nullum eſſe diſcrimen inter fideles, ſiue ex Iudæis, ſiue ex Gentibus orti ſint. Et eſt ſenſus verborum Pauli: Nec in hoc, nec in illo ſtatu ſalutẽ aſſequitur homo, hoc eſt, in circumciſione per continẽtiam, vel in Præputio per vſum coniugij; ſed in omni ſtatu obſeruantia mãdatorum Dei ſaluos nos reddit. Nam in vniuerſum fides, quæ propria Chriſtianorum eſt, ſi opera non habeat, mortua eſſe dicitur.

Circumciſio & Præputium vt nihil ſint, ſed obſeruatio mãdatorum Dei.

Luc 2.

Quod ad ſeptimam ſpectat dubitationẽ, dicimus, non docere Apoſtolum, vt ſeruus non curet libertatẽ ſuam. nam de illa ſubdit: Sed etſi potes fieri liber, magis vtere. Sed hoc dixit; Noli perinde eſſe anxius atque ſolicitus, quaſi nequeas in eo ſtatu proficere, & ſalutem operari. Magis ergo vtere, id eſt, Hoc potius elige, ſi voles.

Ad ſeptimum dubium reſponſio. De ſeruo, cui videtur Apoſtolus ſuadere contemptum libertatis.

Poſt Circumciſionis, & Præputii ſtatum attingit illũ ſeruitutis & libertatis. Et Circumciſio, omnium ceremoniarum Iudaicarum caput erat, & in qua Iudæi gloriabantur: ideo eam primam nominat; vt Iudaicam ſuperſtitionem obiter perſtringat.

Prius hic de Circũciſione quam de Præputio, & ſeruitute cur meminerit Apoſtolus. *Gen. 17.*

Ad octauum, ac poſtremum in id; *Qui in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini, &c.* dicendum, vocari ſeruum in Domino, non eſſe aliud, quam ex ſeruorum genere deligi, & fieri participem Chriſti gratiæ. *Seruus*, inquit, *eſt Chriſti.* Hoc eſt. peccati, & Satanæ ſeruitutem amiſit, vt ã libero ſpiritu ſeruiat Chriſto, à quo erat alienus. Huius generis ſerui fuerunt Ioſeph, & Daniel, & tres pueri, quorum libertati nihil obeſt corporis ſeruitus.

In Domino vocati ſerui quid & ſeruum eſſe Chriſti

Geneſ. 39. Infra 41. Dan. 1.

B. tamen Hieronym. aliter hunc locum elucidat. Videtur enim ſermo eſſe de ſeruitute Matrimonii, de qua paulo ante dixerat: *Quod ſi infidelis diſcedat, diſcedat, non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi.* Et plane loquitur de ſeruitute coniugij, ſi quis in eum ſtatum ſit vocatus. *Non ſit tibi,* inquit, *curæ.* Quaſi ſaluari non poſſis in cõiugio. *Sed &, ſi potes fieri liber, magis vtere*, Id eſt, ſi potes ſolui ab vxore, ab illa ſc. volente, ac conſentiente, & cedente iuri ſuo, & poteſtati quam habet ſuper corpus tuum, & ſic demum ſolutus in pace viuas, non ita tamen, vt alteri denuo alligeris, ſed vt ſis prorſus liber, quo expeditius Deo ſeruias, hoc potius vtere, id eſt præelige, quia hoc melius eſt ad quietam, & pacificam vitam.

Alter ſenſus *Hieron. in Apologia pro libris in Iouin. proœm. à prin. tom. 2.*

Explicatur Sed etſi potes fieri liber, magis vtere.

Qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini. Hoc eſt: Qui vocatus eſt ad Fidẽ iam coniugio alligatus, libertus eſt Domini. Libertus, qui Græca voce ἀπελεύθερος dicitur, ſeruus eſt manumiſſus a domino, & tenetur ad quædam opera obſequii erga ſuum patronum. Nam vt ſeruus reſpicit dominum, ita libertus patronum: de quo titulus eſt in iure ciuili de iure patronatus, diuerſus ab illo iuris Canonici de iure patronatus, in quo datur poteſtas præſentandi ad Eccleſiaſtica beneficia. Eſt igitur libertus in ſenſu propoſito, is, qui à miſera illa ſeruitute, & conditione, qua ante premebatur, per eam vocationem eſt ereptus. Nam qui liberatus eſt ſeruus exiſtẽs, libertus eſt eius, qui liberauit eũ & debet operas obſequii patrono ſuo. Similiter qui liber vocatus eſt (à vinculo matrimonii) ſeruus eſt Chriſti. Non hic ait, libertus eſt Chriſti, quaſi certis operibus tantummodo addictus, ſed omnino ſeruus eſt Chriſti, quia holocauſtum eſt, & illi ſe omnino debet, & tote corpore, & animo ei ſeruire: & proinde ſuadet, ne velit alligari, & ſeruitiũ, quod Chriſto totum debetur, partiri in vxorem. Ideo ait: *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.* Quia indignum eſt pro ſeruitio Chriſti redemptoris, cui nos totos debemus, & hoc ipſum carnale. Quod etiã egregie elucidat Origenes lib. 1. in epiſt. ad Rom. initio dicens; *Is ergo qui pro nexu coniugij ſeruus vocatus eſt libertus eſt Domini. Libertus enim neq; ex integro liber, neq; ex integro ſeruus eſt appellatus: ſi in cæteris virtutibus liber fuerit ſi fidei patientiæ, miſericordiæ, iuſtitiæ tenuerit libertatem, libertus Domini appellatur, vtpote qui pro actione virtutis liber ſit, & pro coniugali neceſſitate ſit ſeruus. Liber vero eſt, qui ſine vxore per puritatem continentiæ venit ad Chriſtum, qui tamen ſeruus Chriſti efficitur, dum ex integro virtutibus ſeruit.* Hæc ille.

Ad octaui dubium. Quid ſignificet: Qui in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini.

Ius Patronat' quodnam illud.

Liber vocatus à cõiugii ſeruitute cur ſeruus non libertus dicitur Chriſti.

Chriſtiani pretio Chriſti ſanguinis empti quare non debẽt fieri ſerui hominum. *Orig. par. 2*

Libertus Domini quis Origeni, & idẽ poſtea ſeruus Chriſti.

Et concludit regula generali: *Vnuſquiſq; ergo in quo vocatus eſt frater, in hoc permaneat apud Deum.* Quibus verbis per expolitionem rhetoricam repetit in genere, quod per diſtributionem ſpecialem fecerat. Et eſt ſenſus: In quo quis vocatus eſt vt ſit frater, id eſt Chriſtianus, in eo permaneat.

Pauli expolitio rhetorica.

Et hic ſenſus mirifice mihi placet.

fideles atque cō-ges cur immund'.

Sed vt finem diſputationi imponamus, conſideranda ſunt quædam circa has leges matrimoniorum. Primum, ſi ambo coniuges permaneant infideles in matrimonio, ex doctrina Pauli immundi ſunt, quia etſi matrimonium ſit validum ſecundum leges hominum, non tamen coram Deo eſt ratum & ſanctum. Si vero contracto matrimonio, alter eorum ad Fidem cōuertatur, tunc habet locum Apoſtolica diſtinctio? Aut vult infidelis permanere, aut non? Si prius, conſulitur fideli vt conſentiat, ob rationes datas, quia ſanctificatur coniugium per alterum fidelem, & ſpes eſt conuerſionis infidelis. Si autem nolit permanere cū infideli, non cogitur fidelis continere, & multo minus ſi nolit infidelis cohabitare: & fidelis efficitur ſolutus, & liber.

[Margin: ...idelis & ...nfidelis ...d Fidem ...onuertēdi ...atrimo-...ium cur ...atum & ...rmum.]

Secundum eſt: Quando inter fideles ab initio contractum eſt matrimonium, ſi alter per infidelitatem, vel hæreſim labatur, hoc matrimonium ſecundum iura non diſſoluitur, quoniam ab initio ratum fuit, etſi aliter cuidam ſummo Pontifici aliquando viſum fuerit. Quamobrem indocte admodum Eraſmus exploratum ſe dixit habere, in hac cauſa vinculum matrimonii diſſolui, è diametro pugnans contra manifeſtam veritatem, & Canones Pontificios, vt patet de Diuort. cap. vlt.

[Margin: Catholici ...um hære-...co an cō-...ug ū d ſ-...oluatur.]

[Margin: Eraſmi ...mperitia, & temeri-...tas.]

Tertium eſt: Quando fidelis ab initio contraxit cum infideli, hoc matrimonium nequaquam valet, neq; tenet, impediente illud cultus diſparitate. Hoc autem loco nomine infidelis non venit hæreticus, nam hæreticus cum Catholico coniuge poteſt legitime contrahere, ita vt conſtet matrimonium, rametſi peccet Catholicus, qui id non ignorans contraxit. Volunt tamen Canones, appellatione infidelis concludi Catechumenum ante Baptiſmum, cum nullis adhuc fidei Chriſtianæ Sacramentis ſit initiatus. Et hactenus ſit de his diſputatum.

[Margin: Fidelis cū infideli matrimonium ini-...tio contractum ...n teneat.]

[Margin: Infidelis qui mini-...me.]

DISPVTATIO XIII.

In verba Apoſtoli: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe, Alligatus es vxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco.* 1.Cor.7.

HÆC tantum quæ propoſita ſunt, in præſenti diſputatione expedientur. In primis igitur circa propoſita contingit dubitare, quomodo hæc connectātur cum ſuperioribus. Deinde quomodo aſſerat ſe non habere præceptum Domini de virginibus; cum ille Matth. 19. de cœlibatu egerit, & eunuchos, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum laudauerit, ac ſeipſum, & Matrem ſuam, & Ioannem Baptiſtam, & Euangeliſtam in exemplum ſeruādæ virginitatis propoſuerit. Omnis autem Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, & qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Tertio dubitatur, quid ſit: *Tanquam miſericordiam conſecutus à Deo, vt ſim fidelis*: poteſt enim illa fidelitas referri vel ad miniſterium fideli in Doctrina diſpenſanda de laudibus virginitatis, an referendum ſit ad virginitatem, quam à Deo vt donum acceperat. Quarto de præſtantia atque excellentia virginitatis, ſiue caſtitatis, aliqua ſunt attingenda, vt lucem, & ſplendorem huius virtutis, quam tantopere Paulus commendauit, & cæteri ſancti, agnoſcamus. Quinto dubitatur, quid intelligat per inſtātem neceſſitatem: nam multos ſenſus hic locus accipit; & quis ſit præſtantior. Sexto, cum docet, *Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem*, videtur ſuperius dictis de ſeruo coniugato repugnare. Dixerat enim: *Seruus vocatus es: non ſit tibi curæ: ſed & ſi potes fieri liber magis vtere*: vt explicatum fuit. Septimo, quæ ſit illa afflictionum multitudo in carne, quam patiuntur coniugati. Octauo, quid ſit illud; *Ego autem vobis parco*: videtur enim obſcurum intelligere in quo eis parcat. Nam ſi hoc vult, quod eis indulget matrimonium, videretur inſinuare, aliquod eſſe delictum in cōiugio.

[Margin: I. dubium. II. Matth. 19. 1. Ioan 2. III. IV. V. VI. VII. VIII.]

Ad primum horum dicendum eſt, veriſimile eſſe, Corinthios à Paulo quæſiuiſſe, an filias virgines elocare deberent, an tanquam Deo ſacras in perpetua virginitate ſeruare, vt perfectius Deo ſeruiant vel oſtendit hactenus de virginibus ſermonem non habuiſſe, ſed de coniugatis, vel de inconiugatis viduis. Alioquin Apoſtolū redderemus ſtultum, qui rem actam ageret, & verba in vētum iactaret. Et virgines hic accipit pro ipſa virginitate per Henallagen,

[Margin: Primæ quæſtionis ſolutio. De ... ...]

concre-

concretum pro abſtracto ponendo, vt ſæpe è contrario abſtractum pro concreto ponere conſueuit Apoſtolus.

Secundi dubii diſſolut. Quam vere Paulus dicat ſe nullum de virginitate habere Domini præceptū. 2 *Mach.* 3.

Ad ſecundum reſpondeo, negare Apoſtolum, de virginitate vllum extare ſpeciale Domini præceptum. In veteri enim lege nihil de cœlibatu à Deo mā latum legitur; imo damnata erat ſterilitas, & maledicta. Ideo legimus in li. 2. Machabæor. virgines quæ aſſeruabātur concluſæ, procurriſſe ad Oniam, ſed quæ ibi aſſeruabantur, non ob id vt perpetuo virginitatem ſeruarent, ſed vt ſuo tempore nuberēt, ſicut Maria virgo Deipara fecit. Oēs autem eo tempore ad liberorum procreationē incitabāt, & Chriſtus fuit, qui tum in re, tum in Matre ſua in mundum quaſi Solem ſplendentem inuexit virginitatem, & illam omnibus complecti volentibus propoſuit, & dixit, hoc donum non omnibus conuenire, neque omnibus dari: *Non omnes*, inquit, *capiunt verbum iſtud*. Et cum dixit, *Qui poteſt capere capiat*, tacite illam conſuluit, & tam Chriſtus, quam Paulus gratiam Dei eſſe neceſſariam ad tātum donum obtinendum, & ſeruandum tradiderunt. Et loquitur Apoſtolus non de virginitate naturali, quæ etiam communis eſt animantibus omnibus, & nullius pretii, cum ſit naturalis, etſi ipſa quoque ſit donum Dei: ſed de ea, quę fit per electionem, & Deo ſponte offertur, & bonis operibus comparatur, atque ſeruatur, per quam cōtinemus ab omnibus impuris affectibus, & ab omni externa ſcortatione.

Primus virginitatis doctor, & magiſter quis. *Matth.* 19.

Ibidem

De qua virginitate Apoſtolus nō habeat præceptū Domini.

Tertii dubii ſolut. Quam miſericordiā Paulus ſit è Deo conſecutus vt eſſet fidelis.

Ad tertium: dicimus hoc Apoſtolum dixiſſe, vt autoritatem ſibi apud eos conciliaret in re à Chriſto minime præcepta. Et dupliciter poſſunt accipi hęc verba. Primo quod fidelis eſſet miniſter in docendis & tradendis pręceptis, & conſulendis operibus perfectioribus, & maxime in eo, quod nullum mandatum ſibi à Chriſto tranſiliret: fidus enim, & verax erat, vt pie, & fideliter agat negotium Domini: & conſcientia præditus erat, vt noſſet bona, & ſana cōſilia præbere poſcentibus: non enim ſatis eſt in doctore bonus animus, ſed etiam prudentia, & experientia, & veri cognitio requiruntur.

Boni Doctoris partes.

Miſericordiam alii quam intelligant Apoſtolo conceſſam

Alter ſenſus eſſe poſſet, quod miſericordiam conſecutus ſit, liberando eum à miſeria coniugii, nempe vel præſeruando, vel ſubleuando à coniugio iam inito quo alligatus fuerat (ſi forte tamen fuit aliquando alligatus) vt quidam ſentiunt. Conſulit ergo virginibus, ne ſe illaqueari permittant, ſi modo poſſent in bono continentiæ permanere, & ita ex hoc loco Apoſtolum in virginitate ſiue cœlibatu permanſiſſe colligitur, ne tam præclara, & præſtans virtus illi deeſſet: ſed quicquid ſit, neutrum poteſt ſatis euinci de Scripturis.

Quartæ ſol. quæſt. De laudibus virginitatis

Ad quartum reſpondeo, ad celebrandā virginitatis dignitatem, & cœlibatus, illud in primis ſtatuendum, omnes veteres patres, qui Apoſtolis ſucceſſerunt, ad vnum, de eius commodis & vtilitatibus, & pręconiis multa ſcripto conſignaſſe. Nam & Clemens Romanus, & Petri diſcipulus librum egregium ſcripſit de virginitate, teſte Hieronymo: multa etiam de virginitate Ignatius in ſuis epiſtolis retulit; Athanaſius peculiarem librum ſcripſit de Virginitate, quem ſecutus eſt proprio Tractatu Baſil.*, & Gregor. Nazian. carmine eleganti, vt ait Hieron. lib. 1. in Iouin. Chryſoſtomus quoque librum elegantem de virginitate compoſuit: necnon & Damaſc. in 4. li. de Fide Orthodox. caput integrum impendit, & Theodoritus li. 5. de Diuinis decretis, cap. de Virginitate. Ex Latinis vero Tertullian. lib. de Monogamia, & lib. de exhortatione ad caſtitatem, de Pudicitia, & de Virginib. velandis; Cypria. de habitu virginum, Ambroſius tres libros edidit de Virginibus, & vnum de exhortatione ad Virgines, & librum de Viduis, alterum ad lapſam Virginem. Hiero. lib. duobus aduerſus Iouinianum pro virginitate pugnauit, & Apologiā pro eiſdem libris contra eundem ſcripſit, & Epiſtolam ad Euſtochium virginem, & alteram ad Demetriadem, quam Auguſtinus tribuit Pelagio, & librū aduerſus Heluidium, in quo B. Deiparæ Virginitatem propugnauit: Auguſtinus vero librum edidit de ſancta Virginitate. Denique nullus veterum Patrum extitit, qui non profuſis eloquentia viribus hanc virtutem nunquā ſatis laudatam, & toti mundo admirabilem illuſtrauerit, atque prædicauerit: inter quos etiam Damaſus Papa librum de Virginitate elucubrauit. Sixtus quoque Tertius Rom. Pont. librum inſignem de Caſtitate edidit.

Eximii huius virtutis præcones, & propugnatores. *Tom.* 3. *Tom.* 2. *Tom* 2. *Tom.* 2 *ſub initium.* *Tom* 2. *Tom* 2. *Tom.* 1. *Tom* 2. *Tom.* 1. *Ibidem.* *Augu. li.* 1. *in Pelag. & Celeſtin. c.* 22 27. 37. 38. 10. 7 *& c.* 6. *circa fin.*

Admirabile autem & ſtupendum eſt huius virtutis ſilentium apud hæreticos, quæ inter eos nullum potuit locū habere, imo capita, & nouorum dogmatum inuētores, hoſtes capitales, & inimicos ſe ei⁹ eſſe profeſſi ſunt. Nam & contra ius Diuinū, quod præcipit reddi ſibi voto nūcupata, è monaſteriis egreſſi, ad infauſtas, & inceſtas nuptias conuolarunt. de quo horrendo facinore non ſolum eos non pœnituit, nec depuduit, verum etiā magnopere gloriantur: vt intelligas illud eis iure competere: *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit*; & illud aliud; *Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis*. Pia igitur Virgi-

Apud Lutheranos de virginitate cur verbum nullum. *Deut.* 23. *Pſal.* 75.

Mira illorum impudentia. *Prou.* 18. *Sup.* 2. In quo illi ſe prodiderint

num monaſteria, & Sanctimonialiũ receptacula funditus euerterunt. Peccarunt etiam grauiſſime contra iura Canonica, & Eccleſiaſtica decreta, cogendo Sacerdores ad matrimonium, contra ea, quæ prius, dũ ordinarentur, admoniti fuerant ſeruare, & ipſi perſanctè in facie Eccleſiæ polliciti erant: imo Carloſtadium primum qui publice vxorem duxit Vvirtembergę cum filia Ducis Saxoniæ libris ſcriptis commendarunt, in cœlumque tanto auſu extulerunt, vt Miſſam integram ipſi compoſuerint, veluti grates Deo Opt. Max. pro tam felici nuptiarum auſpicio perſoluentes, & vſque in pręſentem diem quoties Prouincię, quę à Fide defecerunt, ad Catholicam ſimulãc ſe velle reuerti, id non pollicentur, niſi prius poſtulent coniugium Sacerdotum, & vſum vtriuſque ſpeciei: & ita teſtantur ſe hoſtes pudicitiæ, vt liberius valeant in cœno ſuarum voluptatum volutari, & ita tacite reprehendant Eccleſiam, quod eiuſmodi laqueis inuoluerit Sacerdotes.

[Margin: diuini iuris & humani violatores. — Carloſtadium illi iidem nebulones primum caſtitatis profeſſæ violatorẽ quibus tũ humanis, tũ diuinis ſi fas eſt dicere, ſint honoribus proſecuti. Populorũ ad Catholicã reuerti fidẽ ſimulantium cõditiones infames.]

His prælibatis, ex duplici capite poteſt conſiderari puritatis, & virginitatis excellentia. Primo ex bonis, & commodis, quæ colentibus eam ſecum accerſit: deinde ex incommodis & malis, ac tribulationibus, quę coniugia hominum vitio conſequi ſolent. Quod igitur ad primũ attinet, in primis expende, quod virginitatis cultor Deo ipſi in hac parte ſit ſimilis, dum in integritatis ſanctitate perſiſtit: amplectenda enim homini res eſt, quæ in Deo eſt, & diuinam poſſidet magnitudinem. Virginitas ergo ſimilem, ac Deo proximum facit, coniugiũ vero pecudibus & iumẽtis. Deinde beatas illas intelligentias quę Deo aſſiſtũt, & miniſtrant, omnes in ſingularitatis, & caſtitatis norma eſſe, non dubium eſt: nam decebat vt caſtitati caſtitas miniſtraret. Hinc dictum prodiit Diui Hieronymi; *In carne præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cœleſtis.* Et ne quis cauſetur Angelos natura quidem, ſed non voluntate tales eſſe; accipe etiam in humano genere exemplũ. Nã Sacerdotes qui Deo aſſiſtunt, & hoſtias offerunt, non niſi continẽtes ſunt. Nam & in veteri lege Sacerdotes qui miniſtrabant, ab vxorum conſortio abſtinebant: reliqui vero homines tamdiu nuptiarum exercere poſſunt commercia, quamdiu in præſenti vita peregrinantur à Domino. In reſurrectione aũt neq; nubent, neq; nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cœlo. Adhęc à primordio generis humani homo factus eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, corporis etiam integritatem ſeruãs: nec enim aliud prima debuit natura poſſidere, quam quod eſt primum. Primus enim virginitatis, & incorruptionis ſtatus in ipſo generis humani principe dedicatus eſt, oſtendens maiorem de virginitate, quã de matrimonio Deo curam eſſe. Quale ergo, & quantum bonum eſt talem te ſemper eſſe, qualẽ à principio hominem Deus fecit, & qualẽ poſtmodum partus emiſit? Nemo.n. corruptus naſcitur, nec ante legitimi temporis ſpatium quiſpiã corruptione violatur. Vnde & pueritię initia, & decrepita iam, & defeſſa ſenecta ſeruare poteſt integritatis ſigna: quare & omnis ætas Deo fauẽte eam cuſtodire poteſt. Adde, quod nullus, vel vnius horæ ſpatio cõtinuo generationis voluptati operam dare poteſt; caſtitatem vero perpetuam, quiſquis voluerit, in omnẽ ætatem ſeruare poteſt. Quis igitur caſtitatem ſeruare iam dubitet, cuius bonũ pronum non minus videtur eſſe, quam magnum? Quis iam velit fauere coniugio, cuius nec diuturnitatẽ poterit ſperare? Quiſquis prudens, & ſapiens eſt, iudicet quam rem habere potius malit, eam, cuius cum difficultate breuis, & exigua poſſeſſio eſt, an illam, quę & perpetuo haberi poteſt, & cœleſtis mercedis inſigni præmio munerari. Quid excellentius quam eos imitari, qui principes nouæ religionis extiterunt? Nam vt omittam Chriſtum, & puriſſimam eius Matrem, certe Ioannem vtrumque, & Apoſtolos omnes imitamur, quorum etſi quidam olim extiterint coniugati (quod nonniſi de vno tantum Petro conſtat ex Euangelio) vxores tamen reliquiſſe, ſi quas habuerunt, ad rectè munere Apoſtolico fungendum, ipſum Euangelium inſinuare videtur; cũ enim Petrus Domino dixiſſet; *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te:* reſpondens Ieſus, ait illis; *Nemo eſt qui reliquerit domum aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium: qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum perſecutionibus, & in ſeculo futuro vitam æternam.* Hęc omnia Marcus, quæ eadem ſunt cum his, quæ Matt. 19. narrantur. Niſi quod id, quod Matthæus dixit: *Propter nomen meum,* Marcus explicauit, *Propter me, & propter Euangelium,* ſcilicet prædicandum. Quare videntur Apoſtoli illi, qui vxores habuerunt, eas Euangelii cauſa reliquiſſe, vt rectè animaduertit Hieronymus in li. contra Iouin. Et cui quæſo non placebit caſtitas, quæ tanto Chriſti, & Matris exemplo commendatur, & quem nonniſi Ioannes virgo ad præparãdas vias eius, corda vtiq; hominum, Propheta præceſſit? Anna

[Margin: Bonũ virginitatis ex duobus intelligitur. — Virginitas hominem Deo ſimilẽ facit. — Eadem Angelis quoque aſſimilat. — Hier. in ſer. de Aſſump. B. Mariæ circa princ. tom. 4. — Legales olim Sacerdotes quam caſtitatem ſeruarent. — Matth. 22. — Gen. 1. — Virginitatem antiquiorẽ eſſe coniugio. — Eandem faciliorem eſſe coniugio. — Virginitatem ſeu continentiam à Deo ſolam coronari. — Quot, quã excellẽtes virginitatis cultõres. Matt. 8. — Mat. 10. — Vbi inſinuetur, Apoſtolos, qui vxores habuerunt eas propter Dominũ reliquiſſe. Matth. 19. — Cur id fecerint ſancti Apoſtoli. — Hier. li. 1. ante dimi. tom. 2. — Eſa. 40. & Matth. 3.]

Luc. 2.
Cur potius virgines quã coniuges Chriſtianæ fecerunt fundamenta fidei
Secunda ratio cur cœlibes, quam coniuges ſint potius imitandi.
2. Cor. 3.

quoq; propheti ſſa, vſq; ad annos octoginta quatuor vidua permãſit, quæ ideo Ieſum Meſſiam agnoſcere, & confiteri digna fuit. Poſtea autẽ cum Ieſus cœpit docere, omnes eius diſcipuli aut continẽtes fuiſſe inueniuntur, aut virgines: primaq; noui Teſtamenti exordia à virginitatis, & viduitatis exemplis cœperunt, quo indicaretur omnes nos tales eſſe debere poſt Chriſtum. Cogitandum & illud, an legislatoris noui, hoc eſt Chriſti, ſequi debeamus exemplũ. In nouo ergo Teſtamento, (de quo Paulus; *Qui idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti*) quid noui annunciat Paulus, ſi, vt ante Iudæi vixerunt, viuendum ſit Chriſtianis? Et ideo conſulere virginitatem, vel cœlibatũ, nihil aliud eſt, quam hortari ad nouitatem, quam Chriſtus attulit, vt ſic ſe prodat eſſe filium noui Teſtamenti.

Cœlibatũ, quam coniugium, ampliorẽ habere mercedem apud Deũ.
Eſa 56.

Iam quid dicam de ampliſſimo præmio, quod cœlibatus cultores, & virginitatis à Deo accipiunt? quod bene Centupli nomine explicatum fuit, in verbis Euangelii prædictis. Et Eſaias longe ante prædixerat: *Et non dicat Eunuchus; Ecce ego lignum aridum, Quia hæc dicit Dominus eunuchis; Qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.* Quo in loco eunuchos, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, videtur beatificare. Et in eo, quod ait: *Elegerint quæ ego volui*, id eſt, quod ego præfero, & magni facio, deſignat voluntariam, quam quiſq; ſponte Deo offerre ſolet corporis ſui oblationem. Et quod ſubiungit, dandum locum meliorem præ filiis, & filiabus: ſignificat, ampliorem mercedem accepturos, quam ſi filios, aut filias habere voluiſſent. Quare Eccleſia merito damnauit Iouinianum, æquantem nuptias virginitati, cum aperte contra Spiritum ſanctum locutus ſit, & Apoſtolus dicat; *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.* Adde, quod in Euangelio terra ferens centeſimum fructum, virginitati aut martyrio tribuitur ex ſententia plurium Doctorum; cum trigecuplum fructum ferat coniugium, & ſexagecuplum viduitas. Denique Ioannes in Apocalypſi deſcribit capite decimo quarto Agnum ſtantem ſupra montem (nimirum virginitatis) & cum eo, centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. *Hi ſunt* (inquit) *qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum, quocunq; ierit.* Vides Virgines ſolos conſequi Chriſtum, & aſcendere in montem virginitatis, quo

Matth. 19.
Voluntaria debet eſſe virginitas.
Aduerſus Iouiniani coniugiũ cœlibatui æquantis blaſphemiam.
1. Cor. 7.
Matth. 13.
Terra fructem adferens centeſimũ alia triceſimũ, alia ſexageſimum quæ myſtice.
Apoc. 14.
Mõs Sion, ſuper quẽ Agnus Chriſtus ſtare dicitur, iuxta ſpiritũ quis.

non poteſt aſcendere vidua, vel coniugata: quamquam iſtæ ſuo quoque modo Chriſtum quantum poſſunt, ſectentur. Virgines quoque paulo ante Ioannes dixerat, quod cantabant, quaſi canticum nouum ante Sedem, & ante quatuor animalia, & ſeniores, & nemo poterat diſcere canticum præter illos. Et quod dixit, hos ſe cũ mulieribus non coinquinaſſe, ne de adulterio potius, quam de matrimonio dictum arbitreris; propterea ſubiungit; Virgines enim ſunt, ſiue permanſerunt. Cæterum ſi de adulterio, vel fornicatione egiſſet dicendum ei conuenienter erat: Hi ſunt, qui cum adulteris, vel cum meretricibus ſe non coinquinauerunt: nec laude dignos à tanto crimine continentes feciſſet, vt Sixtus III. libro dicto de caſtitate hoc ponderans, ait.

Cur dictũ à Ioanne: Hi ſunt qui cum mulierib. non au:ẽ, cum meretricibus nõ ſunt coinquinati.
Sixtus III.

Alterum nunc caput, quod propoſuimus, reſtat abſoluere: vt miſerias & tribulationes, quas coniugati, velint nolint, experiri coguntur explicemus. Quæram enim in primis: Tu quiſquis nuptiarum vincula deſideras, reſponde mihi, quo cõſilio id facias. Si vulgi: quid vulgo inſipientius, niſi qui eum ſapientem exiſtimat? Si adoleſcentiæ tuæ cauſa: ſemper lubrica, & vaga iuuentus, & quę diuerſis cogitationum fluctibus incerta voluitur, nec maturum de his rebus poteſt habere iudicium, aut conſilium. Si affinium, aut parentum: nec eorum in omnibus probanda ſentẽtia eſt, eo quod plerumq; ſoleant, non quę expediunt, ſed quę cupiunt ſuadere, & vt Dominus dixit; *Inimici hominis domeſtici eius.* Si ergo, nec proprio, nec vulgi, nec parẽtum conſilio viuendum tibi eſt; elige Paulũ Apoſtolum vas electionis in conſiliariũ, imo vt amplius dixerim Chriſtum, qui in Paulo loquebatur: qui tibi ſanum, & præſentaneum conſilium exhibebit.

Nec vulgi nec adoleſcẽtiæ nec affiniũ vel parentum reſpectu aut perſuaſione nubendũ.
Matth. 10. & Mich. 7.
Act. 9.
2. Cor. vlt.

Iam, vt tibi concedam, quod habere debeas matrimonium; cauendum eſt tibi, ne, vt mortalis conditio eſt, à nuptiarum hora te in his votis poſitum extrema abripiat dies, & duplici damno feriat, & caſtitatis, quod nubere voluiſti, & matrimonii, quod morte præuentus ſit. Sed iam votis tuis in diuturnitate vitæ proſper faueat euentus: iam peto, ſi eius, quam ducturus es, bene probatos mores habeas: ſcis enim ipſe in fœminis bonum difficile reperiri, humanis literis conteſtantibus:

Cõiugati, quib. fere ſint malis obnoxii.
Mulierum vitia.

Varium, & mutabile ſemper
Fœmina.

Virgil. 4. Aeneid.

Omnem namq; ſpeciem ante cuiq; licebit probare quã comparet, præter ſolam vxorem, quã nõ licet cuiquam prius noſſe, quã

ducat: & hoc ex maxima procedit induſtria. Fieri enim poteſt, vt aut ſuperbia, aut contumax ſit, aut iracunda, aut vinolenta, aut impudēs, aut procax, aut fœditate horrida, aut decore ſuo, & pulchritudine metuenda, quę concupiſcatur ab aliis, aut ipſa alios concupiſcat. Neſcis etiam vtrum prudens ſit, an ſtulta; ne aut quaſi inſipiens facile ſeducatur, aut quaſi ſapiēs crimen ſuū callida occultet aſtutia. Duplex etiam in hac parte metuenda calamitas eſt. Si talis lateat, erit ſine fine malum, & ſine ceſſatione peccatum, & mariti grande dedecus, quem exultans ſodalibus, & amicis ſuis vbiq; ad digitum vxoris adulter oſtendit: cōtinget etiam, illi acerbum malum, vt alienos filios ſuos putet; & ignorās amet, quos ſi ſciret, odiſſet, & adulterā prolem cohæredem ſuorum inſtituat filiorum. Si iterum vxor de egatur huiuſmodi, grauius aliquid accidet dum tale opprobriū in publicum euulgatum fuerit, dū omnes inde loqui cœperint; nec erit (p ô dolor) aliqua in tali cauſa miſeratio. Hoc ſolum crimen eſt, quod & deriſum meretur, & pœnam: & ſi forte maritus grauis, & ſapiens extiterit, inſipientium, ac detrahentium fabula fiet. Quanta item eum mala efficient? Cogetur enim accuſare quam diligit, & eius mortē in altus optare: colluctabitur cum affectu pudor: tali enim indulgeri nō patietur verecundia: damnatę quam diligit, grauiter tolerabit affectus. Deinde quid potiſſimū doleat, ignorabit: orbitatē, an opprobriū pudoris erit lugere, quā ipſe damnauerat: Nemo infelicius amittit vxorem, quā qui confunditur flere, quam perdidit: filios etiam odiſſe cogetur, dum, an ipſius ſint, dubitabit. Erit nō minus pater impius, quam crudelis filius: vbi ponamus, quod alios lethali ab vxoribus poculo, alios gladio, diuerſiſq; mortibus, ab earum adulteris legimus interemptos. Nihil horum timeas, ſi certus es nemini contigiſſe; Aut ſi proueniſſe noſti, & te hominem eſſe cognoſce. Sed eſto, vt nihil horum tibi cōtingat: procreandorū certe liberorum cauſa, quis nuptias expetit? & vnde ſcit, ne forte ſterilem contingat eſſe quam duxerit? Quod ſi ita accidat, in vanum prolecta eſt caſtitas. Sed ponamus ſterilem non eſſe, eſto ſit fœcunda; vbi ponimus caſus partus, & tumentis vteri infinita diſcrimina? Solet enim nonnunquam contingere, vt conceptus in vtero moriatur, & ſimul genitrix periclitetur: contingit etiam, vt dum matri prouidetur, medicorum ſocialis infantia innocens intra ipſius vteri ſecreta lanietur. Sed adhuc credamus meliora, concedamus, & partus felicitatem, quæ ſumma tunc eſt, ſi non aut generandus, aut genitrix, aut vterque vita priuentur. Conſidera, quod nonnunquam paruulus, aut ſtrabus, aut cæcus, aut pede, aut manu, aut quocunq; membro debilitatus naſcitur. Sed eſto demus omnib. membris integrum, & validum procreatum, eſt adhuc latens aliquid, quod formidoloſam parentibus ingerat ſuſpicionem, dum qualis eſſe poſſit, ignorant, vtrum ſapiens, an ſtultus; vtrū ſenſatus, an excors. Si ſapiens; verendum eſt ne non diu viuat: ſi brutus, dolēdum eſt talem fuiſſe progenitum. Sed iſtis omiſſis, ecce feliciter natꝰ eſt, ecce proſpere educatus, valeat memoria, ſingulari ingenii acumine vigeat, & omnium quę eſſe morum ornamenta poſſint, diſciplinarum peritia, & grauitate decoratus; ſi contingat ei, quod omni ętati commune eſt, vt dum in adoleſcentię florentis auſpiciis eſt, dum talis ac tantus, vt non à propinquis ſolum, verum ab exteris diligatur, repentina morte rapiatur, omnis ſubito parentum vana reddetur ſpes, omnis cura fruſtrabitur, cum tātis doloribus pepererit, & educauerit, quem ſemper habere non licuit. Cogita ergo, quanta ſit, & quam felix beatitudo illorū, qui ab huiuſmodi caſibus liberi ſunt, & qui tātarum cladium, nec ſuſpicione terrentur. Multos etiam ſæpe comperimus, poſt paucos nuptiarum dies ſubita morte dereptos; vt ad hoc tantum nupſiſſe videantur, ne caſtitatis æternitate gauderent. Illud etiam aſſerimus, autore diabolo ſic vitiata eſſe omnia, vt pene nihil ſit, ꝙ abſq; idololatria, & maleficiis tranſigatur; cum Sapientia dicat: *Neq; vitam, neq; nuptias mundas iam cuſtodiunt*, ab auguriis ſcilic. & maleficiis. Nam & quoſdam non pudet cū parentibus ſuis, & pene ſororibus nō minus cupiditati, quā voluptatis ardore matrimonii inire conſortia, & hoc ne abligurientur opes, ne patrimonium diuidatur. Digna reuera cōiunctio auaritiæ cum ſtupro libidinoſo. Sed exurge ſancte Paule Apoſtole, qui Corinthios, eo, quod inter illos audiretur talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ſeuerius caſtigaſti, vt etiam noſtri temporis corruptiſſimos mores increpare velis. Iam quis ratione conſequi valeat viri & vxoris inter ſe iurgia, contentiones, & mutuas zelotypias, quibus vruntur? Recte enim quidam Poeta dixit:

Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.

Clariſſimus Orator quidā dixit teſte Hieronymo, *Qui non litigat, cælebs eſt.* Inuentum eſt monumentum ſepulchri, in quo conditi erant vxor, & maritus: *Hoſpes miraculum*

culum

Duplex viro ex vxore adultera vel occulta ſibi, vel nota, calamitas impendet ſane formabilis.

Speratæ impedimentum prolis.

Concepti fœtus infortunia.

Felix partꝰ qui fiat plerunque infelix.

Integri partus atque perfecti euctus incerti.

Fortunatæ iuuentutis incerta felicitatis meta.

Coniugii maleficia obſcœnitaſque. *Sap.14.*

1. Cor.15.

Coniugii inimicitię, atque diſcordia.

Varius Geminus apud Hier. lib.1. in Iouin. circa med. to.2.

culum, hic vir & vxor non litigant. Hæc idcirco protuli, vt caſus oſtenderem nuptiarum à quibus omnibus pudicitia immunis, & libera eſt.

Coniugii breuis, & momentanea felicitas.

Sed vt omnia ab omni malorum incurſu aliena eſſe matrimonia ponam*: quid prodeſt diligi, quod ſemper haberi nõ poteſt? Et quid prodeſt expeti, quod, quandiu potiri poſſis, incertum eſt? Sed etiã ſi tota huius temporis vita poſſideatur vxor, breue eſt omne, quod quandoq; finitur. Illud tãtum addam, infiniti operis eſſe, omnes matrimonii miſerias, & calamitates enarrare, quas Apoſtolus vno verbo complexus eſt, cum dixit: *Sed etſi nupſerit virgo, non peccauit; tribulationẽ tamen carnis habebunt huiuſmodi,* ſcilicet coniugati. Sed dices, Nonne ſancto Abrahæ licuit matrimonium? Sed vetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia noua. Dices rurſus; Deus vtrumq; ſexum humanę propaginis cauſa condidit. Ita eſt, nõ negamus id licere. Sed etiam legimus vtrãq; diſtinctionem vtriuſq; ſexus poſt reſurrectionem futuram in ęternum in cœlis permanſuram, nec tamen ad vllum coniugii vſum: quia in reſurrectione, neq; nubẽt, neque nubentur; ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cœlo, vt dixit Dominus. Obiicies tertio verbum Domini: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.* Sed ita tunc neceſſitas replendi terram poſtulabat, quia tũc tempus complectendi. ſupereſt nunc neceſſitas replendi cœlum, ad quod facilius conducit cœlibatus, quam matrimonium: & iam tẽpus venit longe fieri ab amplexibus. Atq; hæc ſatis nobis hoc loco perorata ſint, vt quiſq; cognoſcat, virginitatem florem eſſe Euangelii, decus Chriſtiani ſtatus, gloriam cœli, & irrefutabile argumentũ tam Paganos, quam Iudæos conuincens, cognita tãtorum vtriuſq; ſexus hominum, cœlibem vitam agentium multitudine. Qui plura volet legere de honore cœlibis vitę conſulat, ſi volet, quæ in Matth. 19. verba Domini beatificantis eunuchos, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, ad hæreticos reuincendos conſcripſimus.

Quo verbo Apoſtolus vnico expreſſerit innumera mala coniugii.

Ad illud: Abraham coniugatus fuit. *2. Cor. 5.* Quam leue. Maſculum & fœminam Deus cur fecit, niſi ob coniugium. *Matth. 22.* Soluitur etiã: Deus dixit: Creſcite, & multiplicamini & replete terram. *Gen. 1.* *Eccl. 3.* Cœlibatus encomiũ.

Lib. 4. Euangelicæ elucidatio. Part.

V. dub. fol. Bonum ſit homini cœlibem eſſe ob quã inſtantem neceſſitatẽ.

Ad quintum, illud; *Exiſtimo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.* Vbi bonũ in eodem ſenſu eſt accipiendum, atq; ſuperius, cum dixit; *Bonum eſt homini mulierem non tangere:* & ſecundo, *Bonum eſt non nuptis, & viduis ſi ſic permanſerint, ſicut & ego,* hoc eſt, honeſtum, cõmodum, & vtile, vt ante explicuimus. Et bis nunc repetit, bonũ eſſe, ſiue καλὸν, quia corpori, & animo, & in præſenti vita, & in futura & ſibi, & aliis, quibus prælucet exẽplo prodeſt continentia: quam expreſſit per illam particulam *ſic eſſe*, id eſt, manere in cœlibatu, & abſtinere à coniugio, per quam abſtinentiam minus ſit impeditus, & diſtractus à cultu Dei, & ſeruitio non tãtum propter ſtatus eminentiam, & ingens apud Deum meritum, ſed etiam, vt ſubdit, propter inſtantem neceſſitatem. Hæretici autem, qui virginitati parum ſunt propitii, & illam cane peius & angue oderunt, & ante eos Eraſmus, intelligunt inſtantem, ſiue præſentem neceſſitatem, pro eo tempore quo neceſſarium erat fundare Euãgelium, ad quod potius impediebat coniugium, quam iuuabat: & aiunt Paulum pro eo tẽpore protuliſſe hoc conſilium. Ita etiam Eraſmus accepit illud Chriſti verbũ: *Sunt Eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum,* id eſt, propter Euangelium Dei prædicandum. Cum hoc tamen volunt iuuari exemplo B. Petri, quem vxorem habuiſſe, in Euangelio certum, & indubitatum eſt.

Quid, Bonum eſt homini ſic eſſe.

Lutherani quam appellent inſtantem neceſſitatẽ.

Matth. 19.

Supra 2.

Sed iſti eſſent vrgendi, & interrogandi: Cur ergo Petrus gratia prædicationis vxorem in tanta neceſſitate dimiſit? Dicent reliquiſſe Petrum gratia prædicationis vxorẽ, quod ad totum attinet: quod ſi fatẽtur, qua ergo fronte iſti coniugati, vt melius euangelizare valeant, vxores ducunt, cum manifeſte inſtet neceſſitas fundandi Euangelii, vt volunt, & imprudenter gloriãtur? Et tamen imitatores ſe Apoſtolorũ iactãt, cum prorſus omnia oppoſita operẽtur his quę Apoſtoli pręſtiterunt. Nam illi Euangelizandi gratia ſe vxoribus ſpoliarunt; iſti vero impuri nebulones cum votis arctarẽtur caſtitatis, vxores acceperunt, vt euangelizarent. O egregios Apoſtolorum, & præſertim Pauli caſtiſſimi, & pudiciſſimi imitatores; cum tamen ipſi ſe Apoſtolicos, & profiteantur, & iactent.

Illorum impura coniugia perſtringuntur.

Quã vere Paulinos Theologos, Apoſtolorum que imitatores ſe iactitent.

Communis expoſitio eſt, propter inſtantem neceſſitatem, intelligere coniugii difficultates, & moleſtias, quę circundãt coniugatos. Alii vero rectius hoc interpretantur per ea, quæ ipſemet Apoſtolus inferius, quaſi explicando adiecit: *Hoc itaq; dico fratres tempus breue eſt, &c.* Nam alibi ſolet Apoſtolus per illud verbum, *Dico*, planius & apertius explicare, quod obſcurius dixerat. Neceſſitas ergo eſt id, quod Dominus dixit Marthę; *Porro vnũ eſt neceſſarium,* id eſt Deo intendere, quod neceſſarium eſt ad æternã vitam: hæc inſtans neceſſitas eſt, quæ tanto magis vrget, quanto eſt tempus breuius ad operandum.

Alii apte & vere quid inſtans neceſſitas.

Luc. 10.

Quia ergo mundi ætas creuerat, & conceſſum tempus, ac breue reliquũ erat, cenſet hoc bonum & commodũ, vt totus homo, nõ dimidi*, at in parte, Dei ſeruitio, &

Cur bonũ homini Paul. dicat abſtinere coniugio.

cultui

cultui mancipetur, cum ætas noſtra in hac mundi ſenectute admodum ſit diminuta, & breuæ vitæ tempus ſortita, vt opus ſit tāto feruentius operari, quāto minus ſuperſtit ætatis. Quemadmodum de capitaliſſimo humani generis hoſte diabolo dicitur, quod deſcenderit, habens iram magnam ſciens quod modicum tempus habet, ad tentandos ſ. & ſeducendos homines: ideo inſtantius nequam ille non dubitat ſibi inuigilandū, ne qua ſibi oblata occaſio deturbandi homines, in ignis gehennam eripiatur. Hoc etiam rerum naturæ eſt conſonum, vt in fine magis ferueat operatio.

Apoc.12.

Solutio ſextæ dubitationis. Si curare ſeruus debet fieri liber, quid ab vxore ſolutionē quærere prohibetur?

Ad ſextum: Conſiliū datum Paulus explicat, cum ait: *Alligatus es vxori? noli quærere ſolutionem.* ¶ Hoc Dominus explicuit, cum dixit; *Quos ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Sed tamen ſi contingat, & ſine periculo fornicationis liceat, vt poſſit homo ſolui, & liberari à tanto iugo, & vinculo, ſiue per mortem naturalem vxoris, ſiue per liberum ſpontaneum vtriuſque coniugis in Religionem ingreſſum. hoc certe eligibilius eſt, & magis ſalutare. ¶Solutus es ab vxore (quia nondum fuiſti coniugatus, aut quia viduus illa extincta permanſiſti) noli (denuo) quærere vxorem; quod eſſet iniidem ſeruitutis iugum, ex quo non facile poſſis emergere, te conïicere.

Ex quo loco Apoſtoli non ſequentes conſilia citra contemptum conſtet minime peccare.

Sequitur: *Si autem acceperis vxorem, non peccaſti, & ſi nupſerit virgo, non peccauit.* Dixerat ſolutis, ne contraherēt noua matrimonia: adiungit nunc, id ita conſuluiſſe, vt nō ſit eis peccatum, ſi contrahant matrimonium. ¶ Ex quo Canon certus à Theologis deducitur, agentem contra conſilium non peccare, dummodo quis conſilium, & conſultorem non contemnat: nam ita Spiritum ſanctum, & Scripturas contemnet. Similiter & virgo ſi nubat, non peccauit, videtur enim Apoſtolus vndique contra Hæreticos agere, qui nuptias vt malas, & vitioſas prohibebant.

Cui tātum virgini Apoſtolus nubere permittat.

Quod autem aſſerit, virginem non peccare contrahendo matrimonium, prudenter intellige: niſi ipſe ſibi prius per ſimplex, aut ſolenne votum præciderit illam poteſtatem quia tunc peccatum, & quidē grauiſſimum admitteret. ſiue eſſ Religioſus eſſet, & ſacerdos, ſiue Virgo ſacra, quæ ſuam dicauit Domino virginitatem. Illa tamen, quæ prius ſe caſtitati deuouerat propter regnum cœlorum, ſiue voto ſimplici, ſiue ſolenni, peccatum admittat; ſed ita, vt ſimplici voto matrimonium non impediat ſi poſtea contraxerit: priuatur tamen poteſtate mutuam beneuolentiam petendi. Si autem ſolenni, ſequens matrimonium omnino nullum erit. Hinc Baſilius libro de ſancta virginitate: *De virgine, inquit, quæ deſponſata eſt Chriſto, loquitur, quia adhuc viuit Chriſtus vir eius.* Epiphanius quoque hæreſi 61. contra Apoſtolicos: *Nunquid Apoſtolus eam, quæ ſemel virginitatem Deo ſeruare decreuit, a proprio curſu detrahere volens, hæc præcepit? Non enim de his ſermo eſt, ſed de virginibus, quæ nubendi tempus excesserunt, quæ non ob virginitatem in vigore permanſerūt, ſed quod viros non habuerunt, qui eas ad nuptias petiuiſſent.*

Cuius itē virginis tatum ſit cuius irritum matrimonium.

Baſil. circa med. tract. Sacræ Virginitatis ... Epiphan. poſt ...

Chryſoſtomus etiam hoc loco cū Photio: *Non de ea, quæ ſibi elegerit virginitatem, loquitur, quippe, quæ iam peccauit. Nam ſi viduæ, quæ ſecundum ſe nuptijs alligarunt, iudicium ſubeunt, ſi ſemel viduitatem elegerint, multo magis virgines.* Photii vero verba ſunt: *Virginē hoc loco appellat non eam, quæ Deo conſecrata eſt, ſed innuptam puellam. Nam quæ Deo conſecrata eſt, ſi nupſerit, Chriſto redditur adulterum cum, cui nubit.* Hoc idem docet Hieronym. lib. 2. aduerſus Iouin. *Et ſi nupſerit, inquit, virgo, non peccauit. Non illa virgo, quæ ſe ſemel Dei cultui dedicauit, &c. Virgines enim quæ poſt conſecrationem nupſerunt, non tam adulteræ ſunt, quam inceſtæ.* Similia omnino docet Theodoretus hoc loco. Vt intelligas, quod ſi damnationem habent viduæ, quæ primam fidem irritam fecerunt (vt ante Chryſoſtomus, & Hieron. conſiderarunt) multo magis virgines habebunt damnationem quanto maius eſt, quod obtulerunt: virgines, quam quod viduæ promiſerunt.

Chryſ. hom. 19 in ... Phot. apud Oecum. ... Tom. 2.

Hier. in tom. med. circiter, & in princ. Tom. 2.

Theod. p. 2.

Hieronym. ibidem.

Quæ virgines Deo dedicatas & nuntaxat B. Cyprianus nubere permittat.

Proferunt tamen hæretici ex B. Cypriano epiſtolā ad Pomponium. de virginibus Deo dedicatis, quæ cum maſculis dormiſſe fuerant deprehenſæ, hæc verba: *Quod ſi ex fide ſe Chriſto dicauerunt, pudicæ & caſtæ ſine villa fabula perſeuerent, ita fortes, & ſtabiles præmium virginitatis expectent. Si autem perſeuerare volunt, vel non poſſunt, melius eſt nubant, quā in ignem delictis ſuis cadant.* Sed hic aperte Cyprian. non loquitur, de virginibus poſt votum emiſſum; ſed hoc tantum dicit: Cū virgines caſtitatem Deo promittunt, ſi eo animo ſpondēt, vt in ſancto propoſito perſeuerare nolint, hortatur vt nubant, antequam ſpondeant. *Non enim, inquit, vetantur nubere, ſi continere non poterant.* Similiter Gelaſius in Decreto quodam de viduis ſic definiuit: *Sicut viduæ ſi ſe forſitan continere non poterant ſecundum Apoſtolum, nullatenus nubere vetabantur: ſic habita ſecum deliberatione promiſſam Deo pudicitiam ſi item debēt cuſtodire.* Hęc ille, in eam ſenſum, quo Cyprianus de virginibus ait, quod ſi perſeuerare nolint, ne ſe Deo velint dicare, ſed potius nubant.

B. Cypr. lib. 1. epiſt. 11. ...

Gelaſ. epiſt. 1. c. ...

Ad ſeptimā dubitationem.

Iam ſequitur id, de quo ſeptimo loco dubitarum fuit: *Tribulationem tamen carnis habebunt*

Coniuges quam tribulationẽ carnis patiantur. Hebraiſmus. Pſal. 91. 2. Cor. 12. Pſal. 50.

habebunt eiuſmodi. Quibus verbis explicatur, quid illorum matrimonia conſecuturũ ſit, nimirum & tribulationem carnis habeãt. Et Græce in dandi caſu dicitur τῇ σαρκί. Sed familiare eſt Hebræis pro Genitiuo ponere caſum Dandi: vt, *Pſalmus Dauidi, ſtimulus carni meæ*; & *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus*. Alii autem vertunt per Ablatiuum, in carne. Recte Baſilius libr. De ſancta virginitate hæc verba ponderans, ait: *Tribulationem carnis habebunt eiuſmodi, aperientes ſibi per coniugii copulam, dolorum officinam.*

Baſi. procul à med. to. 2.

Coniugii labores, & moleſtiæ.

Per tribulationem ergo carnis intelligit innumeras moleſtias, curas, & afflictiones in carne ſua, & in carne cõiugis, maxime ſi adulterium acciderit: & in carne etiam liberorum educanda, & inſtituẽda, & denique dotanda, ſi deſponſanda ſit, vel hereditate ditanda. Quid ſi contingat filios præmori, aut morte violenta vitam abrumpere, aut filium iam matrimonio alligatum, aut filios non habere, aut plures, quam nequeat educare? Ingredimur ſane turbulentum, & vaſtiſſimum tribulationum mare, in quo coniugati omnes nauigant, & pauci ad portum perueniunt; multi autem naufragium faciunt.

Ad octauũ dubium. Quid Apoſtolus, vt ait, Corinthiis pepercit.

Sequitur octaua difficultas ſoluenda circa illud; *Ego autem vobis parco.* Dicimus ſenſum eſſe: ego nõ audeo præcipere, quę nec Chriſtus ipſe præcipere voluit: ſed vobis in fide infirmis indulgeo. Et idem hoc eſſe videtur cum eo, quod ſuperius dixit; Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium. Cuperet enim Apoſtolus ſubleuatos à tribulationibus, quas in coniugio haberent, & quæ efficere ſolẽt matrimonium malum neceſſarium, quod ſine illo non contingat habere filios. Vnde & Romanus Cato dixiſſe fertur; *Si ſine vxoribus viuere poſſemus, proximi diis immortalibus eſſemus.*

Catonis illius magni de cœlibatu dictum.

Cœlibatũ & feliciorẽ & tutiorẽ eſſe coniugio iuxta Apoſtolũ contra Lutheranos.

Quod vero Hereticus quidam dixit, Apoſtolum probare cœlibatum, vt feliciorem, coniugium vero, vt tutius aperte falſum eſt, & contra ipſius Apoſtoli mentem: tutior enim via ſalutis eſt cœlibatus, vt pluries in hoc capite dixit. Neq; verum eſt, nõ minora eſſe pericula in cœlibatu, quam in coniugio, cum hoc impudentiſſimum ſit mendacium, & experientia doceat, quantum onus ſibi imponat, qui alligatur vxori: & Paulus tribulationem carnis tribuit cõiugibus, non cultoribus cœlibatus.

Atque hęc ſint ſatis in pręſenti diſputatione.

(?)

DISPVTATIO XIV.

In Apoſtoli verba: *Hoc itaq; dico, fratres, tempus breue eſt: reliquum eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint: & qui flent, tanquam non flentes*, Et reliqua in finem vſque capitis.

IN hæc verba multæ, & graues illæ quidem inſurgunt dubitationes, quas inter I. dubium.
primum locum habet illa in id: *Tempus breue eſt*, quorſum ſcilic. dicatur, & quomodo cum ſuperioribus connectatur, & quid facit ad rem iſta breuitas temporis. Deinde II.
qui fieri poteſt, vt habentes vxorem, ſint tanquã non habentes; & qui flent, vel gaudent tanquam non flentes, vel non gaudẽtes, & qui vtuntur hoc modo, tanquã non vtantur. Videtur enim quædam ſpecies eſſe cõtradictionis in illis verbis. Tertio am- III.
bigitur, quomodo dicatur: *Præterit figura huius mundi*; cũ in primis mundus videatur in eo ſtatu permanere, in quo ſemper fuit, & præterea Salomon dicat; *Generatio præte-* Eccleſ. 1.
rit, & generatio aduenit, terra aũt in æternum ſtat. Quarto circa illud; *Volo aũt vos ſine ſolli-* IV.
citudine eſſe, dubitatur: videtur enim hortari ad id, quod impoſſibile videri queat, cũ vniuerſum genus hominum curis, & ſolicitudinibus prematur: & cœlibes quoq; ſine ſolicitudine eſſe non poſſint, & multa ſint illis ſolicite pręſtanda, & multa cauenda, vt ſeruetur cœlibatus. Quinto dubium eſt in V.
eo, quod ait: *Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo*, cum videamus multos cœlibes homines, multa vitia fouere, & ſolicitudinẽ gerere eorum, quæ ſunt huius mũdi, & ob eam cauſam huc illucq; curſitare, nauigare, litigare, & ad dignitates Eccleſiaſticas, & pingues Epiſcopatus anhelare: & interdum eos, qui in matrimonio degunt, quę diuina ſunt, magis, quã cœlibes curare. Sexto quærendum, quę le- VI.
ctio ſit verior, & ſenſus præſtantior, illane, quæ habet. *Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mũdi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt*; an Gręca lectio, quę hodie habet: *Diuiſa eſt mulier, & virgo innupta curat. quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu*; quod tamen elogium Apoſtolus ſuppreſſit, de muliere nupta; & ideo dubitatur, an etiã nuptæ ſint ſanctæ corpore, & ſpiritu. Septimo circa VII.
illud, *Hoc ad vtilitatem veſtram dico; non vt laqueum vobis iniiciã, ſed ad id, quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimẽto Dominum obſecrandi*, dubium eſt, quo tendat Apoſtolus in hac ſententia; & quid intelligat per laqueum hoc loco. Varie .n. à Patribus

VIII. expeditur illa metaphora laquei. Octauo dubium eſt, & quidem graue circa illa verba: *Si quis turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit ſuper adulta.* Nam & litera, & ſenſus eſt obſcurus, & impeditus, & nūquid parentes tale ius in filias ſuas habeāt, vt poſſint eas pro voluntate locare, aut ad virginitatem ſeruandam addicere? quod non videtur concedendum, ſi Deus ipſe, qui plenius ius habet ſuper omnes, quam habent ipſi parētes, neminē ad continentiam adigat. IX. dubiū. Nono circa illud; *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit; quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege,* merito dubitatur: quià per exceptionem fornicationis videtur ſolui matrimonium, quo ſoluto, libera remanet vxor. X. & XI. Decimo, quid eſt dicere: *Cui vult, nubat, tantum in Domino;* & quæ mulier eſt, quę nubit in Domino. Vndecimo, ac poſtremo, quorſum adiecit; *Puto autem quod & ego Spiritū Dei habeam?* quādo enim Apoſtolus ſcribebat, aut dictabat has epiſtolas, aut prędicabat, aut docebat ſine ſpiritu Domini? dixerat enim Chriſt*; *Non eſtis vos qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Et ipſe Apoſtolus de ſeipſo, *An experimentum,* inquit, *quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* videtur ergo illud verbum, *Puto*, ſuperflue additum eſſe.

Matth.10.
2.Cor.13.

Quod ad primum attinet, dicimus recte hæc cum ſuperioribus conſentire: nam cū multis argumentis ad cœlibatum hortaretur, decreuit adiicere & hoc, quod ex breuitate vitæ colligitur, explicatq; ſuo more rationem ſuperi* inſinuatam, qua dixerat, Exiſtimo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatē: quoniam à temporis procedit breuitate. ❡ Vocat tempus breue, alii breuitatū, vt Ambr. noui interpres vertūt, contractum. Bonum enim eſt inſtar cœlibatus, & vitæ ſanctitati, & omnibus, quę faciunt ad vitam æternam comparandā. Breuitatem ergo temporis nobis ante oculos poſuit, vt nobis vel ſic nuptiarum deſiderium excuteret, vel metu mortis ad virginitatis amorem prouocaret. Nam ſecundum Pſalmiſtam dies noſtri ſi proſpere ſucceſſerint, intra ſeptuaginta annorum ſpatia clauduntur & nuptiarū fructus è media pene vita elapſa coniungunt: quā ergo ſtultitia erit propter tam exigui temporis voluptatē, ęternę gloriā virginitatis amittere.

Primæ ſolutio quæſtionis. Quomodo hæc cū præcedentibus cohæreant.
Ambr. t. 5. *Breue cur tempus nuptiarū Apoſtolo.*
Pſal.89.

Ad ſecundum reſpondemus, ibi nō eſſe vllam veram contradictionem, ſed ſenſus eſt: Qui habent vxorem, ſint tanquam non habentes; quod erit, ſi valeant cōtinere ab vſu coniugii, aut ſaltem ne propter coniuges auertantur à Dei ſeruitio: quemadmodum cor Salomonis deprauatū fuit, & auerſum à Deo per mulieres: Et Ieſus filius Syrach. c. 9. ait: *Propter ſpeciem mulieris multi perierunt:* & c. 19. *Vinū & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.* Aut ſaltem, vt coniuges, quā fieri poteſt, à Deo auertantur. Multi autem ſunt hodie, vt acute Thomas tetigit, qui cū cœlibem vitā agant, & vxores non habeāt, ſunt tamen tanquā habētes: vt ſacerdotes, & profeſſi caſtitatem, vt monachi, & laici, qui cum à mulieribus ſoluti ſint, aliorum tamen vxoribus per adulterium vtuntur, aut liberis mulieribus per fornicationem, ſiue concubinatum potiuntur.

Secundi dubii ſolutio. Quomodo qui habent vxores, tanquam nō habentes ſint.
3. Reg. 11. *Eccl. 9.* *Infra 19.*
Cœlibes qui tamen viden con iuges poſſint, & habentes vxores. *B Thom. lib 7. c. 16.*

Addit: *Et qui flent tanquam non flentes,* Flent, qui laborant egeſtate, & temporalibus afflictionibus premuntur: hi fiunt tanquam non flentes; id eſt, ita triſtantur in hoc mundo, & lugent in aduerſis, ne tamen animi fiduciam in Deum, & Chriſtū abiiciant, aut de eius ope, & præſidio deſperent.

Qui flent, vt ſint tanquam non flētes.

Tertio adiungit; *Et qui gaudeant tanquam non gaudentes.* ❡ Gaudent vero, quibus arridet fortuna hoc tempore; tanquam non gaudentes autem ſunt, cum non oporteat, in his rebus non diu duraturis finem conſtituere: ſæpe enim ſecundæ res animum frangunt, & auertunt à verorum meditatione bonorum, quæ non hic ſunt, ſed in futuro ſeculo.

Qui vero gaudeant, tanquā nō gaudētes.

Per fletum autem, & gaudiū, res aduerſas, & proſperas accipere debem*, maxime in Scripturis: eſt enim conſuetū, cauſas per effectus notare, quod eſt ſpecies Metonymiæ: vt, *Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis.* Porro nos ſolide gaudebimus, ſi complectamur res aduerſas, vt cito prætereuntes: nec mirum perturbabimur, ſi eas non fore diuturnas cogitauerimus.

Flet⁹ quid, & gaudiū in ſacris literis ſignificet. *Luc. 6.*

Addit: *Et qui emunt, tanquam non poſſidentes.* Ne cum magno fletu priuentur homines præſentibus & futuris melioribus bonis ſimul ſpolientur. Non igitur præcipit Apoſtolus poſſeſſiones abiicere; ſed tantū hoc requirit, ne animi illis infixi ſint, quaſi illas perpetuo poſſeſſuri, ſed vt ſeruēt præceptum Dauidis; *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.*

Explicatur etiam: Et qui emūt, tanquam non poſſidentes.
Pſal. 61.

Poſtremo ſubdit: *Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.* In genere nunc dicit, quod ante per diſtinctionē, & cæteras ſpecies dixerat. Mūdum vocat per Metonymiā, omnia quæ in mundo ſunt, ad mūdum pertinent: ita, vt qui plura poſſidēt, ea in luxu, & deliciis ne conſumant, ſed tātum vſum ex eis accipiant. Græca elegā er habent: Καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ ὡς μὴ καταχρώμενοι Id eſt: Et vtētes hoc mundo, quaſi non abutantur, vt abuti ſit nimium, & immodice

Qui fieri poſſit; vt qui vtūtur hoc mūdo tanquā nō vtantur.

Ezech. 34. Arietes bona paſcua depaſcentes, apud Ezechielem qui myſtic.

modice vti. Hoc eſt, Sic vtentes, quaſi vſuarii, vel vſufructuarii, non quaſi proprietarij: Quod per Ezechielem ca. 34 etiam dictum eſt de arietib. per quos deſignat Principes, cū ait quod bona paſcua depaſcebant, & reliquias paſcuarum ſuarum conculcabant pedibus ſuis, & cum puriſſimam aquā biberent, reliquam pedibus ſuis turbabant. Tales ſunt, qui bona ſua in delicijs, & luxu conſumere conſueuerunt: de quibus recte Poeta quidam dixit:

Hora. li. 1 epiſt. 2. ad Lolliū ſub init.

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.
Sponſi Penelópes, nebulones, Alcinoiq;
In cute curanda plus æquo operata iuuentus;

Vſum inter & abuſum, teſte Cicerone quid interſit.

Vt oſtenderet autem Cicero differētiam inter vſum, & abuſum rei, ita in Topicis ſcripſit: *Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinarijs, & olearijs plenis relictis, putare id ad ſe pertinere: vſus enim, non abuſus legatus eſt.* Vbi Boetius; *Vtimur his, quæ nobis vtentibus permanent; his vero abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt.* Et hoc verbo tanquam non abutentes, ſignificat Apoſtolus, quod non abutantur coniugiis, gaudiis, fletibus, & poſſeſſionibus.

B. Boet li. 2 circa med.

Ad ſecundum dubium. Quomodo prætereat figura huius mūdi. *Iſa. 40.*

Soluamus tertiā dubitationem. Cum ait Apoſtolus: *Præterit figura huius mundi*, Græca voce vſus eſt σχῆμα, hoc eſt habitus, ſiue ſpecies, & pulchritudo apparens, quæ aſſiduè fluit, & quaſi flos fœni decidit, tempus enim omnia conterit. Verbum *præterit*, Græcè eſt παράγει, id eſt, quod & decipit, & præterit interdum ſignificat. Et ita fallax eſt mundi ſpecies, quæ ſtudioſos ſui decipit. Eſtq; hæc ſimilitudo deſumpta ab aulæis Comœdiarum, quæ ſtatim, vt mutuantur longe diuerſiſſima fiunt, & quæ prius erat domus regia, fit paſtorum tugurium. Eam fere tradit Ioannes in epiſtola Catholica, dum ab his, quæ in mundo ſunt, nos reuocare ſtudet, cum ait: *Mundus tranſit, & concupiſcentia eius.*

Vnde ſumpta hæc metaphora. *1. Ioan. 2.*

Qualis figura huius mūdi, quæ præterit, Theodorito. *Theod. p. 2.*

Nihil ergo de mundi ſubſtantia hic loquitur, ſed tantum de accedēte, ac recedente ſpecie, ac pulchritudine eius. Vnde & Theodoritus hoc explicans, ait: *Non amplius enim agricola, & nauigatio, non regna, & imperia non amplius ſeruitus, & dominium. Non amplius artes, & ſcientiæ, non amplius paupertas, & diuitiæ. Ex his enim, & quæ ſunt eiuſmodi, conſtat vita præſens. Hoc etiam dicit beatus Eſaias futura dicens: Et erit ſeruus tanquam dominus eius; & ancilla tanquam domina; & qui emit tanquam qui vendit; & qui debet, tanquam, qui non debet, futura enim habent aliam rerum differentiam.* Hæc ille. Non diſſimulabo, quod Sixtus III. Pont. in hæc Pauli verba ſcripſit, *Ne quis diceret: Quomodo ergo ſtare poterit mundus? præuenit in ſequentibus, dicens:*

Iſa. 24.

Sixt. III. paulo poſt med libri de caſtita.

Præterit enim figura huius mundi. hoc eſt dicere Nolite de eo ſoliciti eſſe qui præterit, volo vos ſine ſolicitudine eſſe.

Solut. quarti dubij. De eo quod Apoſtolus vult nos eſſe ſine ſolicitudine quod fieri nequit *Matth. 6.*

Ad quartum, in illud: *Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe.* dicimus, hic primo tradi conſilium non nubendi; deinde bene viuendi documentum, & modum; tertio oſtendit Apoſtolus, præſtantius eſſe, & expedientius continentiæ propoſitum ſeruare. Ait ergo: *Volo*, id eſt, vellem, *vos ſine ſolicitudine eſſe*, ſcilicet rei vxoriæ: ſicut alibi Dominus tollit nimiam ſolicitudinem ventris: *Ideo*, inquit, *Dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis.* Amputata enim, vt ait Ambroſius, rei vxoriæ ſolicitudine, quæ ſola in mundo cæteris grauior eſt, ad Deum promerendum animus eruditur: ſi tamen hac ſpe animus his moleſtiis ſe exuat, vt DEO magis ſeruiat. Vel etiam rationem ſui conſilii de abſtinentia à coniugio reddit. Et cum nullus in hoc mundo, ſine ſolicitudine, viuat, ille dicitur eſſe ſine ſolicitudine, qui ſolicitus eſt circa ea, quæ ad ſeruitutem Chriſto præſtandam faciunt, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli: *Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis*; & ad Philipp. *Nihil, inquit ſoliciti ſitis, ſed in omni ratio. & obſecratione orationes noſtræ innoteſcant apud Deum*; & Michæ. *Solicitum ambulare cum Deo tuo.* Et tales profecto dicere poterunt cum Dauide: *Ego autem mendicus ſum, & pauper: & Dominus ſolicitus eſt mei*, & ſeruare B. Petri conſilium dicentis; *Omnē ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi eſt cura de nobis.* Si ergo nos ſoliciti ſimus de his, quæ ad Dei gloriam, & ſalutem animæ ſpectant, ipſe ſolicitus erit de temporalibus. Et ita commendanda eſt ſolicitudo de ſeruādo cœlibatu, quia res ſpiritualis eſt, & maxime Deo grata.

Amb. to. 5.

Altera ſolutio, quomodo ſcilic. nos eſſe ſoliciti nō debemus.

Epheſ. 4. *Philip 4.* Quorum Deus ſolicitudinem gerat. *Micha. 4.* *Pſal. 39.* *1. Pet. 5.*

Ad quintum dicimus, Paulum deſcribere cœlici legem, qua ſe gerere debeat erga dominum, quomodo ſcilicet illi placeat pulchritudine ſpirituali, & interiori virtutum ornamento, ſecundum illud; *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* Non autem aſſerit, quid vitio hominum contingat: nam multi cœlibes ſui officii immemores in multas curas, & vanas ſolicitudines, & carnis, & honoris, ac bonorum fortunæ diſtrahuntur, longe ab ſunt ab eo, quod profitentur.

Quintæ ſolutio quæſtionis. Quam verum ſit, qui ſine vxore eſt, ſolicitum eſſe, quæ ſunt Domini, & reliq. cū contra videamus. *Pſal. 44.*

Quemadmodum etiam interdum matrimonio coniuncti; & in timore Domini viuentes, & cuſtodiæ mandatorum, & miſericordiæ operibus vacantes, ſuperare videntur continentium vocationem, & ea præſtare, ad quæ non arctabantur, & longe ſuperant coniuges.

Cœlebs quæ ſolicitet, quæ Domini ſunt teſte Paulo.

Qui ergo ſine vxore eſt, cogitat, quæ Domini ſunt quomodo placeat Deo. Quæ vero Domini

Philip. vlt.

ſunt explicat alibi Paul. *Quecunq; enim ſunt vera, quecunq; pudica, quecunq; iuſta, quecūq; ſancta, quecūq; ambilia quecunq; bonæ famæ ſi, qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, iſta ſunt Domini ipſius & à virgine meditanda.*

Vxoratus curet quæ mundi ſũt, quomodo.

De contrario membro ſubiungit: *Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi.* Id eſt, circa regimen familiæ, vt vxoris, & filiorum, & ſeruorum. ¶ *Quomodo placeat vxori.* Quæ etiam cogitat, quomodo placeat viro ſuo, propter quem ſolum licite poteſt ſe ornare, vt ei placeat, & illum ita alliciat, vt eius acceſſum ad alias mulieres abarceat. Quod ſi quis ſe, & vxori, & Deo dedicat poſſe placere; intelligat illud Domini, *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire*, quia id vix præſtare poterit: & Cicer. *Non poſſum*, inquit, *ſimul vacare vxori, & Philoſophiæ.* Adde quod hic talis Apoſtolum diminutum, in hac ſua diffinitione oſtendat.

Illum Deo ſimul, & vxori non poſſe placere.

Matth 6.

Solutio ſextæ dubitationis.

De hac lection. Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quę ſunt mundi, &c. & diuiſus eſt, an ſequenda.

Hier circa medi. & ini lo 2. in princ.

Hanc Hieronymus lectionem: Diuiſa eſt virgo & mulier quare nõ probet.

Ad ſextum, quænam ſit verior lectio: Latina, quam nos modo habemus: *Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu*; an vero Græca lectio, quam Hieronymus tamen vocat Latinam, quæ habet: *Diuiſa eſt mulier, & virgo innupta curat ea, quæ ſunt Domini, vt ſit ſancta, &c.* B. Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouinia. ita habet. *In Latinis codicibus hunc locum ita legi: Diuiſa eſt virgo & mulier, quod quamquam habeat ſuum ſenſum, & à me quoq; pro qualitate loci ſic ediſſertum ſit: tamen non eſt Apoſtolicæ veritatis. Si quidem Apoſtolus ita ſcripſit, vt ſupra tranſtulimus Solicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt: & hac ſententia definita, tranſgreditur ad virgines, & continentes, & ait. Mulier innupta, & virgo, cogitat quæ ſunt Domini, vt ſint ſancta corpore, & ſpiritu. Non omnis innupta & virgo eſt. Quæ autem virgo vtique & innupta eſt.* Hæc ille. Cuius lectio præſtantior videtur, quam etiam noſter text. habet. ¶ Et ſenſus eſt, vir, partim ſeruiens vxori, partim Deo: non totus Deo, nec totus vxori, quia multis externis actionib. diſtrahitur: & carnem habet ex parte; quaſi vxorem, ad malum, & carnis illecebras allicientem; ex parte vero habet eam quaſi virginem, quia à Deo redemptam, & Deo dicatam, & eius obſequio mãcipatam, Ita diuiſus eſt homo. Perpende igitur quam parum conueniat ſacerdotibus copula vxoria, qua illi à Deo diſtrahuntur, & carni adhæreſcunt.

Quid ſignificet: Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quę ſunt mundi, quomodo placeat vxori & diuiſus eſt.

Hęc lectio Ambroſii: Diuiſa eſt mulier, & virgo quẽ ſenſum habeat.

Ambroſius legit quidem vt Hieronym. ſed poſtea adiungit: *Diuiſa eſt mulier & virgo.* Et interpretatur: *Diuiſa non vtiq; natura, ſed actu, quia legimus in Numeris, mulieres virgines appellatas. Alia ergo ſolicitudo mulieris, alia virginis eſt: tamen cum dicitur mulier, incertum eſt, quid ſignificet, niſi ſignificatio ſubſequatur: cum autem dicit, virgo, manifeſta locutio eſt. Hic Apoſtolus virginem poſt mulierem poſuit, vt mulierem non virginem ſignificaret. Per hoc enim voluit oſtendere virginem liberam à tædijs & laboribus, quos patitur mulier viro copulata.* Oecumenius vero legit ita: *diuiſa eſt coniugata à virgine.* Diuiſa eſt, hoc eſt. Non eandem habent curam ſed ſtudiis diuiſæ ſunt. Siquidem virgo, inquit, curat ea, quæ ſunt Domini. Ita Baſil. libr. De ſancta virginitate legit: *Et diuiſa eſt mulier, quæ nupta & eſt virgo.* ¶ *Vt corpore & ſpiritu ſancta ſit.* Corpore quidem, vt ait Oecumenius, propter caſtitatem, ſpiritu vero propter familiaritatem ad Deum, & Spiritus Paracleti In habitationem. Ita ille. Vnde & inter fructus Spiritus, Continentia, & Caſtitas ab eodem Apoſtolo nominantur. Nam reuera corpus ſanctificatur per animum ſãctum, animus vero pœnitentia, oratione, & meditatione diuinorum operum, & adhæſione cordis cum Chriſto. Corpus vero peculiariter per ieiunium, veſtis aſperitatem, delectum ciborum, vigilias, peregrination. ad loca ſancta, ſanctitatem induit. Hoc autẽ præconium non tribuitur à Paulo mulieri nuptæ. Non tamen negandum eſt, vt docet Auguſtinus lib. De bono coniugali c. 11. nuptas ſanctitatem participare. Ait enim: *Proinde illud dictum eſt ſecundum ampliorem ſanctitatem innuptarum, quam nuptiarum cui merces etiam debetur amplior, ſecundum, quod iſto bono illud eſt melius: quia & hoc ſolum cogitat fæmina quomodo placeat Deo.*

Amb. to. 5.

Oecũ. c. 4.

S Baſi procul à med. Tom. 2.

Virgo, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu.

Gal. 5.

Quomodo animus & corpus ſanctificẽtur.

Aug. to. 6. circa fin.

Mulierem nuptam, non tra virgi, tamen, etiam ſanctitatem participare.

Ad ſeptimum dubium.

De huius dicti intelligentia, Hoc autẽ ad vtilitatẽ veſtram dico, non vt laqueũ nobis iniiciã.

Septimæ dubitationi circa illud; *Hoc autem ad vtilitatem veſtram dico: non, vt laqueum vobis iniiciam*; reſpondendum eſt occupationem ibi eſſe neceſſariam, qua pro Apoſtolica prudentia Paulus iterum proteſtatur ſe nihil hic præcipere, ſed liberum dimittere, vt quiſq; pro ſuo arbitrio hoc vel illud vitæ genus amplectatur. Probat igitur cœlibatum à maiori vtilitate, vt conſtet hoc argument. Illud, quod eſt vtilius, magis expedit; ſed vtilius eſt continere, quam nubere; id ergo magis eligendum.

Cœlibatũ non ſolum vtiliorem, ſed etiam honeſtiorẽ eſſe coniugio.

Quod vero ait: *Sed ad id quod honeſtum eſt*, & quod facultatem præbeat, ſine impedimento Dominum obſecrandi: oſtendit non ſolum vtilem cœlibatum, ſed honeſtũ, & facilem. Eſt enim vtilius, quod facit, vt expeditius mortificata carne Deo ſeruiatur. Vnde Auguſt. de verbis Domini vt citatur hic à B. Tho. *Sicut & inimicus occiſus non facit tibi iniuriam, ſic caro mortificata non turbat animam.* Eſt enim honeſtius ad puritatem, & ſanctitatem corporis & animæ non quod ſtatus coniugalis honeſtus non ſit, ſed quod

Aug. ſer. 44. tom. 10.

II. Ratio.

minus

minus honeſtus cœlibatu. Quare Auguſtin. lib. De bono viduitatis, cap. 5. *Non matrimonium,* inquit, *turpe eſſe monſtrauit, ſed quod honeſtum erat, honeſtius generalis honeſti nomine commendauit.* Et Gloſſa poſitiuo vſum Apoſtolum pro comparatiuo aſſerit. Tertio facilius eſt, quia præſtat facultatem Dominum ſine impedimento coniugij inuocandi. Nam ſuperius adorationi vacandum, voluit Paulus, vt ab vſu coniugij ad tempus ſe continerent.

Idem ib. 6. poſt med.
Gloſ. ordin.
III. Ratio.

Hieronymus hunc locum vt verterit.

Proprietatem tamen Græcam, ait Hieronymus, Latinus ſermo non explicat; quare ita conuertit; ¶ *Hoc autem ad vtilitatem veſtram dico; non vt laqueum vobis iniiciam; ſed vt ad id quod honeſtum eſt, & intente facit ſeruire Dom. abſq; vlla diſtractione, vos adhorter.* Quod eſt dicere; Non hæc ſcripſi, vt laqueum vobis iniiciam; ſed vt id quod honeſtum eſt, & decorum, ſequamini, vt adhæreatis Domino abſq; vlla diſtractione. Quo verbo ſignificatur iugis quædam aſſiſtentia, qualem præſtabat Maria, quæ ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius.

Vt adhæreat Domino cælebs.
Luc. 10.

Quem laqueum Apoſtolus Corinthiis inijcere nolebat.
B. Tho. lect. 7. in fin.

Metaphora laquei ſumpta eſt à venatoribus, qui laqueos feris, & volucribus intendunt, vt eas comprehendant. Et B. Tho. per laqueum accipit fornicationem, his verbis; *Dico, inquam; Non vt laqueum, fornicationis ſcilicet in continentibus; vobis iniiciam, aliquid difficile ſuper hoc faciendo, imo potius laqueus poneretur, ſi conſuleret nubere: quia de muliere dicitur Eccleſ. 7. quod laqueus venatorum eſt.* Quidam hoc loco ita ſcripſit: *Laqueus,* inquit, *eſt ius legis adſtringens ad operandum.* Vnde Prou. 20. *Laqueus viro celeriter quippiam propriorum ſanctificare; poſt enim votum feciſſe, pœnitere contingit.* Quæ lectio eſt 70. pro quibus modo legimus: *Ruina eſt homini deuorare ſanctos: & poſt vota retractare.* Et Prou. 6. *Laqueus fortis viro proprio labia, & capitur verbis proprij oris:* & hæc quoq; lectio eſt Septuag. Eſtq; ſenſus, quod qui promiſit tenetur lege conſtrictus. Rurſus Prou. 13 Lex ſapientis, fons vitæ. vt declines à ruina mortis. 70. legunt: At demens captus à laqueo morietur. Nimirum lex teſte Paulo, iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & nō ſubditis impiis, & peccatoribus. Nam dum legem non ſeruant, fit eis lex fons mortis. ¶ Vanum autem eſt, quod Bucer. vocat cœlibatum laqueum; quaſi rem cœleſtem, & præclaro nomine dignam infami voce notare vellet Apoſtolus; & quaſi rationem haberet ab eo quod dixit. Sed hac metaphora nihil ſe præcipere ſignat, ac neceſſitatem adferre, quæ laqueus dicitur, ſed tantum hortari, & conſulere.

Eccle. 7.
Alius laqueus quid myſtice.
Prou. 20.
Supra. 6.
Infra. 13.
Lex cui mortifera, & fons mortis.
1. Tim. 1.
Laqueum inijcere, quid impio Bucero, impioque.

Huius loci Si quis autē turpem ſe videri.

Ad octauum dubium reſpondemus, & verba Apoſtoli, & ſenſum quem continent, non eſſe adeo plena, & aperta, vt lumine interpretationis non indigeant. Nam pro illis verbis: *Si quis autem turpem ſe videre exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit ſuperadulta & ita oportet fieri: quod vult, faciat, ſi nubat, &c.* noui interpretes apertius conuerterunt: *Si quis indecorum virgini ſuæ putat, ſi excedat florem ætatis* (ſcilicet nubilis,) *& ſic oportet fieri: quod vult, faciat, non peccat: iungatur matrimonio.*

exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit ſuperadulta, &c. clarior interpretatio proponitur.

Octaui dubij ſolutio. Vnde patri filiam ſuā virginem nuptui tradendi, tantum iuris & poteſtatis.

Locus hic valde difficilis intellectu redditur. An vero pater eiuſmodi poteſtatem habeat in cœlibes filios, vt poſſit ipſos matrimonio collocare, ſi ipſi nolint, aut matrimonio non copulare, ſi ipſi velint, explicandum eſt. Nam eſi honeſtum ſit filios, & filias familias ſubeſſe voluntati parentum, & eorum conſilio, & voluntate regendos ſe permittere; ad tantum tamen opus cœlibatus non debet pater cogere, nec poteſt.

Anna Samuelem filium ſuum qua lege Deo conſecrauerit, & obtulerit.
1. Reg. 1.
Hieronymus de hoc loco quid ſenſerit.

Nam ſi Deus (vt initio diximus) cuius eſt in omnes homines maior poteſtas, ad cœlibatum non cogit; multo minus parentes poterunt; niſi voluntati parentum accedat liber aſſenſus filiorum: quemadmodum Anna filium Samuelem obtulit, & dicauit Deo ad miniſterium templi, ipſo tamen Samuele volente, & aſſentiente. Quamobrem Hieronymus libro primo in Iouinianum, mirabilem ſenſum huic loco tribuit. Alloquitur Paulus virum habentem carnem ſuam virginem, id eſt, non alligatam coniugio, ſed ſuper adultam, hoc eſt, iam diu potentem ad exercenda nuptiarum munera: huic dat conſilium; *Si quis exiſtimat ſe turpem videri ob ſuper adultam virginem ſuam;* id eſt, ſi putat ſibi eſſe opprobrium non coniunxiſſe carnem cum carne, id eſt, non dediſſe operam generationi: & ita oportet fieri, quia continere non valet: non peccat ſi nubat, & matrimonium contrahat. Et dicitur Græce in plurali γαμείτωσαν, quia loquebatur de homine, & carne ſua, quam virginis voce appellabat, ac ſi dicat; Ipſa cum carne ſua nubat. ¶ *Qui autem ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, &c.* Deſcribit per oppoſitum, eum, qui vult ſeruare carnem ſuam in virginitate. ¶ *Non habens neceſſitatem.* Hoc eſt, nulla voti neceſſitate addictus ad illum purioris vitæ ſuæ voluntatis poteſtatem, vt ſcilicet non ſit alteri alligatus, & ſit mentis & ſui iuris circa hoc compos. ¶ *Et hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam; bene facit.* Vnde & ſubdit: *Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, benefacit.* Id eſt: Non ſolum non peccat, ſed etiam peccandi occaſiones per matrimonium à ſermone, cum continere

Idem illud explicatur Qui autē ſtatuit in corde ſuo firmus, nō habens neceſſitatem, &c.

Qui non iungit virginem ſuã, cur melius faciat.

nequeat.¶ *Et qui non iungit, melius facit* Quia ſeruat virginitatem ſuam, & inſtar Angeli. in omni puritate Deo deſeruit. Hic ſenſus à quibuſdam magni fit,& vehementer commendatur,& ſingularis eſſe videtur.

Hieronymi ſententiam Epiphanius quare non probet.

Quamquam huic intelligentiæ repugnat Epiphanius his verbis in Apoſtolicos ſcribens; quos hæreſi. 61.expugnat, dicens : *Qui igitur tunc habebant filias virgines, cum non daretur copia ipſas Chriſtianis elocandi, ſeruabant virgines ſuas ad multum tempus. Illa vero nubiles annos tranſgreſſa.incidebant in ſcortationem propter naturalem neceßitatem. Apoſtolus itaque videns damnum propter exactam ratio nem accidens, permiſit dicens : Si vero quis vult ſuam virginem, & non dixit, propriam virginita tem. Non enim de proprio corpore dixit, ſed de patre virginem aſſeruante. Si vero ſuam virginem proprium corpus dicit, nihil impediet. Dicit igitur : Qui conſiſtit firmiter in propria mente, & hoc debet facere; nubat, inquit, etiamſi non fuerit copia, non peccat.* Item Auguſtinus libr. Quæſtionum ſuper Numeros quæſtione ſexageſimaquinta loquens, de muliere, quæ voluit in domo patris ſui in iuuentute ſua, ita ſcribit;

3. Aug. to ſub init.

Quoniam quidem de muliere, quæ adhuc in iuuentute ſua in domo patris, loquitur; merito hic quæritur etiam de voto virginitatis : mulieres quippe etiam virgines in Scriptura appellari ſolere notiſſimum eſt. & videtur etiam Apoſtolus de patre loqui, cum dicit Seruet virginem ſuam, & det nuptum virginem ſuam, & cætera hoc modo. vbi nonnulli intellexerunt, virginẽ ſuam virginitatem ſuam: nulla tamen hoc ſimili Scripturarum locutione demonſtrant, cum ſit inuſitatißima. Hæc illi Patres.

Mulieres in ſacris literis non raro virgines appellantur. Eandem ſententiam Auguſtin. ur deſerat.

Alter ſenſus magis proprius huius loci.

Alii ergo ſunt, qui proprie de virginibus filiabus hæc ad literam accipiunt; quibus pater, aut alius, qui cuſtos eis præfectus eſt, ſi præmortui fuerint parentes, aut aliter abſentes, qui nequeant adeſſe, qui virginem domi educant, & ad eos dare eam nuptui ſpectat. Quod vt dixi, durum videtur, niſi accedat voluntas puellæ, cuius proprium eſt concipere propoſitum, & votum huius rei, aut non concipere; præſertim ſi ſit ſuperadulta, quæ iam poſſit iudicio valere, vt de ſtatu ſuo diſponat. Nam ſi pater, aut cuſtos ipſa inuita, ac nolente, nuptui elocare velit, nullum erit coniugium. & ſi illam velit retinere virginem, ipſa nolente nihil fiet. *Non ergo habens neceßitatem.* Hoc eſt, Non cogatur ex inopia abſtinere à coniugio non enim eſſet hæc abſtinentia virtutis, ſed neceſſitatis.¶ *Et poteſtatem habens ſuæ voluntatis*; Hoc eſt, quod virgo conſentiat abſtinentię à coniugio: ſi enim diſſentiret, non haberet pater voluntatis propriæ perficiẽdæ poteſtatem.

Quid eſt, non habẽs pater neceſſitatem & poteſtatẽ habẽs ſuæ voluntatis virginem am collo ndi.

In nuptiis maxime requiſita, hic à Paulo neglecta conditio.

Et mirabile profecto videtur eſſe, Apoſtolum de ipſius puellæ voluntate, in hoc negotio nullam prorſus mentionem feciſſe; quæ tamen maxime requirebatur, & ſola ſufficiebat, ſi parentes Laban dantes filiã Rebeccam nuptui Iſaac, dixerunt; *Vocemus puellam, & quæramus eius voluntatem. Quumq; vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt, Vis ire cum homine iſto?* Interrogat etiam ſacerdos puellam, an velit tali nubere? Et ipſa ſiue taceat, ſiue pater pro ea reſpondeat, & illa non reclamet, taciturnitas eius, vel aſſenſus patris expreſſus, pro conſenſu puellæ accipitur. quia qui tacet, conſentire videtur.

Gen. 24.

Quem ſenſum alium Pauli eadẽ verba recipiant.

Quod ſi proprie hæc verba accipiantur de virginibus, quæ domi ſeruantur; dicendum erit, hunc eſſe ſenſum: ſi quis arbitretur ſibi fieri in dedecus, quod illocatam ſeruet domi filiam in virginitate degentem, & ita potius fieri debere putat, vt elocet eam; faciat quod vult : nec enim prohibitæ ſunt nuptiæ, quamquam ſublimior ſit virginitas. Si quis vero ſtat in hac ſententia firmus, vt non elocet eam, non id agens tanquam ex neceſſitate, & à lege prohibitus, ſed tanquam vtriuſq; conſilii dominus à lege conſtitutus, & hoc iudicet eligibilius eſſe non elocare illam, & id fecerit; bene faciet, vel qui non cogitur à filia, vt contrarium faciat Nam ſi videt, mores, aut opera filiæ cogere ipſum ad elocandum, non debet ipſam cogere ad ſeruandam virginitatem. Virginitas enim voluntaria eſſe debet; non coacta. Quare ſi quid inde abſurdi contingeret, referendum eſſet ad eum, qui coegit, non ad puellam. Vel denique non habens faciendi neceſſitatem, aut quod prius Deo conſecrauerat, aut quod filia ad hoc coegerit, non ſolum non peccat virgo nubens, ſed neque cuſtos, qui eam locauit. Quod dicitur; *Ne etſi virgo non peccet, cuſtos peccare videatur.* Vnde Eccleſ. 7. ait Spiritus ſanctus; *Trade filiam, & grande opus feceris; & homini ſenſato da illam.*

Eccl. 7.

Tempeſtiue parentes de filiorũ coniugio, vel cœlibatu ſuorum deliberare debent.

Cæterum parentum munus eſt mature liberis ſuis conſulere de ſtatu coniugii, aut cœlibatus. Ait enim Petrus apud Clementem epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini, debere parentes curare, vt mature iuuenes matrimonia ineant, quo iuuenilis libidinis laqueos anticipent. Idem libro. 4. de Conſtitut. Apoſtolicis, cap. 9. in fine : *Date operam, vt* (filii) *cum ad adultam ætatem peruenerint, matrimonio iungantur, ne illi feruore ætatis in conſuetudinem fornicandi incurrant.* Hæc ille. ¶ Et poſuit hic Apoſtolus temporis metam, ſi ſcilicet ſit nubilis, vel ſuperadulta: quia multi ſtulti, aut ignorantes homines maximo cum periculo liberorum, &

Clem. Rom epiſt 1. ſub init. Idem

Virginem cur ſuperadultã ſeu nubilem iungi, vel non iungi Apoſtolus præcipiat.

homi-

hominum ſcandalo filios ſuos, vel omnino adſtringũt aut cõiugijs inuoluunt, antequam illi per ætatis imbecillitatem nouerint quid ſit amplectendum.

Non iungens virginem ſuam quanto melius faciat.
Hiero. to. 2

Igitur qui iungit virginem ſuam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. In quæ verba Hieronymus lib. 1. in Iouinianum ait: *Primum hoc ipſum bonum extenuat, & obumbrat comparatione melioris, & dicit Et qui non iungit, melius facit, Niſi illaturus eſſet, Melius facit, nunquam præmiſiſſet Bene facit. Vbi autem bonum, & melius eſt, ibi boni, & melioris non vnum eſt præmium & vbi non vnum præmium, ibi vtique dona diuerſa. Tantum eſt igitur inter nuptias, & virginitatem, quantum inter non peccare, & benefacere, imo vt leuius dicam, quantum inter bonum & melius.* Et in Apologia pro libris in Iouinianũ, comparat virginitatem pani frumenti, & nuptias pani hordeaceo. Vbi etiam citat Ambroſium li. de viduis: *Coniugium*, inquit *hordeo, virginitatem corporis Chriſti comparat.* Et Paulo ante: *Dominus Ieſus aliis panem hordeaceum, ne in via deficerent, alijs corpus ſuum, vt ad regnum tenderent, demonſtrauit.*

Idem ibid.
Quale coniugium Ambroſio, qualis vero virginitas ſit
Ioan. 6.

An filiorũ ſiue parentum conſẽſu matrimonium ſit ratum, ac firmum Eraſmi ſententia.

Iam hic diligenter expendendum eſt ius, quod parentes habent in filios familias. Contendit enim ex hoc loco Eraſmus, non debere vllum matrimonium conſiſtere cum his, qui in poteſtate parentum ſunt, ipſis inſcijs, vel inuitis. Sed nos ad hæc in primis reſpondemus, ad contrahendum matrimonium, filiisfamilias, hoc eſt exiſtentib. ſub poteſtate parentum, neceſſarium fuiſſe ſemper parentum conſenſum: quod facile eſt comprobare ex iure diuino Veteris, & Noui Teſtamenti, ex iure etiam Pontificio, ac Ciuili. Nam in primis Geneſ. 24. dictum eſt Eleazaro ſeruo Abrahæ; *A Domino egreſſus eſt ſermo, non poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij domini tui. Et dixerunt; Vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatem; Vis ire cum homine iſto?* ¶ Hæc eſt forma antiquiſſima matrimoniorum, cum præeuntem parentum voluntatem filiorum voluntas ſequitur. [illegible] autem quod inconſultis parentibus ſtulte, & inconſiderate à filiis geſtum eſt, velint, nollint, comprobare coguntur. Deinde Iſaac miſit Iacob in Meſopotamiam ad Laban, vt ab eo filiam in vxorem peteret: qui quidem primo Liam, deinde Rachelem accepit. Tertio, qui à Dei cultu alieni erant, manifeſte agnouerunt parentum conſenſum requiri. Nam Sichem Gen. 34. ſtuprata Dina filia Iacob, quam [illegible], & blandis verbis eam ad amorem pellexiſſet, a patre contendit vt eam ſibi in vxorem acciperet, non facturus, ſi ſolum puellæ conſenſum,

Vnde Scripturarum neceſſario parentum cõſenſus probari videatur.
Gen. 24

Ant quiſſima matrimoniorũ formula.

II. Locus.
Gen. [illegible]
Infra 49.

III Locus.

Infra. 34.

quem amatoriis verbis, & muneribus crebris ſibi conciliauerat, ſatis eſſe putaſſet. Quarto Thamar filia Dauid dixit ad fratrem ſuum Amnon: *Loquere ad Regem, & non negabit me tibi.* Vides ergo, conſenſum parentis virtuſque requiri ad coniugium? Quinto, Exod. 22. præcipitur, *Si ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit; reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt.* In patris ergo poteſtate ſitum erat. Vnde & Deuteron. 7. habetur: *Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo.* Ergo hoc parentum munus erat. Vt omittam hiſtoriam Tobiæ iunioris. Nam apprehendens Raguel dexteram Saræ filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: *Deus Abraham, &c.* His poſſet adiungi quod hic Paulus ait de parente virginis: *Qui matrimonio iungit virginem ſuã, bene facit. et qui non iungit, melius facit.*

IV Locus.
2. Reg. 13

V. Locus.
Exod 22

Deut. 7.

Tob. 7.
VI. Locus & vltim.

His tamen non obſtantibus reſpondemus, Scripturas, & Apoſtolum ea enarrare quæ communiter, & decenter fiunt. Nam parentes curare debent matrimonia filiarũ ſuarum: non tamen ex hoc ſequitur, quod hoc debeat fieri filiabus renuentibus, & inuitis, vel quod ſi illi contraherent, pater poſſet eiuſmodi matrimonia irrita reddere. ¶ Quod vero reprehenditur Eſau, quod vxores alienigenas contra voluntatem parentum duxerit: id non tam factum eſt propter parentum præceptum, quam propter præceptum Dei, qui fidelibus interdixerat matrimonium cum infidelibus.

Altera opinio, liberũ videlicet filiorum aſſerens coniugium.

Eſau, inſcijs parentib. iunct. matrimonio, quid peccauerit
Gen. 26.

Ad illud vero Rebeccæ, quod dixerunt parentes; *Vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatem.* reſpondet Ambroſius; *Conſulitur puella de ſponſalib. (illa enim iudicium ſpectat parentum. Non eſt enim virginalis pudoris eligere maritum) ſed iam deſponſata de profectione conſulitur &c.*

Filij ſi ſui iuris ſunt, adeo iugia quid eorũ, vt Rebeccę conſenſus requiritur.
Amb. l. 1. de Abrah. patriarc. c. vl. ſub finẽ 4.

Allegatur etiam Euripedes de Hermione verba faciens, qui introducens eam loquentem ait:

Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν
Πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει
Οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

Hoc eſt

Matrimonij quidem mei
Curam geret pater meus:
Nec enim eſt hoc iudicare meum.

Euripedes
Filij cur niſi conſentientibus parentibus matrimonio iungi nõ debent.

Sed hoc oportet, & honeſte fiat, præſtare debent filiæ, & curam totam in parentes reijcere; non autem quod ſi ſecus fiat, irritum ſit, aut nullum.

[illegible] ſtulta indicat, nulla eſſe talia matrimonia filiorum; vel filiarum familias, niſi is conſentiat, qui habet eos in poteſtate,

Aduerſariorum et à [illegible] Graſ [illegible] [illegible] vitur.

ſtate, & habetur Inſtitut de Nuptiis, & ff de iure Nuptiarum; & Iuſtinianus inter exhæredationis cauſas enumerat, ſi filia fornicetur, vel vili, & abiectæ perſonæ ſe matrimonio iungat. Plato etiam libr 6 de legibus, & Demoſthenes ex lege quadam Athenienſium in oratione in Stephanum, probat matrimonia liberorum non ſine conſenſu parentum celebranda. Et Tertull. libr. 2. ad vxorem: *Nec in terris filij ſine conſenſu patrum rite, & iure nubent.*

Tertul pro poſt. li. 10. 2.

Libera cur ſint coniugia liberorum.

1. Cor. 2.

Sed bene dixit, *in terris:* ſecus nunc in Eccleſia Dei, vbi filii, vel filiæ, adulti, ſi contrahant matrimonia, etiam inſciis parentibus, tenent. Nec enim parentes, aut cuſtodes, ſi illi vtantur, iure poſſunt poteſtatem habere in eos: nam liberi ſunt, non ſunt mere ſerui, & mancipia, vt iure nuptiarum poſſint illos pro ſua voluntate, & arbitrio priuare.

Baſilii Magni in puellam citra voluntatẽ patris nubentem ſententia.

Theod. Balſa.

Baſilius quoque producitur in contrarium: *Puellæ*, inquit, *quæ præter patris ſententiam fornicatores ſecutæ ſunt, reconciliatis parentibus, videntur remedium recipere. ſed non protinus ad communionem reſtituantur, ſed triennio puniantur.* Quem Canonem Theodorus Balſamon (interpres Græcorum Canonum) ita interpretatur: *Puellas hic ſanctus eas appellat, quæ ſunt in poteſtate parentũ. Dicit ergo, quod ſi aliqua puella ſe ipſam ſuis amatoribus tradiderit præter ſuorum parentum ſententiam, & ab illis ipſis illatum fuerit vitium, etiamſi matrimonio cõiunctæ eſſe videantur matrimoniũ tamen eius quæ eſt in poteſtate parentum, non poſſe ſubſiſtere. Sin autem parentes ipſarum eis reconciliati fuerint, & eas cum amatoribus ſuis cohabitare voluerint, ei rei illa ratione videtur remedium adferri. Quod enim ab initio male factum eſt, parentum conſenſus reparare videtur. Sed ea non eſt ſtatim ad communionem recipienda, ſed poſt tres annos.* Hæc ille. Sed fortaſſe eo tempore hæc lex obſeruabatur de filiabus familias, quæ ad ætatem nubilem nondum perueniſſent; at quæ iam peruenerunt, & ſuperadultæ ſunt, iniuſte patris poteſtati ſubderentur; maxime ſi auarus ſit, aut ambitioſus, qui nolit locare filiam niſi Principi, aut nobiliſſimo, qui non inuenitur.

Quod eiuſmodi ratũ negat eſſe cõiugium Baſilius, de hoc quid ſentiendũ ſit.

Argumentatur præterea Eraſmus, ius patriæ poteſtatis lædi, ſi ſine eius conſenſu poſſint filiæ eius nubere: & videtur ligari pater, quia inuitus cum tota familia ad habendum generũ, quem vt filium debet diligere, cogitur. Quod ſi hæreditas deuoluatur ad filiam ab aliquo ſeductam, quod ſeductor haberet hæreditatem; quod videtur iniquũ; Sed non deeſt commoda reſponſio ad hanc rationem. Cum enim parentes, aut cuſtodes in mora ſunt, vt filios ſuos nuptui elocent, aut velint quidem locare eos, ſed cum longe inæqualib. & abiectis perſonis; quod præſertim timẽdum eſt a cuſtodibus; æquũ eſt, vt lædantur in patria poteſtate, quam habent, & ius nuptiarum deuoluatur ad ipſos filios, vt poſſint de ſeipſis diſponere. Vnde in quibuſdam prouinciis lex obſeruatur: vt ſi puer, aut puella attigerit 25. annum, & necdum collocati ſint, ipſi ius nuptiarum habeant. Quare etſi honeſtum, & ſanctum ſit, liberos parentum poteſtati ſubeſſe; quod ad hanc partẽ attinet, ſi tamen liberi ſe non poſſe reſiſtere cõcupiſcentiæ ſentiant; liberi eſſe debent ad nuptias. Vnde cum in Concilio Tridentino ageretur de clandeſtinis coniugiis, & nonnulli inſtanter poſtularent, vt matrimonium quodcunq; celebratũ ſine conſenſu parentum, irritum eſſet, & nullũ non ſunt auſi Patres quicquam de ea re ſtatuere, non ignorantes, quanta libertate, & poteſtate filii ipſi fungerentur: & quanta ianua tyrannidis aperiretur parentibus in filios, aut cuſtodibus, vt cum ſeruis ſuis, aut conſanguineis, aut amicis nuberent: quod eſſet ſumme abſurdum, & minime tolerabile. Satiſq; fuit ſanctæ Synodo definire, ne quod coniugium validum haberetur, & firmum, cui parochus ſacerdos ſimul cum tribus teſtibus non adfuiſſet.

Ratio Eraſmi Si penes liberos ius nuptiarum eſſet patria poteſtas læderetur, quam ſit infirma.

Ad dubium nono loco propoſitum circa illud; *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit: quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege viri*: quod quidem dubium de exceptione fornicationis fuit, quia vt ſuperius explicauimus, diſcedẽs ab vxore, debet manere continens, aut illi reconciliari, cui legi quam maxime conſentit, in qua dicitur matrimonii vinculum durare, vſq; ad mortem viri, vel vſq; ad mortem vxoris. Quod ſi dormierit, inquit, nimirum per ſomnum mortis, de quo Dominus: *Lazarus amicus noſter dormit*; & Apoſtolus ad Theſſalo. *Nolumus vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contriſtemini*, tunc vinculum penitus ſoluitur, & pars quæ adhuc viuit, libera eſt ad nouum matrimonium contrahendum, ſi velit Cui vult, inquit, nubat. ¶ Nec Apoſtolus dicit hoc de primo matrimonio tantum poteſt enim, & debet, ſi opus ſit, extendi ad ſecundum, & tertium, & quartum, & quintum matrimonium, vt docet B Auguſtinus lib. de Bono viduita. cap. 4. & 12. Nam digamia ſemper & inter Gentiles, & Iudæos, & inter Chriſtianos parum honorifica ſemper habita eſt. Vnde & Poeta introducit Didonem dicentem.

Si mihi non animo fixum, immotumq; ſederet
Nec cui me vinclo vellem ſociare iugali;
Huic vni forſan potui ſuccumbere culpa.

Hæc

1 Tim. 3. Tit 1. Digamia quid impediat. 1. Tim 5. Ab ea qui maxime dehortentur. Par 2 Li 1 in Iou & alibi paſſim. to. 2.

Hæc illa, vocans culpam, digamiam. Et in nouo Teſtamento digamia eſt impedimentum ad ſacros ordines, quia habet neſcio quid incontinentiæ: peccatum tamé propriè nō eſt: Vnde & Paulus vult iuniores viduas nubere, filios procreare, matres familias eſſe. Etſi quidam inter veteres patres caſtitatis, & continentiæ ſtudioſi, paulo iniquiores, & acerbiores in ſecundum coniugium extiterint, vt Tertullianus, & Hieronymus, qui etſi veritatem apertè profiteatur & teneat, vbi tamen locus occurrit dehortandi ad hoc matrimonio, acrior eſt atque feruentior.

X. q. ſolut. Quid ſit nubere in Domino. Oecum c. 4. tr. In. A ter. ſenſus congruentior D. Hier.

Ad decimum dubium, in id, *Cui vult nubat tantum in Domino*, reſpondeo, his verbis præferre Apoſtolum monogamiam digamiæ: quemadmodum ſuperius monogamiæ prætulit virginitatem, ſiue cælibatum, Oecumenius ſenſus eſt: *Cum modeſtia*, inquit, *ac decentia legitimis iungatur nuptiis ob prolis ſuſceptionem, & educationem, non ex affectu concupiſcentia*. Hinc Beatus Ignatius in epiſtola ad Polycarpum: *Si quis poteſt in caſtitate permanere ad honorem carnis Dominica, vit et iactantiam: ſi gloriatus fuerit, periit; & ſi ipſum ſtatuatur fine Epiſcopo, corruptum eſt Decet vero & ducentes vxores & nubentes cum Epiſcopi arbitrio coniungantur, vt nuptia iuxta Domini verbum, non autem ob concupiſcentiam coiſſe videantur.*

Tom 2. B. Tho lect. 8 tom. 16.

Præſtantior tamen videtur ſententia Hieronymi in Apologia pro libris contra Iouin. *Tantum in Domino*, id eſt Chriſtiano more: quam ſequitur B. Thomas, & alij, Ait enim, tunc nubere aliquem in Domino, quando cum ſuæ religionis coniuge matrimonio copulatur: nam in diſpari cultu prohibitum eſt matrimonium iure naturali, & diuino, atq; Moyſaico, vt habes Deute. 7. Aduerſatur enim hæc diſparitas cultus tribus illis matrimonij bonis, videlicet Fidei, Proli, & Sacramento. Idem Exod. 34. habetur: *Nec vxorem de filiab alienigenarum accipies filiis tuis*; ne poſt quam ipſæ fornicatæ fuerint, fornicari faciant & filios tuos in deos ſuos, quod præceptum tranſgreſſus Salomon, in grauem idolatriam ab vxoribus impulſus fuit. Et Eſdras ca. 9. ſeparauit coniugia filiorum Iſrael cum alienigenis conciliata. Denique Apoſtolus in poſteriori epiſtola ad Corinthios cap 6 *Nolite*, inquit, *iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitia cum iniquitate? Aut qua ſocietas luci ad tenebras? Qua autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut qua pars fideli cum infideli?*

Deut. 7. Triplex bonum matrimo. Exod 34. 3. Reg 11. Eſdr 9. 2 Cor 6. Apoſtoli noua viduis coniugia concedendi beneficium.

Porro per hanc Apoſtoli ſententiam reuocatæ ſunt omnes pœnæ, & infamiæ, quæ ſecundum leges ciuiles mulieri ſecundo nubenti infligebantur; maxime ſi infra tempus luctus, id eſt infra annum, vel infra decem menſes nuberet. Illud tamen mihi minime probatur, quod in quibuſdam prouinciis vidi, vbi quædam mulieres inueniuntur, quæ mox à viri ſepultura intra octauum diem, aut minus, noua ineunt coniugia. tanta eſt hominum incontinentia. Hinc Plutarchus in Antonio narrat, Octauiam ſororem Auguſti Cæſaris, Senatuſconſulto, & autoritate diſpenſatam, vt iure poſſet M. Antonio nubere ante decem menſes à viri morte.

Quarundam mulierum incontinentia viduarum notatur, à virorum ſtatim obitu ſecundo nubentium. Plutarch.

Adijcit tamen Apoſtolus *Beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium.* Vbi oſtendit, melius eſſe viduæ continere, quam ad ſecundas nuptias redire, quamuis illicitæ non ſint ſecundæ nuptiæ. Vide igitur, quam vehemens, & perpetuus ad perſuadendum virginitatis, & continentiæ ſtatum Apoſtolus exiſtat à prima ferme capitis ſententia ad poſtremam vſque: & tamen hæretici noſtri ſæculi, qui ſe Euangelicos, & Paulinos Theologos haberi volunt, à continentia ſæpe dehortantur, & graues ſcrupulos iniiciunt; vt nullus inter eos inueniatur, vt olim in Eccleſia permulti, & magni viri extiterant) nec inter viros, nec inter fœminas vel virginitatis cultor, vel caſtitatis ſectator. Imo ſcribit Lutherus, vbi vxor non eſt ſoluendo propter infirmitatem, in ancillam irruere viro integrum putat. Quare nec laudator, aut commendator vllus eius ſtatus inter eos inuentus eſt præter vnum Eraſmum qui ita in encomio cœlibatus celebrauit virginitatem, vt plus tribuat coniugio, quam cœlibatui. Et cum hæc ita ſint; audent tamen & verbo, & ſcripto in noſtros Sacerdotes, ſiue monachos, & monachas ſingulariter debacchari, & multa fingere ad euandam ſanctitatem, & ſplendorem cœlibatus. Quare cum hæc omnia hæreticorum dicta & facta longe ſint ab Apoſtolo, & Apoſtolicis viris, qui caſtitatem magno ſtudio coluerunt, & apud alios magnificis ſcriptis eius laudes, & fructus complexi ſunt, æquus lector iudicare poterit, quam merito prætexant ſibi, ac tribuant titulum illum magnificum, quo ſe Paulinos Theologos vocant.

Vltima Apoſtoli collatio cœlibatus matrimonio. Cœlibatū hæretici oderunt cane peius & angue & id vnde conſtet. Epicurea atque adeo blaſphema Lutheri vox. Vnde Eraſmum, bone lector, facile poſſis hominis diſcipulum agnoſcere.

Poſtremo dubio in illud; *Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam*, reſpondeo, hoc dictum fuiſſe ab Apoſtolo, ne quis arbitraretur humano conſilio hæc dici, & non Spiritus ſancti eruditione, & impulſu; ac ne facilius ſpernerentur quæ conſulebat. Et hinc intelligimus, non ſolum illa quæ à Domino iubentur, ſed & ea, quæ à ſanctis ſeruis Dei, & miniſtris vtiliter ſuadentur, Domino illos inſpirante, ac docente, à nobis eſſe

Ad XI. dub. Quare dixit Apoſtolus. Puto autem quod & ego Spiritū Dei habeam.

præſtanda. & illud verbum, *Puto*, teſte Auguſtino in Ioan. non eſt dubitantis: *Homines* inquit, *de his rebus quas certas habent, aliquando increpatiue dubitant, id eſt verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent: velut ſi indigneris ſeruo tuo, & dicas, Contemnis me, conſidera, forſitan dominus tuus ſum. Hinc & Apoſtolus ad quoſdam cõtẽptores ſuos loquens, ait: Puto (autẽ) quod & ego Spiritum Dei habeo. Qui dicit, Puto, dubitare videtur: ſed ille increpabat, non dubitabat* Hæc ille.

Auguſt. in tract. 37. ubi ſitā tom. 9. Qualis hæc Pauli phraſis Auguſtino.

Altera ratio eius dicti Apoſtolici, ex Theophylacto.

Pondera poſtremo ſecundum Theophylactum, quod cum ait, *quod & ego*, id eſt (etiam ego, cum aliis ſcilicet Apoſtolis) Spiritum Dei habeam, hoc dixit; ne quod commune cum aliis Apoſtolis habebat, videretur ſibi arrogare. Ideo quæ dixit, monita ſũt Spiritus ſancti. Quanquam dicere poſſimus, quod illo verbo Puto, ſingularem modeſtiam oſtendere voluerit. Et hæc ſint ſatis de hoc cap.

DISPVTATIO XV.

In verba Apoſtoli, cap. 8. *De ijs autem quæ idolis immolantur, ſcimus quia omnes ſcientiam habemus. Scientia inflat, charitas ædificat. Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quomodo oporteat eum Scire. Si quis autem diligit Deum: hic cognitus eſt ab eo. De eſcis autem quæ idolis immolantur, &c.* vſque in finem Capitis.

Huius capitis doctrina.

HACTENVS Apoſtolus varios abuſus qui erant in Eccleſia Corinthiorum, corrigere conatus eſt: nunc vero ab hoc loco vſque in finem 10. capitis, & principio. 11. multis, & grauibus rationibus dehortatur eos, vt à ſacris Gentilium epulis abſtineant, & libertatem, quæ eſt in noua lege, edendi etiam idolothyta, minime eſſe ſeruandam, ſi contingat cum ſcandalo, & proximi offendiculo, docet. Quod ſextæ particulæ in diuiſione epiſtolæ in hoc capitulo tributum fuit. Maxime autem docet, quomodo temperanda eſt in his quæ media ſunt, Euangelica libertas. Vocantur autem res mediæ, quæ nec bonæ ſunt per ſe, neque malæ, ſed indifferentes, quas Deus poteſtati noſtræ ſubiecit. Verum in earum vſu modum ſeruare debemus, vt diſcrimen ſit inter libertatem, & ſcientiam.

Res mediæ quæ dicantur.

Hęc autem ſcripſit: quod magnam illius ciuitatis partem idololatriæ deditam videret, & ſacrificia paſſim dijs Gentium fierent & ad victimas ſimulachris immolatas Chriſtiani ab amicis, & cognatis inuitarentur. Vnde quidam eorum freti ſcientia, qua ſimulachra intelligebant nihil aliud eſſe, niſi ligna, aut ſaxa, aut ferrum, nihil habere numinis, aut poteſtatis, ad ea conuiuia imprudenter accedebant: forte ſſis intra ſe dicentes *Non quod intrat in os, coinquinat hominem.* Vnde infirmiores offendebantur Chriſtiani, & eadem facere audebant, etiamſi pari cognitione prædici non eſſent & reclamante conſcientia, tantum illorum exemplo eo adducebantur: & quod grauius eſt, ab hoc facto Gentiles perſuadebantur, eorum idola non eſſe vſquequaque deteſtanda.

Corinthiorum ab idolorum cultu & eorum idolothytis deterrendi neceſſitas. *Mat. 15.*

I. dubitatio.

Primum igitur in hoc capite ambigitur, quomodo hæc cum ſuperioribus connectátur. Deinde, cum ait: *Scimus quia omnes ſcientiam habemus*, dubitamus quomodo hoc potuit dicere; cum tamen non ignoraret plures eſſe ſtultos, & ignorantes, de quibus ſcriptum eſt: Stultorum infinitus eſt numerus; pauciores autem, qui habeant ſapientiam. Tertio, quomodo ſcientia inflat, charitas vero ædificat; cum vtrumque donum Dei ſit? aut nunquid ſcientia, & charitas ſunt inter ſe contrariæ? cum tamen qui charitate præcedunt, maiori ſcientia præſtare conſueuerint, Quarto, quare aſſerit, eum, qui ſe exiſtimat ſcire aliquid nondum nouiſſe, quomodo oporteat eum ſcire: nunquid poteſt eſſe quiſquam ſciens, & tamen ignorare quod ſciat? & quomodo is ſolus qui diligit, à Deo agnitus ſit; cum potius debuiſſet dicere, Is vere Deum diligit, qui vere Deum cognoſcit. Quinto, qui aſſerat Apoſtolus ſe ſcire quod idolum nihil ſit in mundo: & Spiritus ſanctus dicat: *Appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, &c.* Sexto, quomodo Deus non eſt niſi vnus, quod pauci nouerunt, & Gentilium fabulis homines decepti plures coluerunt; Chriſtiani vero colunt Patrem Deũ, Filium Deum, & Spiritum ſanctum Deum: quomodo ergo vnus tantum erit Deus? quomodo etiam numero multitudinis vocatur Elhoim, & Adonaim, hoc eſt dij iudices, & Domini mei? quomodo item Pater DEVS tantum dicitur, & CHRISTVS tantum Dominus. Vnde Arriani obiectabant, Chriſtum Deum non eſſe. Adhæc ſi Pater eſt ingenitus, & Filius vnigenitus, quomodo ergo non duo ſaltem dij? cur item hic non fit mentio Spiritus ſancti? De Angelis etiam ambigitur, ſi dij ſunt ſicut homines ſancti, de quibus Dominus; *Ego dixi, Dij eſtis: & filij excelſi omnes.* Se-

Secunda. *Eccl. 1.* Tertia. IV. dubit. Quintum *Sap. 13.* Sextum. Arrianorum blaſphemia *Pſal. 81. Ioan.* Septimum

timo, quomodo ſubdit Apoſtolus; ſed non in omnibus eſt ſcientia; cum ſuperius oppoſitum dixerit: Scimus quia omnes ſcientiam habemus. Octauo quæritur, quomodo con ſcientia infirma polluatur: nam hoc propter Deum Corinthij fideles ſe facere exiſtimabant, quando cum veneratione idolothyta comedebant. Nono ait Paulus, eſcam non commendare nos Deo: quod ſi verum eſt, quomodo ergo laudatur Ioannes Baptiſta quod ederet locuſtas, & mel ſylueſtre? quomodo item religiones, quæ à carnibus, lacticiniis, & ouis abſtinent propter Deum, ab omnibus celebrantur, & commendantur, vt ſanctiores. Decimo circa illud, Si quis viderit eum, qui habet ſcientiam, in idolio recumbentem, dubitatur quid ſit εἰδωλεῖον, aut εἰδώλιον, quid etiam recumbere; & quomodo in idolio recumbentes peccarent in Chriſtum, & in fratres ſuos. His paucis breuiter erit ſatisfaciendum.

Octauum

Nonum. *Mat. 3.*

X. & vlt.

Ad primum igitur: In calce ſuperioris capitis Apoſtolus Corinthiis præbuerat conſilium ac dixerat: *Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam*, vt ita Corinthij, acquieſcerent ſuis monitis, & conſiliis. Quod ſi quis diceret; Habebant multi Spiritum charitatis. Sed non ſatis eſt quia multi charitatem habent, non ſcientiam. Si quiſpiam rurſus diceret ſe ſcientiam habere; replicarem, multos ſcientiam habere, charitatem tamen nequaquam. Ideo eius conſilium improbantibus, nunc declarat Paulus, in ſuo Spiritu fuiſſe charitatem, & ſcientiam.

Solut. I. dub. De huius connexione ca. cum ſuperiore.

Et cum in principio ait: *De iis autem quæ idolis immolantur*, ibi apponenda eſt diſtinctio & aliquid, quo oratio conſtet, ſupplendum, videlicet: ſic ſentio, vel, hæc eſt mea doctrina & ſententia: ſolet enim Paulus eclipſibus abundare. Et in principio ſuperioris Capitis: *De quibus ſcripſiſtis mihi*, ſcilicet, ſic reſpondeo vel ſic ſentio.

Eclipticus fere Pauli ſermo.

Ad ſecundum, præmittit Apoſtolus circa ea quæ ſacrificantur idolis, omnes fuiſſe ſcientia præditos; & teſtatur ſe vna cum aliis ſcire: ne ipſi ſolos ſe ſcire arbitrarentur. Et loquitur de Iudæis, qui per legem erant edocti, & præſertim de eorum maioribus quos teſtatur ſecum vna ſcire: Ideo illos ſibi coniunxit: nam aliis hanc cognitionem, vt ſcientiam non tribuit. Quaſi dicat; Video qualis vobis inſit prætextus; obtenditis enim Chriſtianam libertatem, & obiicitis, vos ſcientiā habere, & quod nemo veſtrum ignoret quod vnus ſit Deus; & quod idolum nihil ſit in mundo. Alij vero putant hæc verba ironice accipienda, & quod neget omnibus ineſſe ſcientiam: & ita arguat eos quaſi falſo oſtentent ſe ſcire, & ſibi tribuant quod non habent.

Solut. ſecūdæ dubitationis. Quam verum ſit illud: Scimus quoniam omnes ſcientiam habemus, in tāta hominū ignoratione. *Rom. 2.* Altera ſolutio.

Ad tertium circa illud: *Scientia inflat, charitas vero ædificat*, dicendum eſt, quod cum duo inuicem comparantur, vnum non debet aliud includere. Scientia ergo per ſe ſumenda eſt ſine charitate, & charitas per ſe ſine ſcientia. Dicitur autem inflare per occaſionem: ſicut alio loco dicit, quod lex (ex ſe bona) iram operatur; &, peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me, & per illud occidit. Opes etiam & diuitiæ occaſionem ſuperbiæ, aut confidentiæ in diuitiis ſubminiſtrant, iuxta illud; *Qui confidunt in virtute ſua: & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur*: & tamen opes à Deo ſunt: & hoc vitio hominum accidit, non rerum ipſarum Charitas autem non inflat, quia nullus ex ea occaſionem mali accipit: quemadmodum, quacunque virtute nemo poteſt male vti, præſertim vero ſūma virtute charitatis, quę non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, & reliqua.

III. ſolutio dubit. Cum ſciētia donum Dei ſit: illa quomodo inflat?

Rom. 4. *Infra. 7.*

Pſal. 48.

Quare charitas non inflat.

1. Cor. 13.

Quod autem ait, inflat, Græcum verbum eſt φυσιοῖ. Et proprium ſcientiæ non eſt ſuperbire, nec id ex ſe facit: ſed inflare, ſignificat aliqua re vana tanquam vento impleri, vt faciunt qui rel cti ſunt ſuæ naturæ. Et abuſus ſcientiæ eſt tumeſcere in ſe, & ſuperbire, & inſultare in proximos. Ait ergo Apoſtolus, ſcientiam per ſeipſam à charitate diſiunctā inſolentem reddere: quod probatur exemplo diaboli, cuius ſuperbia in Sacris literis notiſſima eſt, cum Græce dicatur δαίμων; quaſi δαήμων, id eſt doctus, ac ſciens. Quicquid ergo vacuum eſt charitate nihil eſt apud Deum. Scientia autem hæc, quam vos iactatis habere, charitati penitus eſt contraria: nam faſtus inflat homines, & contemptum in fratres adducit. Charitas autem pro fratribus ſollicita eſt, & eos ædificat. Quare falſam ſcientiam reiicit Apoſtolus; veram vero, quæ cum charitate eſt, ad Eccleſiæ ædificationem quærit: & de vtraque loquitur Iacobus Apoſtolus capite tertio.

Quid eſt, ſcientiam inflare.

Inflantis exemplū ſcientiæ nō vulgare Dæmon vnde dicatur.

Iac. 3.

Ædificare autem apud Apoſtolum, eſt aliquid melius reddere: qua metaphora ſolus Apoſtolus frequenter vtitur, cum eiuſmodi locutio in hoc ſenſu non ſit vſurpata neque à Latinis, neque à Græcis autoribus: ſed ſumpta videtur ex eo, quia conſtituit nos templa Dei eſſe, quæ perpetua indigent inſtauratione: Et Eccleſiam, tanquam alteram Euam ex coſta Adæ legimus ædificatam Vt merito ſcientiam quidam habere ſimilitudinem vini dicant, quod ſi merum bibatur, facile mouet mentem, & ſen-

Charitas quomodo ædificat: & vnde ſūpta videatur hæc ſimilitudo.

Gen. 2.

Scientiam vino cur quidam aſſimilent.

& ſenſum; at ſi diluas & temperes, ſalubriter bibitur. Ad eum modum ſcientia admiſta charitati, ſaluberrima eſt, ſola vero inflat. Vnde Bernardus ſermon. 36. in Cantica:

B. Bernard circa medium ſermonis.

Iacob.4.

Quid il lud Bernardo, Scienti bonum facere, & nō facienti peccatum eſt illi.

Scienti, inquit, *bonum, & non facienti peccatum eſt ei. Ac ſi per ſimilitudinem dicat: Sumenti cibū, & non digerenti, perniciosum eſt ei: Cibus ſi quidem indigeſtus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus & non nutrit, ita & multa ſcientia ingeſta ſtomacho animæ quæ eſt memoria ſi decocta igne charitatis non fuerit, & ſic per quoſdam artus animæ, mores ſcilicet atq; actus transfuſa, atq; digeſta, quatenus ipſa de bonis q̄ nouerit vita atteſtāte, & moribus bona efficiatur, nonne illa ſcīētia reputabitur in peccatū, tāquā cibus cōuerſus in prauos, noxiosq; humores?* Et aliquanto ante: *Videar forſan nimius in ſugillatione ſcientiæ, & quaſi reprehendere doctos, ac prohibere ſtudia literarum. Abſit. Non ignoro quantum Eccleſiæ profuerint, & proſint literati ſiue ad repellendos eos, qui ex aduerſo ſunt, ſiue ad ſimplices inſtruendos. Deniq; legi: Quia tu repuliſti ſcientiam, repellam & ego te, vt non fungaris mihi ſacerdotio. Legi: Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Sed & ſcio vbi legerim: ſcientia inflat; & rurſum, qui apponit ſcientiam, apponit & dolorem. Vides quia differentia eſt ſcientiarum, quādo alia inflans, alia contriſtans eſt? Tibi vero velim ſcire quæ nam harum videatur vtilior, ſeu magis neceſſaria ad ſalutem, illane quæ tumet, an quæ dolet? Sed non dubito quin dolentem tumenti præferas: quia ſanitatem quam tumor ſimulat, dolor poſtulat. Qui autem poſtulat, propinquat ſaluti quoniam qui petit, accipit. Denique qui ſanat contritos corde, execratur inflatos, dicente Sapientia, Quia Deus ſuperbis reſiſtit; humilibus autem dat gratiam. Et Apoſtolus aiebat, Dico autem per gratiam, quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere ſed ſapere ad ſobrietatem. Non prohibet ſapere, ſed plus ſapere quam oportet.*

Scientia quam vtilis, & Eccleſiæ Dei ſalutaris.

Oſe.4.

Dan.12.

Eccl.1.

Dolens, vt Bernard. ait, ſcientia, tumenti cur merito præferenda.

Luc.11.

Pſalm.146.

1.Pet.5.

Rom.12.

Quam prohibeat ſcientiam Apoſtolus.

Quartę ſolutio qu. Quomodo exiſtimans ſe ſcire aliquid, nondum cognoſcat quomodo oporteat eum ſcire.

Ad quartum dubium in illud; *Si quis ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quomodo oporteat eum ſcire.* Dicendum, hoc eſſe proprium eorum, qui habent ſe ad modum ſcientium, qui inflati magnifaciunt, ſeipſos, & alios deſpiciunt: Et talis non poteſt dici ſcire quicquam, ſicut oportet cognoſcere, quia oportet eum ſcire eam notitiam non eſſe datam ad deſpiciendum eos qui neſciunt, ſed ad ædificationem, non ad deſtructionem. Vnde Bernardus eodem loco tractans hæc verba ait: *Vides quoniam non probat multa ſcientem, ſi ſciendi modum neſcierit? Vides inquam quo modo fructum, & vtilitatem ſcientiæ in modo ſciendi conſtituit? Quid ergo dicit modum ſciendi? Quid, niſi vt ſcias quo ordine, quo fine quæque noſſe oporteat? Quo ordine? Vt id prius, quod maturius ad ſalutem Quo ſtudio? Vt id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? Vt non ad inanem gloriam, aut curioſitatem, aut aliquid ſimile, ſed tantum ad ædificationem tuam, vel proximi. Sunt namq; qui ſcire volunt eo fine tantum vt ſciant: & turpis curioſitas eſt. Et ſunt qui ſcire volunt vt ſciantur ipſi; & turpis vanitas eſt. Qui profecto non euadent ſubſannantem Satyricum, & ei qui eiuſmodi eſt, decantantem.*

2.Cor.10.

Modum ſciendi quem doceat iis verbis Apoſtolus teſte Bernardo

Tres gradus hominum male ſcientium.

Perſ.ſat.1. ſub initiū.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Et ſunt item qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendant, verbi cauſa, pro pecunia, pro honoribus: & turpis quæſtus eſt. Sed ſunt quoq;, qui ſcire volunt vt ædificent: & charitas eſt. Et item qui ſcire volunt vt ædificentur: & prudentia eſt. Horum omnium ſoli vltimi duo non inueniuntur in abuſione ſcientiæ; quippe qui ad hoc volunt intelligere vt bene faciant. Deniq; intellectus bonus omnibus facientibus eum. Hæc Bernardus docte, & elegāter.

Duo contra hominum gradus bene ſcientium

Pſalm.111.

Scientiam quam damnet Apoſtolus, & quo modo.

Damnat ergo vniuerſam ſpiritualem, ſeu libertatis Chriſtianæ ſcientiam, quæ annexā habet inflationem, & contemptum, inferiorum. Nec ſcientiam damnat ſed inflationē, & ſupercilium, quod inde contrahitur. Et in multis facultatibus, hoc vſu venit, vt licet eas perceperis, attamen earum vſum ſi neſcias, totus fructus pereat.

Qui diligit Deum, cur potius cognoſci à Deo dicitur, quam ipſe cognoſcere Deū.

Ad id vero, quod qui diligit Deum, hic cognitus ſit ab eo, cur ſcilicet potius non dicit, Is cognoſcit Deum reſpondeo, Apoſtolum oſtendere, quomodo ſcientia, & omnes aliæ dotes ſint laude dignę, nempe ſi Deum diligamus: nam ſi hoc fit, proximos quoque diligemus in ipſo. Ac ſi Apoſtolus dicat; ſi quis diligit Deum, Deus eum cognoſcere faciet; vel, Is à Deo edoctus erit, vt ſciat. Deus enim illa dicitur cognoſcere, quæ ipſe probat: Sed qui diligit Deū, ille probatur à Deo; vt ſcientiæ vſum metiri à dilectione Dei ſciamus. Atque hac ratione ſcientia bona, & eius vſus bonus eſſe poteſt.

Ad V. dub. Quemadmodum idolum nihil ſit.

Quinto dubitatum fuit, quomodo idolum nihil ſit in mundo; cum tamen ſit opus artis. Reſpondeo, quod Apoſtolus explicat quæ ſit illa ſcientia vana ſine charitate, quæ communis erat omnibus maioribus Iudæorum, & quæ inflat, nimirum quod idolum nihil ſit in mundo, id eſt res, quæ per idola repræſentatur, vana eſt, nuſquam eſt, nihil eſt. Vnde & Hebræa lingua idola dicuntur ea voce, quæ vanitatem repræſentat: nos autem pro re repræſentata repræſentantem accipere ſolemus. Quod cum intelligere nolunt, qui negant venerandas eſſe ſanctorum imagines, quaſi & ipſæ quoque nihil ſint, magnopere hallucinantur. Imagines

Hebræi qua voce exprimant idola.

quippe

Sanctorũ cultum imaginum non eſſe cultum idolorum, contra Lutheranos.

Cur prohibitus cultus idolorum.

quippe ſanctorum honorabilia Chriſti mẽbra repræſentant, & fratres Chriſti, & templa Spiritus ſancti: ideo dignæ ſunt omni veneratione. At idola adorari prohibebantur, cum nihil eſſent, nihilque adorabile, ſed magis deteſtabile continerent: nec aliud reſtabat ex eis niſi opus hominum.

Idolothytum ſeu idolis immolatum vt nihil ſit.

Supprimit autem Apoſtolus quod ex his inferebatur, nempe quod idolothytum, ſiue idolis immolatum nihil ſit, id eſt, nulla mundities, & ſanctitate eſſe affectum, vel immunditia. Nec dæmon etiam poteſt mutare creaturas ab eo quod ſunt, vt efficiat eas aut bonas, aut malas, cum nihil ex ſe ſint idola, & quod vnus tantum ſit Deus, & ille non eſt alius præter DEVM noſtrum. Quamobrem idolum inane eſt ſomnium, & mera vanitas. Lege librum Sapientiæ, & videbis vanitatem, infirmitatem, & vt ita dicam, nihilitatem, idolorum. Baruch etiam capit 6. *Omnia*, inquit, *quæ illis fiunt, falſa ſunt. Quomodo æſtimandum, aut dicendum illos eſſe deos? A fabris autem, & ab aurificibus facta ſunt. Nihil aliud erunt niſi id quod volunt eſſe ſacerdotes.* Habacuc capite 2. legimus, *Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus conflatile, & imaginem falſam? quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimulachra muta.* Vbi 70. vtuntur voce *ἐν Ἀπάτας*, quæ non eſſentiam, ſed qualitatem refert: nam ex aliqua materia conſtabat idolum; aurea, ſcilicet, argentea, lignea, vel lapidea.

Idolorum vanitas quanta. *Sap.* 13. *Baruch.* 6. *Habac.* 2. Idoli materia.

AdVI. dub. De vnitate Dei, quem tamen trinum eſſe conſtat.

Sexto dubitatum fuit, quomodo Deus non eſt niſi vnus. Reſpondemus: Hæc eſt diuina in omnibus hominib. impreſſio, quod vnus tantum ſit Deus: quod vero ille ſit Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, non arguit deorum multitudinem, ſed perſonarum. Nam etſi dicamus, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus, non tamen plures, ſed vnus tantum ſunt Deus: quemadmodũ Ingenitum, & Genitum, & Procedens, non arguunt niſi tres proprietates perſonarum, quæ vnus ſunt Deus. ¶ Neque ſemper ſubiungi ſolet Spiritus ſanctus: ſed in duabus perſonis expreſſis ſemper ſubintelligitur tertia, quia interdum tres ſimul perſonæ ponuntur.

Spiritus ſanctus cur hic nõ meminit Apoſtolus. *Matt. vlt.*

A luerſus hanc Arrianam ineptiam: Pater vnus Deus, Filius Dominus appellatur, ergo Chriſtus non eſt Deus.

Ridiculum autem eſt, quod ex hoc loco arguebant Arriani, dicentes Deum dici Patrem, Chriſtum vero Dominum: Non ergo, inquit, Chriſtus erit Deus. Nam ſimili ratione argumentum confici poſſet Patrem non eſſe Dominum. Nec ſemper in Scripturis iſta diſtributio obſeruatur, vt Pater dicatur Deus, Chriſtus vero Dominus, nam Pater ſæpe dicitur Dominus, vt Pſalmo 8. *Domine Dominus noſter*: &, *Dominus quaſi vir pugnator, Omnipotens nomen eius*: Chriſtus vero ſæpe Iehouah vocatur & Elohim, & Adonai: Pſalm. quoque 44. ter expreſſe vocat eum Deum Propheta: & Thomas vtroque nomine appellauit, cum Dixit: *Dominus meus, & Deus meus.* Et tam Pater, quam Filius ſimul dicuntur Domini apud Dauidem: *Dixit* (inquit) *Dominus Domino meo, & cætera.*

Pſalm. 8. *Exod* 15. Æternitatis Chriſti *Ioan* 29. teſtimonia *Pſalm.* 109. *Matth.* 22.

Qui ſint qui dicuntur dii, ſiue in cœlo, ſiue in terra

Videntur autem hæc dicta eſſe per Occupationem: Poterat enim dici: Nonne coluntur multi dij, & multi homines quaſi tutelares & protectores dii? Reſpondeo, hoc eſſe tantum, quantum ad nomina, & hominum opiniones: nomen habent, ſed res deficit. Et nominari hic ponitur pro celebrari hominum opinione. Et dixit, *In cœlo*, vt Angeli motores, Sol, Luna, & aſtra. *Siue in terra.* Hoc eſt homines, vt Mercurius, Iupiter, Apollo, Mars, Ceres, Bacchus, Cæſar, Romulus, Hercules, & ſimiles. Denique homines ſancti, & Prophetæ Dii vocabantur, & præcipue Iudices, & Moyſes ipſe. ¶ *Nobis tamen (agnoſcentibus veritatem) vnus* (eſt tantũ) *Deus, qui vere eſt, & ex ſe eſt, & ei ſoli ſacrificandum.* Vnus eſt etiam Pater Chriſti natura diuina, & noſtrum eſt Pater, quia nos adoptauit in filios. *Ex quo omnia.* Id eſt: Ab eo quod proprium eſt Dei, vnum eſſe comprobatur: nam quicquid habet originem, id non eſt æternum, nec conſequenter DEVS. Omnia autem habent originem ab vno, ergo ſolus eſt ipſe DEVS. Deinde is vere demum DEVS eſt, qui dat eſſe omnibus, & ex quo vno fluunt tanquam à ſummo principio; ſed vnus eſt, ex quo manant omnia: vnus ergo eſt DEVS. Dii ergo Gentium cum non poſſint efficere cœlum, & terram, & quæcunque in eis continentur, ſolo nomine, & ſtulta opinione dij ſunt.

Quos Deus dignetur nomine Deorũ in ſcripturis. *Exod.* 22.

DEVS vt Chriſti, vt vero ſit Pater noſter. *Rom* 8. *Gal.* 4.

I. Duplex ratio Apoſtoli, cur ſit tantum vnus Deus.

Subdit: *Et nos in illum.* Tanquam in finem: prima enim cauſa, & vltima concurrunt, & idem ſunt: & ſic accipitur Roman. 11. cum dicitur *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.* Hic tamen lectio Græca habet, *εἰς αὐτὸν*, & accipitur pro *ἐν αὐτῷ* vt ſæpe facere conſueuit Apoſtolus. Et ſignificat Paulus, quod vt eius virtute conditi ſumus, ita eiuſdem virtute ſubſiſtimus iuxta id; *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.* Et id probatur, quia, mox de Chriſto prædicat. *Et nos per ipſum.* Et ita vult communem Patri, & Filio operationem tribuere, diſtinctione tamen adhibita quæ Perſonis conueniret. Ait ergo nos in Patre ſubſiſtere, ſed per Filium, quoniam Pater omnis eſſentiæ eſt fundamentũ: ſed vt per Filium illi adhæremus, ita eſſentiæ ſuæ vim in nos per eundem transfundit. *Et vnus*, inquit, *Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia.* Hæc per occupationem dicta

Omnia eſſe ex Deo, & nos in illum, quid Apoſtolo *Rom.* 11.

Act. 17.

Nos in Patre per Filium quare ſubſiſtimus, ſecundum Apoſtolum.

ſunt;

ſunt.ne quiſquam neget Chriſtum eſſe Deum ex his verbis,nam hic facile & eius diuinitas euincitur. Nam ſi omnia per illum cõdita ſunt,profecto Deus eſt.

Ioan.1.

Dubitationis VII ſolutio. Si nõ in omnib. eſt ſcientia quomodo omnes ſcientiam habemus?

Ad ſeptimum, in illud; *Sed non in omnibus eſt ſcientia*,quod arguebatur eſſe contrarium prædictis:nam dixerat:*Sicmus quia omnes ſcientiam habemus.* Reſpondemus,reuera contrarium non eſſe. Nam etſi quidam ſciant, ſciendi tamen modum neſciunt; & ita in omnibus non eſt ſcientia; qui ſcilicet eſt, vt Bernardus recte conſiderauit loco prædicto Quo ordine,Quo ſtudio,Quo fine ſcire debeas.Quo ordine,vt id prius, quod maturius ad ſalutem. Quo ſtudio, vt id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine. vt non ad inanem gloriam,aut curioſitatem aut aliquid ſimile,ſed tantum ad ædificationem tuam, vel proximi, ſed ante omnia ad laudem,& gloriam Dei. Sunt namque,qui eo fine ſcire volunt tantum,vt ſciant: & turpis curioſitas eſt:Quidam,vt ſciantur, & vanitas eſt: Quidam, vt ſcientiam vendant:& turpis quæſtus eſt : Quidam , vt ædificentur,& prudentia eſt: Quidam vt ædificent,& charitas eſt. Et hi poſtremi vere dicuntur ſcire:ſed in rariſſimis eſt huiuſmodi, licet Deo grata,ſcientia. Auguſtinus Epiſtol. ad Ianuarium:*Scientia*, inquit,*ad finem charitatis adhibita multum eſt vtilis :per ſe autem ipsã ſine tali fine,non modo ſuperflua.ſed etiam perniencioſa probata eſt.* Id etiam agnouit Philoſophus l.2.Ethico.*Ad virtutes ſcire quidem parum aut nihil prodeſt : cætera vero non parum ſed totum poſſunt.*

Quo ordine,quo ſtudio,quo fine nos ſcire debeamus teſte Bernardo.

Aug. epiſt. 119 ca vlt in fine tom. 2.

Ariſt.ca.4. in princip.

VIII.q. ſolutio. Corinthiorum fidelium Idolothytũ propter Deũ manducantium conſcientia videlicet infirma quo modo pollueretur.

Octauo loco dubitatum fuit in illud, *Quidam autem cum conſcientia vſque nunc idoli, quaſi idolothytum manducant . & conſcientia ipſorum,cum ſit infirma,polluitur.* Hæc erat illa ignorantia,de qua dixit : *Sed non in omnibus eſt ſcientia* : nam aliqua ſuperſtitioſa opinione detinebantur:quaſi aliqua eſſet vis idoli,aut aliqua vis impiæ, aut idololatricæ conſecrationis.

Nec loquitur Paulus de Idololatris, qui prorſus eſſent à pura religione alieni,ſed de pluribus, qui non ita bene edocti erant, vt intelligerent idolum nihil eſſe; ac proinde conſecrationem idoli nullius eſſe momenti Non enim omnes qui initiantur, continuo fiunt doctiſſimi , ſed paulatim in Domino creſcunt,& roborantur:vt conſtat de Iudæis ad Chriſtum cõuerſis, qui ilico conſcientiã ciborum deponere non potuerunt,qui lege prohibebantur, vt habes Roman. 14. Quid igitur mirum,ſi ex Ethnicis, qui ad Eccleſiã accedebant,quidam non ita repente conſcientiam idolorum exuerunt, & ita nihil ſe contrahere immunditiæ & pollutionis putabant,ſi illis veſcerentur,& quodammodo de idolis participarent?

Quales ſe re neophyti.

Leuit. 11. Deut. 14.

Idolothytum bona conſcientia manducantium ignorantia partim excuſabilis.

Cur eos Apoſtolus infirmos nominatim non exprimat.

Illos vero infirmos non detegit;ne videatur eſſe in illos acerbior.Et emphaſi non caret,quod ait : *Vſq; nunc , vel vſq; ad hoc tempus.* Hoc eſt, Debueratis ſane vſque eo profeciſſe,vt nulla idolorum conſcientia polluremini. Cauſam ergo edendi ex Idolothytis reiicit nõ in carnes immolatitias, ſed in illorum infirmitatem. Vnde ad Romanos ſcripſit: Omnè quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Et qui operantur contra conſcientiam in gehennam ædificant. Nam omnia munda mundis;coinquinatis autem , & infidelib. nihil eſt mundum , ſed inquinatæ ſunt eorum mens,& conſcientia.*Omnis etiam*, ait idem Apoſtolus,*creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum , quod cum gratiarum actione percipitur.Sanctificatur enim per verbum Dei,& orationem.* Oportet igitur vt conſcientia de agẽdis ſit bene perſuaſa:quod non potuerit haberi niſi ex verbo Dei, à quo vno, quæ ſunt expetenda,quæ vel fugienda,apertiſſime demonſtrantur. Hinc Libertinorum inſana eſt opinio,qui perſuadent, omnem peccati ſenſum abiiciendum, quod hominum imperfectorum ſit conſcientiæ motibus perturbari. Et eos vere dicunt in Chriſto renatos,qui nullum peccati ſenſum amplius habent:& exiſtimant quicquid agant vel tentent agere , cuiuſcunque generis ſit opus, Deo placere: neque inficiantur,ſi ſcortationem,vel adulterium admittant, ſed ea non eſſe ſibi peccata,eo quod pro peccatis ea non habent:ſed illis ad peccatum imputari affirmant,qui per infirmitatem peccata eſſe exiſtimant.

Rom.14.

Tit.1.

1.Tim.4.

Quo duce conſcientia in agendis non errabit.

Libertinorum conſcientiæ ſinereſim omnem abiicientium confutata inſania.

Ad IX. Dubium. Si eſca non commendat nos Deo. quid ſanctorum in Scripturis abſtinẽtia commẽdatur?

Nono dubio ſatis faciendum eſt, vbi habetur: *Eſca autem nos non commendat Deo* : Intellige per ſe ipſam , ſed vſus ipſe ciborum, & abſtinentia propter Deum obſeruata ſanctos,& religioſos viros reddit; qui commẽdantur propterea à Domino,vt Ioannes Baptiſta laudatur,qui venit neque manducans neque bibens,& Rechabitæ,qui abſtinebãt à potu vini,& Tobias,atque tres pueri cum Daniele , qui noluerunt pollui cibis Gentilium,& Religiones,quæ ob abſtinentiam à carnibus,& ouis celebrantur. Quid ergo retulerit , ſi vnus atque alter noſtra libertate offendatur? Non eſt enim regnum Dei eſca, & potus:ſi aliqui ſunt infirmi,& ſcientia deſtituti,non oportet eorum cauſa vt Chriſtiana libertate defraudentur.

Matt.11. Ier.35. Iob.1. Dan 1.

Rom.14.

Ciborum libertas charitati fidelium cedere debet

His autem reſpondet Apoſtolus, & concedit coram Deo nihil referre quibus veſcamur cibis,quod nobis liberum vſum permittat quantum ad conſcientiam : ſed hanc libertatem ſubiectam eſſe in externis

charitati.

charitati. Neque enim ſi manducauerimus (ſcilicet idolothyta, confidentes in conſcientia noſtra, quod nihil ſint idola) abundabimus; id eſt, maiorem gratiam conſequemur. *Neque ſi non manducauerimus, deficiemus*, Dimi nuti gratia.

Ciborum licentia quomodo fiat ſcandalum infirmis.

Et propterea ſubiungit: *Videte autem ne forte hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis*. Etſi enim edendo, & bibendo neque peccamus, neque iuſti ſumus vult tamen Deus rationem haberi infirmorum, vt illis ſcandalum non obijciatur, quo ab incepto curſu retrahantur, aut retardentur. Eſt enim ſcandalum, dictum, vel factum, quo impeditur Euangelicus curſus.

Ad X. Dub. In idolio recumbere, quid ſit.

Poſtremæ dubitationi dicimus, Idolion vel Idoleon, nihil eſſe aliud, quam vel menſam, vel templum, vel epulum Idolorum, in quo eduntur Idolothyta, id eſt, ea quæ Idolis immolata ſunt. Eſtque ſenſus. Si quis infirmus viderit te ſcientificum, & ſcientia turgidum, recumbentem ad manducandum Idolothyta, nonne eius conſcientia cum ſit infirma, ædificabitur tali exemplo ad manducandum idolothyta, & vt trahat alios ad idem faciendum, & ita peribit infirmus propter errorem in conſcientia contractum, qui tamen miſericordia dignus erat, & quem tu ſcientia tua abutens perdis?

Exempli vis.

Fugiendi ſcandalum fratris efficax Pauli ratio ab exemplo Chriſti.

Et exaggerans, ait: *Frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt.* Si enim propter illum ipſe Chriſtus factus eſt infirmus, & paſſibilis & ſeruus, & ſeruus, cum eſſet dominus fortis & ſapiens; quanto magis tu fratri tuo fieri debes infirmus? Et hæc clauſula per interrogationem legenda eſt, quaſi dicat: Eſt ne rationi conſentaneum, vt tua conſcientia, ſeu ſcientia exitium adferas fratri tuo? Eadē pene ſententia vſus eſt ad Roma. 14. cum de cibis loqueretur Apoſtolus: *Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur: iam non ſecundū charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.* Nil enim indignius, quam Chriſtum non dubitaſſe mori, ne infirmi perirent, & nos flocci pendere eorum ſalutem, qui tanto pretio redempti ſunt.

Rom. 14.

Quanti fecerit Chriſtus ſalutem proximorum

Scandalū fratris fugiendum quatuor de cauſis Apoſtolo.

Ex quatuor ergo capitibus hoc ſcandalū grauiſſimum eſſe oſtendit. Primo, quod fiat contra fratrem in Chriſto. Deinde contra infirmum fratrem. Tertio, quod fiat in eum, quem Chriſtus tanti fecit, vt pro eo mortuus ſit. Quarto, quod propter rem leuiſſimam & parui momenti illum perdas, nimirum propter eſcam quemadmodum alibi ponderat, quod Eſau propter lenticulæ edulium vendiderit primogenita. Hinc erudimur, quanti nobis facienda ſit ſalus proximi, quoniam non tantum pro omnibus, ſed etiam pro ſingulorum ſalute Chriſti ſanguis fuſus eſt.

Hebr. 12. Gen. 25.

V Ratio eiuſdem efficaciſſima

Addit præterea aliam rationem, qua deterret Corinthios à ſcandalo infirmorum, ſumptam à grauitate peccati. Qui enim infirmos offendit, non in eos tantum peccat, ſed etiam in Chriſtum ipſum. Nam Dominus Ieſus pro infirmis mortem obiit, in quos qui peccant, etiam in ipſum Chriſtum peccant, quando quidem mortem, & ſanguinē ſuum non reuerentur, ſed eis vileſcit Chriſti crux, & ſanguis.

Quid fratrum conſcientiam infirmam percutere.

Et addit, vt maiorem cauſam crudelitatis exprimat: *Si autem*, inquit, *peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis.* Pro verbo, percutientes, Græca vox habet, vulnerantes: quod fit, dum eorum conſcientia male ædificatur, & ad ea impellitur agenda, de quibus aliter ſentit. Peccatur ergo tripliciter in Chriſtum, cum infirmus frater offenditur. Primo, quia ſibi fieri teſtatur, quicquid illis factum fuerit, iuxta illud, *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* & aliud, *Saule Saule quid me perſequeris:* & iterum, *Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Deinde, quia illam ædificationē quam Chriſtus ſuo ſanguine ſtruxit, hi malo ſuo exemplo euertant. Poſtremo concludit ex dictis ſuo exemplo, ob fratrum infirmorum charitatem, non ſolum ab idolothytis, ſed etiam carnibus in vniuerſum eſſe abſtinendum, quibus alias veſci liceret. Eſtq; vehemens illatio, qua more optimi præceptoris ex ſe quæ dicit confirmat. Non enim ait: Si non quempiam læſerim, ſed quouis modo. *Quapropter*, inquit, *ſi eſca ſcandalizat fratrē meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.* Non dixit, Ab Idolothytis abſtinebo, ſed à carne, quæ ſit mihi ad vſum admodum neceſſaria: nec vt perdam fratrem: ſed, ne ſim offendiculo: nec ad tempus, ſed per totam vitam. Eadem fere ad Romanos ſcripſit: *Bonum eſt*, inquit, *non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.* In quam Pauli ſententiam in hoc capitulo poſitam multa eleganter docet beatus Baſilius circa materiam ſcandali, in Regulis breuioribus, c. 64. Et hæc ſint ſatis de hoc capitulo.

Quæ in proximū per ſcandalum fit, triplex in Chriſtum reſultat iniuria.

Zach. 2. Actor. 9. Matth. 25.

Efficax docendi modus.

Apoſtoli hortatus, & fugam ab ſcandalo fratris, ex tribus bonus lector agnoſce.

Rom. 14.

B. Baſil. 2.

DISPVTATIO XVI.

In Apoſtoli verba : *Non ſum liber? non ſum Apoſtolus ? nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi? Nonne opus meum vos eſtis in Domino? Etſi alijs non ſum Apoſtolus , ſed tamen vobis ſum. Nam ſignaculum Apoſtolatus mei vos eſtis in Domino , &c.* vſque in finem Capitis 9.

Primum dubium. NONNVLLA ſe offerunt in dubium reuocanda , quæ iudicio meo minime ſunt prætereunda. In primis de ſcopo, & conuenientia horum cum præcedentibus dicendum. Deinde cur tam frequenti interrogatione Apoſtolus vtatur & quid eſſe Apoſtolum, aut liberum, aut Chriſtum vidiſſe : aut inter eos Apoſtolatum exercuiſſe, & ſignaculum ſui Apoſtolatus Corinthios eſſe , & habuiſſe Paulum authoritatem edendi, & bibendi. Tertio dubium eſt, cum ait : *Nunquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli &c.* Nam aliqui de vxoribus hoc intelligunt, vt Tertullianus libro De Monogamia; alij vero de alijs mulieribus in Chriſto ſororibus. Quarto, producit Apoſtolus quædam argumenta a [illegible] deſumpta, quæ debilia videntur ad comprobandum propoſitum; nam ſimilia & Philoſophi producere ſolent. Apoſtolus vero argumenta ſumit a re militari, ab agricultura, & a pecuaria , atque ab arte paſtorali: & deinde aſcendens, ea quæ naturæ ſunt arguit a verbo Scripturæ de non alligando ore bouis triturantis : quod argumentum videtur eſſe infirmum, quia ab ſenſu ſpirituali deſumitur. Quinto videtur, quod propter temporalia metenda, ſpiritualia ſeminauerit Apoſtolus; quod quidem illicitum eſſe , & pene ſimoniacum, prima facie apparet. Deinde quæ eſt illa poteſtas, cuius alij erant participes. Sexto dubitatur, cum ait, *Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur , quæ de ſacrario ſunt, edunt? & qui altari deſeruiunt , cum altari participant*, an ſit vna ſimilitudo, an duplex, vt quidam volunt. Deinde quæ ſit illa Domini ordinatio, & vbi inuenitur. Et hæc quidé de prima parte capitis huius. De altera poſteriori dicemus paulo poſt, & eius dubitationes aperiemus, vbi hæc prius propoſitas expediuimus.

Secundū

Tertium

Quartum

Quintum.

Sextum.

Solutio primæ quæſt. De ſcopo Apoſtoli. Quod ad primum attinet, cum ſuperius Apoſtolus diſſeruiſſet de his, qui ſcientia inflati publice, & cum ſcandalo infirmorum fratrum, Idolothytis veſcebantur, docuiſſetque habendam eſſe rationem [illegible] erga fratres puſillos, & ſe propter eos in fide retinendos non manducaturum carnem in æternum: id nunc re ipſa confirmat, & ſe nihilo plus ab eis exigere, quam quod ipſe præſtiterat. Nam id [illegible] vt quod quiſque iuris in alios [illegible] eo ipſo vtatur, & hanc neceſſitatem ſibi imponat doctor, vel præco Euangelicus , vt vitæ exemplo in promptu habeat doctrinæ ſuæ confirmationem. Ad hæc Apoſtolus multis argumentis tum ſuam dignitatem, tum autoritatem contra pſeudoapoſtolos tuetur, vt [illegible] per ſuæ autoritatem defendat, [illegible] conſeruet. Et quo eos aſcendat ad [illegible] [illegible] ; oſtendit ſe [illegible] ea , quæ vt [illegible] poteſtate, & libertate vſum fuiſſe; vt ita cogatur enormiis ſua celebrare, quod non [illegible] ſed doctrinæ, & [illegible] du claudaretur [illegible] eius verbis [illegible] Sed [illegible] aperit , propter quas potuiſſet obtendere ſibi deberi victum ab illis , quibus prædicabat , tum quod eſſet eorum Apoſtolus, tum quod Petrus, & alij Apoſtoli, & collegæ ſui alieno ſumptu Euangelizarent : tum denique a Natura, & a lege Moſis , & a Chriſti [illegible] probationes efficaces producit.

Cur de[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ad ſecundum: vtitur interrogatione Apoſtolus , non quidem quod irritatus fuiſſet, vel commotus, vt quibuſdam videri poſſet, ſed ad maiorem emphaſim, & vehementiam. Solent enim eiuſmodi per interrogationes claritatem, & efficaciam diſſuadere; quæ loquendi formula familiaris valde erat Apoſtolo noſtro, vt ſæpe docuimus Et negatiua vtraque particula per interrogationem fit affirmatiua, vt ſenſus ſit, Sum Apoſtolus, & ſum liber, & Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi. Et primæ duæ clauſulæ [illegible] videntur ac præpoſteræ [illegible] Græce prima eſt: *Non ſum Apoſtolus?* Altera: *Non ſum liber?* ex hoc ſcilicet, quod Apoſtolus poterat eorum obſoniis quibus prædicabat, [illegible] Omnis autem Apoſtolus liber erat, & libertatem accipiendi ſumptus habebat. Quaſi diceret: Abſtinete ab [illegible] & Idolothytorum, ſi ego abſtineo a ſtipendiis, cum tamen liberum ſit mihi illa exigere & accipere. Vel potius, vt alij interpretantur, aſſerit ſe alienum eſſe ab alieno ſumptu & non ſubditum alienis expenſis, ſed ab hac ſeruitute liberum ſe feciſſe, vtpote propriis [illegible] ſumptu ex labore manuum ſuarum parta, in quo præſtabat cæteris, qui alieno ſumptu viuebant.

Addit: *Nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum*

Cur ſe Apoſtolus dicat Chriſtum Dominum vidiſſe.

Quando illum viderit.

Act.9.

ſtrum vidi? Probat ex cauſa quod ſit Apoſtolus, quod vidit Dominum, qui eum miſit ad prædicandum. Et hoc ob ſpeudoapoſtolos dicit, qui eum negabant Chriſtum Dominũ vidiſſe, vt viderant reliqui omnes, qui in ſocietate Domini fuerunt. Et ijdem colligebãt Paulum cæteris omnibus inferiorem eſſe.

Infra.22. *Supra 9.*

Vidit autem iuxta Damaſcum, cum, illi dixit Dominus: *Saule Saule, quid me perſequeris?* Et vidit in templo. Act.22. Vnde Barnabas apprehenſum illum duxit ad Apoſtolos: & & narrauit illis, quomodo in via vidiſſet Dominum. Et infra ca.15. huius Epiſt. teſtatur. *Nouiſſime autem omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi*: à quo accepit apoſtolatum, Spiritu ſancto id poſtea aperiente, cum dixit: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos.*

1.Cor.15.

Act.13.

Corinthij quale opus Apoſtoli in Domino.

Nonne opus meum vos eſtis in Domino? Alia ratione ab effectu oſtendit ſe Apoſtolum. Nõ ergo habuit nudum titulum Apoſtolatus, ſed etiam facta: nam efficax in eo fuit Apoſtolatus, vnde regenerationem, & conuerſionẽ Corinthiorum vocat opus ſuum per Euangelium, cuius ipſe fuit miniſter: Nam per Euangelium, eos genuerat in Domino ad Dei Gloriam.

1.Cor.4.

Iidem vt fuerint ſignum Apoſtolatus eius.

Act 26.

Et confirmat, dicens; *Etſi alijs, non ſum Apoſtolus: ſed tamen vobis ſum.* In quo peculiarem ſe eorum Apoſtolum fuiſſe deſignat: nam ſpeciatim miſſus fuerat ad Gentes, vt habes Act.26. quod probat ab effectis: *Nam ſignaculum vel ſigillum*, inquit, *Apoſtolatus mei vos eſtis in Domino.* Quod non ſecus ingreſſum eſt in vos, quam forma ſigilli in ceram quam ſigillat, & ita in vobis apparet, quod ſum Apoſtolus veſter, dum per me habetis quod reliqui fideles per alios Apoſtolos habuerunt, & ſemper cum cogitur ſe ipſum efferre ac ſua dona enarrare, conſueuit vti particula illa, *in Domino*; ne quid ſibi tribuere videatur.

Corinthiorum aliqui cui Paulũ negarent Apoſtolum: eiuſque defenſio.

Matt 12. *Luc.6.*

Subdit: *Mea defenſio apud eos qui me interrogant hæc eſt.* Erant enim qui dubitabant an Paulus eſſet Apoſtolus: & quia non erat de numero Duodecim nec illius miſſio fuerat ita manifeſtata vt illa aliorum. Si quis ergo obſtrepat, quaſi ſit gregarius miniſter, vos ipſos oppono pro clypeo meo, & mea eſtis apologia, ac mea defenſio: quoniam vel admetis vobis gratiam Dei, quam per me acceptiſtis, vel me Apoſtolum veſtrum fuiſſe fatebimini:

Vnde Paulus nouerit habere ſe poteſtatẽ, eorum quibus prædicabat ſum

Addit tertiam rationem: *Nunquid non habemus poteſtatem manducandi, & bibendi.* Scilicet ex Euangelio, videtur.n. alludere Paulus ad verba Euangelica Luc.10. *In eadem autem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos ſunt.* Hoc eſt: Apud eos, quibus miniſtramus verbum, & ſpiritualia, de quibus ſuperius dixerat: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Et vt ait Auguſtinus; *Permiſit Dominus, non iuſſit Apoſtolis accipere neceſſaria ab his, quib. prædicamus.*

ptibus viuendi.

Luc.10.

1.Cor.16.

Ad tertiũ dub. De muliere ſorore, quam vocat Apoſtolus, an ſcilicet eius eſſet vxor

Si erat, ſecundum aliquos, cur eam ſororem appellauerit.

Clem Alex. paulo an te me lium tõ 2.

Tertiam dubitationem diluamus circa illa verba: *Nunquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas?* Sunt igitur, qui hæc verba intelligunt de vxore Pauli, quam vt expeditius diſcurreret prædicando, ſecum non ducebat, vt & cæteri Apoſtoli. Et vocat ſororem coniugem ſuam (ſecundum illos) quia iam vt ſorore, non vt coniuge vtebatur: vel quia Hebræa erat genere, vel quia etiam forte vt ſoror erat, in eo tamẽ gradu, quo per legem licebat habere eam in coniugem. Hunc ſenſum olim Clemens in l.3. Strom. attigit, dum ait: Et Paulus quidem certe non veretur in quadam Epiſtola ſuam appellare coniugem, quam non circumferebat, quod non magno ei eſſet opus miniſterio. Dicit itaque in quadam Epiſtola: *Non habemus poteſtatem ſororem mulierem circumducendi ſicut & reliqui Apoſtoli?* Sed hi quidem vt erant conſentaneum, miniſterio quod diuelli non poterat, prædicationi ſcilicet attẽdentes, non vt vxores, ſed vt ſorores circumducebant mulieres, quæ vna miniſtraturæ eſſent apud mulieres, quæ domos cuſtodiebant, per quas etiam in gynæcæum abſque vlla reprehenſione, malaue ſuſpicione ingredi poſſet doctrina Domini. Hactenus Clemens.

De Pauli vxore, hũc locum interpretantium, confutatur opinio.

Verum hic ſenſus violentus videtur: qua enim ratione vxor ſoror diceretur, ſi de vxore eſſet ſermo? Et cur non addidit ad vocem Mulierem articulum τ̃ γυναῖκα vt ſignificaret vxorem, & non mulierem in communi? Neque quiſquam dicere valet, Paulum ita imperitum fuiſſe ſermone, vel Spiritum ſanctum in eo, vt ſignificare ſine ambiguitate quod volebat, non potuerit, vel non nouerit. Quare indefinite, & ſine articulo locutus eſt, vt non de certa aliqua vxore, ſed de quauis muliere intelligatur: quod linguæ Græcæ peritiſſimus Tertullianus non ignorauit. Nam in libro de Monogamia: *Petrum*, inquit, *ſolum inuenio maritum per ſocrum.* Et paulo poſt interpretans præſentem locum vbi ea ſubiungit, quæ de victuaria exhibitione abſtinentiam eius oſtendunt, dicentis; *Non enim poteſtatem habemus manducandi & bibendi:* non vxores demonſtrat ab Apoſtolis circumductas: quas & qui non habent, poteſtatem tamen manducandi, & bibendi habent, ſed ſimpliciter mulieres, quæ illis eodem inſtituto, quo & Dominum co-

Tertullia. paulo ante medium, tom 2. *Matt.8.*

Luc.8.

B.*Amb.t.5*

Apoſtoli ſorores mulieres cur circum ducerent.

comitantes miniſtrabant. Ambroſius etiam Græce doctis ſic hunc locum interpretatur. *Mulieres*, inquit, *deſiderio doctrinæ Dominicæ & cupidæ virtutum ſequebantur Apoſtolos, & miniſtrabant eis & ſumptus, & ſeruitia ſicut & Saluatorem ſecutæ ſunt mulieres miniſtrantes ei de facultatibus ſuis. Aut ſolus ego, & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi? Hoc eſt: habemus poteſtatem operandi, ſed nolumus. Pro accipiendi tamen, operandi, ait, vt honeſtius loqueretur.* Hæc Ambroſius, vel quiſquis fuit autor illorum Commentariorum. Auguſtin. quoque libro de Opere Monachorum. capite 4. propoſitis his Apoſtoli verbis, ait: *Hoc quidam non intelligentes, non ſororem mulierem, cum ille diceret: Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circumducendi? Sed vxorem interpretati ſunt Feſellit eos verbi Græci ambiguitas, quod & vxor, & mulier eodem verbo Græce dicitur: quanquam hoc ita poſuerit Apoſtolus, vt falli non debuerint, quia neque mulierem tantummodo ait, ſed ſororem mulierem: neque ducendi, ſed circumducendi: veruntamen alios interpretes non feſellit hæc ambiguitas, quia ſororem mulierem, non vxorem interpretati ſunt. Et hoc indicat exemplo Chriſti factum, qui mulieres ſibi neceſſaria miniſtrantes circumducebat.* Hæc ille. Cur etiam accedit Hieronym. libro primo in Iouinianum *Si autem nobis illud oppoſuerit ad probandum quod omnes Apoſtoli vxores habuerint: Nunquid non habemus poteſtatem mulieres ſorores circumducendi (quia γυνὴ apud Græcos vtrumque ſignificat) ſicut cæteri Apoſtoli, & Cephas, & fratres Domini: iungat & illud, quod in Græcis codicibus eſt: Nunquid non habemus poteſtatem ſorores mulieres, vel vxores circumducendi? Ex quo apparet eum de aliis ſanctis dixiſſe mulieribus, quæ iuxta morem Iudaicum magiſtris de ſua ſubſtantia miniſtrabant: ſicut legimus ipſi quoque Domino factitatum. Nam & ordo verborum hoc ſignificat. Vbi enim de comedendo, & bibendo, ac adminiſtratione ſumptuum præmittitur, ac de mulieribus ſororibus infertur, perſpicuum eſt, non vxores debere intelligi, ſed eas, vt diximus, quæ de ſua ſubſtantia miniſtrabant.* Et infra: *Aut certe γυναῖκας vxores accipimus, non mulieres: id quod additur, ſorores, tollit vxores, & oſtendit eas germanas in ſpiritu fuiſſe, non coniuges.* Idem & in 27. caput Mathæi ſcripſit: *Conſuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus miniſtrarent. Hoc quia ſcandalum facere poterat in Nationibus, Paulus abieciſſe ſe memorat. Dicit enim ipſe: Nunquid non habemus poteſtatem ſorores mulieres circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli faciunt?* Idem etiam docent Græci Patres, Chryſoſtomus legens mulierem, non vxorem, Theodoritus vero, & Theophylactus, dicentes, non de vxoribus Apoſtolorum, ſed de mulieribus ſororibus intelligendum.

Auguſt. tom 6. poſt medium.

Quid eos fefellerit, qui mulierem, vxorem interpretati ſűt teſte Auguſtino.

Ca. ſeq.

Hier. l. 1. ante medium tom. 3 Idē. tom. 9.

Poteſtati mulierem ſororem circumducendi, cur Paulus renutiauerit.

B. Chryſoſt hom. 21.

Theod. Par 2.

Theophyl

Caietanus hoc loco notat, mulierem, quę circumducebatur, de propriis facultatibus non miniſtraſſe (cum id extra regionem Iudæorum difficile fuerit) ſed mulierem, cui facile ab aliis mulieribus dabantur pecuniæ pro viatico, & ſumptibus neceſſariis ipſis Apoſtolis. Quaſi diceret Apoſtolus, Nunquid nos non habemus poteſtatem vtendi modo quo alij vtuntur? An non habemus poteſtatem abſtinendi ab opere manuali, vt acquiramus ſumptus hæc enim abſtinentia ſignificatur dicendo, Non operandi. Ita enim Græce legitur. Quod dixit, ne putaremus ipſum, & Barnabam diuites eſſe, vt ex facultatibus propriis, & hæreditariis bonis viuerent, vt alibi dixit. Et meminit Barnabæ: quia ſimul cum ipſo cœpit prædicare Gentibus, Spiritu ſancto eos comitante, vt Act. 13. habetur.

De muliere quæ circumducebatur, Caietani ſententia minime negligenda.

Quare Paulus dixerit, ſe, & Barnabam habere poteſtatem labore manuum abſtinendi.

Act. 13.

Vane autem argumentantur Hæretici, negantes Petro Papatum datum, eo quod non primus omnium connumerentur, ſicut & ad Gal. 2. Tamen nouum non eſt, Petrum ponere vltimo loco, ait enim; *Iacobus, & Ioannes & Cephas.* Et progreditur oratio, quod non ſolum Apoſtoli hoc facerent, ſed & illi qui erant ſanguine iuncti, vt Iacobus, Simon, & Iudas, & Ioſeph, de quibus eſt ſermo Act. 1. & Matt. 13. Addit: *Sicut & Cephas*, Qui erat ſupremum decus, & antiquiſſimum Theologorum columen, vt ait Dionyſius, de quo Ambroſius: Addidit, & Cephas, quod cum primus eſſet inter Apoſtolos, non recuſabat ſumptus oblatos: Cephas ipſe eſt Simon Petrus.

Ex eo quod Petrus vltimo loco Apoſtolorũ hic ponitur, eius primatui minime derogari, contra Lutheranos.

Gal. 2. Act. 1. M. tt. 13. Dionyſ. de Diui. nomi. c. 3. circa med.

Ad quartam dubitationem, ne videretur ex inuidia loqui aduerſus fratres Domini, & Cepham; oſtendit, illos hoc faciendi habuiſſe poteſtatem, & idem ſibi atque illis licuiſſe ſi ex publico Eccleſiæ ſumptu viuere voluiſſet. Idque tribus ſimilitudinibus explicat. Prima à iure militari: *Quis*, inquit, *militat ſuis ſtipendiis, aut obſoniis vnquam?* Annona enim ex publico curari ſolet militibus Secunda, à vinitoribus: Plantant enim vineam agricolæ, vt fructum colligant. Tertia, à ratione paſtoris: paſtor enim non gratis impendit operam ouibus, ſed vt veſcatur lacte gregis, & caſeo, & carnibus.

IV. Soluitur dubitat.

De argumentis probabilibus duntaxat non neceſſariis ad ſuam à Paulo adhibitis.

Ex quo patet, liberum eſſe Theologo ab ipſa natura argumenta deſumere: quia res naturales verba Dei ſunt, quæ de illo teſtimonium ferunt: nec peccatur, ſi, quæ Ariſtoteles, aut Plato, aut Poetæ, aut Hiſtorici, aut Oratores, aut Philoſophi pulchre & eleganter de Natura dixerunt, à ſacris tractatoribus vſurpentur. Eſſet autem vitio dandum, ſi

Phyſicis interdum rationibus Theologus cur valeat Diuina dogmata confirmare.

do-

doctrinam ſacram illorum ſententiis accommodarent, & ita à ſuo genuino ſenſu detorquerent, & non potius è contrario eorum dicta, & veritates accommodarent Diuinis literis, & quatenus opus eſſet, corrigerent. Nam ecce Apoſtolus ad Gal. 3. à virtute teſtamenti: quod nemo mutat, aut ſuperordinat, augmentum ſumit: & ad Heb 9. validam deducit rationem, quod, niſi poſt mortem teſtatoris firmum ac ſolidum non ſit teſtamentum. Et præcedit augmentum militis in Apoſtolatu, ob ea quæ inſtant pericula, & bellum hoſtium inuiſibilium, quod in Mundum, & Satanam, & carnem perpetuum eſt. Vinitoribus ſimiles ſunt Apoſtoli, propter curam, & laborem aſſiduum: quia Eccleſia illis commiſſa vinea eſt Domini exercituum. Paſtoribus vero merito comparantur, ob vigilantiam, & diligentiam erga commiſſum ſibi gregem, quem Diabolus lupus rapax, & Hæretici deuorare conantur. Triplici ergo ratione probat, miniſtros Eccleſiæ poſſe bona conſcientia à verbi Dei auditoribus honeſtum victum, & amictum accipere.

Quemadmodum in hoc peccare contingat.
Gal 3.
Hebr 9.

Quales milites, & vinitores ſint Apoſtoli

Iidem & quales paſtores.

Quod autem inferunt Hæretici: Quid ſi ocientur, & non laborent paſtores, & vinitores, & non ſolum gregi commodi non ſint, ſed incommodi, & pernicioſi? nunquid aliquod ius habent petendi? Reſpondendum, an illi ocientur, nec ne, & an laborent, an ſecus noſtrum non eſt iudicare, ſed ſuperiorũ, qui rationem reddent Deo de prætermiſſo debitæ correctionis officio.

Malis etiam verbis Dei miniſtris neceſſarios vitæ ſumptus minime ſubtrahẽdos, vt Lutherani volunt.

Addit & aliam rationem ex ſcripturis: *Nunquid, ait, ſecundum hominem hæc dico? an & lex hæc non dicit? ſcriptum eſt enim in Lege Moyſi, Non alligabis os boui trituranti.* Et eſt ſenſus, Nunquid his exemplis, & humanis perſuaſionibus tantum vtor? an non inſuper ex propriis probare poſſumus? Volebat enim Deus boues comedere paleas, dum triturant; ideo prohibebat eorum ora ligari. *Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtique hoc dicit.* Ne quis intelligeret hanc legem de bobus; declarat ſub metaphora latam de hominibus laborantibus. Non ergo propter boues proprie condita fuit, vt illis de cibo, & paſtu proſpiceretur, ſed propter homines, vt diſcant quid in ſe ipſis eſſet rationabile, ſi qui eſſent, qui ad modum boum triturantium laborarent: ita illi frumentum ex paleis, id eſt, ex carnali litera pro aliis cibum ſpiritualem educerent. Et quod talis ſit proprius & cõmodus ſenſus, ex eo videtur, quia reuera Deus curat hæc animalia per eos, quibus ſeruiunt, nos docens ea eſſe paſcenda propter eorum ſeruitium, ne illo priuemur. Igitur propter Apoſtolos facta eſt illa lex, quoniam

A lege Moyſis argumentũ Apoſtoli pro alendis Prædicatoribus.
Deut. 25.

Ea lex: Nõ alligabis os boui trituranti: cur lata potiſſimum.

Vnde conſtet, illam legem de myſticis bobus proprie accipiendam? &

æquum eſt Dominum prouidiſſe ſeruis, & miniſtris pro animarum ſalute laborantibus quibus & nunc temporalia donat, & promittat æterna. Etſi Dominus proſpicit corpori viliori, quid ni animæ præſtantiori? Etſi proſpicit de neceſſariis in via, ergo multo magis in patria.

qui nam illi ſint.

Poteſt ergo confici argumentum à minori ad maius: Si boui trituranti datur victus neceſſarius; non ſunt ergo extra prouidentiã Dei, aut paſſeres, Matthæ. 10. aut vermis Ionæ. 4. Et vt habetur Geneſ. 8. *Recordatus eſt Dominus Noe, cunctorumq; animantium, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, &c.* & Propheta; *Et pullis coruorum inuocantibus eum.* Et multis aliis in locis docemur, Dei prouidentiam extendi etiam ad animantes. Quare quod dicitur, propter boues non eſſe latam legem: ſenſus eſt, legem illam non tantum datam propter boues, ſed præcipue rationem hominum Deum habuiſſe in ea ferenda. Et ita eos aſſueſacere voluit ad æquitatem, & miſericordiam: & ita iubemur bouem, aſinum, aut ouem inimici noſtri errantem reducere, aut cadentem ſubleuare.

Apoſtoli qualis ratio ex illa lege deſũpta.
Matth. 10.
Iona. 4.
Geneſ 8.
Pſal. 146.

Quo ſenſu dicatur: Nunquid de bob. cura eſt Deo?

Exod. 23.

Et cum ait: *Debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi*: duo tempora diſtinxit. Primum quo ſementem iacimus; alterum, quo poſt magnum ſpatium in meſſe fructus percipitur, qui in aratione conceptus erat. Iam vero audi quid de hac ſpe humana ſcripſerint Poetæ, quorum vnus ita ſcripſit:

Arationis, & Triturationis tempora duo.
Tibul. li. 2.
Ouid lib. 1. de Ponto.

Iam mala finiſſent letho ſed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore ſemper ait:
Spes fouet agricolas ſpes ſulcis credit aratris
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

& alter:

Hæc dea cum fugerent ſceleratas numina terras,
In diis inuiſa ſola remanſit humo.
Hæc facit vt viuat foſſor quoq; compede vinctus
Liberaq; à ferro crura futura putat.
Hæc facit vt, videat cum terras vndiq; nullas,
Naufragus in mediis brachia iactet aquis.
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,
Aut aliquis pendens in cruce vota facit.

Hæc illi, qui hanc Pauli ſententiam, & illam Iobi. *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo,* videntur explicaſſe, & naturam ſpei eleganter deſcripſiſſe. Subdit: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnũ eſt ſi nos carnalia veſtra metamus?* Carnalia vocat, quæ vitam ſuſtentant carnis, id eſt, cibum, & veſtitum. Et quod ait, *magnum eſt*, ironice loquitur. Recte autem dicuntur Apoſtoli ſeminare: quia ſemen eſt verbum Dei. *Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt.* Argumentatur ab exemplo aliorum miniſtrorum, qui publicis Eccleſiæ

Quid metere carnalia.
Luc 8.
Quanto dignior cæteris eſſet operarius Corinthij cibo ſuo ſanctus Apoſtolus.

ſumptibus alebantur. Cur enim ſibi non cōcederet, quod alij tāquam ſibi debitū ſumebant? Nam nemo plus Corinthi laborauit, quam Paulus; nemo illo dignior erat mercede ſua. Quod ait, Poteſtatis veſtræ intellige facultatum, & opum veſtrarum: nam verbum Græcum ἐξουσίας, id eſt poteſtatis, accipitur pro οὐσίας, hoc eſt pro ſubſtantia, & victu. Et cum ait in plurali, nos; ſe, & Barnabā intelligit, quia proprijs manibus pro victu neceſſario laborabant.

Luc 10.

Paulus & Barnabas cuius Corinthiorū poteſtatis participes eſſent.

Dubitatum etiam fuit, quomodo liceat pro ſpiritualibus accipere carnalia; cum Dominus dixerit: *Gratis accepiſtis gratis date*, & Petrus grauiſſime Simonem obiurgauerit volentem pro Spiritu ſancto pecuniam dare & eiuſdem rei habemus argumentum ex Giezi, & Heliſæo. Sed aliud eſt vendere, aut emere ſpiritualia bona, quod eſt ſcelus grauiſſimum, aliud vero aliquid pro ſuſtentatione vitæ accipere ex Dei ordinatione, & Eccleſiæ canonica diſtributione

Ad V. Dub Operarii Domini ſi gratis dare debent quod gratis acceperunt, quo iure carnalia metunt

Matth. 10. *Actor.* 20. 4. *Reg.* 5.

Sequitur alia noua ratio: *Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? & qui altario deſeruiunt, de altario participant?* Dubitatum fuit, an eſſet duplex comparatio, altera ad Domini ſacerdotes in lege miniſtrantes, altera vero ad Deorum Gentilium ſacrificos. Verum Apoſtolus more ſuo diuerſis verbis idem ſignificare voluit: & infirmum fuiſſet argumentum à conſuetudine Gentilium vſurpatum, apud quos ſacerdotum prouentus & apparatus ad Regum pōpam, & delicias deſtinabant? Poſſumus igitur aſſerere, hæc duo ex lege deſumpta eſſe nam ſeruiebant ſacerdotes in templo in offerendis Deo ſacrificiis, Leuitæ vero miniſtrabant altari. Sed ſumma hæc eſt. ſi Dei ſacerdotes propter ſacrificia habebant vnde viuerent, & Leuitæ propter diuerſa miniſteria habebant decimas omnium, vnde illis victus ſuppeteret: quanto magis æquum eſt, Chriſtianæ Eccleſiæ miniſtros, & qui Euangelium prędicant, communibus, & honeſtis ſumptibus ab Eccleſia ali, & honorari? Et quod ait: *Qui in ſacrario operantur*, non poteſt neque debet intelligi de artificibus, qui vetuſta templi reparant, & noua ædificant, manibus laborantes? cui ſenſui plane repugnat Græca lectio, quæ habet: οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι. id eſt, Neſcitis quod qui ſacra operantur: non ait, qui in ſacrario operantur. Operari ergo ſacra, eſt proprium ſacerdotū Eſt enim ſacrificare; qui ob id de ſacrificiis participabant, & Matt. 12. habetur, quod Sabbatis ſacerdotes in templo Sabbatum violant, & ſine crimine ſunt, viuebant autem laborando, quia eorum munus poſitum erat in iugulandis, & excoriandis, & in fruſta ſecandis, & ad ignem applicandis victimis, ac ſacrificiis. Quanquam autem lanionum eſſet id munus; quia tamen id in honorem Dei fiebat, erant in pretio, & in honore, ita vt pars victimæ immolandæ cederet in ſacerdotum vſum, altera in Dei honorem per ignem edentis. Et ſacrarium, nomen eſt loci vnde interpres vertit altare, nimirum holocauſtorum: nam altare incenſi ad thurificandum in loco dicto Sanctum, quod patebat tantum ſacerdotibus, poſitum erat. Quis autem non videat ex ſacrificiis ſacerdotis, & altaris nominibus, quæ olim erant in templo veteri, ſigna eſſe manifeſta, atque euidentia noſtri ſacroſancti ſacrificij? Nam in omni loco offertur oblatio munda. Symbola quoque eſſe noſtri altaris, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt Vnde capite ſequenti meminit de menſa Chriſti, & menſa Idolorum, & altari Iudæorum.

VI. quæſtionis ſolutio. De operantibus in ſacrario, & Deſeruientibus altari ſimilitudo hæc an ſit ſimplex, an gemina

Vnde hæc ſumpſerit Apoſtolus

In ſacrario operantes, non eſſe artifices Apoſtolo.

Operentur ſacra qui proprie. *Matth.* 12. *Exod* 29. *Luc.* 8. *Num.* 28.

Legales ſacerdotes vilia ſacrificiorum officia exercentes, cur eſſent tanto tamen in honore. Sacrarium quid. *Exod.* 30. Veteris legis ſacrificia quid adumbrauerit. *Malach.* 1. *Hebr. vlt.*

Quod vero ait, ſacerdotes participes eſſe altaris, & ex ſacrario edere; Metonymice dicit pro eo quod reponitur in altari ad ſacrificandum. Et ſubdit: *Ita & Dominus ordinauit iis qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere.* Porro efficax eſt Pauli dialectica, quæ habet; *Vmbram habens lex futurorum bonorum*: & infra: *Hæc autem omnia in figura contingebāt illis*: nimirum vt argumenta ducta ex lege firma ſint, & ſolida; atque illis vmbris & figuris alia reſpondere maiora, & meliora in Nouo Teſtamento. Ordinauit autem Dominus, cum dixit; *Dignus eſt operarius cibo ſuo*: & *edentes*, & *bibentes quæ apud illos ſunt.* Quod non tantum iuris eſt Moſaici, ſed etiam naturales ac Diuini Euangelici, ad quod accedit ius Eccleſiaſticum, ſiue canonicum, mandans decimas, & primitias, quibus noſtri ſacerdotes alantur.

Quid eſt dicere, ſacerdotes participes eſſe altaris

De lege veteri cur Paulus ſumat argumenta. *Hebr.* 10. 1. *Cor.* 10.

Vbi Dominus ordinauerit, Euangelium annuntiantes de Euangelio viuere. *Matth* 10 *Luc.* 10.

Proſper Aquitanus libro 2. de vita Contemplatiua, capite 14. *De Euangelio viuunt*, ait *qui mihi volunt habere proprium: qui non habent nec aliquid concupiſcunt, non ſuorum, ſed communium poſſeſſores.* Vultque hoc intelligi de contemptoribus facultatum ſuarum. Verum hic ſenſus non Proſperi non quadraret, niſi tantum Apoſtolis, quos conſtat omnia reliquiſſe, vt expeditius Apoſtolatui vacarent, in quorum perſona dixit Petrus, *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Sed non quadraret eorum ſucceſſoribus, hoc eſt Epiſcopis, quibus licet patrimonium retinere, atque ex illo viuere. Vel ſuis etiam, ſi voluerit, illud tradere, & ex Epiſcopatus prouentibus de victu honeſto, & veſtitu ſibi proſpicere.

Quinam, vt ait Proſper Aquitanus, de Euangelio viuant.

Matth. 19. Eius ſenſus incommodum. Cur Paulus de Euangelio viuendi iure & poteſtate noluerit vti.

Subdit: *Ego autem nullo horum vſus ſum.* Nimirum quia voluit eſſe liber ab ea ſeruitute. *Nō*

autem

autem ſcripſi hæc, vt ita fiat in me. Hoc eſt: Hactenus fui liber, & volo perſeuerare in illa libertate, ne putetis id me vobis ſcribere, vt prouocẽ vos ad dandos mihi ſumptus: quia tantum ſcripſi ad confirmandum doctrinã iam traditam, nimirum vt propter fratres quiſq; abſtineat ab omni poteſtate ac licentia, quæ ſcandalum infirmis porrigeret.

I. Dubitat. in ſecundã partem huius capitis.

Sequitur altera pars huius Capitis, ſuis etiam non carens difficultatibus. Et primo eſt, *Bonum eſt mihi magis mori, quam vt gloriam meam* (vel gloriationem meam) *quis euacuet?* Videtur enim magnus laudis, & gloriationis eſſe appetitus, & ſpeciem præſefert vanitatis, & ambitionis. Videtur etiam hoc dictum, quaſi nulla debeatur gloria Dei præcepta implentibus. Nihil ergo acceperunt Apoſtoli gloriæ propter prædicationem, cuius ſpargendæ mandatum; habuerunt. Quomodo ergo verum erit illud *Vnumquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem?* Deinde quid eſt illud: *Si inuitus hoc facio, diſpenſatio mihi credita eſt.* Videtur enim hæc ſententia parum cohærere, & ſenſum aliquem bonum non porrigere. Tertio cum ait; *Cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci,* quæ nam eſt hæc libertas, cuius iacturam ſponte fecit Apoſtolus: & quomodo factus eſt Iudæis tanquam Iudæus, qui natura Iudæus erat, iuxta illud; *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores.* Quarto circa illud; *Neſcitis quod ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt:* quorſum ponit duas metaphoras, & currentis, & pugnantis; & quo per vnamquanque illarũ tendat; & quid ſit ſtadium, quid brauium; Quomodo item currentes ab omnibus ſe abſtinẽt; quomodo currit non dubius præmii, vt alii; & quomodo pugnat non quaſi aerem verberans; Item quæ eſt illa corona corruptibilis, & quæ incorrupta. Quinto circa illud; *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutẽ redigo,* quomodo ſi Paulus erat perfectus, & omni virtute cumulatus caſtigatione ſui corporis indigebat. Poſtremo cum ait; *Ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprob. effi iar:* num Paulus electus & prædeſtinatus reprobari potuit; & an illa vox reprobi alium commodiorem ſenſum capere poſſit.

Mar. vlt. Matt. vlt.
1. Cor. 3.
II. Dubit.
III. Dubit.
Galat. 2.
IV. Dubit.
V. Dub.
VI. & vlt.

I. quæſtio. ſolutio. In illud Bonum eſt mihi magis mori, quã vt gloriam meam quis euacuet an ſcilicet ambitioſius hoc dictũ eſſe videat.

Ad horum primum, reſpondemus Gloriam hoc loco accipere Apoſtolum pro gloriatione, vt alibi ſæpe ſolet accipere: reſpondet enim Latinæ voci noſtræ Gloriæ duplex dictio. Græca nempe *δόξα*, & hæc eſt gloria & *καύχημα*, id eſt gloriatio: & ideo diligenter videndum eſt, cui voci Græce reſpondeat gloria. Et certe Apoſtolus non fuit huius gloriationis appetentiſſimus, imo etiam ab hoc vitio remotiſſimus: ſed per hanc gloriationem intelligit animum alacrem, excelſum, & gaudentem, quod vltro, & omnino volens abſtineret ab hac poteſtate accipiendi ſumptus Corinth. ex Euangelio. Vnde ad Rom. 5. *Non ſolum autem; ſed & gloriamur in tribulationibus:* Nec mirum eſſe debet, Apoſtolum tanti feciſſe eiuſmodi gloriationem, vnde Euangelii autoritatem ex parte aliqua pendere nouerat. Nam præbuiſſet anſam ſibi inſul andi ſpeudoapoſtolis; vnde periculum erat Corinthiis Deinde par erat, vt præter modum Euangeliũ prædicandi cum ſumptibus à Domino conceſſis, aliquod extaret in eccleſia exemplum etiam ſine ſumptibus euangelizandi, quæ excellentior eſt prædicandi ratio: & hæc excellentiſſimo Dei miniſtro Paulo contigit ad aliorum documentum, & imitationem, vt omnia in eo eſſent ſumma. Nam vel ab aliis eccleſiis ſumptus accipiebat, vt hoc faceret; vel quod maius eſt, labore manuum victum, & veſtitum ſibi comparabat.

Apoſtoli gloriatio quæ nam illa fuerit. Rom. 5. I Ratio cur Paulus noluerit de Euangelio viuere.

II. Ratio.

Ad illud vero, quod obiecimus, quod ita loquatur, quaſi implentibus præcepta, gloria debeatur nulla; cum tamen dixerit, vnumquemque pro ſuo labore accepturum mercedem: reſpondemus, quod electus qui habet aliquid à Domino in mandatis, ſi id agat vt inuitus & ſeruus, non ſponte quidem faciet quod debet, vt ſeruus inutilis habendus eſt, & gloriationem in opere ſuo non habet, quia in mandatis habebat illud perficere: imo væ illi erat, ſi non feciſſet, Vnde & Apoſtolus paulo poſt ait, *Væ enim mihi eſt ſi non euangelizauero.* Et ſubdit: *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo.* Et præoccupans, ne quis obiiceret, mercedem deberi operanti mandatum; reſpondet, *Repoſitam quidem operanti mercedem*; ſed ſi volens & ſpontaneus id faciat, & non tantum ſeruili animo ad euaſionem pœnæ, alias non facturus, ſed pura obligatione extimulatus, quẽadmodum faciunt mercenarii, & in timore ſeruili adhuc poſiti. Non ſic Apoſtolus noſter, qui omnia hilari voluntate faciebat. & certum ſuæ voluntariæ operationis ſignum ex eo intelligere poterat, quoniã ſine ſumptibus prædicabat, qui tamen debebantur illi: quod cum non fecerit, huius rei mercedem ſperabat.

Dei mandata perficientes cũ mercedem habeant: contrariũ hoc loco vt oſtendit Apoſtolus. 1 Cor. 3. Luc. 17.

Paulus Euangelium prædicans ex mandato Domini. cur tamen haberet mercedem

Auguſtin. tamen hunc locum aliter interpretatur lib. 12. contra Epiſtolam Parmeniani ca. 11. *Si enim volens hoc facio, mercedem habeo: Si autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt:* id eſt, illis prodeſt, quibus hoc diſpenſo, non mihi qui fictus ſum. Qui enim inuitus facit propter commoda, gaudiaque carnalia, quæ ſi aliter habere poſſet, illud deſereret, ipſe vtiq; fictus eſt, ideoq; inuitus facit, ſed

De hoc loco: Si enim volens hoc facio, mercedem habeo: ſi aũt inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt: quid ſentiat Auguſt. Tom. 7 ſub initium.

eis prodeſt erga quos facit: ſe autem in tantum à mercede ſalutis alienat, non etiam illos priuat, quibus cibaria Dominica etiam malus ſeruus impendit.

Solvitur ſecundi dubitatio. De eorundem verborum intelligentia.

Ad ſecundum dubium in id; *Si autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt*: quæ verba diximus eſſe obſcura. Sed hic eſt commodus ſenſus. Si ego inuitus prædico, id eſt ob eam tantum cauſam quia mandatum eſt, ne tantum meum Dominum offendam, alias non facturus: tunc diſpenſatio mihi credita eſt: id eſt, perinde tractabor à Deo, atque tractari ſolet ſeruus diſpenſator à domino ſuo, qui, cum ab eo ratio repoſcitur adminiſtrationis, ſolam hanc vim habet, & locum, vt ſi fideliter egerit, non condemnetur, non tamen vt accipiat præmium aliquod. Et reſoluit Apoſtolus differentiam inter debitū actum, & inter illum ſupererogationis indebitum in ſua propria principia. Nam actus indebitus, & ſupra quam mandatum eſt, eſt voluntatis proprius, & ſponte ſua operantis. Et hoc eſt quod dixit: Si enim volens hoc ago, mercedem habeo; quo oſtendit propriam deberi mercedem pro tali opere. At proprium actus debiti principium per oppoſitum non ſignificat inuitum abſolute (nemo quippe abſolute inuitus agit, ſed patitur) ſed ſignificat alieno iuſſo agentem. Et talis quidem dicitur inuitus, nō per priuationem voluntatis, ſed ſpontaneæ voluntatis; hoc eſt, quod non à ſe, ſed obediens alteri operetur. Et hoc eſt quod ait. Diſpenſatio mihi credita eſt. Et hoc ſequitur non ad inuitū abſolute, nec ad coactum timore, ſed ſequitur ad non operantem ex ſe. Si enim ago, & non à me, diſpenſatio mihi credita eſt à iubente. Sub quo membro Paulus comprehendit actum euangelizandi alieno imperio, de quo dixit: Neceſſitas mihi incūbit; quare non debetur ei noua merces: ſicut ſub alio membro comprehendit, abſtinere à ſumptibus alienis, & ideo merces ei debetur. Vnde ſubdit: *Quæ eſt ergo merces mea? Vt Euangelium prædicans, ſine ſumptu ponā Euangelium.* Ecce bonus ſupererogans, & meritum mercedis, quod eſt maioris charitatis?

Inter actū debitum & indebitum ſeu ſupererogationis quid diſcernat Apoſt.

Quis agere cenſeatur inuitus. An illi debeatur merces nec ne.

Quid Apoſtolus ſupererogauerit, vt eſſet dignus mercede.

Si quis dicat videri poſſe per hoc Apoſtolum huiuſmodi mercedem aliis Apoſtolis detrahere, quia cum ſumptu ponebant Euangelium. Sed abſit: nec enim hæc doctrina in eorum detractionē proponitur, quaſi illi non ſponte euāngelizarent, ſed inuiti vterentur illa poteſtate. Nā id in Paulo exigi videbatur, vt fidem inueniret in Euangelio, cum apud maleuolos non videretur ex bonis Eccleſiæ columnis. Sed reliqui Apoſtoli non minus idem feciſſent, quàm ipſe Paulus, ſi id ad maiorem Euangelii fructum fore vidiſſent. Abſtinuiſſent vtique & ipſi ob incrementum Euangelii, ſcientes quod non quodcunque licet, id etiam expediat. Vnde ſubdit: *Vt non abutar poteſtate mea in Euangelio* Fuiſſet enim illud, abuti poteſtate, ſi ſumptus exegiſſet, & in ea re ſuam Euangelio autoritatem ademiſſet.

An Apoſtoli cum ſumptu ponendo euangelium, mercedem habuerint.

1.Cor.6. Infra. 10.

Qua poteſtate noluerit Apoſtolus abuti.

Ex his autem Apoſtoli verbis magna ratione ſtabilimus dogma de operibus ſupererogationis, ſiue perfectionis, contra Lutherum libr. de Votis monaſt. in quo ſtolide aſſerit, omnia, quæ ſunt in Euangelio, eſſe præcepta, & conſilia: imo quæ dicuntur conſilia, præcepta eſſe, & omnes alligare: quod ſatis ex natura præcepti, & conſilii reprobatur, & ex Apoſtolo, qui ſupra dixit: *De virginibus præceptum Domini non habeo; conſilium autem do*; & Dominus in Euangelio poſt exacta præcepta dixit: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, &c.* Omnes enim alioqui diuites rei eſſent, ſi non hoc facerent. Quomodo ergo dixiſſet diuitibus Chriſtus, *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*; &, *Quod ſupereſt, date eleemoſynam; & ecce omnia munda ſunt vobis*, ſi nihil eſſet poſſidendum? Chriſtus item conſilium cœlibatus propoſuit, cum dixit; *Sunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat.* Et ſimiliter Paulus virginitatis conſilium præbet; & tamen permittit, vt qui ſe non continent, nubant. Non ergo conſilia vim obligandi habent. Hæc dixerim propter quendam hæreticum Marloratum Caluiniſtam, qui hoc loco gloriatur de vana doctrina operis non præcepti.

Opera ſupererogationis conſilii eſſe, nō præcepti, contra Lutherum. 1.Cor.7. Matth.19

Luc.16.

Supra 11.

Matth. 19

1 Cor.7. Marlorati Caluiniſtæ neſcio cuius impia de ſupererogatione doctrina

Ad tertium dubium circa illud: *Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci*: Dicimus, Apoſtolum probare, nulla in re ſe poteſtate ſua abuſum fuiſſe, ſed ſemper prouentum Euangelii procuraſſe. Et libertatem vocat Chriſtianæ legis à ſeruitute Iudaica liberationem propter ſcientiam de ceſſatione legalium certiſſima, quod ab initio non ita erat omnibus cognitum. Et omnium ſeruum ſe fecit, indulgens Gentilium, & Iudæorum moribus quantum fas erat: & modo explicat quomodo Iudæis indulſerit, cum ait: *Et factus ſum Iudæis tanquam Iudæus.* Quibus in verbis non negat ſe Iudæum carne, vel natura, ſed negat ſe Iudæum ſecundum legem, quæ iam ceſſauerat quod explicans, ait; *Iis qui ſub lege ſunt; quaſi ſub lege eſſem, &c.* Vnde & circuncidit Timoth. & purificauit ſe in templo. Nam illis qui ſe Iudæos dicebant, & ſub lege ſe eſſe profitebantur, Paulus tamen obſequebatur, quantum ad eorum lucrū licebat. Iis vero q ſine lege ſcripta erant, vt Gētes, cōformabat

III. Solutio quæſtionis Quamam ſecit Paulus ſponte libertatem vt plures lucrifaceret.

Idem cum Iudæus eſſet genere: vti factus eſt Iudæis tanquam Iudæu. Act.16. Infra. 21.

ſe Apo-

ſe Apoſtolus Gentiliter viuens, vt illos ad Chriſtum traheret, cum ipſe non eſſet ſine lege Chriſti: & imperfectis propter infirmitatem multa remittebat. Infirmi autem ſunt ignari qui trepidant, & non poſſeſſores virtutis eius, cuius firmem, & rationem ignorabant. Denique ſubdit: *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.* Græca hoc loco habent, Vt omnino aliquos ſaluos facerem: quod conſonum eſt ſententiæ illi ad Romanos; *Miniſterium meum honorificabo ſi quomodo ſaluos faciam aliquos ex illis.* Et ita ſe accommodabat ad omne genus hominum propter Euangelium. Et intellige, in his quę ſpectant ad iudicia, & ceremonias: nam pars ad mores pertinent communis erat vtrique populo, nec licebat Paulo eatenus gratificari hominibus, ſed in rebus mediis, & indifferentibus hæc doctrina valebat. Gẽtes quoque non omni lege carebant: & in Actis cap. 17. vbi Paulus de Ara ignoti Dei prædicauit; & ſe illis attemperauit, & phyſicis rationibus cum eis diſputauit. Apoſtolorum quoque erat alios ſaluare, quatenus erant miniſtri verbi, & Sacramenti. Vnde Timotheo dixit: *Hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.* Nam Ieſus etſi Saluator ſit, & ſalus omnium, non tamen excludit miniſtros applicandæ ſalutis, ſiue id contingat Sacramento, vel verbo, vel prece. Hinc Hieronym. in poſtrema verba Abdiæ: *Et aſcendent ſaluatores in montem Sion iudicare montes Eſau: & erit Domino regnum: Quomodo*, inquit, *lumen Dominus lucem appellat Apoſtolos ſuos, & dicit; Vos eſtis lux mundi, & ipſa petra Petro donauit vt petra ſit; Paſtor quoque bonus illis paſtorum largitus eſt nomina, & quodcunque dicitur, ſeruis tribuit vt dicantur: ſic ipſe ſaluator Apoſtolos ſuos mundi eſſe voluit ſaluatores, qui aſcendere ſpeculam montis Eccleſiæ, & deponentes ſuperbiam Iudaicam, vniuerſorumq́; montium, qui aduerſum ſcientiam Dei erigebantur, regnum Domino parauerunt.* Hæc illic.

Paulus quoque vt ſeſe Gentib. cõformaret, & fieret infirmus infirmis illorum ob ſalutem.

Rom 11.

Idem quomodo omnib. omnia factus, vt omnes faceret ſaluos.

Act. 17.

Apoſtoli ſaluatores quales.

1. Tim. 4.

Ad quartũ dubium.

Quarto dubitatum fuit circa illud; *Neſcitis quod ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, &c.* Reſpondemus, præmittendum eſſe, quod hactenus docuit Apoſtolus quid ſit faciendum, & quid vetum, & quid iuſtum ſit: nunc vero addit exhortationem, quo id quod iuſtum, & rectum eſſe nouerunt, in vſum trahent: docetque nihil eſſe quod hactenus erant conſecuti, niſi conſtanter perſiſterent: quia qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Non enim ſub Euangelio ſecure dormiendum eſt, ſed in omni bono opere progrediendum, & in finem vſque permanendum. Vſurpatque duas metaphoras, alteram decurrentibus in ſtadio, alteram de pugilum certamine: *Sic pugno*, inquit, *non quaſi aerem verberans.* Et curſus quidem reſpicit cœleſte præmium quod ſperamus; pugna vero, ſiue certamen, præſentes proſpicit aduerſarios nos impugnantes, & à curſu ſpirituali retrahentes. Stadium vero, quod Græce dicitur ϛάδιον, & Latine vocatur curriculum; conſtabat centum viginti quinque paſſibus, quod Hercules id ſpatium vno ſpiritu confeciſſet, vt docet Plinius, continetque octauam partem mille paſſuum. *Sic currite, vt comprehendatis.* Id eſt; palmam aſſequamini. Et recte à quodam dictum eſt: Deum aduerbia, non verba remunerare. nempe eos, qui fortiter, & iuſte, non autem qui fortia, & iuſta operantur, vt etiam Ariſtot. animaduertit.

Matth. 24.

Quid Paulus curſus & pugnæ metaphoris nos doceat.

Stadium quid, & vnde ſic dictum.

Plin. li. 2. c. 23.

Quinam accipiant brauium.

Philoſ. li. 2. c. 4. 10. 3 initio.

Braulum vero, palmæ præmium erat vincentia iudice deputatum: eratque proprie veſtis palmata, vel palmis contexta. vnde & palmata toga apud Romanos triumphantiũ erat, de qua Martialis ait:

Palmataq́; ducem ſed cito, redde togę

Et in ea ſignificatur merces æterna, & in alba veſte, de qua, Ambulabant mecum in albis, quia digni ſunt. Nam vt in ſimilib. ludis maiora proponuntur à Regibus, & principibus præmia, quam valeat ipſa actio curſus; ita magnificum eſt, & in ſublimitate æternum gloriæ pondus, teſte Paulo, quod operamur ex Dei munificentia. Et quia vita noſtra eſt inſtar ſtadii, currendum eſt vſque ad mortem: nihil enim prodeſt dediſſe nomen, & deſcendiſſe in arenam, & oleo vnxiſſe corpora, & cœpiſſe currere, niſi in finẽ vſque currendo ad metam perueniamus. Et vnus dicitur accipere brauium: quia vnus Chriſtus eſt cum membris ſuis: vt *Nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcendit de cælo Filius hominis; & Qui adhæret Domino; vnus ſpiritus eſt*, cum eo ſcilicet.

Quid proprie Brauium.

Martial. li. 71.

Brauium quid myſtice.

Apocal. 3.

2. Cor. 4.

Quatenus currendũ.

Cur vnus accipit brauium.

Ioan 3.

1. Cor. 6.

Secunda metaphora erat: *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.* Agonem vocat arenam, id eſt locum luctæ, vel pugilatus: tantaque erat diæta athletarum, vt in prouerbium abierit: nã colyphio pugiles tenuiter, & vix ad ſatietatem veſcebantur. Et qui ſic decertat, vel agonizat, vt legit Irenæus, & litera Græca habet πᾶς δὲ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται ab omnibus ſe abſtinet, quæ quo quomodo impedire poſſunt luctam, vel curſum, vel certamen. Vnde Plato libro octauo de legibus ait, tales ſe debere abſtinere à congreſſu cum fœmina, vel cum puero: vt refert de Hicco Tarentino, & de Chryſſone Aſtylo, & Diopompo, qui ob ludum luctæ, vel curſus abſtinebant ab omni ſuperfluo indumento, & ab omni cibo graui, & actione debilitante

Contend. in agone quomodo ab omnib ſe abſtinet

D. Irenæus li. 4 c. 72. in fine.

Platonici athletæ quibus reb abſtinerent.

corpus

Horat. circa finem.

corpus ad curſum. Idem docet Horatius in Arte Poetica.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitq́; puer, ſudauit, & alſit.
Abſtinuit venere, & vino.

Curſum cum pugna ſæpe iungit Apoſtol. *Heb. 12.*

2. Tim. vlt.

Et Hebre. 12. Apoſtolus excitans nos ad curſum & certamen, ait: *Ideoque & nos deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, &c.* In quibus verbis expende quæſo bone lector, Apoſtolum ſimul iunxiſſe metaphoram curſus, & pugnæ, ſicut etiam 2. Tim. 4. *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, &c. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* Eaſdem ſimilitudines hoc loco obſeruauit, vt poeta etiam.

Virgil. 3. Georg.

Curſibus & crudo decertet Græcia ceſtu.

Corruptibile quid acceperit coronam: eius varia genera.

Sequitur: *Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Corruptibilem vocat coronam, id eſt perituram, Græce φθαρτὸν. Nam Imperator laurea coronatus incedebat, vincens in Olympiis, oleā; ouans myrthea, liberans ab obſidione ciuitatem; graminea, terræ liberatæ: aurea vero dabatur primo ingredienti muros, vel caſtra, vel nauim hoſtium; quercea vero dabatur liberanti ciuem à ſeruitute.

Coronę ex materia quā diuerſa cōſtarēt.

Et coronæ quidem in primis ex ramis arborum, deinde ex floribus, & lignis fieri conſueuerant in Aegypto vero ex ære deargentato, vel aurato, ex auro, ex gemmis, vel cinnamomo incluſo in auro, vt docet Polydorus lib. 2. de Inuentoribus rerum. c. 16. Coronabant etiam Gētes templa, altaria, aras, hoſtias, ſcyphos ianuas, domus: de quibus lege Tertullianū li. De corona militis. Extat Archiæ poetæ Epigramma Græcum, quod ita Latinum reddidit Alciatus.

Polyd. rect. autor.

Tertul. to. 1. in fine.

Quadruplex certamen ſacrū apud Græcos.

Sacra per Argiuas certamina quatuor vrbes
Sunt duo ſacta viris, & duo cœlitibus.
Vt Iouis & Phœbi, Melicertæq́; Archemoriq́;
Præmia Oliuaſter, poma apium picea.

Quinquertium vnde quinquertiani quid.

Erat etiam Quinquertium, quod Græce dicitur Πεντάθλον à quinque certaminum generibus nomine dicto. quos poſtea Quinquertianos, vel Πεντάθλους appellabant, vbi ceſtu, curſu, diſco, ſaltu & lucta certabatur: & quicunque in illis quinque viciſſet, Pancratiaſtes, id eſt, is qui in omnibus vinceret, dici conſueuerat. *Nos autem,* inquit, *incorruptā,* Græce ἄφθαρτον, id eſt, non pereuntem, ſed in æternum immarceſcibilem, incontaminatam, conſeruatam in cœlis, vt ait Petrus: de lapide pretioſo, qui Chriſtus eſt, reges, & ſacerdotes cum eo facti. Chriſtum autem coronat ex initio iuncto fini, id eſt Deo homine facto: & viginti quatuor ſeniores in Apocalypſi, detrahebant ſibi coronas de capite, & proiiciebant in terram, agnoſcentes ſe cum eo, & per eum viciſſe, ac proinde illi deberi coronas noſtras omnes.

Chriſtiani athletæ coronamquā accipient incorruptā *1. Pet. 1.*

Apoc. 1. Infra 5. Supra 4.

Pauli curſus qualis. *Pſal. 118.*

Subdit: *Ego igitur ſic curro.* Non ſolum nō ſedeo, non ambulo, ſed curro viam mandatorum, dilato corde per charitatem. Seipſum vero in exemplum proponit: & optimus diſcendi modus in præceptoribus à ſeipſo exempla inuenire. *Non quaſi in incertum.* Id eſt, Non incerta fide, & ſpe dandi præmii dubia, ſed firma, & ſolida, & non tantum credenti danda, vt Lutherus ſomniabat, ſed bene currenti, & ducem Chriſtum ſequenti, & in finem vſque perſeueranti. *Sic pugno* Contra dæmones, & peccata, & meam deprauatam naturam. *Non quaſi aerem verberans.* Vt ille, qui gladio in aerem ictus iactat, & neminem lædit. Non ergo aerem verberans, ſed aereas poteſtates, cum quibus ſibi erat colluctatio, & acre bellum. Cui is, qui dicit, & non facit, abſimilis non eſt. *Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* Verbum Caſtigandi, Græco in textu, & in ſcholiis Græcorum ὑπωπιάζειν. eſt Liuidum facere, vt Paulinus ad Seuerum legit; forte etiam flagellis, cilicio, & ſimilibus contundere ob peccata præterita, vt pro illis ſatisfaciamus, vel ob præſeruationem in futurum vt ſalliuntur carnes recentes ne putreſcant. Inde Ioannes Baptiſta, etſi iuſtus, & innocens, pœnitentiam agebat. Vetuſti codices habent ὑποπιάζειν. Ita legunt Clemens lib. 3. Strom. prope finem, & Nazianzenus contra Eunomianos. Et ſignificat deiectum opprimere, quod cōuenit luctatori, quemadmodum prior lectio, cuius proprium eſt ſugillare, & faciem plagis cædere, atque hæc quidem ſuſtinere. Subdit: *Et in ſeruitutem redigo.* Non ait, corpus occido, aut membris ſuis priuo: ſed eatenus caſtigandum eſt, vt ſpiritui ſeruiat, vt recte Baſilius libr. de Virginitate ponderat, hæc verba examinans. Et ait, *Caſtigo corpus.* Non directe ait, Caſtigo vitia carnis, ſed indirecte, & ita dæmonem confœderatum cum ſenſu noſtro, qui in luſtro carnis deliteſcit, & tentare ſolet, peto, & illi plagas infero, vt eleganter ait B. Anſelmus. Ille enim carne noſtra nos ipſos oppugnat. Vnde & per Euam quaſi per carnem noſtram, Adamum, id eſt ſpiritum oppugnauit, expugnauitque. Hæc verba; *Ego igitur ſic pugno non quaſi aerem verberans.* Euſebius Emiſenus homilia de initio Quadrageſimæ primæ ponderans, dixit: *Quod cum loquitur, neſcio quas in aere poteſtates ſe verberare teſtatur. Sed caſtigo, inquit, corpus meum, & cæt. Ecce beatus Saulus iam Chriſti habitaculum, iam vas electionis effectus, intelligit ſibi non ſufficere ſolam gratiam, niſi gratia* adiun-

Vt curreret ille non quaſi in incertum.

Quomodo item nō quaſi aerē verberans ille expugnaret. *Epheſ. vlt.*

Ad V. dub. Idem ſi erat perfectiſſimus, corpus ſuū quare caſtigabat tamē, & quo modo. *D. Paul epiſt 2. Matt. 3.*

Clē. Alex. tom. 2 Gregor. Nazian orat 1.

Quem admodum & illud redigeret in ſeruitutem. *B. Baſil. paulo remotius à prin. to. 2.*

B. Anſelm. Par. 2.

Gen. 3.

Act. 9.

a [illegible] ſolicitudinem [illegible], & laborem [illegible] [illegible].

Poſtremò dubio reſpondendum, In id: *Ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* Id eſt, [illegible] certitudinem [illegible] habent. Vel, vt notauit Origenes in Verbis illis vltimis ad Romanos 8. *Neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, &c.* [illegible] *a charitate Dei ſe poſſe* [illegible]*, neque ex* [illegible] *aduerſitatum* [illegible] *pere metum,* [illegible]*, quod perfecta charitas foras* [illegible] *timorem. Habet tamen aliquando ipſe metum, & timuit ne forte cade-ret & ipſe qui* [illegible] *aduer-ſum ſe* [illegible]*, alioquando* [illegible] *metuit,* [illegible] *quando dicebat ſcribens ad Corinthios; Ne vero corpus meum &* [illegible] *ne forte cum alijs prædica-uerim, ipſe reprobus efficiar.* [illegible] Hæc ille. Vbi ſimul [illegible] epiſtolam ad Romanos [illegible] ad Corinthios. [illegible] epiſtola [illegible] perfectum [illegible] Sicut enim reprobus [illegible] electi [illegible] non poteſt, quia cum electus [illegible] Sic etiam reprobus, qui Græcè dicitur [illegible] [illegible] ab hominibus [illegible] alius [illegible] eſſet, & forte meliusque [illegible] ret, ſi de bonis [illegible] quaſi di-cat: Contende [illegible] ne doctrinæ [illegible] opera [illegible] pugnent, & ita [illegible] [illegible], & [illegible] negligam ipſe quæ ab [illegible] & ipſe pro reprobo ab alijs habear. [illegible] [illegible] ad Corinthios [illegible] vocem [illegible] dicit: *Vos metipſos tentate, ſi eſtis in fide, ipſi vos probate. An non cognoſcitis vos metipſos quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi forte reprobi eſtis? Spero autem quod cognoſcetis quia nos non ſumus reprobi.* [illegible] *vt vos quod bonum eſt faciatis, nos autem vt reprobi ſimus,* [illegible]. Omnis [illegible] verbum Dei, & opere non [illegible] reprobus [illegible] [illegible] vitijs [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Dominus. [illegible]

is prædicatum [illegible] apud eos qui videre [illegible] operationem.

DISPVTATIO XVII

In Apoſtoli verba; *Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt: & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt. Bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos, petra. Petra autem erat Chriſtus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo; nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, &c.* vſque in finem capitis 10.

PROSEQVITVR Apoſtolus idem argumentum, vt Corinthios deterreat ab idololatria, [illegible] [illegible] vnde animum à idololatriæ communicatione [illegible] [illegible] exempla in [illegible] In quo [illegible] Corinth. [illegible] [illegible] ſub Euangelio [illegible] [illegible] [illegible] dam, [illegible] [illegible] Chriſtum [illegible] & [illegible] [illegible] Auguſtini ſententia [illegible] [illegible] [illegible] Valentinum de Fide & operibus.

[illegible] dubia diſſoluenda [illegible]. Primum eſt quo modo [illegible] patres baptizati in Moyſe, & in nube, & in mari, & eandem ſpiritalem eſcam manducaſſe; cum nondum eſſet inſtitutus Baptiſmus, & Euchariſtiæ [illegible] [illegible] Sacramentum quod nos manducamus, neque eundem potum ſpiritalem quem nos bibimus bibiſſe. Deinde quomodo bibebant de ſpiritali conſequente eos petra, id eſt Chriſto. [illegible] [illegible] in pluribus illorum Deo non fuit beneplacitum, & [illegible]

Aſſ. I. dubio [illegible] [illegible] Rom. 8

1 Ioan. 4.

Prior tempore ad Corinthi-os [illegible] ad [illegible] epiſtola [illegible] [illegible] Apoſtolus, ſecundum alios.

Argentum [illegible] reprobũ [illegible] 2. Corinth.

[illegible]

[illegible]

Quale [illegible] argumentum

Contra [illegible] [illegible]

1. Dubium.

II Dubium.

Tertium.

cum ait poſtremo ede in deſerto ad viginti [illegible] millia, cum Scriptura teſtetur plagam illam viginti quatuor millia abſumpſiſſe.

Quarta. Quarto, quomodo hæc fuerint figura noſtri, ne ſimus videlicet concupiſcentes malorum; aut idololatræ efficiamur, aut tentemus Chriſtum, ſicut quidam illorum tentauerunt, aut ne murmurauerimus, ſicut illi qui perierunt ab exterminatore: quæ fuit illa murmuratio, & quis fuit ille exterminator; & quomodo aſſerit omnia in typo Iudæis contigiſſe, & ſcripta eſſe propter nos, in quos, fines ſeculorum deuenerunt, cum poſt illa Pauli ſecula, noſtra ſucceſſerint, & noſtris alia ſucceſſura ſint.

Quinta. Quinto dubitatur circa illa verba: *Si quis ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*, an ſemper videlicet in timore ſalutis noſtræ permanere debeamus. Quæ item eſt illa tentatio humana Corinth. cum factiones alerent, & ſcortarentur adeo, vt vxorem patris ſui quis haberet: quæ ſane tentationes humanæ non erant. Et cum aſſerit non tentandos illos ſupra id quod poſſunt, merito dubitatur nam quidam ita tentantur, vt cadant; quod genus tentationis ſupra vires eſt.

1.Cor 5.

VI & vlt. Sexto cur exhortetur Corinthios vt a vitio idololatriæ fugiant: numquid ergo religionis Chriſtianæ alumni, ſi [illegible] erant? Hæc dubia primo ſunt explicanda; Deinde in altera Capitis parte, reliqua quæ ſuperſunt, proponentur, et diſſoluentur.

Hac phraſi Nolo vos ignorare, ſignificat Apoſtolus [illegible] 1 Cor 12.

Primum diluamus: Præmiſerit Apoſtolum *Nolo vos ignorare fratres*: & poſtea capite ſequenti, *Volo vos ſcire*: namque ſtudio aliquod myſterium ex Scripturis eruit, quod moribus velit applicare, [illegible] vt ſolet. Et Apoſtolis opus eſt oſtendere, Iſraelitas non minus fuiſſe populum Dei electum, quam nos ſimus, & tamen peccantes, manus Dei non euaſiſſe, quæ in illos ſæuire animaduertebant.

Patres noſtri qui nã ſub nube fuerunt, Apoſtolo.

Vocat patres noſtros, maiores, qui ex Ægypto aſcenderunt in terram promiſſam, non quidem ſanguine, ſed eadem fide. Et quia duo Sacramenta præcipua habemus, Baptiſmum ſcilicet, & Euchariſtiam; oſtendit, Iudæos olim eadem fere habuiſſe, qui ſub nube fuerunt, & mare tranſierunt.

Sub qua nube fuerint. Exod. 14. Supra 13.

Erat autem columna nebis, quæ Iſraelitas protegebat ab æſtu Solis [illegible], & curſum eorum dirigebat ſimul, & columna ignis per noctem, quæ illis Baptiſmi, & confirmantis Spiritus ſancti inſtar fuerunt. Dedit etiam in manna, & aquam [illegible], ſymbolum Dominicæ cœnæ. *Omnes*, inquit, *in Moyſe baptizati ſunt*, id eſt per Moſis miniſterium, & per tranſitum maris Rubri, vbi ad [illegible] per Moſen vt [illegible] ſanctificati ſunt ad ingreſ-

Exod. 16. Infra 17. Num. 20. Manna, & aqua de petra [illegible] myſterium.

ſum terræ promiſſionis; id eſt, vt terra illa indigni non haberentur. Et vero populus omnes fuerunt [illegible] crediderunt Domino & Moyſi ſeruo eius. Sicut nos ſpiritualiter regeniti credimus in Deum, & in Ieſum Chriſtum Filium eius, teſtibus D. Baſilio lib. de Spiritu ſancto, & Chryſoſtomo hoc loco dicente: *In Moyſe baptizati ſunt: quia Iudæi quod Moyſi conſiſi ſunt, [illegible] viderunt eum primum mare tranſeuntem, etiam ipſi mari ſe credere auſi ſunt*, Eleganter quoque Theodoretus [illegible], inquit, *erant [illegible] typus. Mare enim [illegible] piſcinam ſiue lauacrum; nubes autem gratiam Spiritus, Moſes vero Sacerdotem, virga autem crucem. Iſrael vero ſignificabat eos qui baptizabantur, perſequentes vero Ægyptij implebant figuram dæmonum: ipſe autem Pharao erat imago diaboli.* Hactenus ille. Oecumenius vero, *Sub Moſen*, inquit, *baptizati ſunt. Si quidem [illegible] ingreſſum, imitati ſunt [illegible] tanquam primarium à Deo ſuſceptum Moſes.* Et Athanaſius in quæſtionibus ad Antiochum principem declarat, omnes in Moyſe baptizatos fuiſſe: quia Baptiſmi ſignum erat, quod per Rubrum mare pertranſiuit Iſraelitarum populus Nam ſicut illi tranſierunt, & [illegible] inimicorum inſidias, & in deſerto nutriebantur manna: ſic etiam baptizati liberantur à ſpirituali Pharaone, & ab Ægyptiis dæmonibus, [illegible] ſuper cœleſti pane [illegible] Spiritus. Baſilii vero [illegible] lib. de Spiritu ſancto hæc ſunt verba: *Fides*, inquit, *quæ erat in Moſen, ad Dominum refertur, qui ſequeſter eſt inter Deum, & homines, qui dixit: Si crederetis Moyſi, crederetis vtique & mihi. [illegible] fides in Dominum, quæ per Moſen [illegible]? Conſimili ratione & quod in Moſe baptizatum eſt, [illegible] eſt [illegible] Spiritus gratia in baptiſmate. Quanquam & aliqui poſſunt dicere, conſuetudinem eſſe Scripturæ, Moſi nomine etiam ſignificare legem, [illegible], Habent Moſen, & Prophetas.* Hactenus. Per illud ergo vmbratile Baptiſma Moyſi ſanctificati ſunt quodammodo Iudæi, & facti populus Dei, quia crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius: ſicut nos regeneramur baptiſmo noſtro, & credimus, videlicet, In Deum Patrem, & in Ieſum Chriſtum Filium eius, & in Spiritum ſanctum.

Sed hic quæritur, [illegible] duplicandum in nube, & in mari, cum vnum tantum ſit Baptiſmi Sacramentum: numquid geminandus eſt baptiſmus, vt hæretici dicunt. Nequaquam. Sed Chriſtus [illegible] alio loco ex duobus [illegible] Sacramentum, cum dicit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

Oecumenius [illegible] Moſe baptizatos [illegible]. Theod. in [illegible] Baſil. [illegible] Chryſoſt. hom. 23. Theodoret. [illegible]

Oecumen. c.

Athan. [illegible]

[illegible] Baſil. lib. de Spiritu ſancto [illegible]

Moſes [illegible] Scriptura

[illegible]

aqua inferiori, vt mari; nube vero alta, vt Spiritu ſancto ex alto ad nos venienti: vt olim ingreſſi in terram promiſſam, & in regna Chananæorum, quæ occupauerunt experti tamẽ prius maris beneficiũ,vt Pharaonis ſæuitiam effugerent, & de præſenti mortis periculo elaberentur. Experti etiam nubes donum quod viam monſtrabat, & à feruore Solis protegebat; ita quoque nos in illis ſignis, quæ externam commoditatem Iſraelitis præſtabant, vtilitatem noſtri ſpiritualis Baptiſmi adumbratam experimur.

II. ratio e natura nobis.

Deinde aqua maris,& nubes eiuſdem ſunt naturæ. nam nubes ſunt exhalationes aqueæ è mari noſtro aſcendentes, quæ vbi fuerint craſſiores redditæ,nubes fiunt.

II. ab eius ſignificatu.

Eſt præterea nubes ſymbolum præſentiæ Dei, & illa ſignificatur Deũ cum illis fuiſſe protectorem,& liberatorem à Pharaone.

Iſraelitis ante ingreſſum & poſt egreſſum maris Rubri quæ duo fuerit tradita Sacramenta quodammodo. *Exod. 16. Num 20.*

Ad aliud vero argumentum, quomodo eandem eſcam ſpiritalem manducauerint: dicendum eſt, Deum in ingreſſu quidem maris à principio dediſſe illis quoddam baptiſmatis Sacramentum: poſtea vero per tranſito mari exhibuiſſe illis aliud Sacramẽtum in manna exhibito, Exod. 16. & in carnibus coturnicum,& aqua de rupe fluente in deſerto. Oſtendens non ſufficere,Sacramenta Eccleſiæ ſuſcepiſſe,quin poſtea peccantes puniantur: ſicut nec Iudæos ſua beneficia quæ acceperant, defendere à flagello potuerunt.

Cum eſſet corporalis eſca,& potus, quare dicitur ſpiritalis. *Sap. 16.*

Vocat igitur ſpiritalem eſcã, & ſpiritalem potionem; cum tamen eſſet temporalis, & viſibilis: quia occulta, & arcana Spiritus ſancti virtute data ſunt. Vnde in libro Sapientiæ habetur: *Angelorum eſca nutriſti populum tuum, & paratum panem de cœlo praſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habẽtem, & omnis ſaporis ſuauitatem.*

Num 20. Altera ratio.

Potum etiam dicit ſpiritalem,quia de petra non ſine miraculo eductus eſt, de quo homines biberunt,& iumenta. Dicitur etiam eſca,& potus ſpiritalis, quia in ſymbolum, & ſignificationem rerum ſpiritalium quæ nobis exhibitæ ſunt in nouo Teſtamento per Chriſtum, data ſunt.

Ad I. dubium. Quomodo eandẽ eſcam mãducauerit, & eundem potum ſpiritalem biberint Iudæi atque Chriſtiani cum ſacra tunc Euchariſtia nondum eſſet inſtituta? I. ſolutio quorundã

Et aduerte, olim quoſdam non ſatis exacte hunc locum interpretatos fuiſſe,vt etiam Rupertus Tuitienſis in cap. 6. Ioannis animaduertit. Nam pertractans illud: *Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo,ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum*, ait: *Quem nos de altari ſancto accipimus: & ſanguinem, quem de cœlo,id eſt,calicem epotamus, quem patres noſtri ediſſe, & bibiſſe feruntur: & ita eandem eſcam quam nos manducamus,& eundem potum,quem nos bibimus,illos bibiſſe.* Qui quidem ſenſus mirifice hæreticis noſtri ſeculi placet, qui dicunt tantũ ſacramentum continere ſigna & ſymbola Chriſti corporis, & ſanguinis, non autem res ipſas,quæ ſunt Corpus Chriſti,& ſanguis.

& inepta, hæreticæque fauens admodum nouitati. Altera, Pauli menti, verbiſq; congruentior.

Sed dicendum eſt, quod & illud baptiſma in Moyſe vmbratile fuit,& dignos tantum fecit ad ingreſſum terræ promiſſæ Iudæos,non fuit idem tamen cum noſtro, in quo datur remiſſio peccatorum,& adoptio & ius ad ingreſſum terræ cœleſtis: ita nec idem eſt noſter cibus, & potus cum illis, ſed longe excellentiora,& maiora.

De quibus dixerit Apoſtolus, quod eandem eſcã, & eundem potum ſpiritalem manducauerunt, & biberunt. *Num. 16.*

Quod ſi vrgeant, Apoſtolum dicere,eandem eſcam,& eundem potum: Reſpondẽdum eſt,quod cum idem eſus,& potus non fuerit cum illo, quem nos participamus in menſa altaris,vt res ipſa clariſſime docet,id eo illa relatiua, Eandem, & Eundem, non ſunt referenda ad nos,ſed ſignificat,eãdem quam olim habuerunt Datan, & Abiron, & Moyſes, & Aaron, eãdem & habuit Core,quam Caleb,& Ioſue,id eſt communem bonis, & malis, qui eo tempore ea ſumebant.

Figuræ, & vmbræ natura.

Quem ſenſum veriſſimum comprobat Apoſtolus ſequentibus verbis: *Hæc autem omnia in figura contingebant illis.* at figura nuſquam eſt ipſamet res quam figurat: quẽadmodum & vmbra non eſt idem quod ipſius corporis ſubſtantia.

Spiritalis, & conſequens cur petra vocetur.

Quæritur etiam quid ſit quod ait: *Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra. Petra autem erat Chriſtus.* Petra hoc loco dicitur ſpiritalis, ex qua arida & ſicca eduxit ei potentiæ miraculo aquam. Et quia ſignum fuit Chriſti in latere lancea percutiendi, ex quo poſtea percuſſo exiuit ſanguis,& aqua. *Ioan. 19.*

Phot. apud Oecum. c. 5 Vnde hanc hauſerit doctrinam Apoſtolus *Iſa. 4. Infra. 48.*

¶ Deinde vocat petram conſequentem,vel vt alii legunt,obſequẽtem,nam Græca vox eſt ἀκολουθούσης,id eſt,obediente,& deſiderio Iſraelitarum ſitientium obſequente,vt eleganter Photius exponit. Et alludit ad locum Eſaiæ cap. 43. *Dedi in deſerto aquas,flumina in inuio vt darem potum populo meo, electo meo.* Et cap. 48. *Non ſitierũt in deſerto:cum educeret eos:aquam de petra produxit eis,& ſcidit petram,& fluxerunt aquæ.*

Quid aliis conſequẽs petra.

Alii vero interpretantur: Conſequente eos non petra, quæ ibi remanſit, ſed riuus ex petra profluens populum eſt comitatus, ac ſi ipſa rupes fuiſſet illum cõſecuta. Nam quemadmodum eſca comitata eſt eos à deſerto vſque ad ingreſſum Terræ promiſſæ, ita potus,vel alueus ex petra eductus comitatus eſt eos. Nam ſi fuiſſet vnius diei beneficium, poſtridie fuiſſet iterum percutienda rupes. Et ita intelligunt Iudæi textum Num. 20. vbi hæc habentur. Et Chaldæus paraphraſtes.

III. Senſus, nimirum Caietani.

Caietanus tamen vocat Chriſtum petrã ſpiritalem, quæ dicitur conſequens, quia

IV. B. Baſilii.

futurus erat in carne; & quia indiuiduus comes erat ſecundum Diuinitatem. Et interpretatur: Bibebant enim de ſpiritali petra: quia bibebant, & hauriebāt quotidie de beneficiis Meſſię & meritis eius præuiſis. Baſilius vero eleganter docet, Chriſtum figurate dictum eſſe lapidem, ex quo aqua promanabat, quia typus erat viuificæ potentiæ verbi Dei, quod de ſe dixit: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat*: & Euangeliſta *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*: quod mihi ſolidius videtur, & ſuauius.

Baſil. li. de Spiritu S. c. 14.
Ioan. 7.
Luc. 6.

III. Solutio dubitationis Quemadmodum in pluribus illorum, vt ait Paulus, ſed licet Iudæorum, rubrum mare tranſeuntium, non ſibi cōplacuerit Deus, qui tamen paria fuerant cum aliis beneficia conſecuti.

Ad tertium reſpondendo, dicimus, non ſibi complacuiſſe Deum in illis nam etſi omnibus omnia fuerint communia beneficia; ponit tamen differentiam quantum ad terminum, id eſt, ad ingreſſum Terræ promiſſæ. Non ergo in pluribus eorum, ſed in quā pauciſſimis, id eſt, in duobus, Ioſue, & Caleb, ſibi complacuit, vt habemus Nume. 14. & Deut. 1. Cæteri vero egreſſi ex Ægypto, & numerati à viginti annis, & ſupra, proſtrati ſunt in deſerto, ita vt etiam ipſe Moſes, & Aaron excluſi ſint ab illo beneficio ingreſſus Terræ promiſſæ.

Num. 14.
Supra 20.

Quartæ quæſtionis ſolutio. Quid ſit: Hæc autē in figura facta ſunt noſtri.

Reſtat ad quartum reſpondere, Apoſtolum hæc ad nos erudiendos referre: *Hæc autem*, inquit, *in figura facta ſunt noſtri*, Id eſt, figuræ, ſiue typi noſtri extiterunt, id eſt, exēplaria, in quibus tanquam in tabellis Deus nobis delineare voluit quid fugere, & quid ſequi debeamus. Itaque in hunc modum explicat delicta Hebræorum, & ſupplicia, quibus ſunt à Deo puniti. ¶ *Ne ſimus*, inquit *concupiſcentes malorum*, *vel rerum malarum*. ¶ Nam eſt etiam concupiſcentia boni, iuxta illud, *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationēs tuas in omni tempore*: & liber Sapientiæ: *Concupiſcentia itaque ſapientiæ deducit ad regnū perpetuum*. Igitur ſermo eſt de concupiſcētia mali, quæ peculiariter prohibetur nono & decimo Decalogi præceptis.

Concupiſcētia quæ bona atq; laudabilis.
Pſal. 11.
Sap. 6.
Exod. 20.
Rom. 7.

Eius dicti Non concupiſces primus ſenſus incongruus.

Cum ergo ait: *Non concupiſces*: non ſignificat; Noli habere fomitem, ſiue concupiſcentiam, quia id impoſſibile eſt in hoc ſtatu, etiam gratię & reparationis, quanquam ſenſim, & in dies remittatur, & langueſcat, vt minus poſſit ad peccatum allicere: abfuit tamen talis concupiſcentiæ motus in ſtatu innocentiæ, ſicut & in futuro cœleſtis gloriæ ſtatu prorſus aberit. ¶ Secundo non eſt ſenſus; Noli habere primos motus, id eſt, præuenientes rationem, & qui nobis nolētibus inſurgunt: tales enim ad peccatū minime imputantur, ſed plerunq; ſint magni meriti, & coronæ occaſio, ſi illis obuiam eamus: ſunt etiam cauſæ humilitatis, & ad peccandi ſtudium recurrendi: & cum ſola caro concupiſcit, dicere poſſumus. *Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatū*: nimirum quia ego Spiritus ſum, & Spiritus concupiſcit aduerſus carnem.

Alter item ineptus, & falſus.
Rom. 7.
Galat. 5

Tertius verus, & congruus.

Tertio ergo: *Non concupiſces*: Id eſt: Non habeas vllas, vel veniales, vel lethiferas cōcupiſcentias, etiam delectatione, vel conſenſu tantum, vel opere externo perfectas. Ita vt ſenſus ſit, Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere, id eſt, concupiſcentia perueniēte ab appetitu ſenſus ad voluntatem rationalem. Vnde ſequitur: Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis.

Eccl. 18.
Ibid. 31.

Quam Iudæi fuerint concupiſcentes malorum.
Num. 11.

Ne ſitis ergo concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt. Multa ſiquidem Iudæi, vt cupiditatibus ſuis facerent ſatis, deſiderarunt, vt carnes, piſces, aquam, cepe allia, pepones, & cucumerus, reuerti in Ægyptum, & puellas Madianitidas experierunt ad fornicandum cum eis. Proponit ergo neophytis Corinthiis patrum Veteris Teſtamenti exempla, vt illorum capitibus eos erudiat, doceatque, eundem Spiritum in vtroque populo extitiſſe. Et licet Gentiles ſuis concupiſcentiis non carerent, idololatriam, & alia facinora conſectarentur: non erat tamen ita nota ſicut illa Iudæorū, quia tunc Deus in eos telum ſuum exercebat, & dimiſit Gentes ingredi vias ſuas. Et omnes licentiæ carnis conceſſæ Iudæis et ā cum reſtitutione, magis ac vehementius vrgebant Gentiles.

Iudæorum potius, quā Gentium concupiſcentia Corinthiis cur fugienda proponitur.
Act. 14.

Neq; idololatræ efficiamini, (vel ſimulachrorum cultores) ſicut quidam ex ipſis. Hoc exemplo docet Paulus cauendum eſſe à cultu Idolorum, & eſu idolothytorum, & epulis ſacris, quas in Deorum honorē conſtituebant. Eſtq; ſermo de vitulo aureo, qui conflatus eſt, & adoratus Exod. 32. ab Iſraelitis ob moram longiorem, quam eorum leuitas ferret: quanquam Rabbini contendant hoc peccatum in proſelytorum vulgus iniicere. Sed Paulus hoc loco de Iudæorum patribus loquitur, quos huius criminis accuſat. ¶ Quod vero Aaron peccauerit aſſentiendo iniquæ Iudæorum poſtulationi, ſatis oſtendit reprehenſio, qua Moſes eum coarguit: quantumcunq; Rabbini eum excuſare conentur.

Quænam Iudæorum idololatria à qua Corint. deterrentur.
Exod. 32.

Peccatum Aaron.
Ibid.

Quemadmodum ſcriptum eſt, ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. Moſes hoc loco de ſacro conuiuio, quod in Idoli cultum impii Iudæi celebrabant, verba facit. Poſt cibum ergo ludebant cantando, & choreas ducendo, vt habetur Exod. 32. nam epulum, & luſus, duæ appendices idololatriæ erant: fuitq; tam populo Dei, quam Gentilibus (quorum ritum tunc Iſraelitæ vitulum colendo, imitati ſunt) in

Qualis eſus, & potus Iudæorum idololatrarū Moyſi.
Ibid.

Deorum ſacrificia, more Gentium, epulo, & luſu cōſumātur.

more

more poſitum,vt immolationi epulum adiungerent, cui intereſſe nullus profanus, aut immundus valebat.Sacros etiam ludos Idolis ſuis Gentes inſtituerant, in quibus Romani, & Græci multa obſcœniſſima, & dicentes,& facientes obſeruabant:vſq; adeo,vt quicquid ſibi arridere,quantumcunque fœ lum,& impudicum eſſet,Diis affingerent,credentes omni genere obſcœnitatis deos ſuos delectari perinde atque ipſi.Ideo Exod.32.habemus,dixiſſe Deũ ad Moyſen; *Vade,deſcende,peccauit populus tuus quem eduxiſti de Terra Ægypti. Receſſerunt cito de via quàm oſtendiſti eis: feceruntque ſibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hoſtias dixerunt, Iſti ſunt dii tui, Iſrael,qui te eduxerunt de Terra Ægypti.* Et paulo ante: *Surgenteſq; mane, obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.*

Quam turpia, & obſcœna (quales videlicet earum Dii) eiuſmodi ſacrificia.

Exod. 32.

Sed cur potius Apoſtolus meminit epuli,& ludorum,quam immolationis,adorationis & idololatriæ? Reſpondeo:elegit id, quod Corinthiis maxime congruebat. Nec enim veriſimile eſt Corinthios impiorum conuentus celebraſſe, vt coram idolis ſe proſternerent, aut illis victimas offerrent, ſed communicabant eorum conuiuiis in dæmonum honorem inſtitutis,neq; fugiebant ludos,& ceremonias,quæ idololatriæ ſymbola erant. Propterea non abſque cauſa voluit Apoſtolus,id,in quo peccabãt,ab ea nominari,etſi nulla ſit idololatriæ, pars, quin in ea homo pollui poſſit. De ſupplicio vero, quo Moſes vltus eſt hoc tantum crimen, Paulus noluit meminiſſe,ideo quod illi vulgo ſatis notum erat: nam vitulum contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſrael (vt quidam docẽt) ne poſtea oblatum Idolo poſſet offerri in templum Deo. Fuit etiam ibi magna ſtrages: nam tria millia cecidiſſe,veritas Hebræa teſtatur,& veritas 70. Interpretum, & Chaldæus interpres, etſi quidam corrupte ibi legant viginti tria millia, accipientes ex hoc loco Pauli, cum tamen numerum Paulus non deſignet: confundentes vnam hiſtoriam cum altera,quã mox interpretabimur. Pulchre autem Tertullianus in libro de ieiunio contra Pſychicos dixit: *Manducauit populus, & bibit, & ſurrexerunt ludere. Intellige ſanctæ Scripturæ verecundiam, luſum niſi impudicum non denotaſſe.* Quibus in verbis non meminit fornicationis carnalis,ſed ſpiritualis idololatriæ, quæ impudicitior eſt. Idem Tertullianus librum edidit de ſpectaculis, in quo diſſerit, an fidelibus qui Chriſtum colunt,liceat publica adire ſpectacula,in quibus ludi exhibentur

Cur Apoſtolus epulum tantũ & ludum Iudæorũ, non autem vituli adorationem commemorat.

Idem Iudæorum idololatrãtium pœnã cur tacuerit ac diſſimulauerit. *Exod.* 32.

Quid q; Moſes vitulum adoratum contriuit in puluerem, & ſparſum in aqua dedit ex eo potum filiis Iſrael.

Idololatriæ ob crimen quot perierint millia.

*Tertul.cir. princ.to.*2.

Iudæorum fornicatio ſpiritalis maxime impudica.

ſpectandi. Affert tandem ſententiam non licere: quoniam in deorum falſorum, hoc eſt dæmonum, cultum, & honorem tales ludi ac ſpectacula exhibeantur: ita vt eſum immolatorum idolis, & ludos, atq; ſpectacula interdicta eſſe velit Paulus Chriſtianis quia pars erant idololatriæ.

Subdit: *Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.* Recte hoc crimen accuſat: quia Balaam conſilium dederat Regi Balac, vt Moabitides fornicarentur cum filiis Iſrael, vt earum amore allecti,Idololatricum cultum cum Beelphegor admitterent, ſic, vt per pellices, & ſcorta diis alienis ſacrificarent,& ſacra facerent. Hinc in principio ca. 25. libri Numerorum habetur: Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua: at illi comederunt,& adorauerunt deos earum. Initiatuſque eſt Iſrael Beelphegor. Ciuitas etiã Corinthi templum habuit Veneri dicatum,& puellas plus mille,quæ ibi quęſtum corporis faciebant.

Eorũdem carnalis fornicatio quam merito notetur.

Quam fornicaria ciuitas Corinthi.

Illud pręterea euacuandum venit de numero viginti trium millium qui ceciderũt. Beza, & Caietanus putant errorem eſſe in litera, & pro vigintiquatuor millibus poſitum vigintitria millia, vt dicitur Nume. 25. Sed quia ſine ratione, & certo aliquo codice ab illis aſſeritur,non eſſe facile admittendum: nec ea ratione Scripturæ exponendæ ſunt,ſed expendendæ potius. Quia non viderunt vna die cecidiſſe vigintitria millia, quia primo die iam obierant mille iuſſu Moyſis: vt omnes ſimul ſint viginti quatuor millia.

Cum viginti quatuor millia Moſes aſſerat, cur viginti tria tamen millia idololatrantium Iudęorum cecidiſſe hic Paulus atteſtatur. *Infra* 25. *Ibid.*

Bezæ ſolutio & Caietani reiicitur.

Neque tentemus Chriſtum ſicut quidam eorũ tentauerunt,& à ſerpentibus perierunt. Tangit hiſtoriam Num.21. vbi populus cepit faſtidium diuturnitatis, & moræ in deſerto, & conqueſtus eſt de ſorte ſua, murmurando in Deum,& contra Moſen. *Cur,* inquit, *eduxiſti nos de Ægypto, vt moreremur in ſolitudine? Deeſt panis,non ſunt aquæ,anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo:* ob quod murmurationis delictum immiſit Dominus igniros ſerpentes. Et hoc murmur vocat Tentationem Dei,nec improprie quidem,quia tentatio proprie eſt patientiæ contraria. Eſt enim tentare, periculum facere de potẽtia alicuius,vel de ſapientia. Cum enim interdum non deſint conſueta ac familiaria, vti illis dedignamur, & vellemus exquiſitis ac familiarib. modis adiuuari. Tales ſunt,qui non ſunt contenti Chriſti ſignis quæ tradunt Euangelia,ſed alia quædam vellent ad firmandam Fidei veritatem. Ita illi habentes neceſſaria, carnes tamen, piſces parari

Iudæi quãdo Deum tẽtauerint tanta cum ipſorum pernicie. *Num.*21.

Murmur in Deum, & in Moſen hominem Dei, cur vocetur tentatio.

Tentent hodie qui Deum in primis. *Num.* 11. *Matth.*4.

ſibi volebant. Et Chriſtus dixit Satanæ tentanti de præcipitio, *Non tentabis Dominum Deum tuum.*

Aliud genus hominum Deũ tentantiũ.

Aliud genus tentationis eſt, quando carentes neceſſariis, & habentes promiſſionem Dei, & ſuadente pietate, vt patienter expectemus, multi recuſant operiri Dei auxilium, ſed audent leges Deo præſcribere, & modum etiam, quo vellent ſibi ſubueniri: quod tentationis genus oritur ex impatientia noſtra, volentes Deum anteuertere, nec nos Deo regendos permittere. Alia tẽtatio ex impudentia, & contemptu ortum habet, cum æmulari Deum volumus tanquam illo fortiores: & Petrus dixit: *Quid tẽtatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus.*

Tertium.

Act. 15.

Quorum Iudæi Deũ tentantes, ſerpentum morſibus perierint.

Et à ſerpentibus (inquit) *perierunt.* Serpentes iſti, aut præſteres erant, aut cauſones, aut diſpides, à quorum hominum morſibus inarceſcunt, & ad potum aquæ efferueſcunt, quales naſcuntur in Lybia, & præcipue in Arabia, per quam aſcendebant ex Ægypto. Et ſignanter ait: *Ne tentemus Chriſtum, quia Ieſus Chriſtus heri, & hodie: ipſe & in ſecula:* Diuinitatem ſcilicet Chriſti: eiuſq; æternam, & perpetuam naturam inſinuans. Nec immerito ſane: quia Chriſtus Deus ductor erat peculiaris illorum, neque Deus beneficia in nos aliter diſpenſat, quam per Chriſtum. Vnde credendum eſt fuiſſe illum Angelũ qui præibat Iſraelitas, & Moyſi primo viſum Exo. 3. & 4. & ſæpe vocatur Iehoua.

Heb. vlt.

Cur illi tentare Chriſtum non debuerint, vt etiam nec nos.

Detractor quam ſimilis ſerpenti.

Eccleſ. 10.

Et recte detractor comparatur ſerpenti, nam Eccl. 14 habetur: *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit.* Ideo ſerpentes ſpirituales per venenatos ſerpentes puniuit Deus.

Iudæi ob quod murmur perierint ab exterminatore, ſecundum alios.

Num. 14.

Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc murmuratio referri poteſt ad reditum exploratorum, vbi vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati ſunt contra Moyſen, & Aaron cuncti filii Iſrael. Num. 14. Sed quia eiuſmodi murmuratio nullo proprio flagello vindicata fuit, præterquam quod omnes ab ingreſſu Terræ promiſſæ excluſi ſunt, non videtur Apoſtolus de ea ſermonẽ habere. Paulus vero hic ait extinctos ab exterminatore, vnde videtur ſpectare ad præcipuam murmurationẽ contra miniſtros Moyſen, & Aaron. Num. 16. vbi contra Core, Datan, Abiron, & Hõ. cum ducentis quinquaginta viris, quos ad ſuas partes abduxerant, eo quod temere ſibi arrogare voluerant ſacerdotium: & Dominus hunc furorem igne vltus eſt cœlitus miſſo, qui multos abſorbuit cum implorũ tabernaculis, & liberis; præclarũ, & memorabile iræ Dei documentum contra rebelles, & ſeditioſos. Idcirco orabat Paulus Philippenſes, vt omnia facerent ſine murmurationibus. Cumq; ſequenti die murmuraſſet populus cõtra Moyſen, & Aaron, quod interfeciſſent populum Domini, percuſſi ſunt ex eo ad quatuordecim millia hominũ & ſeptingenti, abſq; his qui perierant in ſeditione Core, ſcilicet præcedenti die. Quæ omnia typi noſtri fuerunt, & exempla, in quibus veluti in tabellis erudiremur de fugiendis peccatis idololatriæ, ſcortationis, tentationis Chriſti, rebellionis in ſuperiores. Et ſeruiunt iſta pro omnib. ſeculis, quia qui ſuccedunt, magis ſunt, in quos fines ſeculorum deuenerunt.

Alter ſenſus probabilior.

Num. 16.

Seditioſorum ac rebellium pœna.

Ph lip.

Num. 16.

Hæc omnia dicta de Iudæis, quomodo ſcripta ſint ad correptionem noſtrã, in quos, fines ſeculorum deuenerũt.

Ad quintam dubitationem in id, Si quis ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat: Tentatio vos non apprehendat; niſi humana. ¶ Elicit ex prædictis horrendis Dei in peccatores exemplis, non eſſe in otio, & ſecuritate permanẽdum, nec in ſcientia gloriandũ. Quare apoſtrophe vtitur ad ſciolos maiores Corinth. qui ſe omnium perfectiſſimos putabant, & fidentes ſibi erant, ac ſine vllo Dei timore alios deſpiciebant. Qui ergo videtur ſibi ſtare, videat ne cadat; id eſt, caueat à caſu, qui ei proximus eſt: quemadmodum Petro ſibi ſuper alios fidendi caſus cecidit.

Quinti dubii ſolutio

Quib. Corinthiis, & quare dictum ſit: Si quis ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.

Matth. 26.

Ibid.

Tentatio (inquit) *vos non apprehendat: niſi humana.* Hoc eſt leuis, & mediocris, ſiue hominis imbecillitati attemperata, vt Theodoretus interpretatur, iuxta illud Apoſtoli, *Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ:* & Comicus dixit:

Homo ſum, humani à me nihil alienum puto:

Dauid etiam: *Recordatus eſt quoniam puluis ſumus: homo ſicut fœnum dies eius.* Deniq; tentatio humana erat illa de peccatis, de quibus hactenus accuſauit eos, vt alere ſchiſmata, ſcortari, litigare apud tribunal Gentilium, edere idolothyta. Et Corinthij nondum erant propter Chriſtũ à Præfectis Prouinciarũ vexati: quia prima perſecutio fuit ſub Nerone, qui poſt tempore huius epiſtolæ regnare cœpit. Et moris Dei eſt in Scripturis Prophetarum, & Apoſtolorum, poſt aſpera, & amara adiungere blanda, ac conſolatoria: & vt corpus hyeme, & æſtate gubernatur, ita animus tẽtatione, & cõſolatione.

Tentatio nos apprehẽdat quæ niſi humana.

Theod. p. 1.

Terent. in Heautontim.

Act. 1.

Pſal. 102.

Humana quænam fuerint tentatio Corinth.

1. Cor. 5.

Infra 6.

Infra 8.

Animus noſter vtã Domino regatur in hac vita.

Et dicit de præterito Græce εἴληφεν apprehendit, etſi poſſit pro futuro accipi more Hebræo, & Ambr. & alij vetuſti codices legunt, apprehendat, & reſpondet præcedentibus, Videat ne cadat. Priorem lectionem ſequitur Cypria. lib. 3. ad Quirinum c. 91. dicens: *Tentatio vos non occupauit niſi humana,* & Caſſia. colla. 3. cap. 17. & collat. 13.

Amb. 11. 5.

cap.14.& lib.5.inſtitut.c.16. *Hoc Apoſtoli teſtimonium*, ait, *non intelligentes quidam, poſuerũt pro indicatiuo optatiuum modum. Tentatio vos non apprehendat niſi humana, quod ab ipſo magis dici manifeſtum eſt, non optantis, ſed pronuntiantis, vel exprobrantis affectu.* Hæc ille.† Humana autem tentatio dicitur illa, quæ fit ad probationem, ſiue ad explorationem alterius: & facilis eſt, & velit nolit, homini ſe ingerit, de qua Spiritus Sanctus, *Qui tentatus non eſt, qualia ſcit?* & Propheta: *Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.* & Tobiæ dicitur, *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te.*

Humana quæ tentatio nominetur. *Eccl.34. Pſal.34. Tob.12.*

Alia vero tentatio eſt in pœnam peccati de qua dixit Dominus, *Orate vt non intretis in tentationem.* Nam quę hominem proſternit, & in peccatum inducit, non iam humana, ſed diabolica dici debet, De qua Gregorius libr.1.curæ paſtoralis, cap.11.circa finẽ. *Tertio*, inquit, *non vos apprehendat, niſi humana: ac ſi aperte diceret: Humanum quidem eſt tentationem in corde perpeti: Dæmoniacum vero eſt in tentationis certamine, in operatione ſuperari.* Hæc ille. Qui ſimilia docet lib.21.in Iob, c.3. dicens. *Tentatio vos non apprehendat niſi humana, humana quippe tentatio eſt, qua plerunque cogitatione tangimur etiam nolentes: quia vt nonnunquam etiam illicita ad animum veniunt, hoc vtique in nobis metipſis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam vero dæmoniaca eſt, & nõ tentatio humana, cum ad hoc quod carnis corruptibilitas ſuggerit, per conſenſum ſe animus adſtringit. Hinc iterum dicit*: Non *regnet peccatum in veſtro mortali corpore: peccatum quippe in mortali corpore non eſſe, ſed regnare prohibuit; quia in carne corruptibili non regnare poteſt, ſed non eſſe, non poteſt.* Hæc ille. Talis illa tentatio Ananiæ, & Sapphiræ, quæ propterea Sathanæ tribuitur; quia ille ſemper tentat ad ruinam, & præcipitium noſtrum.

Orandum nobis in quam ne intremus tentationem. *Matth.26. Sup. 6. Greg. tom. 2.init.* Quid illud Tentatio vos non apprehendat, niſi humana, Gregorio. *Idem to.1.* *Act.5.*

Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. Ideſt, ſupra vires. Tentatio ergo humana eſt, in qua non ſinit nos tentari ſupra vires ex gratia acceptas. Et fidelis dicitur, quia nõ deficit à promiſſa gratia ad vincendam tentationem, & omne peccatum. Quod ſi obiicias, interdum nos tentari ſupra id quod poſſumus, iuxta illud poſterioris epiſtolæ cap.1. Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Supra modum, inquit, & ſupra virtutem, id eſt, ſupra vires humanas, ſed non ſupra vires, & facultates à Deo ſuppeditatas: quoniam tandem Paulus vicit illam tentationem, & ſuperauit diabolum. ¶ Quod vero aliqui tentati tentationi ſuccumbant, non eſt defectu diuinæ gratiæ, ſed ex noſtra voluntate nolente amplecti diuinum fauorem, & ſinente ſe trahi in voluptates carnis, & in voluntates dæmonis. ¶ *Qui etiam (fidelis Deus) faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* Id eſt: Tentatus comparabit ſibi meritum, & lucrum, ſi reſtiterit. Prouentũ Græce ἔκβασιν, hoc eſt, exitum ſiue euadẽdi facultatem. Quare ſubdit: *Propter quod chariſſimi fugite ab Idolorum cultura.* Hoc erat, quod metuebat Apoſtolus. Nec enim hæc erat amplius tentatio humana, ſed diabolica, vbi eſt tutior arrogantia, & ſuperbia & Satanæ proteruia.

Quid, Deũ minime paſſurum nos tentari ſupra id quod poſſumus? Idẽ quomodo fidelis. Si id verũ eſt cur Paul fuit ipſe tentatus ſupra modum, & ſupra virtutem. *2.Cor.1.*

Vnde etiã nonnulli tentationi cedunt.

Quomodo tentatos ope Dei faciat in tentatione prouentum.

Ad ſextum dubium. De fugienda idololatria Corinthiis.

Iam Sequitur altera pars Capitis. Et pręmittit illud: *Vt prudentibus loquor: vos ipſi iudicate quod dico.* Rem manifeſtam tradit, & ipſos propter perſpicuam veritatem arbitros conſtituit eiuſmodi. Quæritur ergo quis ſit ſcopus ſequentium. Deinde quorſum meminit calicis benedictionis, & panis quẽ frangimus. Nam quia ad nullam harum rerum accommodationem facit, ſubobſcurum videtur. Deinde dubitatur in his verbis, quia Hæretici multa eliciunt contra veritatem Euchariſtię, multa etiam contra Miſſæ ſacrificium, multa item contra communionem ſub vnica ſpecie. Tertio quid eſt dicere; *An æmulamur Dominum? Nũquid fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.* Quarto quare perſuadet, ne quis quod ſuum eſt quærat; ſed quod alterius: debet ne ergo quiſquam ſua negligere & aliena curare? Quinto dubium eſt, quomodo permittat fideles ad cœnam infidelium, cum nihil magis deſideret, quam vt ſocii non fiant dæmoniorum. Sexto quem ſenſum faciant illa verba: *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? Si ego cũ gratia participo: quid blaſphemor pro eo quod gratias ago?* Vtrunque enim difficile videtur. Poſtremo quid ſignificetur illis verbis: *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite.* Hæc pauca expedienda ſunt ad pręſentis capitis reliquam enarrationem.

Decimi capitis ſecunda pars, eiuſque prima dubitatio.

II.

III. Dubitat.

IV.

V.

VI.

VII.

Ad primum reſpondemus, dicendo redire Apoſtolum ad id, quod cap. 8. dixerat. Et non concedit eſum Idolothytorum cũ ſcandalo infirmorum, ſed ſimpliciter oſtẽdit non eſſe fas homini Chriſtiano in ſuperſtitionibus impiorum, & ceremoniis ſocios ſe ſe admiſcere. Nec dat rem eſſe indifferentem ipſa idolothyta, quaſi dicat, Si aliis, ſcilicet infirmis, non vultis parcere, ſaltem vobis parcite, ne idololatræ efficiami-

Solutio primæ dubitationis. Quemadmodum hæc cum ſuperioribus cohæreant.

Num. 25.

ni, vt filij Iſrael ducti ad Moabitidas mulieres fornicati ſunt cum eis, & ad ſua deorum ſacra colenda ducti.

Vnde viã ſibi muniat Apoſtolus ad ſermonem de cœna Dominica.

Et ait: *Calix benedictionis, & panis quem frangimus, &c.* antea præmittens, *Vt prudentius loquar.* Quoniam argumentũ erat ſumptum ex cœnæ myſterio, ideo erexit eos illa præfatiuncula. Hoc eſt: Non eſt opus multis verbis de his vos perſuadere. ¶ *Vos ipſi iudicate* (num ſcilicet verum ſit) *quod dico.* Indignum eſt enim vos cum impiis ſocietatem inire, vt in vnum coaleſcatis corpus: videturq; præſens locus ſubobſcurus, quia Apoſtolus nulla vtitur accommodatione, nullam addit conſequentiam, ſed illam lectori reliquit cogitandam. Senſus ergo eſt: Vos eſtis ex corpore Chriſti, membra eius corporis, & ſanguinis eiuſdem participes: dedecet ergo vos, vt ad corpus diaboli vos adiungatis.

Cur non debeamus ſocii fieri dæmoniorum, aut impiorum hominum.

Calicem benedicere, quid ſit.

Et cum menſa Domini conſtet panis, & vini ſymbolis, à ſecundo exorditur: *Calix,* inquit, *benedictionis, cui benedicimus.* Benedicere calicem, nihil eſt aliud, quam conſecrare vinum, quod in eo ponitur, vt iam nõ ſit in calice vinum, ſed ſanguis, ſub ſpeciebus tamen vini, vt participes ſimus eius ſanguinis, & inuicem cohæreamus. Addit: *Panis quem frangimus.* In quo alludit ad appellationem, qua dicitur fractio panis Luc. 24. Actor. 2. & 20. nam olim ex pane vno ſua cuique particula frangi conſueuerat, quo melius omnium in vnum Chriſti corpus adunatio repræſentaretur. Et quoniam manet eadem panis facies quæ prius, vllam fieri tranſubſtantiationem negant hæretici, & pugnat cum Paulo totum poculum arcere ab altera Euchariſtiæ parte liquida, & declarant per ſynedochen num meminiſſe Paulum poculi, & illa figura dicitur cœna Dominica fractio panis. Sed hæc leuia ſunt ac debilia argumenta.

Euchariſtiam cur Paulus vocet fractionem panis. *Luc. vlt. Act. 2. Infra 20.*

Hæretici, panis in corpus Chriſti cur nullam fieri tranſmutationem aſſerant impii.

Communicationẽ & ſocietatem cum impiis, atque dæmonibus Paulus quo legis argumento Corinth. diſſuadere ſtudeat.

Amplificat prætera prædicta illa ſimili argumento à Iudæis ducto. Nam hæc eſt natura ſacrificiorum, vt ſocietate quadam nos cum Deo deuinciant. Lex ſiquidem Moyſi neminem admittit ad epulum ſacrum, niſi rite præparatum, vt carne pecudis immolatæ veſcantur: quod eſt eſſe participem altaris, id eſt, eius rei quæ in altari immolatur, per metonymiam. Et dicendo Iſrael ſecundum carnem, diſtinguit Iudæos qui crediderunt in Chriſtum, ab eis qui nõ crediderunt.

Menſæ dæmoniorũ communicantes eo ipſo quid teſtentur.

Iam reſtabat Anthiteſis, nempe ſi ſacra cultores ſuos ſanctificant, contrahi pollutionem ex aduerſo participando de ſacris idolis immolatis: qui ergo profanarum epularum participes ſunt, videntur agnoſcere ſocietatem ſuperſtitionis, & ſicut in hominibus menſę & ſalis communicatio amoris cauſa eſt, & ſymbolum: quanto magis id accidere poteſt iis, qui cum menſa dęmoniorum communicant, & cum illorum ritibus initiantur?

Cum idolum aut idolis immolatum, nihil ſint, eis communicantes qua ratione polluuntur.

Quid ergo? dico quod Idolis immolatum ſit aliquid? aut quod Idolum ſit aliquid? ſed quæ immolant Gentes dæmoniis immolant, & non Deo. Videbatur ex dictis conſequi, quod idolum vim haberet commodandi, aut incommodandi, aut promptũ erat dicere; Qualis Dei viuentis comparatio cum Idolis? Deus enim nos per myſteria ſibi copulat. Vnde ergo tanta vis Idolis, quæ nihil ſunt, vt idem valeant? Reſpondet; Fateor Idolum nihil eſſe, fateor meram eſſe vanitatem, quia Gẽtes ſolennes dedicationis ritus vſurpãt, neque talibus ineptiis vitiantur Dei creaturæ: ſed quia ſuperſtitioſus, & damnatus eſt eorum finis, & opus impiũ; dico, omnes, qui ſe ſocios illis adiungunt, pollutione implicari. Imo illud etiã dico, quod quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo: ideo nolo vos ſocios fieri dæmoniorum. Subaudienda eſt negatio, quo reſponſio ſit plena, in hunc modum: Non dico, idolum eſſe aliquid, nec dico aliqua virtute præditum, ſed dico, Gentes immolare dæmonibus, non Deo: ideoq; opus ab earum mente, & ſuperſtitione iudicandum. Qui igitur ſe illis adiungit, profitetur ſe eiuſdem impietatis conſortem. ¶ Quod ſi obiicias, Gentes ſacrificantes Diis, non exiſtimare ſe Idolis, ſed vero Deo tribuere quod offerũt. Reſpondemus, eos ita quidem putare: ſed cum Deum verum non vnice colant, ſed vt diſtractum, & vt in multos deos diuiſum; ideo non eum vt Deum colunt, ſed Satanæ ſeruiunt, qui ſe illis offert adorandum. *Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum.* Paterna eſt admonitio finis huius diſputationis, cauẽs ne Corinthij per cultum dæmoniorum polluantur. Vnde ſubiungit: *Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* Cauſa huius ſentẽtiæ eſt: Quia Deo & Idolis nemo ſimul communicare poteſt, ſicut Chriſtus dixit: *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ:* prius vale eſt dicendum omnib. ſacrilegiis, & ſuperſtitionibus, quam ad mẽſam Domini accedatis. Nam etſi fieri queat vt pollutus idolatrico ſacrificio ad cœnã Domini accedat, cum infidelitate laboret? ſymbola tamen habebit, non rem ſacram ẽti, ſiue fructum eius, vt Cyprian. teſtatur de puella parua in ſermone de lapſis. Non ferret terrenus Imperator aliquem ex militibus ſuis

Quare quę immolant Gentes idolis tanquam Deo vero, dæmoniis tamen immolent, & non Deo.

Corinthii quare non poterant calicis, & menſæ Domini participes eſſe, & calicis, & menſæ dæmoniorum.

Matth. 6.

B. Cyprian.

Exemplũ huius veritatis.

bus ſuis per fugam in caſtris aduerſariorum agere; quanto minus permittat Deus, vt ſui accedant ad epulas dæmoniorum? ¶ Calicem vero dæmoniorum ſumpſit Apoſtolus à ritu profanatum Gentium, quæ feſtiua ſua gaudia tũ libaminibus, tum eius viri laudibus quem laudandũ ſuſceperant claudere ſoliti erãt: de quibus meminit in Cantico ſuo Moyſes: Vbi ſunt, inquit, dij eorũ, in quibus habebant fiduciam, de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum? Et Poeta noſter;

Deut. 32.

Poſtquam exempta fames, & amor compreſſus edendo:
Rex Euandrus ait; Non hæc ſolennia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti muneris aram
Vana ſuperſtitio veterumue ignara Deorum,
Impoſuit ſæuis hoſpes Troiane periclis
Seruati facimus, meritoſq; nouamus honores.

Virg. lib. 8. Æneid. ante med.

Barbarici ritus ſacrificorum.

Et infra:

Quare agite, ô iuuenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris:
Communemq; vocate Deum, & date vina volentes.

Hæc ille. Eiuſmodi ceremonias comparat Paulus cum cœna Dominica. Hanc doctrinam videtur accepiſſe Apoſtolus ab Oſea propheta, qui in ſuæ Prophetiæ poſtremis verbis prophetans, ait: *Ero quaſi ros Iſraeli, germinabit ſicut lilium*: Et infra: *Conuertentur ſedentes in vmbra eius: viuent tritico*, pro quo. 70. legunt teſte Hieronymo, roborabũtur vel inebriabũtur. *Et germinabũt quaſi vinea: memoriale eius ſicut vinũ Libani. Ephraim, quid mihi vltra idola?* quo loco 70. habent: *Quid ipſi eſt, & idolũ?* Cum enim de ſacramento altaris ſit ſermo, quod ex pane & vino conficitur in memoriã paſſionis Chriſti, præcipit, vt qui hoſtiam hanc edunt, caueant ſibi à commercio, & ſocietate cũ idolis, vel cũ dæmonibus: & inſinuans ſe de aliquo magno, & occultiſſimo ſacramento loqui, ſubiungit: *Quis ſapiens & intelliget iſta? intelligens & ſciet hæc?* Indicans ſpiritu Dei, & ſapientiæ opus eſſe ad hæc percipienda.

Porro hoc loco contra noſtri ſeculi hæreticos multa efficaciter elicimus. In primis, quod inter victimas Iſrael, & immolatas dæmonijs à Gentibus reponat calicem benedictionis, & panẽ benedictionis, quẽ frangimus: erit ergo hic panis noſter ſacer, & vinum ſacrum verum, & proprium ſacrificium. Meminit quoque altaris Iſraelis, & menſæ Domini, & menſę dæmoniorum, & enumerat inter edentes victimas altaris Iſrael, & inter edentes immolata dæmonijs; & edentes de menſa Domini, & bibẽtes de eius calice. Ex quo infert: *Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & mẽſæ dæmoniorũ.* Niſi enim panis, & calix immolati Deo fuiſſent, vniuerſa Pauli argumentatio rueret.

Quod illis verbis Apoſtolus Euchariſtiam verũ, propriumq; eſſe ſacrificium Noui Teſtamenti inſinuauerit.

Sed elabi conatus eſt Martinus Lutherus, aſſerendo, Apoſtolum non meminiſſe altaris, ſed menſæ Domini: quod friuolum eſt, & falſum: Nã vox Hebræa שרלבן mẽſam ſignificat more Hebræo, & ponitur pro altari, in quo Deus per ignẽ edebat ſacrificia. Et probatur: Nã Malach. 1. habetur: Offertis ſuper altare meum panem pollutum; & dicitis. In quo polluimus te? In eo quod dicitis, Menſa Domini deſpecta eſt. Vbi quod prius vocabat altare, nunc vocat menſã. Et Leu. 24. menſa continet panes immolatos Deo, de quibus ait; *Vt ſit panis in monimentũ oblationis Domini. Per ſingula Sabbata mutabũtur coram Domino* (panes ſ. Propoſitionis ante nominati) *ſuſcepti a filijs Iſrael fœdere ſempiterno, eruntq; Aaron. & filiorum eius, vt comedant eos in loco ſancto.* Prouer. quoque 9. dicitur: *Sapientia immolauit victimas ſuas, miſcuit vinũ, & propoſuit menſam ſuam.* Et Iſa. 65. *Qui ponitis fortunæ menſam, & libatis ſuper eam.* Dicitur ergo altare, & menſa altaris. Auguſt. lib. 1. contra aduerſarium legis & Prophetarum, cap. 19. hunc locum de Euchariſtia producit, & ſacrificium Noui Teſtamenti in his verbis agnoſcit.

Quam vanum, & nullum illud perfugium Lutheri, Si ſic eſſet; Euchariſtiam altare, non menſam Paulus nominaſſet.

Malach. 1.

Quib. locis ſcripturarũ menſa ſignificet altare.

Leu 24.

Prou 9.

Iſa 65.

B. Aug. tomo 5.

Secundo contra eoſdẽ hæreticos ex his verbis habemus veram & ſolidam corporis Chriſti in Euchariſtia exiſtentiam, cum dixit: *Panis quem frangimus*, nempe ſpiritualis, cuius ſpecies poſt benedictionem frangun tur, non autẽ Corpus Chriſti infrangibile. Fractus ergo panis iſte nobis fit cibus. *Nõne*, inquit, *participatio corporis Domini eſt?* Nobis eum cum frequentatione ſumentib. inuiſibiliter. *Quoniam vnus panis & vnum corpus multi ſumus. omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus.* Expẽde verba, Vnus panis non plures: imo multi, qui de illo edunt, in vnũ corpus iunguntur, & vnũ corpus fiũt: ſicut ex multis granis vnus panis, & ex multis membris vnũ corpus efficitur. Arctiſſimum ſane vnitatis, ac pietatis ſacramẽtum ac vinculum. Patet ergo, quod per vnũ panem non intelligit ſpecies, quę multę ſunt & variç, & quas vnus accipit, alter non accipit; ſed panem, hoc eſt corpus Chriſti contentum ſub ſpeciebus. Et ita calicem metonymice vocat ſanguinẽ, qui vere eſt in calice, & non tantum ſignificatur, ſed etiam ibi adeſt. Non autẽ eſſet participatio corporis, aut cõmunicatio ſanguinis, niſi ſub illis ſpeciebus cõtineretur corpus, & ſanguis Chriſti.

Fractione quoq; panis veram corporis Chriſti pręſentiam in Euchariſtia ab Apoſtolo deſignari.

De vno pane & de vno calice participantes, quõ ſimus oẽs vnum corpus in Chriſto.

Contra ſignificatiuos.

Sed ecce hæretici id aperte multi pernegant, alij vero, adeſſe quidẽ, ſed ſimul cum pane cõtendunt: Priores argutantur, Paulus

De vno pane, non cõmuni, vt hæretici nugantur, verum de vero Chriſti corpore nos participare.

ait; *Panis quem frangimus*; at Chriſti corpus, aiunt, non frangitur. Alij vero ſic paralogizant, dicendo; Panis frangitur; at ſpecies panis non eſt panis, & corpus ipſius Chriſti frangi non poteſt. Sed ruiſus vrgebo eos; Quomodo panis cõmunis participatio eſt corporis Chriſti? & quomodo multi vnus ſumus panis? & quomodo participamus omnes de vno pane? Quia ſi de communi pane intelligunt, non vnus panis, ſed plurimi ſunt panes. Cum enim rigorem verborum Pauli ipſimet violent, & pro eo tuendo ad nouas gloſſas, & figuras recurrant; cur non potius conſentiant cum Eccleſia, eiuſque traditionibus, & ſanctorum doctrinis? præſertim cum à conſueto, & loquendi modo non abhorreant. Dicitur enim panis frangi, imo & Chriſti corpus frangi, & manducari, quia & ſpecies frangũtur; & ipſum corpus Chriſti ſpiritualiter frangi, & manducari; cum fide ſumitur, & quiſque ſuam partem trahit. Nam & Dominus dixit, nimirum cap. ſequenti; *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur.*

Panis, ſiue corp⁹ Chriſti quare frangi dicitur, & manducari.

Luc. 22.

Tertio ex his verbis colligimus, leuia eſſe, & debilia argumenta, quæ ex hoc loco ſumunt pro communione ſub vtraq; ſpecie. Qu'aſi prius erat ſubſtantia panis quæ nunc non eſt, aliqua ergo tranſubſtantiatio in ea facta intelligitur. Deinde nemo negat Corinthios communicaſſe ſub vtraq; ſpecie, negamus tamen illam conſuetudinem habuiſſe vim diuini præcepti. Nam & Chriſtus ipſe cõmunicauit ſub altera tantũ ſpecie euntes in Emaus, porrigendo benedictũ panem, vbi tamẽ tempus benedicendi calicem, & illum porrigendi non permiſit.

Si laicis, aiunt Lutherani ſpecies ſanguinis non eſt danda, cur Paulus calicis benedictionis meminit. *Infra* 24.

Quod vero dictum fuit: Omnes eundẽ potum ſpiritualẽ biberunt; Reſpondemus in vna ſpecie panis etiam nos bibere ſpiritualiter, etſi non ſacramẽtaliter. Vel etiam dicimus, Eccleſiam aliquando ſub vtraque cõmunicaſſe, & tũc illam figuram de potu ſpirituali adimpleuiſſe. Nam vt aqua ſemel tantum, vel bis data eſt illi populo, manna vero ſemper vſque ad ingreſſum Terræ: ita ſpecies panis ſemper illi Eccleſiæ data eſt, illa vero vini aliquando.

Soluitur illud eorundẽ ex Paulo pro vtraque ſpecie; Omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. *Exod.* 15. *Infra* 17. *Num.* 20. *Exod.* 16.

Ad tertium in illud: *An æmulamur Dominum?* Hæc verba alij ſic vertunt; Nõne prouocamus ad iram Dominum? Græce enim eſt παραζηλοῦμεν, de quo verbo Propheta dixit, *Et ad æmulationem eum prouocauerunt.* Eſt autem eius verba ſignificatio, ad ęmulationem prouocare, vt in riualitate ſit poſito æmulo, & riuali. Vt ſit ſenſus; An Domino æmulum, riualemque opponimus? Probauerat enim non eſſe cum idolis communicandum: modo terret admirabili commi-

Tertiæ dubitationis ſolutio. Quid ęmulari Dominum. *Deut.* 32. *Pſal.* 77.

natione eos qui hoc crimẽ admittũt: quaſi dicat, Num Deum dedita opera irritamus, & contra nos concitamus? Nam velle cum Deo quodãmodo pugnare, eſt aperte peccata defendere, & in falſis, & mendacibus Dijs Gentium Deum verum prouocare & irritare, quaſi quærãt homines æquare eos prouocando, perinde atque in amore contingere ſolet. Amans enim tũc vehemẽter ad iram prouocatur, quando ab amato, qui alteri ſe adiungit, deſeritur: cogi'. n. amantem, vt ipſe quoq; inueniat cui ſe adiungat vt ſimiliter irritet eum, & prouocet. Et in huiuſmodi altercationis atq; æmulationis pugna ſemper vincit qui fortior eſt: ille autem eſt fortior, qui min⁹ indiget amato, & qui poteſt abſque amato, non minus feliciter viuere, atque prius viuebat. Vnde illud: *Ipſi me prouocauerũt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis. Et ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos.* Oſeas quoque cap. 1. pulchre depingit hanc æmulationem Dei, ſiue prouocationem ad populũ Dei, qui eum deſeruerat cum ait: Et hæc neſciuit quod ego dedi frumentum, & reliqua.

Quo modo Corinthij Dominum æmularentur.

Amãtium riualitates, æmulationesue.

Deut. 32.

Oſeas 1. *Rom* 9. *1.Pet.* 2.

Subdit: *Nunquid fortiores illo ſumus.* ¶ Vt ſcilicet poſſimus audacter eum prouocare quaſi eo non indigeamus, & ipſe potius noſtri egeat? aut quaſi nequeat alios ſibi adoptare? in odium noſtrum, ſicut ipſe facere conſueuit, vt paulo ante ex Moyſi Cantico produximus.

Quid itẽ, Nunquid fortiores illo (Deo ſcilicet) ſumus.

Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. De hac ſententia multa ſuperius ſcripſi c. 6. ad quem locum mittimus lectorem. Obijciebant enim ſcioli Corinthiorum; *Omnia mihi licent*: cum ergo hunc cibum, & idolothyta pura conſcientia ſumpſerimus, quid in nobis reprehendi poterat? res enim externa eſt veſci immolatis carnibus, & conuiuio intereſſe. Qui autem faciũt quicquid licet, teſte Clemente, hinc facile delabuntur vt faciant quod non licet.

Diſp. I.

Clem. lib. 2. *Stro. paulo remotius à princ.* *Tom.* 2. IV. dubij ſol.

Ad quartam dubitationem in illud; *Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius,* Reſpondemus, prudenter id eſſe accipiendũ, nimirum hoc ſenſu: Nemo tãtum, vel duntaxat quod ſuum eſt quærat, ſed & quod alterius, vt ita charitatem cum proximo foueat, teſte Clemente, vt poſſit ſimul & facere, & docere, ædificans, & ſuperædificans.

Quo ſenſu dictum ſit, Nemo q ſuum eſt, ſed quod alterius. *Clem. li.* 4. *Stro. multo ante dimid.*

Sequitur; *Omne quod in macello venit (ſiue venditur) manducate nihil interrogãtes propter conſcientiam.* Solent enim ementes rem aliquam, de eius conditione venditorem percunctari, niſi ſit ſibi iam ſatis nota. Et macellum vox eſt Latina vſurpata à Paulo in

Explicatur id Omne q in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter con-

Græca

ſcientiam. Mos Apoſtoli.

Græca lingua, vt ſolet pleraſque alias. Eſt idem quod Græci vocant κρεωπώλιον, vt Plutarchus interpretatur aliquando. Et non tantum loquitur de carnibus, ſed etiam de illis quæ idolis erant immolata. De quibus recte Auguſtinus in expoſitione epiſtolæ ad Rom. c. 14. ita ſcribit: *Omnis immolatitia caro in macello venundabatur, & de primitiis vini bibebant Gentes,* iuxta id, *De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum;* & quædam in ipſis torcularibus ſacrificia faciebant. Iubet ergo Apoſtolus, & his qui ſalua conſcientia talibus alimentis vtebantur, non ſpernere infirmitatem illorũ, qui à talibus cibis, & potu abſtinebant, & illis infirmis, qui carnibus veſcebantur, & vinum bibebant, tanquam pollui iudicarent. Hæc Auguſtinus, qui pecuniam earum rerum reuerti ad ſacerdotes dicebat. Herodotus quoq; teſtatur, Ægyptios pecudum immolatarum capita in forum aſportata Græcis diuendere ſolitos.

Aug. to. 4. circa fin. Quænam olim caro in macello veniret, teſte Auguſt. *Deut. 32.*

Immolatitiæ carnis apud Ægyptios pretium ad quos deueniret. *Hero. Halica.*

Addit: *Domini eſt terra, & plenitudo eius.* Hoc in quibuſdam codicib. adeſt, in quibuſdam abeſt. Et quia adeſſe debet, ſenſus eſt: Omnis creatura Dei bona eſt, quę cũ gratiarum actione percipitur, & quę Domini ſunt, obeſſe non poſſunt; quia Domini eſt terra, & nõ eſt amplius Satanę, vt prius, cum regnaret per idololatriam. ¶ Nec prohibentur nunc conuiuia, aut cœnæ, niſi cum perfidis Iudæis, propter eorum in cibis magnam ſuperſtitionẽ. Debẽt ergo eſſe duo: primum homo, indicans, propter quẽ debeat abſtinere, alterum conſcientia alicuius, qui ex eius facto leuatur, dũ ſimiliter ad edendum, quod malum eſſe putat, ędificatur. Alioqui non ſatis eſſet id ſcire. Addit: *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conſcientia?* Id eſt: Cur condemnatur propter alienam conſcientiam ex ignorantia lęſam, & veritatem non agnoſcentem? Vnde ſubdit: *Quid blaſphemor pro eo quod gratias ago?* Hinc colligimus, morem fuiſſe, ante cibum, edentibus benedictione ſanctificare menſam, & poſt cibum manducatũ Deo gratias agere: maioreſque Prælati debent alios pręuenire ad hoc ipſum, ad quod hortatur Apoſtolus.

Quid illud Apoſtolo, Domini eſt terra, & plenitudo eius. *Pſalm 23. 1. Tim. 4.* Illicita Chriſtianis conuiuia cum quibus tãtummodo. Quo modo Pauli libertas iudicaretur ab aliena conſciẽtia. Menſam olim fidelium præibat benedictio, ſequebatur gratiarum actio, teſte Paulo.

Siue ergo mãducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis; omnia in gloriam Dei facite. Hæc hortatio, ſiue pręceptum ſeruari debet ab omnibus, & in omnibus, vt ſaltem quiſque habeat in voluntate, & animo ſe velle omnia in gloriam Dei facere quæcunq; facit: quia omnis noſtra actio in illud tendere debet, vt glorificetur Deus, & non aduerſariæ poteſtates. Nam & ob hoc damnatur Idolothyti eſus, qui in gloriam dæmonum fit. Et per illud: Siue quid aliud facitis, honeſto vocabulo explicauit opus vocandi generationi, vt explicat Orig. hom. 5. in Geneſin, dicens. *Inuerecunda coniugij negotia verecundo ſermone ſignauit, oſtendens etiam ipſa ad Dei gloriam geri, ſi poſteritatis ſolius contemplatione procurentur.* Poſtremo ſe in exemplum proponit Iudæis & Gentibus, vt per omnia omnibus placeant, non quærẽdõ quæ ſibi vtilia ſint, ſed & illa quæ multis, vt ſalui fiãt.

Omnia faciemus in gloriam Dei quando.

Quam honeſto Paulus vocabulo in gloriam Dei facienda inſinuet etiam opera nuptiarum. *Orig. to. ..*

DISPVTATIO XVIII.

In illa Apoſtoli verba: *Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores eſtis: & ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Volo autem vos ſcire, quod omnis viri caput, Chriſtus eſt, caput autem mulieris, vir, caput vero Chriſti, Deus. Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuum. Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum. Vnum enim eſt ac ſi decaluetur* & reliqua quæ ſequuntur vſque ad illud: *Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, ſed in deterius conuenitis.* 1. Cor. 11.

HActenus Apoſtolus varios circa mores abuſus inſectatus eſt, eoſq; corrigere ſtuduit: iam in hoc cap. duos abuſus circa ſacros cœtus proponit, atque illos emendare contendit. Alter eſt, quod viri præter decorum velatis capitibus prophetarent, aut orarent; cõtra vero mulieres caput nõ velatæ in ſacro Eccleſiæ cœtu apparerent. Alter abuſus erat circa ſacroſanctæ Euchariſtiæ perceptionem. Multum enim valet in vita hominis illud, quod Græce τὸ πρέπον Latini vero decorũ vocant, non tantum vt gratiam, ac fauorem quis actionib. ſuis conciliare valeat, ſed vt animos etiam ad honeſtatem amplectendam aſſuefaciat.

Propoſitũ Apoſtoli.

Decori vi...

De abuſu circa Euchariſtiam dicendum erit ſequẽti diſputatione: hic vero de priori erit nobis diſſerendum. In hac igitur priori parte capitis primum dubium occurrit cur repetat illud; Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti: hoc enim capite quarto, ſuperius dixerat. Deinde dubium eſt, cur laudet Corinthios, quod pcepta eius, & traditiones tenerent; cum hactenus eos grauiter reprehẽdat per totum caput ſuperius: vnde ergo hæc tanta varietas, vt modò illos commendet, modo reprehendat. Tertio

I. dubium *1. Cor. 4.*

II. dubiũ.

III. dubiũ

ambigitur quid exigat à viro exorante, vel prophetãte; & quid rurſus à muliere; cum tamen nullum ſit ius diuinum, quod hæc exigat à nobis, & parui referat quomodocunq; quis oret, aut doceat, aut quomodo mulier preces fundat, & prophetet. Quarto quõ præcipit vt mulier prophetet; cum contrarium c. 14. manifeſte oſtendat; *Mulieres*, inquit, *in Eccleſiis taceant*, nõ enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe. Turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia. Videtur ergo hoc præceptum inconſtans, & ſuperfluum. Quinto, ponderandæ ſunt illæ rationes, quas producit Apoſtolus ad probãdum quod mulier tondere caput ſuum nõ debet: nam nonnullas producit, quæ parũ euidentes ſunt, ſed tãtum probabiles. Sexto quid eſt: Mulier non tondeatur propter Angelos: nam id varias recipit interpretationes, & dubium eſt quæ ſit præſtantior. Septimo quæritur, an ſit valida illa ratio, quæ ducitur à natura: quod ſi mulier comã nutriat, gloria eſt illi, quoniã capilli ei pro velamine dati ſunt. Octauo illa ratio poſtrema venit expendenda de conſuetudine quam vltimo loco producit Apoſtolus vt firmiſſimũ telum. Poſtremo commodus locus occurrit de Prælatis, clericis, ac religioſis, an decentius ſit illis geſtare barbas, an magis expediat radere, ac tondere: nam quæque pars patronos ſuos habet, ac defenſores.

IV. dubiũ. 1. *Cor.* 14. V. dubium. VI. dubiũ. VII. dub. VIII. dub. Nonum & vltimum.

Ad primum igitur dicendum, hæc verba optime congruere cum præcedẽtis capitis verbis, vbi ſermo erat Apoſtolo de ędificandis fratribus: *Ego*, inquit, *per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant*. In hac igitur tanta virtute imitatores deſiderat habere. Sicut etiam cap. 4. cum ſe ipſum patrem Corinthiorum vocaſſet, eo quod per Euãgelium ipſos genuiſſet, ſubdit; *Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti*. His verbis etiam vtitur ad Epheſ. 5. & Philippenſ. 3. & 1. Theſſ. 1. & 2. & ſic moderatur imitationẽ ſui, quam exigit, quæ debet conſtare ex vitæ Chriſti imitatione. Expende porro Pauli ſanctitatem: quia nihil aliis præſcribit, quod prius ipſe non obſeruauerit. Deinde quod ſe, & alios omnes ad Chriſtum tanquam ad vnicum, & irreprehẽſum recte viuendi exemplar reuocat, Chriſtus autem non venerat niſi quærere, & ſaluũ facere quod perierat. Et certe nos nulla in re excellentiori magis poſſumus imitari Chriſtum, aut Paulum, quam in ſpirituali aliorum ſalute promouenda.

Solutio primæ quæſtionis. Cur dixit Apoſtolus imitatores mei eſtote. 1. *Cor.* 10. *Supra* 4. *Epheſ.* 5. *Philip* 3. 1. *Theſſ.* 1. *Infra* 2. Quare addidit, Sicut & ego Chriſti ſum. *Luc.* 19. Chriſtum & Paulum optima imitandi ratio.

Ad ſecundum, laudat Corinthios Paulus, quod per omnia eius memores eſſent: & ab hoc loco vellent quidam inchoandum eſſe præſens caput. Et laudat priorem obedientiam, quod inſtituta ſua ſeruarẽt: nam cum genuiſſet illos Deo, certas pręceptiones, & mandata tradiderat, quibus gubernarẽtur. Et ſi quidam per ironiam hoc dixiſſe aſſerant: atq; hoc dicere cogemur, ſi Eccleſiæ illius ſtatus, qualis ante deſcriptus fuit, conſideretur, & illa etiam quæ ſubiungit. Defendi tamen poteſt, vere eos ab Apoſtolo laudatos, ſicut Apoſtolus facere conſueuit, quo ſuauius, & fructuoſius correctio eius ſuſcipiatur. Ac in more habet, vt duriorib. obiurgationibus admiſceat laudes, Virtus quippe laudata creſcit, & pij impẽſe deſiderant, probari ſuas actiones Deo. Præmittit ergo eorũ laudes; ne videatur ex odio, vel ira, vel inuidia, ſed ex charitatis affectu procedere: nõ tamẽ adulatur eis, nec opes, nec illorũ gratiam aucupatur, qui gratis, & ſine ſumptu Corinthi ponebat Euangelium.

Secundæ dubitationis ſolutio. Corinthij quomodo præcepta Apoſtoli tenebant, vt hic ait, cum eos ſuperius grauiter obiurgauerit. 1. *Cor.* 4. Altera ſolutio. Corinthij quare laudentur. 1. *Cor.* 9.

Et ex hoc loco habes, Paulum pręter doctrinam ſcripto traditam, alias etiam pręceptiones, & inſtitutiones non tantũ ad ordinem, & politiam ſpectantes, vt fatẽtur Hæretici, ſed etiam ad ſummam rerum, & pietatis Chriſtianæ ſubſtantiam attinentes tradidiſſe: vt ſunt de libris Canonicis, de eorũ verſionibus & intelligentia, de ſacrificio Miſſæ, de Purgatorio, & de fundendis pro defunctis precibus, de inuocatione ſanctorum, & ſimilibus.

Quæ præcepta Apoſtoli fuerit Corinthiis verbo cõmendata, & tradita.

Ad tertium dicendũ eſt, aliquos in cœtu Corinthiorum exegiſſe, vt mulier detecto capite, viri vero tecto orarent, aut prophetarent. Et proponit quatuor perſonas, Deũ Chriſtum, virum, mulierem; Deus. n. Chriſti mediatoris eſt caput, Chriſtus vero viri, vir autem vxoris. Et per mulierem intellige non tantum coniugatas, ſed etiam ipſas quoq; virgines, cum generales adferat rationes Paulus. Nam & ipſæ parẽtibus ſunt obnoxię, ſicut vxores viris ſuis, & Plutarch. in Centuriatis Romanorum: *Conſuetum eſt*, inquit, *mulieribus opertis, viris autem apertis in publicum prodire*. Et loquitur de oratione publica, & in publico cœtu; nõ enim adhuc cœperant alternis choris orare illo tempore, ſed vnus pro omnibus ſacerdos dicebat orationem, Diaconus vero cęteris tacentibus detecto cap. Euangelium legebat, aliuſ epiſtolam, alius recitabat Pſalmos cæteris auſcultantibus. Ideo Apoſtolus in ſingulari ait orans, vel prophetans.

Tertiæ ſolutio quæſtionis. De orandi modo atq; prophetandi viro, mulierique in Eccleſia ſeruando, quem tñ nullum tradit ius diuinum. Quæ mulier orans, vel prophetans velare caput ſuum debet. *Plutarch.* Vir capite detecto, mulier tecto orare, & prophetare in quibus precibus debet.

Deinde expende verbum Pauli ad Gal. 3. & Coloſſ. 3. *In Chriſto Ieſu non eſt maſculus, & fœmina, &c. ſed omnia, & in omnibus Chriſtus*. Vbi videtur hoc diſcrimen tollere inter viros, & mulieres. Sed ibi Apoſtolos tractat de ſpi-

In Chriſto Ieſu ſi non eſt maſculus, & fœmina, illo habitu cur

eosApoſtolus diſtinguit? *Galat.3. Coloſſ.3.* In Chriſto etiam Ieſu, iuxta Apoſtolum,vt non ſit ſeruus,neque liber.

de ſpiritali Chriſti regno, in quo perſonæ non æſtimantur,nec in ratione veniunt, & nihil ad extremam hominum ſocietatem pertinet,ſed totũ in ſpiritu ſitum eſt. Qua etiam ratione ſerui,& liberi nullã eſſe differentiam oſtendit, vt prædictis in locis teſtatur, neque tamẽ ciuilem ordinem confundit,aut honorum diſtinctiones,quibus hęc vita carere nõ poteſt.Hic autem diſputat de externa honeſtate, & decoro, quod pars eſt Eccleſiaſticæ politiæ.

Quanam ratione Chriſtus caput viri, & mulieris ſit;& vir caput mulieris item ſit.

Sed quod attinet ad ſpiritualem coniunctionem cum Deo,& in conſcientia.Chriſtus caput eſt viri, ac mulieris ſine diſcrimine,quia neque maſculi,neq; fœminæ habetur reſpectus: Quantum vero ad externam compoſitionem, & decorũ politicum ſpectat, vir quidem Chriſtum , mulier autem virum ſequitur, ita vt non ſit vnus gradus, ſed inæqualitas iſta habeat locum.Et venuſte ludit Apoſtolus in vocabulo Capitis: Nam omne id quod decoris eſt; vel dedecoris,contingit capiti humano.

Chriſtus caput viri dupliciter.

Dicitur autem Chriſtus viri caput eſſe,& vir mulieris ratione dignitatis,& gubernationis;& quia ex Chriſto omne donum,& gratia ſpiritualis in viros deſcendit, & per eos tanquam caput mulieris in mulieres,ſiue vxores.

V torum, ac mulierum abusũ quare damnet Apoſtolus hoc loco.

Reprobatur autem Iudæorum,& Gentilium ritus,quo vtebantur viri orantes,& prophetãtes,id eſt,diuina proferẽtes: quo etiam nunc Iudæi merito iuxta fidem ſuam vtuntur, cum illis nondum venerit eorum caput,quod Chriſtus eſt.Contra hoc ſeruabant mulieres,quę ſparſis crinibus orabãt, ſicut Plutarchus ſcribit hunc morem in funeribus obſeruari ſolitum. Nam luctum viri agebant velato capite , mulieres vero ſparſis crinibus defunctos plorabant.

Plutarch. in quæſt. Centuriatis Romanorum.

Quã ſuperſtitionem in orãdo,aut prophetando auferre ſatagit Apoſtolus:nam eo in publicis precibus,& prophetiæ interpretationibus vtebantur, quãdo vtendum erat ceremoniis conuenientibus propter ſignificationem.

Viri potiſſimum qui debent orare,aut prophetare capite detecto.

Et ſi vero Apoſtolus de omnibus, tam laicis , quam Eccleſiaſticis loqui videatur pręcipue tamẽ videtur eſſe ſermo de ſacerdotibus,& Eccleſiaſticis,quorũ eſt præcipue in templo aut orare , aut prophetias exponere,quod aperto capite præſtandum eſt.

Exod 28. Quid ꝙ legalis Sacerdos tecto capite, nudis tamen pedibus, ſacrificabat, contra Sacerdos Euangelicus.

Nam olim in lege ſummus Sacerdos nudis pedibus,& tecto capite ſacrificium perficiebat, vt habes Exod. 28. Contra nunc fieri debet,vbi pedibus calceatis, aperto tamen capite Miſſæ ſacrificiũ peragitur: quia caput , qui Chriſtus eſt, nobis iam conſpicuum, & manifeſtum venit, illis vero adhuc erat tectum & velatum; vt docet Epiphanius contra Maſſalianos. Debet etiam Sacerdos Euangelicus non ſolum in Miſſæ ſacrificio pileum ſupremũ aperire, ſed etiam pileolum , quod ſub altero geſtat , deponere,vt ſatisfaciat huic Pauli legi,niſi magna neceſſitas eius retinendi vrgeat,ſaltem à tempore Conſecrationis vſque ad corporis,& ſanguinis perceptionem.

Epiphan. in hæreſin. Nudo protſus capite ſacrificet hic maxime quando.

Orans, aut prophetãs velato capite vir, cur caput ſuum deturpet.

Vir ergo,ſi velatum habeat caput ſuum, dehoneſtat caput ſuum , quia in capite ſuo debet gloriam Dei ſignificare, ſeq; ad imaginem illius conditum eſſe agnoſcere , & declarare: quod in capite maxime oſtenditur,in quo ſenſus omnes vigent.& inde apparent quæ deliteſcunt in corde.

Caput viri myſticum quod quibus velatũ ſit etiam nunc.

Deturpat etiam ſuum caput myſticũ, quod eſt Chriſtus , quem non volunt Iudæi efferre, & aperte confiteri. Ideo etiam vſque hodie ab antiquo more Iudæi non diſceſſerunt , ſed & prophetant capite velato , quod non ſit adhuc ablatum(vt Apoſtolus ait)de cordibus eorum velamen,& nondũ ſit eis Chriſtus reuelatus.

2.Cor.3. Romani quando obnubebãt caput, q̃n adaperiebant , teſte Plutarcho.

Quare Plutarchus in quæſtionibus Centuriatis Romanorum,aſſerit Romanos interadorãdos deos obnubere caput: qui tamẽ ſi hominibus occurrãt reuerendis , & velatum habeant toga , caput adaperiunt.

Cur parentes filij , filiæ nudis capitibus capilliſq; reſolutis efferunt? ſoluit idem.

Rurſus idem : *Cur parentes,* inquit *filij obuelatis,filiæ nudis capitibus, capilliſq; reſolutis efferunt? Vtrum quod venerari à filiis vt dij patres, lugeri vt mortui debeant à filiabus? vtrique proprium ſuum lex dedit,atque ex vtriſque fecit decorum. An luctus proprium eſt quod inſuetum ſit. Aſſuetum porro eſt fœminis tecto capite,viris aperto in publicum prodire? Namque apud Græcos , quando calamitas aliqua eſt accepta,mulieres tondentur,viri comam ſubmittunt; quod his tonderi , illis ſolenne ſit comam promittere. An filiis obnubere caput ob eam, quam diximus, cauſam moris fuit. Mulieribus vero tegere plane nefas erat caput. Ac mandatum eſt memoriæ primum vxori nuntium ob ſterilitatem Sp. Caruilium remiſiſſe , ſecundum Sulpitium Gallum quod eam capiti veſtem inieciſſe vidiſſet: tertium Sempronium , quod ludos funebres ſpectaſſet.* Hæc Plutarchus Ergo , vt finiam, illicitum eſt,virum operto,mulierem aperto capite prodire in cœtum.

Mulieres apud Græcos quãdo tondebantur, contra viri comã ſummittebant eodẽ autore.

Quinã primi omniũ Romani quibuſque de cauſis vxores repudiauerint.

Apoſtoli leges an iſtæ vim habeant obligandi, cũ iuris ſint minime diuini.

Et ſi porro hęc non ſint Domini mandata , quia nec illa quiſquam poſſet diſpenſare, tamen ſunt iuri diuino quam proxima , & Deus voluit nos iure naturæ ad decorum & honeſtum obligare.

Quæ ratio ſit,cur capite non velato vir orans , aut prophetãs, capiti ſuo exiſtat iniurius.

Aſſerit porro Apoſtolus , virum capiti ſuo facere iniuriam,ſi velato capit.oret, vel prophetet. Cur hoc? quia ſi velat caput, ad eminentiã,in qua collocat' eſt à Deo, aſpicere nõ videtur,quia eſt in œconomia principatum gerens,& paterfamilias inſtar Regis eſt domi ſuæ Is ergo pudefacit caput

ſuum.

ſuum, qui non teſtatur domi ſuæ, quod habet principatum in vxorem. Porro velum eſt mediæ poteſtatis,&interpoſitæ ſymbolum. Videant ergo quid agant, qui præter opes, & formam ſuis vxoribus inſeruiunt, quod ordinem inuertant.

Virum prophetare, quid Apoſtolo.

Et prophetare hic, eſt Dei myſteria in ædificationem auditorū enarrare & docere, vt etiam infra accipit cap.14. Et eatenus hic peccatur, quatenus turbatur decorū,&poſiti à Deo ordinis diſtinctio. Nec eſt ſtatuenda religio, quaſi nefas ſit, Doctores pileolum geſtare, cum pro ſuggeſtu ad populū verba faciunt. Nec in regionibus Septentrionalibus, ſi miniſtrantibus in ſacris non ſint perpetuo detecta capita: nam frigore compelluntur capita tegere. Satisfaciūt autem Apoſtolicæ traditioni, quando initio ſacræ functionis, aut ſubinde in medio, vel ad finem, caput aperiūt. Non enim expedit vt propter illam ceremoniam caput vehementer lædatur, quia non vult Apoſtolus niſi vt appareat tantum viri dominium, & mulierum ſubiectio, & mulier profiteatur ſubiectionem erga virum ſuum.

Quibus liceat Sacerdotibus, & quatenus recto capite ſacrificare.

Mulier orans, aut prophetās velato capite quid teſtetur.

Debent ergo fœminę cum iſto ſigno ceremoniali conſentiendo naturæ, velare caput ſuum, cum orant, aut prophetant; vt in hoc teſtentur ſe habere virum, qui in eas poteſtatem habeat. Vnde olim quę dabantur nuptui, velabant caput ſuum, cum ipſæ quoque nuptiæ ab obnubendo dictæ ſint: &vbi Rebecca primum agnouit virū ſuum Iſaac, tollens cito pallium ſuum, operuit ſe, profitens ſe eſſe viro iunctam,& non oſtētans gloriam propriam aſſiſtente&præſente viro. Quæ vero innuptæ ſunt, comam interim oſtentant: quæ vero virginitatē profitentur, etiam tondentur, abijcientes à ſe gloriam, quam natura eis indidit, vt faciunt etiam fœminæ quædam, quæ mortuis maritis ſuis, prę doloris magnitudine aſſumūt ſignum luctus & mœroris, vnde in Scripturis vocari ad caluitium, ſymbolū erat pœnitentiæ & doloris: Eſa.22. *Vocauit Dominus in die illa ad fletum & ad planctum, & ad caluitium & cingulum ſacci*, & Oſeæ 8. *Super omne caput caluitium.* Fœminæ quæ in morte virorum præcidunt ſibi capillos, quaſi profiteri,& obſeruare volunt eorum vidualem, & nulli viro amplius per nouum coniugiū ſubdi. Adhæc illæ etiam quæ dum ſacrum aſſumunt velum, profitentur ſacrum cum Chriſto coniugiū, in quo eſt ſignum, quod ſpreto mortali viro, nouum ſponſum ſibi aſſumunt.

Geneſ. 24. Modeſtia Rebeccæ, vxoris Iſaac, Mulieres quæ nunc, & quare ſe tondeant.

Quartæ ſolutio dubit. Mulier ſi docere in

Ad quartum, cur Apoſtolus producit tale mandatum, cum mulieribus culpę detur loqui in Eccleſia? quomodo item hæ prophetare, aut orare dicētur; ergo ne, ſub velo prophetabūt,&orabū? Ad hoc Apoſtolus illis adimit c.14. inferius,& 1.Timoth.2. Dicendum eſt, quod Apoſtolus cum vnum improbat, alterum non probat: non ergo permittit prophetare operto, & velato capite: quin potius hāc vitij reprehenſionem in alium locum differt. Nec omnia poſſunt eodem loco tradi. Vel dicendum, mulieri nullam publicam functionem, quę ordinaria,&perpetua eſſet, cōuenire: ſi eas tamen interdum Spiritus ſanctus permiſiſſet, non prorſus interdictas loqui. Nam Anna vidua prophetiſſa in templo de Chriſto prophetauit: cecinit etiam publice laudes Deo Debbora, Maria etiam ſoror Moyſi cecinit canticum: *Cantemus Domino glorioſe*: quemadmodum Anna quoque mater Samuelis pulchrū edidit canticum: & Beatiſſima virgo Maria cecinit cāticum; *Magnificat anima mea Dominum*; Ioel quoque 2. dicitur; *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt.* Quatuor etiam Philippi diaconi virgines dicuntur prophetantes, & intelligo publice, Act.21.

Eccleſia non debet, quid hic prophetare permittitur. *1 Cor 14. 1. Tim. 2.*

Altera ſolut.

Quænam fœminæ docuerint, ac prophetauerint. *Luc.2. Iudic.5. Exod 15. 1 Reg.1. Luc.1.*

Ioel 2. Act.2.

Infra 21.

Quod ergo dicitur caput 14. inferius: *Mulieres veſtræ in Eccleſiis taceant.* (ita enim Græce legitur) intelligendum eſt de coniugatis mulieribus eū loqui, hę enim debent viris ſuis ſubditæ eſſe,&domi viros ſuos interrogare. Aliud eſt de virginibus & viduis, quæ in caſtitate permanēt: non eſt enim ille ſexus omnino prophetię dono priuatus, vt conſtat ex Sybillis,& ex filiabus Philippi diaconi,& Anna prophetiſſa vidua: nā tales poſſunt loqui in Eccleſia & in monaſterijs poſſunt docere alias fœminas, accedente facultate Epiſcopi.

Quas mulieres tacere in Eccleſia Apoſtolus iubeat. *1.Cor.14.*

Act 21. Luc 2.

Addit porro aliam rationem. *Vnum enim eſt*, inquit, *ac ſi decaluetur, vel radatur.* Decaluari, verbum eſt nec Latinū, nec proprium: neq; enim quiſquis raditur, fit caluus:&decaluari, aliud eſt, quam ex caluo fieri non caluū. Deinde ſpectauit Paulus hominum habitum, quo alij tondentur, alij raduntur, pro diuerſa Gentium conſuetudine. Tondet vero comam, qui medius eſt inter radētem,& inter mulierem nunquam tondentem,& radentem; quod illi ſexui valde eſſet indecorum: quod probat appetitus pronus ad capillos ſuos aſſeruandos, & ornandos. Vnde Petrus Apoſtolus dixit; *Quarum non ſit extrinſecus capillatura*,& Paulus, *Non intortis crinibus auro, & margaritis*: reprehendentes hanc crinium oſtentationē, ſicut etiam omnes veteres patres faciunt. Mulier item ſi prodiret in publicum tonſa, perinde eſſet

Quid illud vnū enim eſt ac ſi decaluetur.

Cur turpe ſit mulieri ſe tondere. *1.Pet.3. 1. Tim.2.*

Secunda ratio.

acſi

acſi vir in ſe mulieris tranſmitteret perſonam,vt prolixitate comæ ſe mulierē præſe ferret; quod abſurdum foret, quia in lege Dominus ait; Non induetur mulier veſte virili,nec vir vtetur veſte fœminea,abominabilis enim apud Deum eſt qui facit hæc. Eſt ergo hoc argumentum ſumptum à turpi,& indecoro.

Deut. 22.

V. ſolut. dub. Quā efficax ratio Apoſtoli ſit iſta: Vir caput non velet, quoniam imago & gloria Dei eſt.

Ad quintū, ponderandæ ſunt rationes, quas producit Apoſtolus ad hoc,vt mulier tecto capite oret.Eſt ergo ratio ſecūda; Vir non debet velare caput ſuum, quoniam imago,& gloria Dei eſt,mulier vero eſt gloria viri.Quod dubium ſecum adducit: quomodo enim Adam eſt imago Dei, ita & Eua, quia de vtroq; dixit, Faciamus hominē ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & Paulus iubet non minus fœminæ, quam maſculo, reformare ſe ad imaginem illius qui creauit illum.

Geneſ. 1. *Coloſſ. 3.*

Mulier vt ſit gloria, & imago viri.

Sed breui explicandum, hic imaginem dici reſpectu ad ordinem coniugalem;& ideo ſpectat ad præſentem vitam, non autē in conſcientia ſita eſt: non enim tractatur de innocentia,& ſanctitate,quo æque mulieribus,ac viris conuenit. Eſt ergo mulier viri imago,id eſt inſigne viri ornamentum quæ adiutorium eſt ad propagandum liberos,& materia,in quam extendit ſuum dominium; quod non tātum poſſit in ea quæ ſunt,& inanimātia, ſed etiam in rationalia, in ſexu tamen fœmineo,poſſit,& imperet.

Gen. 2.

Hæc etiam ratio quā potens; Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro.

Altera tertia ratio Apoſtoli eſt:*Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro*: Et confirmat dupliciter eminentiam viri ſuper mulierem.Primum quidem ex tempore quia mulier à viro ducit originem, quæ etiā ob id eſt poſterior viro. Secundo confirmat à fine: quia mulier creata eſt propter virum, non vir propter mulierem; ideo ſubeſt illi tanquam fini ſuo. Ita ergo vir eſt principiū, & finis mulieris. Ait enim Deus, *Non eſt bonū hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Deinde accepit vnam de coſtis Adæ,& formauit Euam.

Gen. 2.

Si vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus quomodo mulier creata dicitur, propter virum.

Quo ſi obijcias illud Prouerb.16.*Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*: Intelligimus tamē inter fines rerum certum eſſe ordinem, & primum obtinet gloria Dei. Sed hoc non tollit, quin ob virum ſit condita mulier. Et refelluntur hoc loco tam Peripateticus,quā Caietanus,qui ſomnum Adæ male interpretatus eſt,trahēs ad ſententiam Ariſtotelis, fœminam eſſe marem occaſionatum:& illa etiam,quæ Platonicus Eugubinus Epiſcopus,ſecutus fabulas Platonis dixit, videlicet ab initio creatum virum ſimul cum muliere coniunctos in vna maſſa,ſed à Deo poſtmodum ſectos fuiſſe, vt nequaquam fuerit ſucceſſiua creatio Euæ ex viro,ſed ſectio,vt dictum eſt.

Prou. 16.

Fœminam dicentium eſſe marē occaſionatum, opinio confutatur. Platonicū

de viro, & muliere ex vna ſect. à Deo mal a figmentum.

Vnde ſubdit:*Ideo debet mulier velamen habere ſupra caput ſuum.*Græce non legimus velamen,ſed ἐξουσίαν, hoc eſt poteſtatem,quæ illud velamen indicaret.Et poteſtatē Græci interpretantur, nomine rei ſignificatæ ſignum intelligentes : ita vt velamen mulieris ſit ſignum poteſtatis viri in mulierem.

Quid mulieris ſupra caput ſuū velamen ſignificet.

Sed dubium eſt in hac ratione, cur mulier velare caput ſuum debeat, vt ſic oſtendat viri ſui poteſtatem ſuper ſe? cur non etiam vir velamen in capite geſtet, vt oſtendat in ſe poteſtatem Chriſti? Reſpōdemus, ipſam rei naturam hāc diuerſitatem efficere: quiſque enim iuxta ſtatum ſuum obſeruat,& honorat ſuperiorem ſuum. Quod ſi naturale eſſet viro nutrire comam, ſicut eſt mulieri profecto deberet eodem modo vir caput ſuum Chriſtum honorificare:at cum natura turpe ſit viro velare caput; ideo abſque velamine apparere debet, cum orat, vel prophetat. Quod autem viro turpe ſit velare caput ſuum,probatur: quia turpe eſt illi nutrire comam,ſicut gloria,& decus eſt mulieri nutrire illam.

Cur potius mulier, quam vir, velamen ſupra caput ſuum debet habere.

Viro cur turpe ſit velamen ſupra caput ſuum teſte Apoſtolo.

Oritur etiam alia quæſtio: quia vir videtur poteſtatem adeptus in mulierem propter peccatum,& nō natura,iuxta illud; *Sub viri poteſtate eris,& ipſe dominabitur tui.* Dicēdum eſt, alium dominatum fuiſſe ei in pœnam datum, quam fuiſſet ille, qui prior natura illi in vxorem competeret: honorabilis enim tunc fuiſſet, nunc vero mulier per peccatum quodammodo ancilla eſt facta: quemadmodum etiam poſt peccatum homo dominus eſt factus beſtiarum, & volatilium,qui tamen alio dominatu fuiſſet eorum dominus,nobiliori ſcilicet,& præſtantiori.

Si vir dominus mulieri,propter peccatum eſt, quomodo natura.

Gen.17.

Homo ante lapſum, quale dominium brutorum animantiū habuiſſet.

Supra 1. Ad VI dubium.

Aliam addit rationem, quam ſexto loco poſuimus diluendam, nimirum mulierem debere velamen habere ſuper caput ſuum propter Angelos. Argumentum eſt ſumptum à reuerentia ſanctorum Angelorum. Varie autem exponitur hic locus, vt diximus.Nam Sacerdos c. 2. apud Malachiam dicitur Angelus Domini exercituum, & Ioannes ſcripſit ad ſeptem Angelos Apocalypſin,qui ſunt Epiſcopi Eccleſiarum. Eſt ergo ſenſus, vt mulieres non aſſiſtāt ſuis capillis, & capite detectis, ne miniſtros Dei pelliciāt ad impuras cogitationes,& praua deſideria,& obſcœnas actiones, & hoc in domo orationis,& in præſentia Dei,vt Paulinus epiſt.4.ad Seuerum exponit.

Quos propter Angelos mulier non debet tonderi.

Malach. 2.

Apoc. 1.

I, Senſus.

B Paul. Paulo ante dimidium epiſtola

Alij vero per Angelos malignos,qui huiuſmodi obiecta cupide arripiunt, vt templa Dei in lupanaria tranſforment, & tandi

II. Senſus de quo Tertull. lib. de habitu muliebri; Hi

ſunt Angeli quos iudicaturi ſumus, hi ſunt Angeli quibus in lauacro renuntiamus.
1.Cor. 6.

criminis Angeli fiant & teſtes,& accuſatores.Quod vero abſolute Angeli nomen tribuatur dæmonibus,ſuperius c. 6. huius epiſt.vidimus: *Neſcitu*, inquit, *quoniam Angelos iudicabimus* ? Etſi ſoleant quædam addi, quę exprimant diſtincte tam bonos, quam malos.

III.Cęteris probabilior ſenſus.
Gen.2.

Tertius ſenſus,& fortaſſe præſtā·ior eſt, vt Angeli pro bonis,& electis Angelis accipiantur:qa analogū abſolute ſumptū,ꝓ nobiliori accipitur. Ne videlicet ſe velint Angelis æquare,qui iīmediate ſunt à Deo, quēadmodum & homo.fœmina vero non niſi medio viro.Et cōfirmatur h'c ſenſus : quia Angeli interſunt ſacrificio Miſſæ,& orationibus noſtris,quo illas Deo offerant, & efficaciores efficiā'.Et cum mulieres ornatę, & nudæ capite, & facie fucatæ accedunt, & quæ minus deceāt,geſtu,oculis,motu corporis faciunt, offendunt puritatem Angelorum,& cuſtodes ſuos Angelos irritant,ꝙ tū ſeipſas,tum alios ad peccatū prouocent.

Angeli cur orantibus, & ſacrificantibus aſſiſtant.

Contra Valentinum, & Manichæū duo ponentes principia.

Subdit:*Omnia autem ex Deo.*Qui eſt archetypus,primumq; principium vtriuſq; ſex⁹: debet ergo vterque ſortem ſibi datam amplecti,ac retinere. Videndum etiam,vt illis bene vtamur.Ex quib⁹ ruit principium eorum,qui ſecuti ſunt Valentinum, & Manichæum,qui non omnia ponebant ex Deo, verum multa ex malo quodam principio.

VII quæſt. ſolutio. Hæc ratio ſit quam firma;mulier velata orare Deū debet,quia capilli ei pro velamine à natura dati ſunt.

Ad ſeptimum in illud;*Vos ipſi iudicate,decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipſa natura docet vos, &c.* Græcus textus clarius habet, In vobis ipſis iudicate: apoſtraphat enim ad Corinthios,vt conſulāt ipsā naturā in vnoquoq; dicentē. Natura enim,& rō publicæ honeſtatis officia plane oſtendunt illa an deceant, an dedeceant: dictat enim mulieri ignominioſum eſſe, & cōtra decorum, ſi mulier comam non nutriat, viris vero probo datur ſi comam promiſerint. Quod tamen nō fuit ita ſemper antiquitus iudicatum, ſed quod omnium conſuetudine tunc iudicatum, & receptum erat apud Græcos, vocat naturale. Alioqui viris non fuit ſemper coma dedecori:conſtat.n.ſemper Gētes quaſdam dictas Comatas,vt fuit Gallia Comata:& Homerus epithethon Achilli tribuit,& Achiuis; κάρηκο μοόωντας Ἀχαιοὺς, id eſt crinitos,& intonſos:Sero tonſoribus vti cœperunt Romani circa Africani Scipionis ſuperioris ætatē,qui quotidie raſitabat barbam,vt teſtis eſt Plini⁹:quē ſecutus fuit Auguſtus.Lycurgus Lacedęmones comam voluit retinere, dicens; *Si vultus,& forma fuerit bona,atq; honeſta, coma gratiā habet:ſi vero facies turpior cōtingat,coma efficietur horribilior, vt magis terrorem incutiet.* Sed ille mos Lacedæmoniorum nō ſemper fuit in

Quibus olim viris, & etiamnū comam geſtare non ſit indecorum.
Homer. in Iliad.

Quando primū tonſores Romæ, teſte Plinio.
Plin. lib. 7. cap.59.
Lacedęmones aliquādiu cur fuerint intonſi.

vſu: nā iuuenes cum ex ephœbis decederēt cōſueuerāt comas deponere in tēplo Apollinis Delphici. Magni quoq; Imperatores tonſos omnino volebant milites ſuos , ne anſam hoſtibus præberent ſe per capillos comprehendēdi, & in terram ſternendi: ꝙ quia non ſeruauit Abſalon , ſuſpendio ad quercum fuit implicat⁹. Quo tempore etiam Paulus ſcripſit hanc epiſtolam, nondū inoleuerat hæc conſuetudo in Gallia comā tondendi,imo potius à principio deforme fuit non minus viris,quam mulieribus radi aut tonderi.Sed quoniam in Græcia parum virile erat nutrire comam, vt tales quaſi effœminati notarentur , morem illum confirmatum pro natura habuit.

Milites quare tonderentur olim.
2.Reg.18.
Vnde Apoſtolus comam viris deformem eſſe dixerit.

Et quod ait: Si comam nutriat;intellige, inſtar mulieris, quæ nimis longos producit capillos. Et tōderi,aut radi, Græce eſt κείρεσθαι,quod non eſt præciſe radi,aut ad cutim tonderi,ſed in genere de quauis pręciſione capillorum,pro varia Gētium conſuetudine. Sequitur : *Quoniam capilli pro velamine ei dati ſunt.* A natura ſcilicet:& tale illud naturale velum eſt, quod alterum accerſat, quo tegerentur etiam capilli , & ita mulierem doceat eſſe viro ſuo ſubiectam.

Coma quę viris indecora, atq; deformis.

Ad octauum, circa illud; *Si quis autem videtur contentioſus eſſe;nos talem conſuetudinem non habemus,nec Eccleſia Dei,* Reſpondemus : Poſt multas alias rationes confugit Apoſtolus ad fortiſſimum conſuetudinis telum , quę nobis puppis & anchora debet eſſe tam fidei , quam ſanctæ vitæ , & ſalutis æternæ. Pondera illum arguere à conſuetudine Eccleſiæ, quæ ante viginti, aut triginta annos cœperat ; quanto ergo magis ſolidior erit conſuetudinis Eccleſię autoritas,quæ à mille,& fere ſexcentis annis trāſactis producitur? Deinde expende, quod mirabilius eſt, non ſolum ea,quæ obſeruat Eccleſia,nobis eſſe ſuſcipienda , ſed etiam ea quæ non obſeruat, ea eſſe fugienda, & declinanda. Poſtremo ratio iſta ſolet eſſe magni ponderis: quia ſolida reddit ea omnia , quæ ſeruat, & colit Eccleſia.Et ſufficeret ad ſatisfactionē, etiamſi Scripturarum teſtimonia,& ſanctorum Patrum præcepta nō extarent,vt egregie docet Irenæus. Et hæc arma ſunt aſſumenda contra hęreticos hodiernos in controuerſiis de feſtis diebus,de ieiuniis,de delectu ciborum, de ceremoniis Sacramētorum, de purgatorio, de ſuffragiis animarū, de Sanctorum inuocatione, & eorum reliquiis,& imaginibus, & reliquis quæ illi in dubium reuocarunt,& ipſi propria autoritate contra autoritatem maiorum de medio abſtulerunt.

VIII. dub. ſolut. De vi atq; efficacia traditionis Apoſtolicæ in conſuetudine ſumptæ ad confirmandum.

Eccleſiæ conſuetudines negatiuæ, & affirmatiuæ pariter obligant.

D. Irenæus lib.3. c. & alibi, aliquando bis. Eiuſdem obſeruationes quaſi Eccleſiaſticæ conſuetudinis clypeo ac telo ſe protegant, ac defendant.

Vocat autem contentioſum Apoſtolus

φιλόνεικον,

Contentioſus quis Apoſtolo. Ethnicis qui minime probentur. *Par.* 2. Contentioſus vt ait Philo, cur peior inobediente. *Deut.* 21.

φιλόνεικον, id eſt amatorem, & cupidũ victoriæ: apud æthnicos enim neq; ſophiſtę, neque philonici probãtur, quod illi pro fine habeant quæſtum, iſti victoriam. Philo Alexandrinus lib. de Ebrietate, aſſerit priorẽ eſſe contentioſum non obediẽte: Sicut ſcriptum eſt, inquit, in lege, Si filij nõ obediãt, & contendant, ſic enim ille legit ex 70. Interpretibus Deut. 21. *Si genuerit homo filium contumacem, & proteruũ. &c.* Vbi Græce habetur ἀπειθὴς καὶ φιλόνεικος: eſt enim φιλόνεικος, non ſolum qui non obedit, & perſuadetur, ſed etiam qui facit contraria, quod proprie conuenit hæreticis.

Ad IX. dubium, ac poſtremũ. Clericos barbæ an deceant, necne. Decere natura eos maxime barbam. Probatur exemplis. *Leu.* 21. *Pſal.* 132.

Iam vero commodus ſe offert locus diſputandi de barbis geſtandis, an ſcilicet decentius ſit clericis, ac prælatis barbam geſtare, an ſecus, radere ſcilicet, aut tõdere, vt plerique faciunt: qua in re conſulenda eſt natura, & cõſuetudo antiqua, & noua. Si ergo conſulamus naturam, decentius eſt in vniuerſum geſtare barbã, quia hoc ſignum virilis ſexus edidit natura, quemadmodũ barba natura ipſa pullulat in viris, & creſcit, non autem in fœminis. Si vero exẽpla maiorum, & præſertim veteris Teſtamenti quæramus, legimus Leu. 21. *Nec radent caput, nec barbam, neq; in carnibus ſuis facient inciſuras*; in Pſalmo quoque: *Sicut vnguẽtum in capite quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.*

Chriſtum barbam habuiſſe. *Eſa.* 50. Chriſti facies qualis.

Si vero noui Teſtamenti Patres in conſilium adhibeamus, de Chriſto ipſo conſtat barbam geſtaſſe, de quo Propheta dixit: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* Nicephorus lib. 1. c. 40. viuam Chriſti faciem deſcribens; *Cæſariem*, inquit, *habuit ſubflauam, ac nõ admodũ denſam leuiter quodammodo ad criſpos declinãtem: ſupercilia nigra, non perinde inflexa.* Et infra: *Barbæ capillus flauus, nec admodũ demiſſus: capitis capillos tulit prolixiores.* Hæc Nicephorus ex Epiphanio. Idem docet Vultus ſanctus, qui viua Chriſti eſſe imago perhibetur: & vultus ſanctus quem expreſſum reliquit in ſindone, quo inuolutus fuit ad ſepulturam: quorum prior Romæ oſtenditur in hebdomada ſancta, alter vero Niciæ, in Prouincia, quæ ciuitas eſt Ducis Sabaudiæ. Idem etiam conſtat de Petro, & Paulo Apoſtolis, vt antiquiſſimæ docent picturę. Tradit enim Epiphanius, ſcribens in Meſſalianos, hoc ipſos Apoſtolos inter Canones tradidiſſe, ne raderemus barbam, & nutrire m⁹ capillos, & reprehẽdit eos qui barbã radũt, & capillos nutriunt. Nicepho. lib. 2. c. 37. Petro tribuit capillos capitis, & barbæ criſpos, & denſos, & Paulo longiorem, ac denſiorem barbam. Clemens Alexan. lib. 3. Pædog. c. 3. circa finem: *Nefas eſt*, inquit, *barbam vellere, quæ eſt pulchritudo congenita, pulchritudo generoſa, & ingenua.*

Petrum quoque ac Paulum fuiſſe barbatos. *Epiphan. in hæreſin.* 80. *Niceph.* *Clem. to.* 1.

Barbam vellere cui nefas teſte Stromatec.

Primum lanugo eſt, quæ ſit gratiſſima pubes. Procedens autem iam iungitur, dum barba delectatur, in quam vnguentum deſcendit Propheticum, dum Aaron honoratur. Sed hæc videtur docere de laicis, non de eccleſiaſticis, aut Religioſis. Idem c. 11. ante medium; *Viris barba ſufficit. Quod ſi quis etiam barbæ nonnihil tondeat; ea tamen non eſt omnino denudanda. Eſt enim turpe ſpectaculum, barbaq; ad cutem vſque tonſus, non videtur multũ abeſſe à vulſione, & læuore. Iam enim Pſalmographus barba coma delectatus: Sicut vnguentum*, inquit, *quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Is cum barbæ conduplicatione decorem laudaſſet, vultum exhilauerit vnguento Domini. Quoniam autem non decorus gratia tonſus, ſed propter circumſtantiam accipitur: pili quidem capitis, ne ſi creſcant, deſcendẽtes viſum impediãt, & forte qui in ſuperiori labri parte inter comedendũ polluuntur, tondendi ſunt non noua: ula: eſt enim illiberale, ſed tonſorũ forficibus. Barbæ autem pili, qui nihil moleſtiæ afferunt, non ſunt vexandi, vt qui vultui grauitatem afferant, & quendam paternum terrorẽ incutiant.* Hæc ille, quæ non tantum videntur de laicis dicta, ſed etiam de clericis, & Religioſis: In cuius rei ſignum meminit ſacerdotis barbæ Aaron. Adde alterum Clementem Romanum, qui li. 1. c. 4. *Pulchritudinem*, inquit, *tibi à natura, Deo autore collatã, noli adiecto cultu exornare, ſed humiliter eã aduerſus homines ita cohibe: capillum comæ non nutriens, ſed potius illum detondens, & adimens, ne tu pruritu vexatus, & caput lacerationis expers conſeruãs, vel vnguentis perfundens, inducas tibi mulieres, quæ hoc modo illaqueant, vel illaqueãtur.* Et infra: *Fidelis enim cum ſis, & homo Dei; non licet tibi nutrire capillum, & in vnum complicare quod eſt delicatum, & molle, vel diſcerniculo diſcriminare, neq; vero intortum calamiſtris criſpare, vel flauum facere: quoniam quidem lex vetat in Deuteronomio inquiens; Non facietis vobis rotunditatem ex coma capitis veſtri, neq; inciſiones. Neque vero licet barbæ pilos corrumpere: neque hominis figuram præter naturam, mutare. Non incidetis (inquit lex) ſuperficiem barbæ veſtræ (quod ſacerdotibus tamen eſt dictum) Hoc enim mulieribus decens creator Deus ſtatuit, viris indecorum eſſe indicauit.* Hactenus ille.

De quibus hoc ſenſerit ille. Barbæ denudatio quam deformis. *Pſalm.* 132. Barba quatenus tondenda. *Cle. Rom. li. de Apoſtolicis traditionibus.* Cur vetuerint nutrire comam, & capillum Apoſtoli. Comæ & capilli pro prius mulierum ornatus, viris indecorus. *Leu.* 19. *Infra* 21.

Greg. VII. Decretum de barbis radendis.

Gregorius tamen VII. lib. 8. Regiſtri Epiſt. 10. ad Glorioſum Iudicem Carolitanum; *Nolumus*, inquit, *prudentiam tuam moleſte accipere, quod Archiepiſcopum veſtrum Iacobũ conſuetudini ſanctæ obedire coegimus, ſcilicet vt quemadmodum Occidentalis Eccleſiæ clerus ab ipſis Eccleſiæ Chriſtianæ primordiis barbã radẽdi morem tenuit, ita & iſte frater noſter, veſter Archiepiſ-*

chiepiſcopus raderet. Vnde Eminentia tua præcipimus, vt ipſum ceu paſtorē, & ſpiritualem patrē ſuſcipiatis, & auſcultans cum conſilio eius, omnē poteſtatis tuæ Clerum radere facias atq; compellas. Hæc ille, quæ dictis ab vtroque Clemente contraria videntur, ob diuerſas in Occidente cōſuetudines ab illis in Oriente ſeruatas. Capillos vero in vnum colligere, eſt crines ad verticē conuolutos geſtare: quod M. Varro libro 6. de lingua Latina Tutulos priſco vocabulo nominauit, Siſoē vero vocat Suidas, πλεξίδιον, id eſt capillum plicatū. Et vocem Siſoes. 70. Interpretes videntur formaſſe à vocabulo Hebræo Siſin, quod Hebræi tradunt ſignificare cincinnos capitis. Porro B. Petrus Siſoen videtur expreſſiſſe per τριχῶν πλοκὴν, id eſt capillorū plicationem, quam interpres noſter dixit capillaturam, Paulus vero vocat πλέγμα hoc eſt intortos crines, Hieronymus vero ex Hebræo vertit, non tondere comam in rotundum; Latini vero dicunt calamiſtratum, ſiue calamiſtris ornatum, quod lex prohibebat. Præterea Romani Iouem pingebant barbatum. Et Dionyſius Tyrannus videns Æſculapium barbatum, & Appollinem eius patrem imberbem, putās eſſe valde indecens, Æſculapium ſpoliauit barba. Alexander à ſuis militib. irriſus fuit, quod barbam raderet, cuius raſuræ ipſe autor fuit, vt Athæneꝰ refert ex Chryſippo. Ea enim eſt deformitas in radendo, quæ eſt in arboribus, cum folia decidunt. Diogenes barbatꝰ incedebat, vt ſe virum eſſe recordaretur. Pueri vero, fœminę & eunuchi, & qui mollius degunt, barbam non geſtant, & in Concilio Carthaginenſi quarto cautum eſt: *Clericus ne comam nutriat, nec barbā radat.* Licet in lib. Decretalium verbum illud, *radat*, eraſum ſit: qua aūt autoritate illud ſit factum, prorſus ignoro. Certe Thomas Walden. citat Anicetum lib. de Sacramentalib. c.64. dicētem; *Prohibete fratres per vniuerſas regionum veſtrarum eccleſias, vt clerici iuxta Apoſtolorū comam non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſphæræ radant; quia ſicut diſcreti debent eſſe in conuerſatione, ita & tonſura, & habitu diſcreti debent apparere. Hæc vobis fratres, vt petiſtis, cuſtodienda mittimus, & cuſtodire præcipimus.* Hęc ille. Vbi Pontifex illud de viris ne comā nutriant, explicat dictū de clericis fuiſſe apud Apoſtolum: volens vt ſicut Clerici in tonſura diſcernuntur à Laicis, ita etiam in barbis.

Siſoes quid 70. Interpretibus, vndeque illam vocem deriuauerint. 1. Pet. 3.

Leu. 19.

Dionyſij lepidum factum Syracuſani in Iouem, & Æſculapium.

Barbæ raſionem a pud Græcos quis primus inuexerit.

Diogenes cur incederet barbatus.

Qui ſint imberbes natura.

Concil. Cartha. 4. c.44. Diſt. 42. Clericus. Th. Vualden.

Cur Pontifex Anicetus Clericis mandauerit comā ne nutriāt.

Certe ſi conſulamus rationem, ſacerdotes ad ſacrificandum, & percipiendum Chriſti corpus, mundius eſſet barba carere, maxime prolixa quia purius ſanguinem Chriſti haurirent: adde etiam tutius, ne pilis contingant ſacroſanctū Chriſti corpus aut ſanguinem, à quo periculo lōge ſunt laici, qui tantum in vna panis ſpecie communicant. Et ſatis eſſet ſigna barbæ, & virilis ſexus per tonſionem moderatam facere, quam ſi radendo barbam effœminati reddantur, & ſimiles videantur pueris, aut fœminis, aut eunuchis. Geſtando etiam barbam prolixam opus eſſet illam ſæpe lauare, & mundare, quia ſæpe polluitur, & cura multa opꝰ eſſet in illa conſeruanda. Ideo hęc media via magis mihi probaretur. Hæ tamen rationes quanti ſint ponderis, & momenti, aliis iudicandum relinquo.

Barbæ detenſio quā ſacerdotib. expediat.

Eius moderatio laudabilis.

Habes ergo ex hoc capite, quāto ſtudio, & rationum momentis ſcripſerit Apoſtolus pro illa ceremonia velandi, vel detegendi caput viris, & mulieribus, non ignarus tamen quod eſſet res Eccleſiaſtica, & non prorſus Diuina, & indiſpenſabilis. Vnde Græci improperabāt Latinis, quod barbas raderent; contra Latini Græcis, quod barbas geſtarent. Vt docet Antoninus in tertia par. tit. 22. c. 13. §. 11. in fine Epiphanius in Meſſalianos; *Alienum eſt*, inquit, *à Catholica Eccleſia, ſaccus conſpicuus, & coma extenta à prædicatione Apoſtolorū. Vir enim*, inquit, *non debet nutrire comā, cum ſit imago, & gloria Dei. Quod vero ſit peius, & contrarium? Hi barbam quidem formam viri reſecant, capillos autem capitis ſæpe nutriunt. Et de barba quidē in Conſtitutionib. Apoſtolorum dicit diuina ſcriptura, ac doctrina: Ne corrumpas, hoc eſt, Ne ſeces pilos barbæ, neq; meretricio more ob comam efferaris, neq; ſuperbiam in progreſſu iuſtitiæ exemplū habeas. Decebat enim Nazaræos hoc ſolū propter figuram. Figura enim dicebantur veteres eius, quod futurum eſſet, habentes comam in capite propter orationem, donec venit oratio mundi, & perfecta eſt. Caput enim apparuit Chriſtus vnigenitus Filius Dei, & cognitus eſt mundo qui ſemper eſt*, & reliq.

Hæc Pauli lex qualis.

Græcorū, Latinorū que de barbis mutua improperia.

D. Anton. Epiphan. in hæreſi 80. à med.

Barbæ raſionem, ac comæ nutrimentum vt notet Epiphanius *Leu. 21.*

Barbam radent, & comam non nutrient olim cur ſoli Nazaræi eodem autore

Non putaui in hoc capite ſilentio præter eundum eſſe, aut diſſimulandum, ꝙ ſi fœmina quæcunq; dehoneſtat caput ſuū, hoc eſt virū ſuū, ſi ſymbolū ſubiectionis ſuæ ad virū, id eſt, velū capitis derelinquat, quo teſtatur ſe ſubditā eſſe viro; & ꝓpterea grauiter reprehenditur à B. Paulo: quanto magis deturpabit caput ſuū fœmina, quę ſummi Pōtificatus honorem ſibi in integro Regno vſurpare auſa eſt, quę ſe ſummā Eccleſiæ gubernatricē, & immediatū caput ſub Chriſto ſuper totam Anglicanam Eccleſiam, etiā in omnibus ſpiritualib. cauſis ſpectātibus ad eccleſiaſticos nominari, & haberi voluit: atque ad hoc falſū, & impiū dogma profitēdū oēs ſub pęna capitis, & iactura oīum bonorū fortunæ coegit? Impiū ſane, inauditū, & audaciſſimū facinꝰ. Quomodo. n. hæc audit Paulū loquētē, ac dicentē, *Mulieres in eccleſiis*

Impia Iezabel illa omnium mulierum impudentiſſima Angliæ regina quam deturpet caput ſuum.

Eiuſdem mulierculæ crudelitas & arrogantia.

taceant:

Geneſ. 3.

ta eant: non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit: ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri, loqui in Eccleſia. Et rurſus: *Docere autem, mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.* Mirum eſt autem, tã excæcatos eſſe homines, vt contra præceptũ Pauli tam clarum & apertum peccare ſe non videant. Tertullian. lib. de virginib. velandis: *Non permittitur*, inquit, *mulieri in Eccleſia loqui, ſed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedũ ſacerdotalis officij, ſortem ſibi vendicare.* Hæc ille. Quod ſi aliquo veterũ exemplo ſe à tanta impudentia excuſare velint; dicemus, in hunc errorẽ, & forte minorẽ, quã ſit iſte præſens, impegiſſe Pepuzianos, qui Quintiliani, ſeu Priſcilliani vocantur apud Epiphanium Hæreſi. 49. & apud Auguſtinum Hæreſin. 27. qui mulieres in ſacerdotes ordinabant, & Collyridiani apud eundem Epiphanium Hæreſi. 79. panem offerebant in nomen Mariæ, & cæteri de eo pane participabant: atque hoc ſacrificium per mulieres fiebat. Sed hi omnes pro meris Hęreticis in Eccleſia ſemper agniti ſunt. Habetur prętereà in Diataxi Apoſtolica lib. 3. c. 9. *Quod ſi hactenus mulieribus docendi munus nõ commiſimus, quo modo munere ſacerdotali fungi præter naturam eiſdem quiſpiam permittet? Hic eſt enim error Gentilium Deum negantium, deabus fœminis ſacerdotes fœminas eligere: at non eſt hoc à Chriſto conſtitutũ. Quod ſi à mulierib. baptizari oporteret, profecto Chriſtus à Matre ſua baptizatus eſſet, & non à Ioanne: aut cum nos ad baptizandũ miſit, miſiſſet mulieres nobiſcum ad hoc: nunc vero nuſquam neq; iuſſit Dominus, neq; per ſcripturã tradidit, vtpote qui naturæ conuenientiam, & rei decorum noſſet tanquam Naturæ autor, & legulator.* Hæc ille. Prætereà Maria mater Dei, & aliæ ſanctæ mulieres Maria Magdalenæ, & Marię Iacobi, Maria quoque, & Martha ſorores Lazari, & Salome, nunquã ſacræ præſidentiæ vſæ ſunt poteſtate, neque miſſæ ſunt ad prædicandum, aut ad baptizandũ. Quod ſi hoc negatum eſt ſanctiſſimæ Deiparæ, quis auſit ſibi tribuere quod illi denegatum eſt? Amplius, ſi Core, Datam, & Abiron, & Rex Ozias volentes thurificare Deo, grauiſſimũ ſunt experti Diuinę vltionis iudicium: nam illi tres priores viui deſcenderũt in infernum, Rex vero ille lepra percuſſus eſt in finem vitæ vſque: quomodo iſta confidentiſſima muliercula cum toto ſuo Regno non horreat, & contremiſcat ad aliquod magis horrẽdum, & terribilius impræmeditatum Dei iudicium? quoniam crimen hoc in immenſum excedit illorum peccatum. Nam quis neſciat leue eſſe peccatum, laicos velle thurificare Deo ſi cõferatur cum grauiſſimo, & horrẽdiſſimo flagitio vſurpandi ſibi cauſas ſpirituales Fidei, & Sacramentorum, & creandi pſeudoepiſcopos, & falſos prophetas? Nonnulli tradunt olim Ioannem VIII. Pontificẽ Anglũ natione extitiſſe, cũ tamen eſſet (vt fertur) fœmina: in eo tamẽ minori peccato inuolutum, quia per aliorũ ſuffragia ex errore putantiũ eſſe virũ, euectus fuit ad primatũ Eccleſiæ: qui tamen error nõ iuris, ſed facti fuit. Hæc tamen Regina incomparabilius crimẽ peccauit, quæ ſibi per vim extorquet, vt caput immediatum Eccleſię Anglicanę ſub Chriſto vocetur. Hoc tamen exemplum produxerim vt aggrauarẽ crimen, ſi tamẽ vera extitit ea hiſtoria, quia multi illam merito reijciunt. Hoc certũ eſt, illã nõ ignorare, Imperatorẽ, & magnos in Eccleſia Dei Reges, ac Principes hoc ſibi nunquam tribui voluiſſe, quod ipſa ſola fulta conſilio hominũ ſchiſmaticorum, & hæreticorum ſibi dari attentauit. O Chriſte patientiſſime, qui tanta, & talia in Eccleſia tua pateris monſtra, & prodigia. Veruntamen iudicia tua abyſſus multa. Sed tandem nõ euadent manus tuas & tarditatẽ ſupplicij grauitate cõpenſabis.

1. Tim. 2.

Conſiliorum eius ſtultitia, & impudentia.

Tertullian. Paulo poſt medium. Par. 2.

Vaniſſimũ illorum perfugiũ.

B. Epipha. Aug. to. 6. initio.

Cle. Rom.

Ethnicorũ Deum negantium error.

Matt. 3.

Cur Dominus committere noluerit mulieribus baptizandi munus.

Fœminæ alioqui ſanctiſſimæ, quæ tamen ab eccleſiaſticis fuerint muneribus excluſæ.

Num. 20.

2. Par. 26.

Pſeudo-reginæ illius arrogantię cum illa Core, Datan, & Abiron ac Oziæ regis temere thurificantiũ collatio.

Eadem illa Ioanne VIII. Pont. Rom. fertur, fœmina quanto deterior.

A quibus illa cum impoſtoribus ſuis Apoſtatis, quantopere degenerauerit.

Pſal. 35.

Sed quis illud ſilentio inuoluat, hanc fœminam crudelitatis veneno percitã, & Catholici ſanguinis ſitibũdam in omnes, qui quoquo modo in Caluinum aliquid dicũt, aut eis dogmata inſectantur, aut rurſus qui Romani Pontificis Chriſti Vicarij fidem, & religionẽ profitentur, aut cauſam, & patrocinium eius ſuſcipiũt, acerbiſſimo mortis ſupplicio plectere, eo prętextu, quod crimẽ Læſæ Maieſtatis perficiant. Ita enim putat Catholicis imponere poſſe, aut Deo ipſi verba dare, quaſi eũ impiæ eius cogitationes latere valeant. Quicquid enim pro ſacra, & auita religione, & pro orthodoxa fide Catholici tuentur, cõfeſtim crimen eſſe fingit læſæ Maieſtat. vt hoc veluti velo iuſti tituli ſuam tegat impietatem, ſuum Caluiniſmũ, ſuum virulentũ, & pluſquam Vatinianũ in Pontificẽ Romanum odiũ, ne videlic. alios Principes Catholicos, & Reges contra ſe concitet, & accerſat, & pœnas dare cogatur tantæ ſimulationis, & hæreſeos. Hæc enim Anglica maieſtas diſiunctiſſima eſt à Fide Catholica, & Rom. Pontificis obediẽtia, & coniunctiſſima cum impientiſſimo, & perniciosiſſimo Caluino, homine ſcilicet profligatę hęreſeos, & ſchiſmatis. Nouimus, Iudęos ſimili thecna vſos, qui vt necis Chriſti cauſam declinarent, & peccatum ſuum tegerent, dixerunt: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.

Quo nefario prætextu & hypocriſi ſuam tegere conetur impietatem, & cædem Catholicorum.

DISPVTATIO XIX.

In Apoſtoli verba: *Hoc autem præcipio non laudans quod non in melius, ſed in deterius conuenitis. Primum quidem conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo. Nam oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare: vnuſquiſq; enim cœnam ſuam præſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt, &c.* vſque in finem Capitis 11.

I. dubium. AGgreditur ſecundum abuſum in ſacro cœtu Corinthiorũ, quem in participatione Corporis Chriſti admittebant. In ſequentibus ergo verbis primum dubitatur circa illud; *Oportet hæreſes eſſe*: quod ſi neceſſariæ ſunt, non ſunt ergo peccata, nec eas fouere, reddit hominẽ damnationi, & II. dubiũ. igni obnoxium. Secundo, dubium eſt, quis eſſet ille abuſus conuenientium in Eccleſiã quẽ explicat illis verbis; *Vnuſquiſq; præſumit cœnam ſuam ad manducandum.* Nam quidam docent intelligendum de præſumptione cœnæ antequam venirent pauperes, alij vero antequam ſumerent Corpus Domini cœnabant, non ſine pauperum ſcandalo, III. Dubium. & ordinis Eccleſiaſtici violatione. Tertio ambigitur, quomodo vocat Paul⁹ traditionem Euchariſtiæ, hiſtoriam, & inſtitutionem, cum ait; *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis*; cum illa conſcripta ſit à quatuor Euangeliſtis. Traditio autem videtur doctrina non ſcripta, vt illa ſuperior de velando capite. IV. Dubium. Quarto, circa illud; *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*, quomodo conuenit cum his quæ Lucas dixit de præſenti; Luc.22. *Qui pro vobis datur*, & cum verbis Græcis hoc loco, quæ habent, *Quod pro vobis frãgitur*. V. Dubiũ. Quinto, quia de ſanguine ſubiungit: *Poſtquam cœnauit*, dubitatur quo præciſe tẽpore inſtitutum eſt myſterium, & quæ cœna erat iam perfecta. VI. Dubiũ. Sexto, quænam ſit illa locutio, & quid ſibi velit: *Hic calix nouum teſtamentũ eſt in meo ſanguine.* VII. Dub. Septimo, quomodo edẽtes & bibẽtes corpus, & ſanguinem Dñi, eius mortẽ annuntiant donec veniat. VIII. Dub. Octauo, quõ manducans corpus, & bibens ſanguinem Domini indigne, iudiciũ ſibi manducet, & bibat; cum ſcriptum ſit; *Qui manducat hunc panem, viuet in æternũ.* IX. Dub. Ioan.6. Nono, circa illud, *Probet autem ſeipſum homo* an ſit licet ſatis ſit contritio de peccato, vt vult Caietanus, an vero etiam, ſi ſuppetit copia Confeſſoris, requiratur confeſſio ſacramentalis, & an detur medius acceſſus in X. dubium ſumptione ſacrificij. Decimo, quomodo ex Chriſti corporis ſumptione infirmi, & imbecilles redderentur multi; multi item per mortem, quam ſomnum vocat, decederẽt. XI & vltimum Dubium. Poſtremo circa id, *Cætera cum venero, diſponam*, dubium eſt quæ ſint illa generali vocabulo inſinuata potius, quam expreſſa.

Quo tendant hæc verba: Hoc autẽ præcipio; non laudãs quod non in melius, ſed in deterius conuenitis. Ad horum igitur primum reſpõdemus: Apoſtolus multis quidem, & grauibus argumentis Corinthiorum abuſum in cœna Dominica corrigere conatur: nihil enim frigide, aut ieiune, ſed omnia ardentur, & copioſe agebat Paul⁹. Notat ergo Corinth. in genere, quod iã non in melius, ſed in deterius conuenirẽt. Et reſpiciunt hæc verba ad Capitis initium, vbi hoc nomine eos laudarat, quod inſtituta à ſe tradita illis accurate tenerent. Hoc dictum nũc corrigit, cum ait: Præcipio; non laudans, vel, vt Græca habent, illud præcipiens, ſiue monens non laudo. Vtrumque enim verbum Græcum ſignificat παραγγέλλων, quaſi dicat; Ego quidem vos laudaui, ſed ne putetis abſq; omni exceptione. Eſt enim aliquid obiurgatione dignum, hoc nimirum, quod nõ in melius, quod ſane ferendum non eſt, ſed in deterius conuenitis, quod multo grauius, & in tolerabilius eſt. Quare in eccleſiam conueniamus. Nam ſi attendas ad quid in Eccleſiam homines conueniant, nullus ſane conuentus fructu carere deberet: nam ibi doctrina Dei auditur, preces cõmunes ad Deum fiunt, myſteria ſacra celebrantur: ex quibus Dei in nobis fides, & timor, incrementum ſumere deberent, inque charitate, & pietate exercen, & perfici deberemus.

Sciſſuræ eſſent inter Corinthios quales. Subdit: *Audio Sciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo.* Id eſt, Intelligo quod vnanimes non eſtis, & ſinguli propriis ſtudiis nimiũ addicti eſtis, & minime, vt decet, aliis vos accommodatis: vnde ambitio, faſtus, donorum Dei profanatio, & ædificationis mutuæ inter vos negligentia: quiſque enim aliis deſpectis ſe efferebat, & proterue ſuam ſententiam tuebatur. *Et ex parte*, inquit, *credo.* Superi⁹ Capite primo perſuaſus erat de 1.Cor.1. ſciſſuris, quæ fuerant inter eos concitatæ, cur ergo dicit, *Ex parte credo*? Reſpondeo, Cum de iis minime Apoſtolus dubitaret, cur ſe credere dicit ex parte? non dixit, Non credo, ne fruſtra increpare videatur: nec rurſus, omnia credo, ne putent Corinthij hoc crimen ſibi falſo impingi, & quærãtur ſe immerentes grauari. Dixit ergo ex parte, quo oſtenderet ſe credere non eſſe tanta diſſidia, vt vel in ipſa Eccleſię ſynaxi proderentur. Ex parte ergo ſapienter credebat, quia illi, qui aliorum errata de- Accuſatorum vitiũ.

Ad I. Dubium.

ferunt, ea vel exaggerant, vel aliquid de ſuo addere ſolent, non tam eorum maleuolentia, quam immodico zelo.

Si oportet hæreſes eſſe, cur illæ damnantur?

Nam oportet hæreſes eſſe; vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. Quib. in verbis Apoſtolus explicat cauſam, quæ eum mouit ad credendum: quia oportet hęreſes eſſe. Hęc autem neceſſitas ſimpliciter non eſt intelligenda, ſed poſita hominum propenſione, & voluntate deliberata tuendi ſuam ſententiam, & Dei obſiſtere nolentis permiſſione. Neq; propterea qui hęreſes inueniũt aut tuentur, & tranquillum Eccleſiæ ſtatum perturbant, excuſantur: nam ante in eorum poteſtate poſitum erat: & præceptũ ne facerent. Nec inculandus Deus, qui permittit rerum ordinem & naturas violare, & aliquod malũ euenire ſinit ob aliquod maius bonum. Hinc Auguſtinus lib. de Geneſi contra Manichæ. *Ideo*, inquit, *Diuina prouidentia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit, vt cum inſultant nobis: & interrogant nos ea quæ neſcimus vel ſic excutiamus pigritiam, & Diuinas Scripturas noſſe cupiamus. Propterea & Apoſtolus dicit: Oportet hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant inter vos. Illi enim Deo probati ſunt, qui bene poſſunt docere: ſed manifeſti hominibus eſſe non poſſunt, niſi cum docent. Docere autem nolunt, niſi eos, qui doceri quærunt. Sed multi ad quærendum pigri ſunt, niſi per moleſtias, & inſultationes hæreticorum, quaſi de ſomno excitentur, & de imperitia ſua erubeſcant ſibi, & de illa imperitia ſua periclitari ſe ſentiant. Qui homines ſi bonæ ſunt fidei, non concedũt hæreticis, ſed quid eis reſpondeant, diligenter inquirunt*: Rurſus idem Auguſtinus lib. 16. de Ciuit. Dei: *Multa quippe ad Fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine agitantur, vt aduerſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentius, & intelliguntur clarius, & inſtantius prædicantur: ab aduerſario mota quæſtio, diſcendi exiſtit occaſio.* Et lib. 18. *Qui ergo in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid, prauumque ſapiunt, ſi correpti vt ſanum, rectumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt hæretici fiunt, & foras exeuntes habentur in exercentib. inimicis. Etiam ſic quippe veris illis Catholicis membris Chriſti malo ſuo proſunt, dum Deus vtitur & malis bene, & diligentibus eum, omnia cooperantur in bonum. Inimici enim omnes Eccleſiæ quolibet errore cæcentur: vel malitia deprauentur: Si accipiunt poteſtatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam: Si tantummodo male ſentiendo aduerſantur, exercent eius ſapientiam: vt autem etiam inimici diligantur, exercēt eius beneuolentiam, aut etiam beneficentiam, ſiue ſuaſibili doctrina cum eis agatur, ſiue terribili diſciplina.* Hæc magnus Auguſtinus.

Hæreticos eſſe inexcuſabiles.

Aug. c. 1. init. l. 1. ſub finem.

Qui Deo probati ſint, teſte Auguſtino.

Hæreſes Eccleſiæ boni, quod adferant.

Idem c. 2 in princ. to 1.

Ca. 51. init. Hæretici quinam Auguſtino

Rom. 8.

Quadrupliciter illi Eccleſiæ proſunt.

Quidam tamen ex Noſtris hunc locum nõ intelligit de hæreſibus, vt hæreſis ſumitur à Theologis pro dogmate falſo Eccleſiæ ſãctæ repugnante: Quia, inquit, nõ oportebat apud Corinthios eſſe tales hæreſes, ſed erãt ſectæ: quod ante eum annotauit OEcumenius. Hoc autem in primis contra communem ſenſum ſanctorum eſt, & præcipue D. Auguſtini, qui in locis prædictis hunc locum Pauli interpretatur, imo etiam eſt cõtra ipſum Apoſtolum, cum eſſent inter Corinthios, qui reſurrectionem mortuorum negabant. Quod vero hæreſis ſectam ſignificet, libenter aſſentimur: ſed aſſerimus, hæreticos ſectarios eſſe, & ſectas gignere, aut facere. Certe ex vocis etymologia *αἵρεσις* electio eſt, qua quis alicui priuatæ opinioni hæret, & apud Catholicos ſemper in malã partem accipitur, cum ipſe Paulus alibi dicat: *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita.* Ita eſſe ſumendam hanc vocem, probat quod ſequitur: *Vt qui probati ſunt*, inquit, *manifeſti fiant*, nimirum contra ipſos hæreticos inſurgentes. Atq; hoc magnum eſt commodũ, quod Diuina bonitas ab hæreticis elicit. Vt enim Satanas inſtruit aciem, ita Deus per oppoſitum viros Eccleſiaſticos & Catholicos præparat, qui eos probent, & eorum doctrinam cæteris oſtētui ponant. Si quidem dum latent, magis efficiunt. Meminerat etiam prius ſchiſmatum, nũc hæreſes nominat: quo magis amplificet, quod ex particula, & colligitur. Et ſchiſmata ſolent in hęreſim terminari, cum ſchiſmata nihil ſit aliud, quam obſcuræ ſimultates, vbi non conſpicitur ea confeſſio, quę inter ipſos eſſe deberet. Et hoc eſt quod Dominus dixit: *Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: veruntamen væ homini illi per quem ſcandalum venit*: quia ſponte deliquit. Et impii ita impelluntur à dæmone, vt voluntario motu ſimul agantur, & agant, ita vt ſint inexcuſabiles.

Improbatur hic ſenſus: Oportet hæreſes eſſe, id eſt non hæretica dogmata, ſed ſectas ſeu ſchiſmata. *Caietan. Oecumen.*

1. Cor. 15. Hæc obiectio diluitur: Ecquid hæreſis quam ſecta quædam eſt.

Tit. vlt.

Quare permittat hæreticos Deus.

Schiſmata prius, nunc hæreſes Paulus, cur memoret.

Matth. 18. Cur uæ homini ſit, per quem ſcandalum venit, alio qui neceſſarium.

Secundo dubitatum fuit in verbis illis: *Conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare. Vnuſquiſq; enim cœnam ſuam præſumit ad manducandum.* Reſpõdeo: Exprimitur cauſa prædicti abuſus: nam conuenientibus illis in vnum, ſcilicet locum, ad celebrandam cœnam Dominicam, quaſi vnius patris familias familiaribus, iam non eſt, vel, non licet Dominicam cœnam edere, quomodo olim Chriſtus Diſcipulos vna menſa omnes excepit. Probat Dominicam cœnam non poſſe edere ſectas habendo, & eas ſibi vbi erant extinguendę fouendo: quia quod Dominicum eſt, commune eſt: vos autem ex Dominica cœna feciſtis propriam, & priuatam. Dominica ergo

Ad II. Dubitationē. Quis fuerit Corinthiorum abuſus circa cœnam dominicã.

Matt. 26. Cur illi Dominicam cœnam manducare non poterant.

eſſe nequit. Et notantur Corinthij, quod in ſacro epulo, & ſpirituali profana ſympoſia commiſcerent, & hoc cum pauperum contumelia. Audi hic Chryſoſtomum dicentẽ: *Vides quomodo eos ſe maiori ignominia afficere oſtendit. Quod enim dominicum eſt, priuatum faciunt.* Et infra: *Quæ enim domini ſunt, non huius ſunt ſerui, non alterius ſed omnib. communia.* In quib. verbis alludit ad verbum cœnæ Græcum κοινὸς, quod ab eo, quod eſt commune deſcendit.

Chryſ hõ. 27. to. 4.

Cœna Græce vnde dicta.

Præſumere cœnam ſuam quid

Iam vero præſumere, quod eſt Latinis ambiguum, idem eſt, quod Græce προλαμβάνειν, quod ſignificat præoccupare, vel anticipare, vel ante alios capere. In quo dubitatum fuit, quid erat illud, quod præſumebant. B. Thomas: *Redarguuntur, ait, de hoc, quod corpus Chriſti pranſi accipiebant. Quia enim Dominus diſcipulis ſuis poſt cœnam hoc ſacramentum tradidit, vt legitur Matt. 26. volebant etiam Corinthij poſt communem cœnam ſumere corpus Chriſti.* Cuius etiam ſententiæ eſt B. Auguſtin. ſcribens ad Ianuarium: *Conuenientibus ergo* (inquit) *vobis in vnum non eſt Dominicam cœnam manducare: hanc ipſam acceptionem Euchariſtiæ Dominicam cœnam vocans. Illud magis mouere potuit homines: vtrum iam refecti die iſta vel offerrent, vel ſumerent Euchariſtiam, quod in Euangelio dicitur; Cum autem illi manducarent, accepit Ieſus panem, & benedixit.* Infra: *Et liquido apparet, quando primum acceperunt Diſcipuli corpus, & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quod à ieiunis ſemper accipitur, Et hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt in honorem tanti Sacramenti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi. Nã ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neq; enim, quia poſt cibos dedit Domin. propterea pranſi, aut cœnati fratres ad illud ſacramentum conuenire debent, aut ſicut faciebant, quos Apoſtolus arguit, & emendat, menſis ſuis iſta miſcere.* Ecce Auguſtini ſententiam, quæ explicat Corinthios contrarium feciſſe. Hanc rationem explicandi ſequuntur Sedulius, & Lyranus Adde etiam Cyprianum ad Cæcilium fratrem Epiſt. de ſacramento Dominici calicis culus hæc ſunt verba: *At enim non mane, ſed poſt cœnam mixtum calicem obtulit Domin. Nũquid ergò Dominicum poſt cœnam celebrare debemus, vt ſic mixtum calicem frequentandũ Dominicis offeramus?* Et reprehendit Cyprian. eos, qui mane in aqua ſacrificium celebrabant, ne vinum totum diem redolerent, & rurſus ſub noctem vinum mixtum poſt cœnam Dominicam ſumebant.

B. Th. lect. 4. tom. 16.

Matth 26.

D. Aug. Epiſt. 118. c. 5. & 6. tom. 2.

Euchariſtia cũ niſi à ieiunis ſumi debet, Eccleſiæ more atq; inſtituto.

Sedul.

Lyran.

B. Cyp. lib. 2. Epiſt. 4. circ. finem.

Prædicti illius ſenſus incommoda duo.

Aliquid tamen in hunc ſenſum obiicere poſſumus. Nam ſi hic talis extitiſſet Corinthiorum abuſus, grauiori, & acerbiori oratione perſecutus eſſet eum Apoſtolus, & maiori obiurgatione dignus erat, qui etiam nunc diligentiſſime in hunc vſque diem cauetur ab omnibus, etiam ipſis ſacerdotib. ſacrificantibus. Nemo enim pranſus, aut cœnatus accedit ad ſacrificium, vel participandum, vel celebrandum, præterquam in firmi, quibus, ne deſtituantur viatico, etiã non ieiunis, communicare licet. Deinde non ſatis aperte, & clare videtur Apoſtolus in ſuis verbis hoc delictum inſinuare, ſed alio videtur tendere, vt docent patres Græci, qui de cœna Euchariſtiæ præſumpta mentionem non faciunt vllam.

Alter ſenſus præſtãtior, quid ſcilicet præſumere cænam ſuam ad manducandum.

Videntur ergo hoc loco reprehendi illi, qui in feria quinta Cœna Dominic. in Quadrageſima conueniebant ad celebrandam cœnam Dominicam: & cum moris eſſet, vt principes & opulenti poſt ſumptam Euchariſtiam, menſas amplas proponerent, quib. pauperes exciperent, & ſimul cœnarent, & conuiuia exhiberẽt, quas ἀγαπὰς vocabant. Et quia tardius plebes, & artifices poterant cõuenire propter operas aliis collocatas: diuites moræ tantæ impatientes ſumpto prius ſacramento non expectatis aliis anticipabant cœnas proprias, quas ſecũ adferebant. Vnde ordo diſciplinæ, & charitas peribat. Illi etiam ſeſe ingurgitantes, ac omnia deuorantes nihil pauperibus relinquebant, ſed contriſtabantur potius, & in ſectas diuidebantur. Atq; hunc ſenſum aperte Pauli verba oſtendunt, cum ait: *Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibẽdum?* ſcilicet in eis cœnas proprias, & peculiares. Namque illæ ſacræ non erant, vt in eis locis celebrarentur: & ita Eccleſiam Dei contemnebant, & ex communi Eccleſia propriam, & peculiarem reddebant, in qua illa nonniſi ſacra, & ſancta erant ſumẽda. Et agapæ quia ſacræ erant, & in pauperum vſum cedebant, & tanquam res ſacræ loco ſacro non repugnabant, permittebantur in templo fieri.

Corinthii cœnã ſuã præſumentes ad manducandum quomodo Eccleſiam Dei ſpernerent.

Deinde confirmatur hic ſenſus ex fine Capitis huius, vbi habetur; *Itaq; fratres mei: cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate.* Accuſat ergo eos, quod non expectarent pauperes, & fratres tenuiores. Et non dixit: Primo accipite Corpus Chriſti, poſtea cœnate, vt dicendum erat, ſi is fuiſſet eorum abuſus: ſed expectate, vt cum fructu, & pace, & ædificatione hac cœna non priuata, ſed communi, in domo parata, poſſitis in Domino lætari. Et ſubdit; *Si quis eſurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis:* negantes videlicet fratribus veſtris debitam charitatem, alioquin in damnationem vobis Domini menſa verteretur. Et credo,

Alterum arg. pro poſteriori ſenſu.

Iidem forſan eſurientes cur domi manducare debebant, vt nõ in iudiciũ conuenirẽt.

hunc

II. Argu. *Chryſ. ho. 7. circ fin.*

hunc morem communicandi obſoleuiſſe, quia multa indigna in templo gerebantur, & charitas refrigeſcere cœperat.

Tertio huic ſenſui fauent Græci patres, vt dixi, quos inter Chryſoſtomus in hæc verba ſcribens, ita hunc locum abſoluit: *Et quando hoc fit?* Inquit. *Semper quidem, ſed maxime in ſolennitatibus, quando minime faciendum eſſet: etenim tunc poſt communicationem ſtatim ſubibit ebrietas, & pauperum contemptus, & cum ſanguinem acceperis, cum ieiunii tempus eſt, & ſobrietatis, comeſſaris, & inebriaris. Et ſi aliquid vtile conſequeris pranſurus, cuſtodis teipſum, ne alio malo cibo prius corrumparis. Spiritum autẽ conuiuam accepiſti, Satanicum ſubinducis cibũ. conſidera cum ſacras illas cœnas Apoſtoli accipiebant, quid tum faciebant?* Nonne in preces conuer*tebantur, & hymnos? nonne in ſanctas vigilias? nonne in longam illam doctrinam, & multa plenam philoſophiæ? Magna enim: & admirabilia tunc eis narrabat, & annuntiabit Ieſus, cum Iudas diſcederet vocatũ, qui eum erant crucifixuri. Non audiſti, quomodo tria millia ſimul communicantes ſemper vehementiores erant in orationibus, & doctrina, non in ebrietatibus, & comeſſationibus? Tu autem prius, quam arripias ieiunas, vt aliquo modo dignus communicatione videaris: cum tamen acceperis, & oporteret in continentia perſeuerare, omnia perdis. Quamquam æquum eſt, ante, & poſt communicationem ieiunare: oportet enim vtroq; tempore continentem eſſe, ſed maxime poſt acceptum Spiritum: ante, vt dignus fias accipiendi: poſtmodum, vt non indignus videaris, qui acceperis. Quid igitur? Ieiunare oportet, poſt eius acceptionem? Non dico hoc, neque cogo licet bonum ſit, tamen non compello. ſed admoneo ne in deliciis viuas ad ſaturitatem.* Hæc ille non minus vere, quam eleganter. Accedit & Theodoritus in illud: *Vnuſquiſq; enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum, &c. Oſtendit, ait, communes cœnas cum cœna Dominica pugnare ex diametro. Illius enim omnes ſunt ex æquo participes: Hic autem alius quidem eſurit, alius vero ebrius eſt.* Photius etiam apud Oecumenium ſic habet: *Dominus te non dedignatus eſt, quin proprio ipſius corpori, ac menſæ myſticæ communicares, quomodo tu conſeruum tuum dedignaris, ne tuis rebus communicet?* Aut hoc etiam modo: Si Dominus ex æquo tibi ac pauperi menſam proprii corporis, & ſanguinis, ac poculum tradit: tu hunc audes à tua mẽſa diuidere ac deſpicere? Si ille gratias agit, qui proprium diuidit, traditque corpus: tu non multo magis gratis agendo, & maximo cum gaudio in his, quæ à Deo tibi donata ſunt, ſocios ac conuiuas accipies pauperes? Adde Oecumenium in illud: *Quiſque enim propriam præoccupat menſam: Præoccupat,* inquit, *in edendo: nec pauperes inuitat, veritus ne non ſaturetur.* Et hactenus, de hoc dubio dictum ſit; vt intelligas quis ſit ille abuſus, quem Paulus hoc loco inſectatur.

Apoſtolorum, poſt Dominicã cœnam pia ſtudia, exercitationeſque. *Act. 2.*

Ante & poſt acceptam Euchariſtiã quare ieiunandum eſſe Chryſoſtomo.

Theod. t. 2.

Quid illud Photio: Alius quidẽ eſurit, alius autem eſt. *Photius c. 7. apud Oecum.* Eiuſdem alter ſenſus.

Oecum. ib. Oecumenio quid

Ad tertium reſpondeamus. Refert Apoſtolus ſe accepiſſe à Domino, ac tradidiſſe: quia ipſe Paulus vt ait Chryſoſtomus, tunc non aderat, ſed Chriſtum perſequebatur: vt intelligas, nihil amplius illam menſam poſtmodum habuiſſe. Etenim hodie ipſe eſt, qui omnia operatur, & tradit, quemadmodum tunc. Ad hæc Tradendi verbum cum generale ſit, non ſolum doctrinam nõ ſcriptam, ſed etiam ſcriptam continet. Vt Actorum 6. habemus, maleuolos obieciſſe Stephanum dixiſſe, *Quoniam Ieſus Nazarenus mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes.* Et infra ca. 15. aſſerit de fide reſurrectionis *Tradidi vobis inprimis, quod & accepi:* & reliqua quæ ſequuntur. Cum vero inferius ait: *In qua nocte tradebatur*: in alio ſenſu accipit verbum Traditionis, nempe pro Proditione; cum tamen vnum & idem ſit verbũ, tam Græce, quam Latine.

Ad quartum: quoniam hæc verba Inſtitutionis Euchariſtię latiſſime explicata ſunt li. 9. enarrationum Euangelicarum, pauciſſima hic attingam. *In qua nocte tradebatur.* Noctem vocat veſperam declinãtem in noctẽ: quia prius celebrauit phaſe agni paſchalis. & panem accepit communem, & azymum hoc eſt, infermentatũ, quia iã dies Azymorum inchoatus erat ab illo veſpere. Quod diligenter retinendum eſt contra Græcorũ ſententiã, qui putant per vnũ diẽ ante diem Azymorum, Chriſtum anticipaſſe cœnam ſuam, quod falſum eſſe, alibi oſtendimus.

Quod ait: *Gratias agens*: qm̃ Græce eſt Aoriſt. I. ſignificat, gratiis actis, vel cum gratias egiſſet, & eiuſdem ſignificationis prorſus eſt verbum benedicendi, quo Euangeliſtæ vtuntur, vt alibi probaui. Et expende verbũ præteriti temporis: quia Chriſtus iam ſacrificauerat in cœna more ſacerdotis ſecundũ ordinem Melchiſ. *Accipite,* Inquit. *& manducate.* Non iam de pane cõmun', qui vlterius in menſa non erat, ſed ſpiritualem acceptionem, & comeſtionẽ potius, q̃ dentib. fidei fiebat illis verb. magis deſignauit, non i ñ ſi ne illa ſenſibili. Et puto Chriſtũ non tradidiſſe propriis manib. in ora Apoſtolorum Euchariſtiam, ſed ex patina quiſq; ſuis manib. ſumpſit ſuam particulam, vt moris fuit in primitiua Eccleſia, vſq; ad Sextã ſynodũ.

Sequitur: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur,* Græce habetur, *quod pro vobis frangitur,* & Lucas etiam habet de præſenti, *traditur*: ſicut Matthæus, & Lucas habent de ſanguine in futuro, *effundetur,* quanquã Græcus textus habeat de præſenti, *effunditur*;

vt in-

ſit: Vnuſquiſque cœnam ſuam præſumit ad manducandum.

III. Quæſtionis ſolutio. Hiſtoria cœnæ Dominicæ. qui vocetur à Paul. Traditio. *Chryſ. ho. 27.* Verbum tradendi quam late pateat in Scripturis. *Act. 6. 1. Cor. 15.*

Qua nocte traditus fuerit Dominus. *Matth. 2*

Græcorum error de tempore inſtitutionis Euchariſtiæ. Quomodo accipiẽdum: Gratias agens benedixit & reliq. *Pſal. 109.*

Chriſtus ipſe Euchariſtiam an ori Apoſtolorum applicuerit an non. Ad quartum dubium. De verbis illis: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis d[atur]: & hic eſt ſanguis meus qu[i]

pro vobis funditur, apud Lucā de præſenti, de futuro, cum cæteri Euangeliſtæ habeant effundetur. *Luc.* 22. *Matth.* 26. *Marc.* 14.

vt intelligamus, quod de præſenti dedit Apoſtolis corpus ſuum mactatum, non tantum voluntate, ſed etiam facto ipſo, quo corpus in ſpecie panis cõſecrauit, ſeparatim à ſanguine in ſpecie vini. Nec enim corpus à ſanguine toto citra mortem ſeparari poteſt. Et ita in myſterio diuerſarum ſpecierum repręſentatur mors eius myſtica. Quā do vero de futuro dicitur, effundetur, aut tradetur, reſpexerunt interpretes ad mortem ipſam, quam in cruce perpeſſus eſt, quę nondum erat, cum adhuc eſſet in menſa: id circo recte dixit, tradetur, & effundetur. Quamquam non eſt negandum, morem eſſe Scripturæ, vt ea dicantur iam eſſe, & fieri de præſenti, quæ confeſtim eſſe, aut mox fieri debent. Dicitur etiam frangitur, de præſenti, quia aſſidua eſt ſui corporis in Eccleſia fractio, ſcilicet ſub Sacramento. B. vero Iacob. & Baſilius, in ſuis liturgiis dicunt, Frangitur, & Datur in remiſſionem peccatorum.

Quid ſpecies panis, & vini Euchariſtiæ ſignificent.

Cur etiam de præſenti dicatur: Hoc eſt corpus meum, quod pro nobis frangitur.

Quintum dubium diluendum eſt. Dicitur de calice, Poſtquam cœnauit, non ſolū poſtquam abſoluit cœnam paſchalem, ſed etiam poſt cœnam communē iam verſus finem vergentem, de qua dicit Matt. *Cœnantibus autem eis accepit Ieſus panem*: paulo vero poſt ſubiungit: *Et accipiens calicem, gratias egit.* Et præſens illud, *Cœnantibus*, more Hebræo pro præterito ſumi ſolet. Erat enim iam cœna fere vtraq; completa, & Chriſtus poſitis veſtib. accinxit ſe ad lauandum pedes Diſcipulorum, & mox cœpit panem ſacrum benedicere, & porrigere.

Ad V Dubitationē. Quando primum à cœna peracta inſtitutum fuerit Euchariſtiæ ſacramentū. *Matt.* 26.

Porro illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*, poteſtatem contulit Apoſtolis hoc Myſterium conficiendi: & præceptū eſt, vt faciant in ratione ſacrificii, ſicut ipſe obtulit. Et in ſui recordationem, id eſt, mortis, & immenſi erga nos amoris, quem in illa morte oſtendit. Et quia præceptum eſt hoc facere: grauiter delinquunt ſacerdotes, qui rariſſime, aut nunquam ſacrificant, quia tales ſepeliunt talentum, & poteſtatē quam in ſua ordinatione acceperunt, fruſtrantur.

His verbis: Hoc facite in meam commemorationem quid Apoſtolis commendetur. *Luc.* 22.

Sacerdotes raro celebrantes cur peccāt. *Matth.* 25.

At vero quod qui ſacris aſſiſtunt lege teneantur ſacramentum hoc accipiendi, vt volunt Hæretici: quia hunc morem Eccleſia tot ſęculis non obſeruauit, & Chriſtus nullum huius rei præceptum dedit: non obligantur omnes, qui ſacris aſſiſtunt, ad Euchariſtiæ perceptionem: Nam illud, *Manducate, & bibite ex hoc omnes*, etſi dici poſſit ad Apoſtolos directum fuiſſe ſermonem, & eadem nocte, ab Apoſtolis completum: vnde & Marcus dixit: *Et biberunt ex illo omnes*: admonemus tamen, quod etiam ad nos, & ad omnes ſpectat, ſcilicet aliquando communicare, non ſemper, ſed quando id peculiari præcepto mandatur. Et non tenentur omnes ad manducationem, & potionem ſacramentalem, niſi quando illa ab Eccleſia exhibetur, ſed ad manducandum, & bibendum ſpiritualiter in Sacramento.

Aſſiſtentes Miſſæ ſacrificio, ad percipiendam Euchariſtiam non omnes arctari, contra Lutheranos. *Marc.* 14.

Ea tantum modo quæ do ſuſcipiē da fidelib.

Sexto dubio reſpondemus: Dicitur calix nouum teſtamentum in ſanguine, quia cõplectitur ſanguinem, in quo eſt confirmatio Noui Teſtamenti, vt qui crediderit, & potauerit ex eo, filius Dei intelligatur, atq; hæres æternorum, & futurorum bonorū. Hęc quia alibi ſunt explicata, breuius hic id circo tractantur.

VI. Dubitationis ſolut. De hoc genere loquendi. Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine.

Septimum dubium fuit circa illud: Hoc facite in meam commemorationem. Et declarans quomodo fiat iſta commemoratio, ſubdit: *Quotieſcunque enim manducabitis panē hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Panem vocat illum, ſcilicet cœleſtem, de quo omnes participant, & calicem illum bibunt, per metonymiam id eſt, de eo, quod habetur in calice. Sicut Poeta Latin. dixit per eandē figurā de Bitia:

Qualis Euchariſtiæ panis manducandus.

1. Cor. 10 Quid calicem Domini bibere.

Ille impiger hauſit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit ore.

Virg. lib. 1. *Æneid.*

Neq; enim pateram auream bibit, ſed vinum in ea contentum. *Et mortem Domini*, inquit, *annuntiabitis.* Ideſt facto ipſo annuntiabitis & profitebimini mortis meæ beneficium pro veſtra ſalute impenſum. Et hoc donec venia; vt intelligamus, iuge ſacrificium Euchariſtiæ duraturum in fidem vſq; ſeculi. In quo oſtendet ſe nobis in aperto in poteſtate, & maieſtate, vt eo viſo, perfecto & cõſummato gaudio perfruamur. Et pręceptum de edendo pane abſolutū fuit: *Hoc facite in meam commemorationem*: Hoc autem de calice bibendo, cõditionem habet, quia futurum, vt aliqui ſolā ſpecie panis cõmunicarent. Ac ſi Princeps donaret amico poculum aureum, ea lege tamen, vt quotieſcumque biberet in eo, memorem ſe & gratum eius, qui donauit, oſtenderet.

Ad VII dubitationē. Edentes corpus Domini & ſanguinem bibentes, vt annuncient mortē eius donec veniat. Euchariſtiæ ſacrificii perpetuitas. *Luc.* 22. Quale Domini præceptum de communione calicis contra Lutheranos.

Et aduerte prudentiam Pauli: quando enim loquitur de pane, addit pronomen, hunc: *Quotieſcunque*, inquit, *manducabitis panem hunc*, & infra: *Et ſic de pane illo edat, & de calice bibat*: Vbi Græce etiam calici, vel poculo additur ſimilis articulus: Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & de calice hoc bibetis: Et ſic in aliis locis, vt diſtinguat hunc ſacrum panem à reliquis panibus. Vt interim dicam, Paulum alluſiſſe ad verba Chriſti dicentis cum eodem artic. *Qui manducat hunc panem: viuet in æternum*: & rurſus: *Hic eſt Panis, qui de cœlo deſcendit.*

Quid eſt quod panem & calicem Euchariſtiæ pronomine, hunc exprimit Apoſtolus.

Ioan. 6. *Idem.*

Illud

Expenditur dictum à Paulo diſiunctiue: Quicunq; manducauerit panẽ hunc vel biberit calicem, &c. *Cyprian.* *Ambr. to. 5.*

Illud, etſi minutum, minime diſſimulabo, Apoſtolum in illis verbis, *Quicunq; manducauerit panem hunc, & biberit calicem,* non habere copulatiuam, *Et,* ſed diſiunctiuam, *vel:* nam Græce habetur, ἢ. Et ita legit Cyprianus lib. 3. Epiſtol. 14. & 15. item lib. 3. ad Quirinum, ca. 94. & in ſerm. de lapſis. Ambroſius hoc loco legit, aut biberit. Ex quo inſinuatur, in Eccleſia aliquando vnam ſpeciem panis, ſine altera calicis fore ſumendam.

Ad VIII. dubitationem. Cum ſit panis Chriſti viuificus, quomodo eſt mortiferus cum indigne manducantibus.

Octauo dubio circa illud, *Reus erit corporis, & ſanguinis Domini,* Dicẽdum eſt: Omnia bona, quæ media ſunt ex genere ſuo, & indifferentia, poſſunt libero noſtro arbitrio, aut male, aut bene fieri. Et vt canit Eccleſia.

Mors eſt malis, vita bonis,
Vide paris ſumptionis,
Quam ſit diſpar exitus.

Theod. par. 2. *Ioan. 6.*

Et ideo etſi dictum ſit: *Qui manducat hũc panem, viuet in æternum*: Poſſumus tamen noſtra culpa abuti hoc cœleſti dono. Theodoritus vero ait: *Hoc ſignificat, quod quemadmodum tradidit ipſum Iudas, ipſi autem inſultarũt, & eum probris, & conuitiis affecerunt Iudæi, ita eum ignominia, & dedecore afficiunt, qui ſanctiſſimum eius corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum, & inceſtum os immittunt.* Hæc ille. Reus enim eſſe videtur, qui non acceptat pro ſe mortem, quam Dominus paſſus eſt, pro ſe: nam ſic fit, vt mortuus ſit ei gratis, atque hoc eſt occidiſſe illum, vt rei conſtituãtur eius mortis, quib. gratis mortuus inuenitur. Nam omnes quidem occidimus eum, ſed non omnes rei inuenimur, ſed illi tantum, qui eum non accipiunt in ſalutem. Quod ſcelus alibi exaggerans Apoſtolus, ait: *Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinẽ teſtamenti pollutum duxerit?* in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ, contumeliam fecerit? Propterea ſubiungit: *Et ſic de Pane illo edat, & de calice illo bibat.* Et ſic propoſitam diſſoluimus dubitationem.

Indigne manducãs & bibens cur ille reus ſit corporis & ſanguinis Domini.

Heb. 10. Indignæ ſumptionis Euchariſtiæ quantum ſcelus & flagitiũ.

Dignam Euchariſtiæ præparationem non eſſe ſolam fidẽ contra Lutherum.

Indicat ergo Apoſtolus, magnã opus eſſe munditia, & mentis puritate, atq; magna præparatione ad dignam tanti Sacramenti perceptionem. Vt merito his verbis cadat, atq; damnetur ſententia Lutheri, qui dixit, ſolam fidem idoneam eſſe, ad participandam Euchariſtiam, præparationem. Cum enim Corinthij fideles eſſent, & de infidelitate minime reprehẽdantur, ſed de gaſtrimarchia, & ſcortatione, & pauperum contemptu: idcirco Concilium Tridenti. Canone. 11. ſeſſionis 13. hunc errorem ſub expreſſis verbis Lutheri damnauit, & ante illud Innocentius III. in Lateranenſi Concilio, qui ante communionem exigit confeſſionem, & Leo Papa Epiſto. ad Theodorum Foroiulien. *Mediator,* inquit *Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.* Cypri. quoque ſer. 5. De lapſis, fideles, qui etiam miracula edidiſſent, vult per miniſtros Eccleſiæ prius reconciliari. Dominus etiam communicaturus Apoſtolos, eorum prius pedes abluit, quo nos diſceremus, vel minimas ſordes ſpirituales, deuotionis lachrymis abluere.

Trid. Syno. *Innoc. III.* *Leo Mag. Epiſt 91.* *1. Tim 2.* *Cyprian.* *Ioan 13.*

Deteſtandæ porro ſunt, atque omnibus modis execrandæ deuotiones Anabaptiſtarum, qui acceſſuri cœnam Dominicam, deuouebant deteſtatione quadam horribili ſe ipſos, ita eſſe perfectos & conſummatos, quod etiam non dubitarẽt iam mori, & quod tantam haberent charitatem erga fratres quantam Chriſtus habuiſſet in cruce pendens. Sed iſta Thraſonica ſunt, & hominum ſeipſos ignorantium, & ſeipſos commendantium, qui parem ſibi arrogant charitatem cum Chriſto. Nihil iſtis nebulonibus aliud ſupererat, niſi vt ſibi tribuerent mundi redemptionem, ac ſeipſos non minus fuiſſe aſſumptos à Verbo quam fuerit ipſa Chriſti Humanitas.

Anabaptiſtarum ante cœnam Dominicã plane arrogans impia, ac deteſtanda deuotio.

Ad IX. dubi. Demedio acceſſ ad Euchariſtiam quem ſta t 1 Caiet n. quare non detu *Con Tri. ſeſſ. 13. Ca* 11.

Tertio cadit hic ſententia Caietani aſſerentis, eum, qui ſibi cõſcius eſt delicti mortiferi, & qui ſe probando contritũ eſſe credat, poſſe ſecure accedere ad perceptionẽ ſacramenti, etiamſi adſit confeſſoris copia. Cui ſententiæ fauent hæretici reprehendẽtes eos, qui ſe probant per confeſſionẽ. Sed & hæc quoq; ſententia dãnata fuit à Synodo Tridentina. Et ratio à fine Sacramenti ſumpta, qui eſt alere vitam ſpiritualem, indicat ad illud nullum peccato mortuum accedere poſſe: & illa præparatio cum contritione neceſſaria eſt ad baptiſmũ: maior autẽ eſſe debet illa, quæ ad ſacram Euchariſtiam præcipitur. Ad panes quoq; propoſitionis peculiaris quædam, ac legalis munditia requirebatur, Leu. 24. & 1. Reg. 21. & intrans in conuiuium ſine veſte nuptiali fidei per charitatẽ operantis, à conuiuio excluditur: abſtinentia etiam ab vxorib. ad agnum mãducandum cum lactucis ſylueſtribus, pœnitentiæ ſcil. & amaritudinis cordis olim exigebatur. Adhæc ſi alicui indiceretur, vt aurum diligenter probaret, non ſatisfaceret, ſi ſolo aſpectu, vel tactu, vel ſono, vel pondere periculum auri faceret, ſed opus eſſet incude, & igne, & aliis modis, ſi qui eſſent, quo veritas auri probaretur. Ita ad ſacram Communionem nõ ſatis eſt pœnitentia,

I. Ratio à fine Sacramenti.

II. Ratio. *Leuit. 24.* *1 Reg. 21.* *Matth. 22.*

Exod. 12 III. Ratio à ſimili.

tentia,

tentia, & contritio, niſi accedat, & confeſſio ſacramentalis, & ſacerdos abſoluens, & inſtruens de multis, & conſiliis ſuis iuuans.

Illud de medio acceſſu dogma Caietani, quam debili nititur fundamento.

Nec valet etiam, quod ad hoc dogma tuendum dixit Caietanus, diſtinctionem eſſe inter digne ſumere, & indigne: nimirũ nec digne, nec indigne accedere: & talem eſſe acceſſum eius, qui cum ſola contritione probatus accedit: quia nouiſſimum eſt commentum, inueniendi ſcilicet medium inter dignum, & indignum. Et ego hominẽ puto dignum, qui non eſt indignus. Nec ab Apoſtolo præcipiente ſui probationem, expectandus erat fructus vanus, vt ſcilicet ita quis accedat, vt poſſit non recipere gratiam, cum Dominus dixerit, *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo: & Qui manducat hunc Panem viuet in æternum.*

Ioan.6.

Theod par. 2.

Audi iam verba Theodoriti: Sic tui ipſius iudex, vitam tuam exacte iudica, conſcientiam ſcrutare, & examina, & tunc donum ſuſcipe. Non ſolum enim illinc ſalutem nõ aſſequeris, ſi inique acceperis: ſed tuę etiam in eum petulantiæ & iniuriæ pœnas dabis. Hæc ille egregie. Quicunq; ergo ſumit ſacramentaliter, & non ſpiritaliter per fidem & charitatem, iudicium ſibi manducat, id eſt, damnationem æternam. Ita enim ſumitur vocabulum iudicii, vt ibi: *Qui conturbat vos, portabit iudicium, quicunq; eſt ille*: & alibi: *Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerint, in reſurrectionem iudicii*: alio item loco, *Hoc eſt autem iudicium: quia lux venit in mũdum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Et hoc quod attinet ad impios. Poteſt etiam dici, iudicium ſibi eos manducare, qui ſunt fideles ſolutioris tamen vitæ: qui Diuinæ caſtigationis iudicium incurrunt, de qua poſtea eſt ſermo.

Indigne qui ſumat Euchariſtiam uſq; iudicium Domini quod nam incurrat.
Gal. 5.
Ioan. 5.
Supra. 3.

Qui etiam indigne ſumentes Euchariſtia, iudicentur à Domino.

Et quia ſermo erat de manducatione, & bibitione ſacramenti, ſubiungit, talibus id, quod manducant, conuerti vel in exitium, vel in punitionem temporalem: non ſecus atq; piſcis deuorans eſcam cum hamo, vitæ iacturam facit: & qui cibũ aliquem venenatum ſumit, recte dici poteſt mortem ſibi manducaſſe. Et fortaſſis alludit Apoſtolus ad cibum vetitum, quem primi parentes accipientes, & manducantes perierunt, & vitæ iacturam fecerunt. ¶ Et quod ait, *indigne*, Græca aliquot exemplaria apud Robertum Stephanum. 3. & 10. & Ambroſius, & Chryſoſtomus legunt, indigne Domino nimirum ἀναξίως τοῦ Κυρίου, id eſt, aliter quam dignitati Chriſti conueniat, & perinde peccant, ac ſi Chriſtum cæderent, aut eius ſanguinem funderent. *Non diiudicans*, inquit, *corpus Domini.* Id eſt, Non diſcernens inter cibum illum ſalutarem, & ſpiritualem, & inter alios communes, & profanos cibos. Hinc Iuſtinus martyr in Oratione ad Antonium Pium: *Non enim, ait, vt communem panem, neque communem potum iſta ſumimus: ſed quemadmodum, per verbum Dei caro factus eſt Ieſus Chriſtus Seruator noſter. & carnem, & ſanguinem ſalutis noſtræ cauſa habuit: ad eundem modum etiam eam, in qua per preces verbi eius ab ipſo profecti gratia ſunt acta, alimoniam, vnde ſanguis, & caro noſtra per mutationem aluntur, incarnati illius Ieſu carnem, & ſanguinem eſſe edocti ſumus.*

Quomodo indignè manducãs & bibens, iudicium ſibi manducat, & bibat.
Gen. 3.

Expenditur hæc lectio Ambroſii, & Chryſoſt. Manducat & bibit indigne Domino.
Amb. to. 5.
Chryſ. ho. 28.

Non diiudicare corpus Dom. quid ſit.
Iuſtin to. 1.
Ioan. 1.

Ex quibus euidenter deducitur, niſi velimus inſanire, & oculos veritati claudere, ipſum verum, & reale Chriſti corpus in Euchariſtia contineri. Quia ſi tantum ſignum eſſet, vt ſomniant Hæretici, & non potius res ipſa ſub ſpecieb. panis, non erat cur tanta probatio exigeretur, nec erat cur diſcretio huius cibi ab aliis tam exacte præciperetur: ſicut nec ad edendum manna exigebatur, quod tamen ſymbolum erat Chriſti ſub Euchariſtia contenti. Non diiudicat ergo, qui neſcit, quid ſit illud corpus, quod ſumit in Sacramento, & quanta animi puritate, & ſynceritate ſuſcipiendum ſit, & maxime hæreticus, qui neſcire vult veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia.

Veritas corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia ex prædictis Pauli verbis euincitur contra ſignificatiuos.
Exod. 16.

Quare reprehendendi veniunt hæretici qui negant Corpus Chriſti ſumi ab impiis: nam quam primum attingit os, & linguam ſumentis, aiunt ibi eſſe deſinere: & dicunt ob id dici indigne ſumere: quia iniuria illata ſymbolis, id eſt, Sacramentis ſenſibilibus in res ipſas cadit: perinde ac ſi quis ſtatuam vel purpuram Regis luto, aut ſtercore dedecoret, ac fœdet, crimen læſæ maieſtatis incurrit, non ſecus, ac ſi in Regem, ac Principẽ ipſum faceret. Sed hæc leuiſſima ſunt & nullo firmo teſtimonio comprobantur: ab hæreticis in hunc finem excogitata, vt negent Chriſti Corpus in Euchariſtia adeſſe. Contra quæ tamen Thomas in tertia parte, q. 80. art. 3. ſcripſit, & lect. 7. in eadem Apoſtoli verba.

Impios verum ſumere Chriſti corpus, cõtra eoſdẽ.

Secundum illos indigne, qui communicent: & cur hoc illi ſomniauerint.

B. Tho. to. 13. & 16.

Ad decimam dubitationem in illis verbis: *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi. Quod ſi noſmetipſos diiudicaremus, &c.* Reſpondemus: Hæc ſi interpretamur de ſpirituali pœna; infirmi ſunt, qui non habent ſcientiam. Imbecilles, qui tentationi facile acquieſcunt, nec vires habent reſiſtendi. Dormiunt vero ſomno negligentiæ, vel, quod peius eſt, ſomno lethiferi peccati, quia accedentes, & contrectantes Corpus Chriſti tales fiunt iuſta Dei iudicio.

Sol. X. quæ Multi infirmi inter Corinth. quinam & imbecilles & multi itẽ dormientes Apoſtolo.

Altera ſo-ut.præſtanior.

Theophyl.

B.Greg.t.2

Alii vero, & quidem meo iudicio melius, explicant de pœna corporis à Deo iuſto iudicio illata, vt emendentur: nimirum de infirmitatibus, & de horrendis mortibus, vt docet Theophylactus. Multi ergo volunt, peſtem graſſatam eſſe eo tempore Corinthi, aut alia membrorum genera, & ſupplicia. Et Beatus Gregorius meminit peſtis, quæ ſuo tempore Romæ ingruit, li. 4. Dialog. ca. 38. *In hac autem*, inquit, *peſtilentia quæ nuper* (id eſt, tempore anteceſſoris ſui Pelagij) *huius vrbis populum magna ex parte conſumpſit, percuſſus inguine perductus ad mortem*, (nimirum Theodo. quidam puer inquietus, & leuis, de quo erat ſermo) Guillielmus etiam Duranti, qui appellatur Speculator, & floruit ante trecentos fere annos, in libro inſcripto Rationale diuinorum officiorum libro ſexto, capite 102. initio maiorem Letaniam ait inuentam à Beato Gregorio propter peſtem inguinariam: quam ex eo accidiſſe refert, quod cum in Quadrageſima caſte, & continenter vixiſſent omnes, & in Paſcha Corpus Chriſti percepiſſent, poſtea tamen ludis, & comeſſationibus, & luxuriæ fræna laxabant.

Letaniæ maiores, quæ vocantur, à quonam, & quare inſtitutæ teſte Guilielmo

Aliquod indigne communicātium diuinitus punitorum. ex Cypriano proferuntur exempla.

Præterea, Cyprianus ſermone quinto de Lapſis, multa enarrat miracula, quæ circa male percipientes Euchariſtiæ Sacramentum euenerunt. Primum de puella quadam, quæ cum guſtaſſet de Idolothyto, & delata eſſet à matre ad Eccleſiam, vt de more Euchariſtiam ſumeret: cum Diaconus calicem offerret, cœpit illa labiis obturatis os premere, & calicem repellere. Cum autem Diaconus inſtitiſſet; & de Sacramento calicis aliquid infudiſſet, ſecutus eſt ſingultus, & vomitus, ac ſanctificatus Domini ſanguis, de uolutis viſceribus erupit. Narrat de altera grandiori, quæ furtim ſe admiſcuit turbæ communicantium, quæ non cibum, ſed gladium ſibi ſumens, & velut quoddam venenum lethale intra fauces, & pectus admittēs angi cœpit, & palpitans, ac tremens impuni tum diu non fuit, nec occultum diſſimulatæ conſcientiæ crimen. Tertio, recenſet quandam mulierem, quæ ſanctum Domini in arca ſua ſeruabat: quam cum manibus indignis tentaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet accedere. Addit quartum de homine, qui cum eſſet contaminatus idolothyto, & tamen auſus fuiſſet ſacrificij partem, cum cæteris latenter accipere: ſanctum Dei edere, & contrectare non potuit, ſeque cinerem ferre manibus inuenit. Optatus Mileui. in Parmenianum libro ſecundo. *Iuſſerunt*, inquit, *Epiſcopi veſtri* (Donatiſtarum ſcilicet) *Euchariſtiam canibus fundi: non ſine ſigno diuini iudicij: Nam ijdem canes accenſi rabie, ipſos dominos ſuos, quaſi latrones, ſancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos, & inimicos laniauerunt.* Poſtremo producam Pacianum Epiſcopum Barchinonenſem in Parænesi, ad pœnitentiam: *Iam ſi quis futura non metuit, vel præſentem ægritudinem, præſentemque obitum reformidet. Cum iudicamur*, inquit, *à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Lætare peccator ſi in hoc ſæculo, aut morte interciperis, aut languore conſumeris, ne puniaris poſt ſæculum. Intellige, quantum ſceleris admittat, qui ad altare venit indignus, cui pro remedio computatur, cum aut morbis laborat, aut morte diſſoluitur.* Hæc ille. Sexcenta alia his ſimilia legimus exempla apud Patres, vt animaduertamus iudicia Dei horribilia incurrere, qui accidere indigne audent ad Euchariſtiam.

Primum.

Secundum

Tertium.

Quartum.

Optat. à med.

Quintum.

Paciani Epiſcopi ad dignam Euchariſtiæ præparationem exhortatio.

Græca lectio horū verborum Quod ſi noſmetipſos diiudicaremus, &c produ.citur & expenditur.

Subiungit Apoſtolus: *Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Græca habent hoc modo: *Si nos ipſos iudicaremus, & exploraremus.* Quod vtique fieri non poteſt, quin ſcelera noſtra damnemus, & puniamus, & reſipiſcamus, noſque à profanis ſecernamus, pœnaſque de nobis ſumamus, non vtique à Deo puniremur Primum verbum Græce eſt διακρίνειν, ſecundum κρίνειν, id eſt Deus non ſumeret de nobis, pœnas immiſſis morbis, vel non raperet nos per morbos. Idem omnino habet lectio noſt. a, ſed obſcurius Subdit: *Cum iudicamur autem* (repetit item verbum κρίνειν) *à Domino erudimur*, (eſt enim verbum Græcum παιδευόμεθα, quod eſt erudiri, vel corripi. (*Vt non cum hoc mundo damnemur*, vtitur alio verbo compoſito κατακριθῶμεν Pro quibus noſter interpres habet: *Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.*

Quid eſt à Domino corripi.

Eſt autem duplex iudicium conſiderandum, ad illud accipiendum: *Si nos ipſos iudicaremus.* Eſt enim iudicium quoddam autoritatis ad ſeipſum, de quo; *Sed neque meipſum iudico. Qui autem iudicat me, Dominus eſt*, quod eſt ſolius Dei: alterum vero iudicium eſt diſcuſſionis, ad quod ſpectat præſens locus. Si quis enim bene, ac diligenter diſcuteret ſuā conſcientiam, & ſemetipſum accuſando, & morte ſe digum confitendo, diuinam miſericordiam imploraret, hic profecto à Domino non iudicaretur, hoc eſt puniretur. Dignatur enim Deus talibus ignoſcere, quod homo in ſeipſo dedignatur agnoſcere.

Quo iudicio debemus iudicare nos ipſos, ne à Domino iudicemur autoritatis an dicuſſionis.

2. Cor. 4.

Quod autem ſubiungit: *Dum iudicamur autem: à Domino corripimur* (hoc eſt punimur(*vt non cum hoc mundo damnemur*: mundum

Cum quo mundo ne nos damnemur, hic iudicet nos Deus

vocat homines mundum diligentes,& infideles, quos manet extremum iudicium. Sancti autem,& probi viri hic in mundo ferunt iudicium Dei, vt hac ratione incipiat (vt Petrus loquitur) iudicium à domo Dei.¶ Ex quo apparet, eſſe pœnas vel ſponte aſſumptas, vel à Deo inflictas, & patienter toleratas, quæ rationem habent diuinam iram placandi; & iam illi placato ſatisfaciendi per opera charitatis, & pœnitentiæ. Conſonat his Salomon: *Cum autem das nobis diſciplinas, inimicos noſtros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes, & cum de nobis iudicatur, ſperemus miſericordiam tuam.*

1.Pet.4. Pœnæ pœnitentium ſatisfactoriæ.

Sapient.12.

Addit: *Itaque fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate.* Nam propter hoc, vt ait Chryſoſtomus, omnia hæc dicta ſunt: oſtendens, quod qui hoc non faciunt, indigne communicant. Quod ſi non communicando ſuas facultates, ab illa menſa quis prohibetur, multo magis rapiendo.

Indigne, qui communicent ſecundum Apoſtolū. Chryſ. ho. 27.

Non autem dixit, Ne præſumatis cœnā propriam ante Euchariſtiam perceptam, quod tamen eſſet dicendum, ſi ille fuiſſet abuſus, quem in hoc capite inſectatus eſt. *Si quis eſurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis.* Negantes fratribus veſtris debitam charitatem. Et ponderat Chryſoſtomus quod permittendo (Corinthiis ſcilicet) domi propriam cœnam ſumere, Dominicā eis cœnam prohibuit, & vehementius quam ſi prohibuiſſet. Ab Eccleſia enim eum expulit, & domum relegauit. Quo verbo maiorem in modum eos tangit & vituperat tanquam ventris ſeruos, & incontinentes. Non enim dixit, ſi quis deſpicit pauperes; ſed, *Si quis eſurit*, tanquam ad pueros ægre ferentes loquens, tanquam ad bruta ventri obedientia: etenim maxime ridiculum, ſi ob eſuritionem deberent domi manducare.

Corinthii iudicium quale conuenirent.

Idem ibidē

Corinthiorum ingluuies notata ab Apoſtolo.

Ad poſtremum, in illud: *Cætera autem, cū venero, diſponam:* Reſpondemus in primis verbum Græcum διατάξομαι, quod proprie pro præceptis poſitiuis accipi ſolet, de quo c. vltimo huius epiſtolæ ait: *Sicut ordinaui Eccleſiis Galatiæ:* & ad Tit. 1. *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi,* Græce eſt διετάξαμην. Et infra dicit. *Omnia honeſte, & ſecundum ordinem* (Græce κατὰ τάξιν) *fiant in vobis.* Et videntur Διατάξεις Apoſtolicæ à Clemente ſcriptæ, & illum alludere adhæc verba Pauli, in quibus Regulas, & Canones tradit ab Apoſtolis præſcriptos, ad Eccleſiæ perfectam adminiſtrationem pertinentes.

XI. quæſt. fol. Diſponere quid apud Paulum. 1.Cor.16. Tit.1.

1.Cor.14.

A quo Apoſtolicæ conſtitutiones conſcriptæ.

Cum ergo ait: *Cætera cum venero diſponam:* intellige, vel alia quædam, vel hoc ipſum, vt intelligit Chryſoſtomus: id eſt, ſi quid præterea dicendum erit, commodius, de hoc verbo agemus. Tractat etiam hæc verba Auguſtinus epiſtol.118. ad Ianuarium. Et de his, quæ ad hoc caput ſpectant, hactenus ſit dictū.

Quænam Apoſtolus rediens Corinthum, illic diſpoſuerit, vt innuit. Chryſ. eadem homil. Auguſt. ae. o.

DISPVTATIO XX.

In illa Apoſtoli verba: *De Spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis autem, quoniam cum Gentes eſſetis, ad ſimulachra muta, prout ducebamini, euntes; Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſum. Et nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus,* & reliqua in finem vſque capitis 12.

IN hoc capite, & duobus ſequentibus agit Apoſtolus de variis donis Spiritus ſancti, & de eorum in Eccleſia legitimo vſu, quę ob id obſcura ſunt, & intellectu difficilia, quod Eccleſia Dei iſtis donis, & eorum vſibus hodierno die careat. Etenim cum olim baptiſmo tingerentur Chriſtiani, non tantum ſpiritualibus facultatibus donabantur in remiſſionem peccatorum, ſed etiam ſpiritualibus ornamentis, & dotibus decorabantur. Aqua ſiquidem ſpiritualis renouationis externum ſymbolum erat, & de acceptis Spiritus ſancti donis à credentibus ſenſibile ſpecimen eius, qui delitteſcebat Spiritus, manifeſtum dabatur iudicium. Et quia dabantur in vtilitatem credentium, & vt mutuo ſe inuicem iuuarent, & iuuarentur & erudirent alios, & pariter erudirentur ipſi, idcirco, cum Corinthij illis donis magis affici deberent, quæ charitati proxima eſſent, eorum tamen vitio factum eſt vt illa, quæ remotiora eſſent, perſequerentur. Vnde ſchiſmatis, & factionum cauſa data eſt: nam ſe ſe ſuper alios efferebant. Qui vero nulla, aut tenuiora dona conſecuti eſſent, aduerſus alios bene ornatos, & locupletes inuidia flagrabant.

Argumentum huius capitis.

Dona fidelium primitiuorum.

A Spiritu ſancto cur illa conferentur eorum abuſus inter Corinth.

Cui morbo Apoſtolus mederi volens, primo de bono chariſmatum vſu differit; deinde illa inter ſe componit; & quænam cæteris præferenda, & magis optanda ſint, indicat. Nam Corinthij in eo peccabant q excel-

Quemadmodum eos corrigat Apoſtolus.

excellentiora dona minoris ducerent: contra vero, quæ minora erant, præſtantioribus præferebant: vt donum linguarum pluſquã prophetiam, & omnia iſta exteriora pluris, quam charitatem faciebant.

Vtilis ad modum, ac perſpicua de chariſmatibus hic à Paulo comprehenſis Apoſtolorum doctrina.

Sed quoniam Clemens Romanus libro octauo Diataxeon, quem inſcripſit de Chariſmatibus, & ordinationibus, & multa continet ad ea quæ hic tractantur, vtilia, inſerenda, eſſe duxi hoc loco, quo lucem his, quæ Paulus tradit, adferant. Ait enim capite primo eius libri: *De chariſmatibus, quæ ipſe per Spiritum ſanctum tribuit omnibus; ſimul dicit: Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur; In nomine meo dæmonia eÿcient; linguis loquẽtur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum, quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Hæc chariſmata primum nobis Apoſtolis tributa ſunt, à quibus Euangelium omni creaturæ prædicandum erat; deinde cum iis etiam, qui per nos crediderunt, omnino communicantur, non quidem ad vtilitatem eorum qui chariſmata illa operantur, ſed vt qui non credunt, ad credendum adducantur, vt quibus non eſt verbis perſuaſum, eos ipſa vis ſignorum commoueat: ſigna.n. non fidelib. ſiunt, ſed infidelibus, tum Iudæis, tum Gentilibus Neque enim in expellendis dæmonibus vtilitas noſtra agitur, ſed eorum, qui Chriſti operatione ab eis eripiuntur, & purgantur: quod ipſe Dominus cum erudiret nos his verbis demonſtrabat: Nolite gaudere, quod ſpiritus vobis ſubÿciuntur, ſed gaudete, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo: illud enim poteſtate Dei: hoc efficitur noſtra in Deum beneuolentia, & ſtudio, idq; adiuuante nos Deo. Non ergo neceſſe eſt omnes fideles expellere dæmones, aut ſuſcitare mortuos, aut linguis loqui, ſed eos qui cauſſa quapiam vtili chariſmate dignitati ſunt ad ſalutem infidelium, quos ſæpenumero non rationum demonſtratio, ſed ſignorum effectio permouet, qui digni ſunt ſalute: neque enim omnes impÿ, miraculorum reuerentia mouentur. Teſtatur hoc Deus, cum ait in lege: Quoniam aliis linguis loquar populo huic, & aliis labiis, & neq; ſic credent; neque enim Ægyptÿ Deo, tot ſignis & prodigiis à Moyſe factis, neq; Iudæorum multitudo Chriſto ſimili Moyſis credidit qui omnem morbum, & omnem infirmitatem curauit. Neque illos permouit virga in viuum anguem mutata, neque manus facta alba, aut Nilus in cruorem verſus: Neque hos viſus cæcis reſtitutus aut ſanata claudicatio, aut ſuſcitati mortui: Atque illi quidem Iannes, & Mambres reſiſtebant; huic vero Annas, & Caiphas. Sic non omnes ſignis mouentur, ſed ÿ tantum, qui grato ſunt animo, quorum cauſa placet Deo, tanquam ſapienti gubernatori, vt ſigna fiant non quidem viribus hominum, ſed ipſius Dei voluntate, ac nutu. Hæc autem à nobis eo dicta ſunt, vt qui huiuſmodi chariſmata à Deo acceperunt, in eos ſe ne efferant qui non acceperunt. Loquimur vero de chariſmatibus ſignorum.* Et infra: *Nemo igitur eorum, qui ſigna & prodigia edũt, de vllo fideli, qui nõ ſit dignatus à Deo huiuſmodi vi operandi, iudicium faciat. Diuerſa enim ſunt chariſmata, quæ à Deo per Chriſtum in homines conferuntur. Tu quidem accepiſti hoc; ille vero aliud: aut enim chariſma ſapientiæ, aut cognitionis, aut diſcretionis ſpirituum, aut præcognitionem futurorum, aut chariſma docendi, aut tolerantiam malorum, aut continentiam legitimam. Quippe Moyſes homo Dei cum ſigna in Ægypto factitaret, non ſe extulit in ſuæ gentis homines, neque appellatus Deus aliquid aduerſus Prophetam ſuum Aaron ſibi arrogauit. Imo Ieſus Naue, qui fuit populi dux poſt Moyſem, cum in bello, quod cum Iebuſæis gerebatur, Solis curſum ſiſteret ad Gabaon, & Lunæ ad vallem Aelon, quia Non erat ſatis diei ad victoriam, ideo inflatus eſt in Phineem, aut in Caleb.* Et enumeratis aliis aliquod exemplis veterum Iudæorum, ad eam rem, poſtea ſubiungit Clemens; *Nemo igitur veſtrum ſe in fratrem ſuum efferat, quamuis ſit propheta, & quamuis ſit mirabilium effector. Etenim ſi demus, non eſſe amplius vnquam infidelem, ſuperuacanea deinceps erit omnis effectio ſignorum: eſſe enim pium quempiam, ex beneuolentia erga Deum pendet; facere autem miracula, ex virtute eius, qui operatur: ac prius quidem ad nos ſpectat, poſterius vero ad Deum, qui ob eas, quas ſupra dixi, cauſſas operatur. Ergo neque Rex duces exercitus ſui contemnat, neque magiſtratus populum. Nam ſi nulli ſunt ſub magiſtratibus, ſuperuacanei ſunt magiſtratus: item ſi non ſint duces, non conſtet regnum. Quinimo neque Epiſcopus ſe in Diaconos efferat, aut in Presbyteros: neq; Presbyteri in populum: ex vtriſq; enim conſtat cætus (Epiſcopi enim, & presbyteri aliquorum ſunt Sacerdotes, & laici aliquorum laici. Atq; eſſe quidem Chriſtianum, in noſtra poteſtate eſt, Apoſtolos vero, & Epiſcopos, non eſt: ſed potius penes Deum, qui chariſmata tribuit.* Hæc ille, quæ quidem valde conſentanea ſunt iis, quæ Apoſtolus tradit de eo quod Corinthÿ efferrent ſe ſuper alios, quod plura & excellentiora dona ſpiritus accepiſſent.

Marc. vlt.

Chariſmata, quibus proſint tantummodo

1. Cor 14.

Luc. 10.

Eadem quibus fidelibus debentur.

Non omnes miraculis ad fidẽ adduci.

Eſai. 28.

1 Cor. 14.

Matth 4.

Exod. 4.

Ibidem.

Ibidem.

Tim 3.

Ioan. 18.

Quinam ſignis moueantur.

Non debere quemquem ob chariſmata, quæ habet ſe efferre aduerſus alios.

Exod. 7.

Exemplũ Moyſis & Ioſuæ mirabilium opificum.

Ioſua 10.

Iidem aliis rationib. oſtenditur

I. Dubium

His de ſcopo Pauli præmiſſis, proponantur dubitationes quarum prima ſit. Quid intelligat Apoſtolus per ea, quæ abſolute ſpiritualia vocat ſine aliquo addito, & quid ſupplendum, vt oratio conſtet. Secunda. Cur inchoat ſermonem ab illis verbis, *Nolo vos ignorare*, & cur reuocat eos ad ſtatum illorum, in quo erant ante fidem, & Euangelii illuminationẽ: Cur etiam ponit, quales ſint modo in Chriſto, cum ait: *Nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſum, &, Nemo poteſt Dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto*, cum tamen interdum impii Chri-

II. Dubiũ.

Matth 8. *Luc 4.* ſtum prædicent, ac laudent, vt dæmones Euangelici, & Dea Hecate, quæ ſapientem, & piam animam Chriſti, interrogata reſpondet. Iudas etiam, qui diabolus Ioann. *Ioan.6* ſexto vocatur, CHRISTVM ſine Spiritu DEI prædicabat. III. Dubiū Tertio, quomodo differunt inter ſe diuiſiones gratiarum, vel donorum, & diuiſiones miniſtrationum, ſiue miniſteriorum, & diuiſiones operationum: & quomodo vni cuique datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem, ſiue ad id, quod expedit: quod, ſi verum eſſet, nullus eſſet Corinthi ſine aliquo peculiari dono. Quartum Quarto, diligenter explicanda ſunt omnia dona propoſita, & quomodo inter ſe diſtinguantur. Quintum. Quinto, quid agit Apoſtolus per illam rationem: *Sicut enim corpus vnum eſt & membra habet multa, &c. ita & Chriſtus.* Dubitatur enim, quia non videtur admittere inter CHRISTI membra, niſi eos tantum, qui renati ſunt per Baptiſmum, cum ait: Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum baptizati ſumus (accipientes ſcilicet Spiritum regenerationis) ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, &c. & omnes in vno Spiritu potati ſumus. Qui ergo ſunt in mortifero delicto, non erunt CHRISTI membra, nec pertinebunt ad corpus eius. Sextum. Sexto, dubitatur circa illa verba: *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum.* Sunt igitur nouem iſti gradus, & dubitatur, quomodo ſunt diſtinguendi inter ſe. Ad hæc cur hic non meminit Papæ, Cardinalium, Patriarcharum, vel Primatum, Archiepiſcoporum, ſiue Metropolitanorum, Epiſcoporum, Diaconorum, atque aliorum inferiorum graduum. Septimo, VII. dubiū circa illud; *Æmulamini charismata meliora* dubitatur: nam ſi DEVS dona diſtribuit, prout vult, quomodo æmulatione poſſunt obtineri? nunquid non impium eſt ambire Epiſcopatus, vel prælaturas? Octauum. Octauo, cur horum donorum vſus omnino obſoleuerit, nec in noſtra Eccleſia omnino IX. & vlti. reperiantur. Poſtremo, quare charitas dicta eſt via excellentior: nam hæretici obiiciunt, quod illi ſit fides vel æquanda, vel præferenda, quæ nos iuſtificat, & cum Deo reconciliat.

Hanc locutionem quando Apoſtolus vſurpet: Nolo vos ignorare fratres. 1.Cor.10. Ad primum horum dicendum, ita ſolitum Paulum loqui, cum quid referat, quod eos, ad quos ſcribit, ſcire expediat, ex cuius ignoratione pernicioſus in Eccleſia oritur error, ſcilicet; *Nolo vos ignorare.* Ita capite decimo, ad Corinthios dixit; *Nolo vos ignorare fratres.* Supplendam autem verbum eſt, vt oratio conſtet: quid rectum ſit, aut quale ſit veſtrum officium, aut quid ſimile. Solu. I. q. Spiritualia quæ non ſint Apoſtolo. Et Spiritualia, nimirum πνευματικὰ, vocat dona ſpiritualia, quæ ab Spiritu dantur, & ab eo pendent, & opponuntur donis naturæ, aut rationis naturalis, aut corporis, aut fortunæ. Nam Eccleſiæ dona, ſiue gratiæ, non ſunt naturæ beneficia, ſed Eccleſiæ proprie tribuenda. Nec enim rationis, aut carnis opera, & induſtria nobis dona Spiritus comparamus, ſed DEVS pro ſuo arbitrio, quibus vult, diſtribuit.

II. q. ſol. Idem ethnicismum Corinthiis cur reducat in mentem. Ad ſecundum dicimus, Apoſtolum præmittere efficax remedium ad comprimendam omnem inflationem, ſuperbiam, & contemptum aliorum, quæ ex donis acceptis oriri ſolent: hoc autem eſt reuocare in memoriam priſtinum ſtatum, in quo ante conuerſionem ad fidem fuerant: hoc enim alias Apoſtolus ſolet facere, vt ad Ephel. 2. 1. Theſſal. 2. Timor. 3. & ſuperius caput 6. In lege ſæpe DEVS repetit Iſraelitis, quales olim fuerint, antequam eos in peculiarem populum ſibi adiungeret. *Epheſ. 2.* *Theſſ. 2.* *Tit. 3.* *1.Cor. 6.* *Ezech. 16.* Vnde Ezechiel .16. *Radix tua, & generatio tua de terra Canaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Quare monet, horum donorum autorem Deum eſſe, cum ante Corinthii rudes, & omni ſpirituali luce deſtituti eſſent: non ergo à natura inſtructi, ſed gratuita Dei beneuolentia vocati erant:

Cur muta ſimulachra. *Pſ. 113.* Et ſimulacra nominat muta, id eſt, omni ſenſu, & motu, & loquela carentia, alludens ad illud Dauidis; *Simulachra Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur.* Commemorat ergo idololatriam, in qua olim implicati fuerant, & cæteris peccatis, quæ ex ea pullulant, de quibus ad Romanos prim. dixit: *Rom. 1.* *Et inſtar mancipiorum à maioribus: & Sacerdotibus impiis, & à Satana ducebantur.* Et participium Græcum pro verbo præſentis temporis ponitur, nempe euntes, pro ibatis, vel ſequebamini, ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι, id eſt, vel ducebamini abducti. Corinthii quid peccauerint, à dæmone ad cultum, idolorum vt Paulus ait, ſi ducebantur abducti. Neque ob hanc impulſionem, vel perſuaſionem excuſantur à peccatis; cum ipſi ſponte malas electiones facerent. Et agnoſce, dona fidelium ex Spiritu ſancto eſſe. Confer ergo illa nunc cum illis, quæ olim ab ipſis idololatris fiebant: nam ibi nomen CHRISTI blaſphemabatur, apud noſtros vero prædicatur, & laudibus celebratur: quæ, cum ſint contraria, conſtat à contrario ſpiritu eueniſſe. Atque hac ratione ducit argumentum à contrariis cauſis ad contrarios effectus. Dicere anathema Ieſum & dicere Do- Et antitheſis ponitur interdicere, Dominus Ieſus, & dicere, anathema Ieſum: Accipitur

autem

minum Ieſum hæc duo quomodo diſtinguantur.

Matth. vlt.

Quid ſit anathema Ieſum.

autem anathema pro execrabili: ſiue deteſtabili, & morte digno: Dicere verò Dominum Ieſum, eſt, honorificè ſentire de Ieſu, & illum ſimpliciter Dominum omniũ confiteri, & qui dixit; *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra*; ac proinde Deus eſt. Eſt autem idem confiteri, dicere Ieſum eſſe Dominum. Dicit verò anathema Ieſum Iudæus: quæ vox anathematis in malam partem ſemper accipitur, vt ibi; *Optabam ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus*; &, *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema Maranatha.*

Rom 9.
1. Cor. vlt.

Si nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, cur dæmones impij hoc dixerunt.

Matth 7.
Philip. 1.
Acto 19.

Dæmonia teſtimonium de Domino Ieſu ferebant duplici tit.

Ioan 11.
Num 22.
2. Pet. 2.

Ad argumentum verò, quòd ab impiis multa ſæpè vera doceantur, & prædicetur Chriſtus, vt faciebant dæmones, & oracula falſorum Deorum, & illi, de quibus dicitur: *Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus?* &c. Et illi, qui prædicabant præ inuidia Chriſtum, exiſtimantes ſe ſuſcitare preſſuram Apoſtolo, & dæmon Act. 19. falſus eſt *Ieſum noui, & Paulum ſcio; vos autem qui eſtis?* Ad hæc recta ſuppetit reſponſio: dæmones quidem non ſponte, ſed a Deo, confitenda cruciatibus coactos, vt ſibi fidem, & authoritatem conciliarent, & illis poſteà nobis mendacia obtrudentibus fidem haberemus. Quærebant præterea doctrinam Chriſti infamẽ reddere, vtpote, quæ à diabolo teſtimoniũ haberet. De impiis autem certum eſt eos Spiritum Dei habere, quod ad effectum attinet, vt Caiphas, & Balaam.

Cur neminem poſſe aſſerat Apoſtolus dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto.

Non igitur de ſpiritu regenerationis, vel de gratia iuſtificante eſt ſermo, ſed de donis & chariſmatibus gratis datis, quę tã bonis, quàm malis ſunt communia. Quare Apoſtolus, vt oſtendat, quomodocunque benè de Chriſto, aut ſentias, aut loquaris, nõ eſſe à teipſo declarat, id eſſe à Spiritu ſancto, à quo eſt omne verum; ſicut omne mendacium à diabolo eſt patre mendacij. Vides, quanta ſit noſtra imbecillitas, qui ne linguã quidem mouere poſſumus ad prædicãdam Dei gloriam, niſi eius ſpiritu gubernetur, & cum Dauide precemur, *Domine labia mea aperies; & os meum annuntiabit laudem tuam.*

Ioan 8.
Mira hominis imbecillitas.
Pſal 50.

Expenditur hæc lectio Græca, Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum.

¶ Græca tamen litera habet in Accuſandi caſu. *Nemo dicere poteſt Dominum Ieſum*: quia dicere, Dominus Ieſus, materialiter, & verbotenus poteſt, & à diabolo, & ab aliis inimicis crucis Chriſti dicitur, quia non eſt enunciatio, id eſt, nec affirmatio, nec negatio. Dicere autem Dominum Ieſum, id eſt, quod Ieſus ſit Dominus, quoniam hoc verũ eſt, nec ſciri poteſt, niſi per reuelationem; nemo poteſt dicere, niſi in Spiritu ſancto. Et dicere hic, non eſt ſolo externo verbo proferre, ſed cum interno, & mente approbare, quod dicit vt verum; nam hoc eſt propriè dicere. Naturaliter namque cenſetur quis illud dicere, quod mente prius cogitauit, & naturaliter lingua, quæ interpres eſt mentis, expreſſerit.

Tertiæ ſolut. dubitationis. Illud, Diuiſiones gratiarum ſunt, quid Apoſtolo.

Ad tertium: Proponit Apoſtolus doctrinam, nolens penitus radices ſchiſmatum, & ſectarum euellere, vt quilibet ſit contentus ſuo ſpiritu, & dono eius. ¶ *Diuiſiones*, inquit, vel diſcrimina donorũ, ſiue gratiarum ſunt, nam græcè eſt χαρισμάτων, quaſi dicat, Non omnibus omnia dantur. Vnus ſolus fuit Chriſtus, cui non eſt datus ad menſurã Spiritus. Hinc in columba integro animali, Spiritus inſedit in capite Chriſti Ioann. 1. & Mat. 3. Idem olim in vnico verſu dixit Hom. etſi diuino lumine non eſſet illuſtratus:

Ioan. 3.
Chriſti prærogatiua.
Supra 1.
Matth 3.
Homer.

Οὐ γὰρ πάντα θεοὶ πάσιν χαρίεντα διδόασι.

Chariſmata quæ dicantur.

Vocat autem chariſmata, dona gratis data, & genericum nomen ſæpè minus perfecto generis membro attribui ſolet: doni enim, vel chariſmatis nomen omnibus Spiritus ſancti effectibus accommodatur. Hic nimirum vnus eſt, qui omnia largitur cuicunq;. Nam ſi diuerſi eſſent donatores, iuſta poſſet ſubeſſe ſectarum cauſa, vt quiſque pro ſui doni authore æmularetur. *Idem autem Spiritus*. Vnde & Spiritus, Deus manifeſtè eſſe colligitur, quia pro ſua volũtate donat, & diſtinctus eſt ab ipſis donis: non ſecus atq; Creator à Creaturis. Quod dictum ſit aduerſus oppugnatores Spiritus. Et vera eſt ſententia Athanaſij in epiſtola ad Serapionem dicentis, articulum præpoſitum voci Πνεῦμα, ſignificare ipſum Spiritum ſanctũ Deum: vbi verò ſignificat creaturas articul. ferè ſupprimitur: vnde hic ait. τὸ δὲ Πνεῦμα; Cum verò loquitur de diſcretione ſpirituũ habet, διακρίσεις πνευμάτων.

Prima ratio Apoſtoli, ad probandũ Spiritum ſanctum Deũ eſſe.
Athanaſ.

Diuiſiones miniſtrationum quænam ſint.

Subdit: *Diuiſiones miniſtrationum ſunt*. Græcè διακονιῶν, id eſt, miniſtrorum. Plura verò ſunt miniſteria in Eccleſia, vt miniſter verbi, & diſpenſationis ſacramentorum, quæ duo ſimul Apoſtoli habere noluerunt, ſed dixerunt; Non eſt bonum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis; & poſtea; Nos verò orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus. Additur: *Idem autem Dominus*. Cuius imperio & propter quem hæc omnia diſpenſantur.

Act. 6.

Quid verò diuiſiones operationum ſint.

Tertiò ait; *Et diuiſiones operationum ſunt*. Græca vox eſt, ἐνεργημάτων, id eſt, efficacis facultatum, vel operationum, quas Deus concedit nonnullis, qui incumbunt ſpiritualibus exercitiis. Et Caietan. exponit de operationibus gratiæ, gratũ, & iuſtum hominem facientibus; vt credere, ſperare, diligere. Vnde & ſubdit: *Qui operatur omnia in omnibus*: Etſi in nobis, non tamen ſine nobis cooperantib. iuxta id, Omnia opera noſtra

Caietan.
Iſai. 26.

Pſalm 67. Spiritus ſanctus vt operetur omnia in omnibus.

operatus es nobis, Domine, ne putes nos agi, & non agere. Hinc etiam illud; *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa*; & rurſus: *Operatur omnia in nobis*. Non in ſingulis omnia, ſed, in omnibus, quia totũ Eccleſiæ corpus ſua habet mẽbra, & quodlibet pro ſuo captu, vel officio habet efficacem facultatem, & idem eſt Deus, ſicut idem Spiritus, & Dominus; vt poſſis in his tribus Trinitatis perſonarum in vnitate eſſentiæ myſterium agnoſcere. Cogitet ergo quiſq; quid, & quantum ſibi datum ſit, & ad quod miniſteriũ ſit vocatus. Nec eſt, quod doleas te minora dona accepiſſe, ſiquidem dona Dei laborem, & ſudorem præ ſe ferunt: & ſi malus onus ferendum aliis Dominus impoſuit, tibi vero pepercit minus dando, non eſt, quod alteri inuideas, ſed vnde Domino gratias agas.

Non eſſe cuiquam de eo, quod pauciora ſit Dei dona conſecutus, dolendum aut contriſtãdum.

Quomodo vnicuique detur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. *Eſa.24.*

Sequitur: *Vnicuiq; datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem*, ſcilicet Eccleſię, non autem ad vtilitatem ipſius accipientis, vel, vt Græca habẽt, vel ad id, quod expedit. Sunt enim peculiaria dona, quæ ſerui Dei, & ancillæ habent, non vt manifeſtent, qui dicunt in corde ſuo. *Secretum meum mihi, ſecretum meũ mihi.* Sunt etiam alia, quæ Deus vult manifeſtari ad vtilitatem Eccleſiæ, & oſtendit exemplis ſequentibus.

Manifeſtatio ſpiritus quid Apoſtolo.

Et manifeſtationem Spiritus vocat omnem operationem, in qua detegitur Spiritus ſanctus adeſſe, vel loqui, vel operari. Et quoniam ait: *Hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus*; hinc manifeſtum eſt, quod Spiritum Deum, ac Dominum eſſe aſſerat. Quod ſi quis Spiritum, ad Spiritum ſanctũ referat, Dominum vero ad Deum, illud quidem ad Filium, hoc autem ad Patrem: hoc quoq; modo nihilominus dominatio, ac Deitas ex horũ ipſorum teſtimonio Spiritui ſancto attribuuntur. Et videtur Paul. propterea Spiritum ſanctum perſonali nomine expreſſiſſe; de Filio autem, & Patre communibus, vt perſpicientibus liceret, ab identitate operationis identitatem colligere ſubſtantiæ, & ipſa nomina, Dominus, ac Deus propter identitatem ſubſtantię intelligere. Hæc ex Oecumenio produximus.

Secunda ratio Apoſtoli, quod Spiritus ſanctus ſit Deus. Filium cur Dominũ, Patrem Deum generali vocabulo, Spiritũ vero ſanctum perſonali vocabulo Paulus expreſſerit. *Oecu.c.1.*

Manifeſtatio autem Spiritus & actiuè, & paſſiuè intelligi poteſt. Paſſiua quidem eſt, vbi eſt prophetia, aut ſcientia, aut aliud donum Spiritus ibi apparet: actiua vero, cum Spiritus Dei aliquo dono nos afficit, & reſerat nobis theſauros ſuæ ſapientiæ, &, quia occulta, & clauſa erant, patefacit. Vtilitas autem Eccleſiæ eſt pax, concordia, vtilitas, ædificatio, de qua alio loco dixit Apoſtolus; *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euãgeliſtas, alios autem paſtores, & doctores, ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.* Quod ſi ad manifeſtationem Spiritus datur; permittendum Deo eſt an ex vno, an ex multis, an ex magno, an ex paruo dono velit manifeſtari.

Manifeſtatio Spiritus duplex, actiua & paſſiua. Quænam ſit. *Gal.50.* Vtraque Spiritus

manifeſtatio detur ad quam Eccleſiæ vtilitatem. *Epheſ.4.*

Explicat autem varia dona in Eccleſia, ex qua donorum varietate colligendam eſſe docet miniſteriorum, vel operationum diuerſitatem. Et ſapientia quidem eſt quantum ad dogmata, ſcientia vero quantum ad res agendas: ſiue potius ſapientia, eſt ſacrarum Scripturarum intelligẽtia; ſcientia vero, rerum naturalium notitia. Et tam ſapientiæ, quam ſcientiæ proponitur ſermo, vt exterius donum, & manifeſtationem Spiritus in ſermone ſapientiæ ſignificet. Et addit: *Secundum eundem Spiritum*, vel in eodem, vel in vno Spiritu, ne quis referat vnum donum ad hunc Deum, & aliud ad alterum, vt Gentiles; & non potius ad vnum & eundem Spiritum Deum autorem omnium.

Ad quartũ dubium. Quinam ſit ſermo ſapientiæ.

Cur etiam dicatur ſermo ſcientiæ, itẽque dari ſecundum eundem ſpiritum.

Tertiò, fides non eſt communis illa omnibus Chriſti membris neceſſaria fides, quę habet, pro obiecto quodcunque reuelatũ eſt in Eccleſia: ſed de fide practica eſt ſermo, qua impetramus, ſiue dona, ſiue ſigna fieri in nobis, vel in aliis, qua Petrus ornatus, ambulauit ſuper aquam, veniret ad Ieſum; & de qua; *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam.* Quartò, *Gratia ſanitatum*, vel ſanationum eſt, qua quidem expellunt morbos, purgant lepram, paralyticos, & claudos conſtabiliũnt. Quinto *Operatio virtutum*, ſiue, vt Græca vox ſignificantiùs habet, efficaciæ virtutum, quæ aduerſus dæmones exercentur: vt cum Paul. Elymam magnum excæcauit, Petrus vero Ananiam, & Sapphiram ſolo verbo lethaliter proſtrauit. Sexto, *Alia prophetia.* Quæ vel ad futura, vel pręſentia, vel præterita occulta pręuidenda vim habet. Et ſignificatur ſingularis, & eximia dos explicandi Dei voluntatẽ, & ſcripturas. Septimum locum habet *Diſcretio*, ſiue diſcretiones ſpirituum, quo dono internoſcũtur, qui à malo ſpiritu aguntur; & qui bono ſpiritu ſunt afflati. Sẽper enim fuit vberrimus falſorum prophetarum prouentus, vt Deut.13 Ier.23. & Mat. 7. & 24. Paul. quoque dixit: *Omnia Probate, quod bonum eſt, tenete*, & Ioann. *Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint.*

Quæ fides dari dicitur in eodem ſpiritu.

Matth 14 1.Cor 13. Gratia ſanatum qualis. Quid operatio virtutum.

Act.13. Supra.5. Alij quæ detur prophetia. Diſcretio ſpirituum quænam illa. *Deut 13. Ierem 23. Matth.7. Infra 64. 1.Theſſ 5. 1.Ioan 5.*

Poſtremo adiiciuntur genera linguarũ, & interpretatio ſermonum: nam baptizati poſt aduentum Spiritus ſancti in eos, prophetabant, & loquebantur linguis, intellige præcipuè Hebræam, Græcam, & Latinã linguã, quo munere olim maximè opus

Vltimo omnium cur cenſeantur genera linguarum & interpretatio ſermonum.

Linguarũ donum Apoſtolos habuiſſe.

fuit, quando pauci aliquot Apoſtoli, & apoſtolici viri Euangelium per vniuerſum orbem euulgare debeant, quod fieri abſque linguarum notitia, & vſu non poterat: quod donum hodie non eſt adeo neceſſarium, quandoquidem Eccleſia vbique diffuſa loquitur omnibus linguis, & ſuos vbiq; paſtores & doctores habet, per quos doceat. Peritia tamen linguarum Græcæ, & Hebraicæ hodie neceſſario retinenda eſt propter Vetus, & nouum Teſtamentum illis linguis conſcriptum, quas tamen imperiti quidam tanquam vanum ſtudium reprehendunt, & illarum notitiã facere homines hæreticos, & ſuperbos arbitrantur. Sed reuera vana eſt hæc obiectio, & hæc vitia non ex linguarũ peritia, ſed ex praua hominum voluntate veniunt. Nam Hieronymus, & Ambroſius Baſilius, & Nazianzenus, & alij maximè illarum linguarum cognitione locupletati, & ornati fuerunt, & illis veritates Eccleſiæ contra hæreticos tutati ſunt. Corinthij vero ante omnia affectabant hoc donum linguarũ, ſed à Paulo ponitur inter poſtrema.

In ſciolos quoſdam Græcæ & Hebraicæ linguarum ſtudium condemnantes.

Qui maximè antiquorum Patrum eas profeſſi ſint linguas.

Genera linguarũ, & interpretatio ſermonũ in quo differant. Altera opinio.

Denique interpretatio ſermonum, vel potius linguarum differt à priori: quia ſæpè illo dono prædicti non intelligebant eius gentis linguam, in qua verſandum erat: Interpretes vero linguas extraneas vernaculo ſermone mirifica Spiritus reuelatione explanabant. Alij vero hoc interpretandi donum pro explicatione ſumunt, qui multa breuiter tractare poſſunt, & variis linguis proferre, nõ tamen habent donum, & vim latius & vberius explicandi, & captiui auditorum accommodãdi quæ nouerunt. Nam pauca multis, & multa paucis poſſe dicere, eiuſdem eloquẽtiæ eſt, vt Hieronymus dixit. Ideo interpretibus & expoſitoribus opus habent, vt hodie plerunque vſu venire ſolet: nam multa Hebraicè, Græcè, & Latinè legimus in Veteri, & nouo Teſtamento breuiter, & conciſè poſita, quæ rudioribus exponere latiori ſermone oportet. Et donum hoc accepit Timotheus, qui quidem monetur à Paulo, vt doctrinam ex lectione collectam interpretetur, & ad ſuos accommodẽt, dono prophetiæ per impoſitionem manuum accepto, vt habes 1. Timo. 4. & 2. Timo. 1. Quia multa eorum, quæ in linguis illis ſanctis legerunt, & intelligere promptè potuerunt, aliis tamen quod intelligũt, interpretari nequeunt. Vnde Hieronymus noſter loquens de Victorino martyre; *Inclyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non poteſt.* Ideo Apoſtolus poſt genera linguarum interpretationis donum poſuit, ne linguæ inutiles ſint.

Hieron. in epiſt. cõtra Ioan. Ieroſ. tom. 2.

Qui habuerint donum interpretationis ſermonum. *1. Tim. 4. 2. Tim. 1.* Quibus defuerit, & cur Apoſtolus dono linguarum interpretationẽ ſermonũ ſuppoſuerit. *Hier. li. 4. epi. 12. in fin. tom. 3. init.*

Sequitur: *Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult.* Hoc dixit Apoſtolus, ne quiſquam exiſtimaret Deum vllis noſtris precibus, aut meritis alligari: ideo autem diuidere ſingulis, vel priuatim, aut peculiariter; & nulla alia ratio attendenda eſt, cur huic donat hoc donum, & non alteri, niſi quia ipſe Dominus eſt. Et pulchrè in Parabola dictum fuit: *An non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?*

Quorſum hoc: Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult. *Matth. 20.*

Quod vero non omnibus donet omnia, rationem profert efficacem à ſimilitudine corporis ſumptam, in quo inæqualitas pulchritudinem corpori cõciliat. Quare illud, Prout vult, non eſt referendum ad accipientem, quia non eſt ſitum in nobis, vt Spiritus impertiatur dona pro noſtro arbitratu: nam tumultuantes Corinthios propter donorum inæqualitatem hac ratione voluit compeſcere, oſtendens quod illa ab Spiritu ſancto ſit profecta; vt ita obturet ora murmurantium.

Illud verbũ, Prout vult, de Spiritu ſancto, nõ de eo qui eius donũ accipit, eſſe accipiendum.

Notauit etiam Eraſmus Originem in epiſtolam ad Rom. 12. ſcribentem, quod verbum, Prout vult, detorſit ad eum, cui Spiritus dona ſua largitur: quaſi dicat in vnoquoq; ſitum eſſe, quantum gratię nobis impertiat Deus. Quæ ſententia pugnat ex diametro cum Apoſtoli ſenſu: dixit enim ib. Apoſtolus; *Vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei.* Et rurſus ad Epheſ. *Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti;* & hic; *Diuidens ſingulis prout vult.* Non eſt itaque ei tempus præſcribendum: nam quando, & cui, & quomodo, & quantum voluerit, dona hæc diſpenſat, & quando vult, ſubtrahit, vt nunc ſubtraxit vſum miraculorum. Neque promiſſionem fecit de ſignis edendis ad omnia tempora, neq; noſtrũ eſt conqueri, aut expoſtulare cũ eo.

Notatur Origenis interpretatio præpoſtera. *Orig. to. 2.*

Rom. 12. Ephe. 4. Spiritus ſanctus quando libere diuidat ſingulis prout vult, miracula ſua.

Ad quintum circa illud; *Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnũ tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus.* Dicendum eſt Apoſtolum commoda ſimilitudine à corpore humano deſumpta explicare donorum diuerſitatem in Eccleſia, & per illam hortari ad concordiam, ne maioribus donis prædicti ſibi in ſe placeant, & alios deſpiciant, qui minora ſunt conſecuti. Alij vero, ne tenuitate donorum ſibi diſpliceant, & aliis maiora habentibus inuideãt, ſed omnes pares ſe eſſe exiſtiment, dum dona maiora aliorum in noſtram ſalutem, & beneficium data eſſe cognoſcimus. ¶ Hac eadem ſimilitudine vſus eſt ad Rom. 12. ſed alia ratione. Illic enim vnumquẽq; ſua ſorte contẽtum eſſe iubet, non aũt in alienos fines trãſilire, quẽadmodum curioſitas, & ambitio, & cupiditas impellit

Quintæ ... dubitationis. Quo tendat hoc ratio Apoſtoli: Sicut corpus vnum eſt, & membra habet multa, & reliqua.

Rom. 12. Hoc exẽplo quid doceat Apoſtolus.

pellit ad ſibi tribuendum pluſquam expediat: hic verò fideles hortatur, vt mutua donorum collatione inter ſe cohęreát: docetque non ideò à Deo collata, vt ſuo dono tantum quiſque fruatur, ſed vt alius alium iuuet.

Eadem ſimilitudo hoc loco, quam ad Rom 12. cur latior ſit atque diffuſior.
Eph. ſ 4.
Tit. Liuius circa med.

Tertiò etiam ad Epheſ. 4. hac eadem vtitur ſimilitudine. Sed quia prior tempore ſcripta eſt hæc epiſtola ad Corinthios, quã illa ad Romanos; ideò longiori ſermone proſequitur illam in finem vſque capitis præſentis. In Romanorum quoque Hiſtoriis legimus, nonnullos vſos eſſe hoc exemplo. Nam vt eſt apud Liuium libr. 2. primæ Decadis, quidam ciuis eleganti apologo de corpore, & membris eius, ad concordiam Nobilium & Plebeiorum ordinem reuocauit. *Tempore*, inquit, *quo in homine non, vt nunc, omnia in vnum conſentiebant: ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo fuerit, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore, ac miniſterio ventri omnia quæri: ventrem in medio quietum nihil aliud, quã datis voluptatibus frui: conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum: nec dentes conficerent. Hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipſa vna membra, totumque corpus ad extremam tabem veniſſe. Inde apparuiſſe, ventris quoque haud ſegne miniſterium eſſe, nec magis ali, quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo viuimus, vigemusque, diuiſum pariter in venas maturum confecto cibo ſanguinem. Comparando hinc quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in partes, flexiſſe mentes hominum.* Hæc ille ſatis appoſitè. Vſitatum quoque eſt, quamlibet hominum ſocietatem, ſeu ciuitatem, ſeu collegium vocari corpus. ¶ Et cùm Chriſtiani dicuntur vnum conficere corpus; non intelligas tantùm politicum, ſed ſpirituale, & myſticum, quod ad vitam æternam peregrinando tendit: habetque multa communia, vt Deum, Chriſtum, Spiritum ſanctum, verbũ Dei, gratiam, ſacramentum, & vnum caput viſibile ſub Chriſto, Romanorum ſcilicet Epiſcopum: regiturque hoc corpus inſtitutis, ac dictis Scripturarum, Apoſtolorum traditionibus & aliorum ſanctorum Patrum: habet etiam Eccleſiam Catholicam, & remiſſioné peccatorum, & ſanctorum communionem, & ſpectat carnis reſurrectionem, ad vitam æternam.

Magni cuiuſdam viri de inteſtina ſeditione corporis mortifera elegãs Apologus.

Chriſti fideles vnũ ſunt corpus dupliciter.

...pplicatur ...militu... ...:Sicut ...rpus ...um eſt, ...membra ...bet ...lta, &c. ... Chri... ...s, ...heſ. 1.

Subdit Apoſtolus: *Sic & Chriſtus*, ſcilicet myſticus, etſi corpus vnum ſit, multa habet membra, id eſt, ſingulos fideles, qui multi ſunt diffuſi per vniuerſum orbem. Et conſolari nos deberet, quod Eccleſiam vocat Chriſtum, ſicut Epheſ. 1. ait eſſe illius plenitudinem, ſeu complementum, ac ſi diuiſus cum ſuis membris mutilus eſſet. Etenim in Chriſto ſimus vitis fructifera; extra ipſum quid erimus niſi arida ſarmenta? Denique ſenſus eſt, quòd vt in corpore multiplicia ſunt membra, quorum diuerſæ ſunt functiones, attamen & vnitatem, conſeruãt, & communem vtilitatem promouent abſque diſſidio, ita & Eccleſiam diſponit, cùm ſit Chriſti corpus. Si ergò vniuerſa Eccleſia conſideretur ſeorſum à Chriſto, corpus eius dicitur, cuius caput eſt Chriſtus. Si autem cum ipſo Chriſto capite cõſideremus; illud totum corpus cum Chriſto dicitur Chriſtus, quia Chriſtus nobiliorem partem ipſius Eccleſiæ tenet, & totum à nobiliori parte denominatur.

Ioan. 15.
Alter ſenſus prædictæ ſimilitudinis.

Epheſ. 1.
Coloſſ. 1.

Subdit Apoſtolus; *Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes in vno ſpiritu potati ſumus.* Duo ſuperius dixerat. Primùm, quòd vnũ ſumus corpus; deinde quod multa ſunt in corpore membra: probat iam quod ſimus vnum corpus, nempe per Baptiſmum, & per Euchariſtiam. Interimur namque in Chriſti corpus per Baptiſmũ mutuo nexu, tanquam membra ſimul colligata, & viuimus vnam & eandem vitam. Sicut enim corpus vnum eſt, & viuificum, quia Spiritus vitæ colligat inuicem cuncta membra; ita & Chriſtus hoc myſticum corpus per vnum ſpiritum conflat, quo vnitur, ac viuit. Et per Baptiſmum ſic naſcimur omnes, & intramus in Chriſtum.

Qua ratione fideles ſint vnum corpus, ſecundum Apoſtolum.

Corpus, ſiue naturale, ſiue myſticum vnde viuat.

Ac ponit duo exempla, in quibus maxima diſcrepantia videtur, ne poſſint coire in vnum. Primum eſt propter legem Moyſis, quæ diuidit Iudæos à Gentibus: ſecundum, ob legem mundi, quæ ſeruos à liberis ſeparat. Sed Chriſti lex, quæ eſt Charitas, & omnibus legibus ſuperior, debet pręhonorari. Ideò qui ſocietatem hanc ſcindit, ſchiſmata excitat in Dominum, & in Spiritum, & in ipſum ſanctum Baptiſmum peccat.

Quæ duo impediant myſtici Chriſti corporis vnionem eaque quomodo per Chriſtum impedimenta tollantur.

De altero ſacramento ſubiungit: *Omnes eodem ſpiritu potati ſumus*, ſiue vt Græca habent, omnes vnũ Spiritum hauſimus, quod idem eſt. Non eſt autem vſquequaque exploratum, an de cœna Dominica, an de Baptiſmo ſit ſermo; nam ſi de Baptiſmo ſit ſermo; ſenſus erit; Eandem doctrinam imbibimus, quæ eſt cibus, & potus, iuxta illud; *Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum.* Sed quia fecit ſermonem potius, videtur de cœna Domini loqui: non enim dubium, quin ad ſymboli analogiam reſpexerit; potui verò ad Baptiſmum nulla eſt congruentia, quia in eo nõ bibitur. Et vtitur ſynecdoche, per vnius partis mentionem totum intelligens ſacra-

Quid, Et omnes eodem Spiritu potati ſumus.

Eccleſ. 15.

Alter ſenſus veriſimilior.

Quæ lateat in verbis ſynecdoche.

mentum

mentum. quemadmodum in fine capitis præcedentis per alteram ſpeciem manducationis,cum dixit, Itaque fratres mei, cum conueniitis ad manducandum (ſcilicet corpus Chriſti) inuicem expectate, totum intelligitur Sacramentum.

1.Cor.11.

Peccatores an ſint Chriſti ſpiritu potati & ad eius mẽbra pertineant, nec ne.

Sed hoc loco reſpondendum eſt ad dubium prætactum. Diximus enim, Apoſtolum non recipere inter Chriſti membra, niſi Chriſto regeneratos, & eius Spiritu potatos; peccatores ergo non ſunt membra Chriſti,nec pertinent ad eius corpus: non ergo hæc dona Spiritus ad illos ſpectant, vt videtur ſentire Paulus,& annotauit Caietanus.Quod ſi ita eſt, paſtor malus non erit paſtor; & ſacerdos paruus non erit ſacerdos, &c. atque hac ratione dona gratuita non poterunt ſtare cum peccato, quemadmodum nec gratia gratum faciens.quod tamen eſt in doctrinam ſanctorum Patrum, & totam Theologiam Scholaſticorum. Dicendum tamen breuiter eſt, minime hoc ex dictis Pauli euinci;ſed, quicunque regenitus eſt ex aqua,& Spiritu ſancto, actu,ſiue voto baptiſmi concepto quouis modo renatus ex Spiritu, membrum eſt Chriſti,& Eccleſiæ incorporatus. Si vero fictus quis ad Baptiſmum accedat, fidem non habens proprie CHRISTI membrum dici non poteſt,quia Spiritus fidei, quo vno viuitur,nõ eſt in illo; tantum habet characterem,propter quem nullum impertitur illi donum Deus.

Qui peccatores ſint, Qui nõ ſint membra Chriſti.

Si vero iam inſitus per fidem,& Spiritum Chriſto, per mortiferum delictum contaminetur, non tamen propterea deſinit eſſe Chriſti membrum, etſi Spiritu charitatis deſtituatur: nec incõueniens eſt,ſi aliquod miniſterium in Eccleſia, quandiu fidem nõ negauerit, habeat, nec eſt incapax aliorum donorum ſpiritualium; etſi interim ipſe nõ ſit particeps fructus,qui elicitur ex potu ſpiritualium. Quod ſi omnino fidem amittat, membrum Chriſti dici non poteſt,nec cenſeri prælatus,aut paſtor.

Peccatores qui ſunt Chriſti mẽbra,quo fructu careant.

Subdit: *Nam & corpus non eſt vnum membrum,ſed multa.* Reſumit argumentum alterum, quod in vno corpore multa ſint membra,ac proinde habentia varia dona, ac miniſteria citra vnitatis interruptionẽ. Nã eſſe multa membra,& illa quidẽ diuerſa non tãtum vnitatem non tollit,ſed etiã, niſi multa & diuerſa, corpus vnum eſſe non poſſunt.

Qui ad corporis vnitatem requiratur.

Si dixerit pes, Quoniam non ſum manus,non ſum de corpore:non ideo non eſt de corpore. Videtur prioris ſententiæ expoſitio cum quadam amplificatione. Et cõſolatur minores, & infirmos, ne valeãt exiſtimare ſe extra corpus Chriſti eſſe ob id, quod non ſint illis data dona nobiliora, *Et ſi dixerit auris,Quoniã non ſum oculus,&c.* Idem præſtat hoc exẽplo; atq;ſuperiori. Et per aurem intellige auditores, per oculũ doctores,quia oculi altiorẽ locum habent. Singula ergo loco ſunt ſuo loco, & gradu contenta. Quod ſi manus inuidia affectæ officium facere detrectent, an hoc patietur natura? Sic exceſſus,& defectus in donis Spiritus ſancti minime quemquam de Eccleſia extrudit. Non eſſe autem de corpore, eſt, non habere vllam communicationem cum aliis membris. Nemo ergo propter maiora dona infirmiores, ac magis tenues deſpiciat,quaſi nõ ſint Chriſti corp⁹.

Paucioꝛa habentes chariſmata,eſſe Chriſti mẽbra nihilominus.

Oculus, & auris quid myſtice.

Quid eſt, membra non eſſe de corpore.

*Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? vel olfactus,*vt alii vertũt. Alia ratione querulas voces de diuerſitate donorum compeſcit,oſtendens ſalua membra conſiſtere non poſſe, niſi ſit iſta diuerſitas. Si enim omnes vnius eſſent officii, & ſi omnes paria eſſent cõſecuti, aut æquali eſſẽt dignitate prædití, iam tota corporis ratio confunderetur. Pugnat ergo æqualitas cum ſalute corporis, & nihil inæqualius æqualitate. *Non poteſt autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo.* Oculus, eſt contẽplatiuus; manus,actiuus;caput,ſunt præſidentes; pedes, ſubditi, & executores. *Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt.* Infirmiora membra corporis vocat minus actiua, quibus minus vtitur;& magis recipiẽdo patiuntur, vt venter. *Et quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circundamus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent.* Quoniam operiuntur pudenda magna diligentia; quanquam noſtro tempore turpiſſima, & inhoneſtiſſima quæ natura occultauit, infelix homo arte quadam ad impudicitiam oſtentet:ita vt Pagani longe honeſtius veſtiantur,quam Chriſtiani, & non tantum ad milites, aut nobiles; ſed etiam ad magnos,grauesque, & Eccleſiaſticos viros hæc plaga peruenerit. Nam quæ genitalia dicuntur,& verenda, & pudenda vocantur; à Deo ſunt, ſicut alia membra, qui architectus eſt hominis:ideo in illis nihil turpe, aut inhoneſtum ex naturali conſtitutione eſt. Imo illa ipſa, quæ pudenda vocantur, opportuniſſima ſunt ad propagandum genus humanum. Quare legib. humanis grauiſſime puniebatur quiſquis ſe euiraſſet. Quanquam nonnulli ex noſtris id magis zelo, quam ſcientia facientes, aliqua digni ſint excuſatione. Qui vero cauſa præſentem interitum euadendi id faceret, nihil peccaret. ¶ Et honor, more Scripturæ, eſt tegmentum imponere, ornamenti cauſa. Eſt etiam tueri, & defendere,

Cur etiam corpori Chriſti myſtico neceſſaria ſint dona Dei varia, ac diuerſa, ſecũdum Apoſtolum.

Quis oculus,& cui manui dicere non poſſit,opera tua non indigeo. Infirmiora quænam ſint corporis mẽbra.

Quare quæ inhoneſta ſunt noſtra (vt ait Apoſtolus) abũdantiorem honeſtatẽ habent.

Inuerecundior Chriſtianorum veſtimenti ratio notatur.

In eos, qui amputant ſibi virilia; id quando liceat.

Quid abũdantiorẽ ignobilib.

iuxta

membris honorem circũdare, more Scripturæ. 1.Tim 5.

iuxta id; *Viduas honora, quæ vera viduæ ſunt*, id eſt foue, adiuua, & ſuſtenta. ¶ *Sed Deus*, inquit, *temporauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem; vt non ſit ſciſma in corpore, ſed in id ipſum pro inuicem ſolicita ſint membra. Et ſi quid patitur vnum membrum. compatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnũ membrum, congaudent omnia membra.* In hoc cognoſcere poterimus, ſi vera ſumus membra, ſi commiſeramur, & compatimur aliis membrorum malis, & congaudemus de eorum bono, quaſi de proprio, & noſtro. Qui enim amat; nihil eſt in corpore quod non habeat. Tolle inuidiam, & tuum eſt quod habeo: tollam & ego inuidiam, meum eſt quod habes. Liuor ſeparat, charitas coniungit. Nunquid ſibi ſoli videt oculus, & non potius omnibus membris? Eſſet autem hæc ſympathia in Eccleſia, ſi eſſet charitas. Calcaneo infigitur ſpina, cæteræ partes condolent: inflectit ſe caput, oculus reſpicit, manus adſunt, quæ extrahunt ſpinam & vt vulneri malagma apponatur, & faſces circundat. Si quis calcet pedem tuum, lingua ſubito clamat, & ait, Quis me calcat? cũ tamen ipſa non conculcetur.

Vera vnde Chriſti membra cognoſcantur teſte Paulo.

Quam cõtraria inuidiæ, & charitatis officia.

Fideles quomodo ſint corpus Chriſti, & membra de mẽbro.

Vos autem eſtis corpus CHRISTI, *& membra de membro.* Applicat dicta de corpore, & membris. Et arguit à minori, hoc modo; Si natura tantam in corpore concordiam curauit, nec ſinit in corpore vllam ſeditionem; quanto magis gratia Dei, quæ multo eſt potentior, animorum concordiam efficere poterit in CHRISTI Eccleſia, neq; perferet, vt corpus ſit ſeditioſum? Idem curat Magiſtratus in ciuitate, Imperator in exercitu.

Eccleſia cur ſit Corpus Chriſti. Epheſ. 1. Coloſ. 1.

Vocat Paulus Eccleſiam CHRISTI corpus, quod in illo habeat caput, ex quo lumen cognitionis, motus bonorum operum & membra ex parte. Ita enim Græce dicitur ἐκ μέρους, id eſt aliquatenus, nam omnes Eccleſiæ partes ſparſæ, ſunt vnius corporis membra. Alii vero legunt ἐκ μέλους, id eſt membra de membro: nam hæc omnia ab vno CHRISTO accipimus. ¶ Poſſumus etiam exponere membra de membro: vt ſicut in membris corporis vnum ex altero naſci videtur, atque per illud influxus, & inſtillationes à ſummis, & præcipuis membris recipit; ita in Eccleſia infimi per medios, & medii per ſummos inſtaurantur. Ita functiones Eccleſiaſticæ & à ſe, & inter ſe, debent eſſe annexæ, & à ſe inuicem pendere.

Quo etiã modo fideles ſint mẽbra de mẽbro.

Sextæ quæſtionis ſolut. De his miniſteriis Quoſdam poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, &c.

Ad ſextam dubitationem explicanda nobis ſunt hæc miniſteria: *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, &c.* Supra enim mentionem fecerat bonorum, ſiue facultatum, ſiue virium ſpiritualium: nunc incipit de officiis differere, & de his agere, qui donis huius generis ornantur. Hæret autem hæc cum præcedentibus, quia dixerat, Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro, vel membra ex parte: nunc recenſet ſingulatim quæ membra ſint in hoc corpore. Et ſicut dona recenſuit nouem ita officia, ſiue miniſteria nouem, fortaſſis reſpiciens ad cœlum Angelorum hierarchias, quæ nouem ordinibus conſtant: ideo totidem oſtendere voluit Apoſtolus in Eccleſia. Et Dominus non inſtituit miniſtros niſi inſtructos donis neceſſariis, & aptos redditos ad munera ſua exequenda. Vnde alio loco dixit: *Qui & idoneos nos fecit miniſtros Noui Teſtamenti.* Qui vero malo ſpiritu impulſi, & facultate doni neceſſaria deſtituti rumpunt in Eccleſiam, & arcanam vocationem iactant; vani ſunt, temerarii & indocti; cum naturale ſit, dona miniſtrorum ipſum præcedere miniſterium.

Ratio connexionis horum cũ ſuperiorib.

Cur nouẽ numero ſint illa miniſteria.

2.Cor.3. Hæretici quam vani ſint, temerarii, & indocti.

Et in his miniſteriis enarrandis ordinem expreſſit Paulus, dicens, Primo ſecundo, & tertio; vt expreſſum haberet quo loco donum linguarum haberet, quod Corinthii tantopere ſuſpiciebant, & æmulabantur: nã ipſum prope poſtremo loco repoſuit. Ita etiam Matt. 10 habetur: *Primus, Simon qui dicitur Petrus.* Vbi primus, non eſt nomen ordinis, ſed præcipuum, & caput. Nam ſi tale nomen ſignare voluiſſet, addidiſſet, Secundus, tertius, quartus, & reliquos, ſed tantum ſatis fuit noſſe caput noſtrũ: ita hic ſatis fuit primaria tria officia cognoſcere.

Numerali cur ordine illa miniſteria ſint expreſſa.

Matt. 10.

Petrus Apoſtolorum quomodo primus.

Ait ergo: *Primum poſuit Apoſtolos?* ſicut ſuperius dixit, poſuit membra, & ideo oſtendit, miniſteria non eſſe omnibus promiſcue concedenda. Et dicendo, Primum poſuit Apoſtolos, inſinuare voluit, vocationes non temere, vel caſu euenire, ſed pro diuinæ voluntatis conſilio. Vnde dubitare non debemus, Deum nobis laborantibus ad futurum cum nos in ea ſtatione collocauerit. Neque recenſet omnes ſpecies, nec opus fuit; & tamen voluit exempla proponere. Alibi plenior eſt enumeratio miniſtrorum, quæ ad perpetuum Eccleſiæ regimẽ requiruntur; vt Epheſ. 4. Ex his vero, quæ hic enumerat, aliqua miniſteria ſunt perpetua; vt quæ Eccleſiæ regimini ſunt neceſſaria; alio vero ſunt temporaria, videlicet quæ ab initio ad fundandam Eccleſiam, & erigendum regnum Dei inſtituta ſunt, & poſtea deſierunt. Paſtores, Doctores, Gubernatores, & alia id genus neceſſaria ſunt, & ſemper in ECCLESIA fuerunt. Apoſtoli qui nouerunt futura, non ſemper fuerunt neceſſarii: nam illos Dominus creauit, vt ſpar-

His verbis Quoſdam poſuit Deus in Eccl. primum Apoſtolos, &c. quid iis ſinuet Apoſtolus.

Epheſ 4.

Ex illis miniſteriis quænam ad tempus, quæ vero ſemper in Eccleſia permanſerunt.

Pſalm 18. Marc. vlt.
Apoſtolorum officiũ ac dignitas

gerent Euangelium per totum orbem, nec ſingulis attribuit ſingulas parochias vel terminos Eccleſiarum, ſed quocunque venifſent, legatione pro Chriſto fungebantur apud omnes gentes, & linguas. Vnde poſtquam legatione eſſent functi in vna Eccleſia, alio ſe conferebant ſtatim, vt idem præſtarent: quod non licet Epiſcopis, vel paſtoribus.

Quos poſuiſſe Prophetas Deus dicitur in Eccleſia.
Luc. 16. Matt. 11.

Ex omiſſis Euangeliſtis, qui erant quatuor, duo ex Apoſtolis, & duo ex Diſcipulis, tranſit ad Prophetas. Quo verbo non complectitur futura prædicentes, de quibus dixit Dominus, Lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem, ſed eos, qui non ſolum ſingulari interpretandæ Scripturæ, ſed etiam in præſentem vitæ vſum prudenter accommodãdæ gratia pollerent. Vnde etiam prophetiã capite 14. omnibus aliis donis præfert Paulus, quia plus ædificationis adferat, & conſolationis, quod præconium prædictioni futurorum non competeret. Deinde cum dicat, Prophetam incumbere in conſolationem, exhortationem, & doctrinam, oſtendit hanc prophetiam ab illa qua vaticinatur differre. Nam Prophetæ erant, qui circũſpicientes præ entem Eccleſiæ neceſſitatem appoſite loquebantur, & erant velut Dei internuntii, & quæ olim Prophetæ futura prædixerant, iſti ab eis prædicta intellectu aſſequebantur, & lingua apud alios depromebant,

Quantum Dei donũ prophetia teſte Paulo *1. Cor. 14.*

Prophetarum officiũ tam Veteris, quam Noui Teſtamenti.

Qui ſint Eccleſiæ Doctores Apoſtolo & paſtores. *Epheſ. 4. Act. 13.*

Tertio Doctores, Qui docendi munus, & catechizandi in qualibet Eccleſia ſuſcipiunt: Et iſtos cum paſtoribus coniunxit ad Epheſ. 4. Nam paſtor eſt, qui paſcit regimine, & docet verbo, & in docendi facultate eſt inſtitutus. Vnde & Act. 13. *Erant Prophetæ, & legis Doctores, in Eccleſia Antiochiæ.* Propheta autem eſt, qui omnia ex Spiritu Dei promit: Doctor autem eſt, qui ex doctrina comparata, & ex ratiocinatione docet. Et ſane nulla cathedralis Eccleſia eſſe deberet, quæ ſcholam peculiarẽ non haberet, & doctorẽ qui illi præeſſet, non tantum nomine, vt in nonnullis dicuntur Magiſtri ſcholarum, ſed re ipſa. Vnde proſpectum eſt per ſanctam ſynodum Tridentinam, vt in omni Eccleſia Cathedrali ſint duo doctores, quorum alter lectioni ſacrarum literarum deputatus ſit, alter vero, qui præſit Canonici iuris prudentiæ, & qui poſſit de cauſis ad Eccleſiam ſpectantibus rectum, & doctum iudicium proferre.

Quibus maxime Eccleſiis expediant doctores, & quales. *Trid. Syno. ſeſ. 22. c. 2. & ſeſ. 23. c. vlt. poſt. med.*

Quos vocet Apoſtolus virtutes, ſeu poteſtates.

Quarto loco nominat virtutes, Græce δυνάμεις, quam vocem alii vertunt poteſtates. Et miſcet Apoſtolus membra primæ diuiſionis cum membris ſecundæ, vt intelligas tam primæ, quam ſecundæ diuiſionis membra non eſſe communia omnibus, ſed vni, vel alteri dari. Alii vero per virtutes accipiunt vim, & facultatem in ſceleratos ma'eſacta vindicãdi & caſtigandi eos, qui ſalubres admonitiones à maioribus factas contempſerunt: vt Petrus Ananiam, & Sapphiram pretium agri defraudãtes verbo proſtrauit, & Simonem Magum; donum Spiritus ſancti emere volentem compreſſit. Paulus vero Elymam magum excæcauit, & inceſtuoſum apud Corinthios Satanæ per excommunicationem tradidit.

Alter: ẽſus
Act. 5.
Infra 8. Infra 13. 1 Cor. 5.

Tertius ſenſus, quid virtutes.

Tertio alii intelligunt ſignorum, & miraculorum poteſtatem tam circa cœlum, quam circa terram, & mare, & alia elementa, non quidem ſub ratione doni, ſed ſub ratione miniſterii: & multos tales legimus in Mænologio, ſiue Kalendario Eccleſiæ Orientalis, & Græcæ, qui illa lingua dicuntur Θαυματοῦργοι, Latine dici poſſũ Mirifici, vel Operatores miraculorum, quales erãt: Coſmus, & Damianus, S. Nicolaus Epiſcopus, & Spiridion, Cyrus, & Ioannes, Titus, & Gregorius Neocæſarienſis, qui per excellentiam dicitur Θαυματοῦργος, & alii permulti apud Græcos, qui eo nomine, & titulo illuſtrantur, & aliquot fœminæ inſignes, vt S. Anaſtaſia venenorum depultrix.

Mirifici qui, ſiue Thaumaturgi olim in Eccleſia fuerint.

Quid gratiæ curationum.

Quinto loco numerantur gratiæ curationum, vel ſanationum; quo dono præditi erant, qui oratione, aut impoſitione manuũ infirmos curabant. Sexto addit opitulationes, vel ſubſidia quod donum eorum erat, qui quadam peculiari virtute aliis opitulabantur, maxime illis, qui infirmi erant, non horrentes periculum à morbis contagioſis, vel à locis fœtidis. Vel, ne iſti, qui Opitulationes vocantur, concurrant cum his, qui gratiam habent ſanationum. Dicendum eſt per Opitulationes intelligendos eſſe Diaconos habentes curam temporalium bonorum Epiſcopi. Vnde Stephanus præfuit viduis. Sed iſti non tantum opitulabantur corporibus, ſed etiam & multo magis animis, corporis, & ſanguinis Dominici diſpenſatoribus.

Quid vero Opitulationes.
Act. 6.

Poſſumus etiam Opitulationem referre ad eos, qui præſunt hoſpitalibus; domibus, & xenodochiis, in quibus pauperes aluntur & infirmi à morbo ſubleuantur. Poteſt etiam extendi hæc vox Opitulationum, vel ad eos, qui captiuos redimebant, & fratribus libertatem reſtituebant. Et non incommode aptari poteſt ad coadiutores Epiſcoporum, & paſtorum: nam & Dominus in ſubſidium Apoſtolorũ miſit 72. diſcipulos.

Opitulationes quæ etiam merito cenſeantur.
Luc. 10.

Septimo loco ponit Gubernationes, id eſt, eos qui præſunt aliis, & gubernãt, plebemq; in officio cõtinẽt. Et Eccleſia Chriſti habet

Gubernationes à Paulo quæ dicantur.

ſuam

ſuam politiam. Et cum paſtor per ſe omnia præſtare non poſſet, adiungebantur illi duo presbyteri, de quibus dixit: *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina*: qui vna cum paſtore deliberabant de Eccleſiæ cura, & inſtauratione: qui etiã fidei, atque honeſtæ vitæ conſortes erant.

[Margin: 1. Tim.5.]

[Margin: Genera linguarum, & interpretatio ſermonum, quã neceſſaria fuerint Apoſtolis.]

Poſtremo loco ponit genera linguarum, & interpretationes ſermonum. Linguarum notitiam, & gratiam interpretandi neceſſariam habebant Apoſtoli, qui per totum mundum erant mittendi ad prædicandum ac plantandum Euangelium, quod ſine illo dono præſtare non poterant Apoſtoli, qui tantummodo erant Galilæi. ¶ Interpretatio autem ſermonum in Græcis codicibus non eſt, ſed in Latinis tantummodo: quid vero ſignificet, explicat c. 14.

[Margin: Non omnia omnib. conceſſa.]

Et argumentatur, *Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Prophetæ? &c.* Qua interrogatione Apoſtolus confirmat Corinthios mẽbra eſſe ex parte, nec ab vno membro petenda eſſe omnia. Quemadmodum ſuperius dixerat; Non omnia oculus, aut auris; non omnia manus, aut pes, quaſi diceret: *Non omnia poſſumus omnes.* Nemo enim eſt, qui in omnibus ſibi ſufficiat, atque aliorum opera ſubſidiaria non indigeat.

[Margin: Virg. Eclo. 8. circa med.]

[Margin: De Pontifice Roman. cur hic verbũ nullum]

Ad illam dubitationem, cur videlicet nõ meminerit Papæ, Cardinalium, aut Patriarcharum, & ſimilium Eccleſiæ antiſtitum: Reſpondemus: Etſi ſub his verbis mentionẽ nullam fecerit, fecit tamen implicite. Nã primum dixit eſſe Apoſtolos, & Apoſtolica ſedes remanſit in ſola Rom. Eccleſia. Et Epiſcopi cum ab omnibus ſanctis Apoſtolorum ſucceſſores vocentur; dici poſſunt remanſiſſe, quantum attinet ad poteſtatem illam perpetuo duraturam. Etiam Apoſtoli cœperant ſe Eccleſiis quibuſdam firmiter applicare, vt Petrus Romæ, Iacobus Hieroſolymis, Ioannes Epheſ. Nam ſi dum viuerent omnes Apoſtoli, ſub Petri paſtoris prudentia gubernabantur; quanto magis ergo Eccleſia poſterior, quæ magis egebat capite ad innumerabiles Epiſcopos regendos & gubernandos, & qui nõ tanta ſanctimonia, & doctrina pollebant, vt primæui ſub B. Petro? Denique ad Fide Catholicæ vnitatem retinendam magis neceſſarium erat caput vnum; niſi velimus Chriſtum Dei ſapientiam, aut ignoraſſe quæ futura erant in Eccleſia, aut non proſpexiſſe tanto corpori, quantum eſt Eccleſia per vniuerſum orbem diffuſæ, vt nõ eſſet acephala, aut in mille ſectas, & fides diuiſa.

[Margin: Secunda ratio, quod ſcilicet Eccleſia nunquam fuerit acephala.]

[Margin: Tertia, & vltima.]

[Margin: Ad aliud obiectum hæreticorum, vbi]

Porro Cardinalium non meminit Paulus: ſatis eſt rationem ipſam dictare vnum caput præpoſitum toti orbi de conſiliariis, prudentia, & ſapientia decoratis, & aliis miniſtris neceſſariis ſibi proſpicere debuiſſe, ſine quibus nũquam fuit Petrus dum vixit, & reliqui Pontifices idem præſtiterunt Petrum imitantes: vt ſi nomen Cardinalium nõ obtinerent, rem tamen ipſam, id eſt Cõſiliarios habuerint. Imo nec ipſe Paulus ſine ſuis conſultoribus, cooperatoribus & adminiſtris, dum per orbem peregrinaretur, fuit: nam ſecum habebat & Timotheum, & Lucam, & alios. Et ſimilia de aliis magnis Apoſtolis cogitanda ſunt.

[Margin: Cardinales apud Apoſtolos.]

[Margin: Quinam Pauli conſiliarii, & adminiſtri.]

Similiter aſſerimus, Paulum non meminiſſe Patriarcharum, aut Archiepiſcoporum & talium, quia ſuo tempore Eccleſia non fuerat adeo propagata, vt talibus miniſtris indigeret, cum adhuc tenera eſſet, & parua, & in cunabulis. Et hæc omnia quæ ſpectabant ſiue ad ceremonias, ſiue ad politiam Eccleſiaſticam, non poterant, nec debebant vno die inſtitui, ſed proceſſu temporis, & vrgente ampliatione Eccleſiæ, vel poteſtate à Chriſto Apoſtolis data, inſtituti ſunt hi gradus & miniſteria.

[Margin: Ad illud aliud, Vbi item Patriarchæ?]

Refert tamen Clemens Petri ſucceſſor in priori ſua ad B. Iacobum epiſtola, Petrum accepiſſe à Domino, vt in quibuſdam minoribus ciuitatibus eſſent Epiſcopi, in maioribus autem Archiepiſcopi, qui omnes vnius prouinciæ Epiſcopos regerent, & in quibuſdam, qui in omnibus dominari ciuitatibus poterant, Patriarchæ promouerentur, qui reliquos omnes Epiſcopos, & Archiepiſcopos ſub ſua cura, & gubernatione regerent: quod & poſtea factum, & obſeruatum fuit.

[Margin: Romani Clementis traditio de B. Petri eos magiſtratus creandi, accepta à Domini poteſtate.]

De aliis vero diaconis, ſubdiaconis, & quatuor minoribus ordinibus, atque adeo de clericatu, dicendum eſt, Paulum ſub verbo Opitulationum, vel Gubernationum meminiſſe inferiorum Ordinum, & B. Ignatius in ſuis epiſtolis, & Clemens in libris Diataxeon Apoſtolicarum, & S. Cornelius Papa apud Cyprianum, honorificam fecerunt mentionem.

[Margin: Ordines Eccleſiæ minores quo verbo comprehẽderit Apoſtolus.]

Octauo dubio reſpondendum eſt, non omnino horum chariſmatum vſum in Eccleſia obſoleuiſſe, quia nõ deſunt adhuc qui miracula edant, etſi rarius: qui dæmonia de corporalibus expellant, ad quod & exorciſtarum Ordo inſtitus eſt: hæc rurſus qui gratia polleant ſanationum, etſi nõ ita frequenter. Vnde & Reges Galliæ, & Angliæ chariſmate peculiari ad ſanandũ morbũ, qui collũ hominis inuadit, nẽpe ſtrumas, prædicti ſunt & ex omnibus locis ad eos concurritur ad huius doni effectum obtinendum. ¶ Etſi reuera dici poſſit non adeo nunc eſſe neceſſa-

[Margin: Octauæ ſolutio quæſtionis. De illis chariſmatibus Spiritus enumeratis an modo extent in Eccleſia. Galliæ regum & Angliæ prærogatiua.]

Illa dona Spiritus cur olim tantum neceſſaria fuerint, & quomodo.

ceſſarium vſum illorum donorum, vt olim dum prędicarent Euangelium, & fides in vniuerſo orbe plá. aretur. Nam quemadmodum arbores teneræ dũ nouellæ ſunt, aquis ſubinde irrigantur, & palo alicui alligantur ne ventorum vi aut euellantur, aut frangantur; vbi vero roboratæ ſunt, & confirmatæ, eiuſmodi beneficiis non indigent; ita olim dum tenera fuit Eccleſia, & nouella, illis fulcimentis indiguit; ſibi vero excreuit in tantam magnitudinem, & in tantum robur fidei & doctrinæ, iam amplius non eſt opus linguis, quia iam tota Eccleſia in qualibet parte ſuos paſtores, & doctores habet, qui officium docendi præſtet. Nec opus eſt gratia ſanitatum ad alliciendos homines, vt veniant ad fidem: nam iam populus alterius populi exemplo, & bonis operibus excitatus, Fidem amplectitur.

Cur modo Eccleſia dono linguarum, aut gratia curationũ opus non habeat.

Ætas Irenæi omnibus dictis Spiritus ſancti donis gaudebat.

Irenæus tamen antiquiſſimus Pater li. 5. c. 6. tradit ſuo tempore viguiſſe adhuc multa ex his chariſmata; cuius hæc ſunt verba: *Quemadmodum & multos audiuimus fratres in Eccleſia Prophetica habentes chariſmata, & per Spiritum vniuerſis linguis loquentes, & abſconſa hominum in manifeſtum producentes ad vtilitatem, & myſteria Dei enarrantes, quos & ſpirituales Apoſtolus vocat, ſecundum participationem Spiritus exiſtentes ſpirituales.* Quæ ex Irenæo verba recenſet Euſeb. li. 5. Hiſtor. Eccl. cap 7. Rurſus Irenæus libr. 2. cap. 57. *Si autem & Dominum per phantaſmata huiuſmodi feciſſe dicunt* (ſcilicet Valentiniani) *ad prophetica reducentes eos, ex ipſis demonſtrabimus, omnia ſic & prædicta eſſe, & facta firmiſſime, & ipſum ſolum eſſe Filium Dei: quapropter & illius nomen, qui vere illius ſunt diſcipuli accipientes gratiam perficiunt ad beneficia reliquorum hominũ, quemadmodum vnuſquiſq; accepit donum ab eo. Alij enim dæmones excludunt, firmiſſime, & vere, vt etiam ſæpiſſime credant, ipſi emundati ſunt à nequiſſimis ſpiritibus, & ſint in Eccleſia: alij autem & præſcientiam habent futurorum, & viſiones, & dictiones propheticas. Alij autem laborantes aliqua infirmitate, per manus impoſitionem curant, & ſanos reſtituunt. Iam etiam, quemadmodum diximus, & mortui reſurrexerunt, & perſeuerarunt nobiſcum annis multis: & quid autem. Non eſt numerũ dicere gratiarũ, quas per vniuerſum mundum Eccleſia à Deo accipiens in nomine Chriſti Ieſu crucifixi ſub Pontio Pilato per ſingulos dies in opitulationem gentiũ perficit, neque ſeducens aliquem, nec pecuniam ei auferens, quemadmodum enim gratis accepit à Deo gratis & miniſtrat: nec inuocationibus, nec aliqua praua curioſitate, ſed munde & pure, & manifeſte orationes dirigentes ad Dominũ; qui omnia fecit, & nomen Domini Ieſu Chriſti (inuocant virtutes) ſecundum vtilitates hominum, ſed non ad ſeductionem perfecit.* Hæc ille. Etſi reſponderi poſſit illum Apoſtolorum ætati vicinum fuiſſe.

Euſe. l. Iren

Contra Valentinianos, Dominũ per phantaſmata feciſſe ſigna calũniantes.

1. Cor. 7.

Cuius nomine, & virtute fierent ſigna atque miracula.

Matt. 10.

Ad illa duo poſtremo loco propoſita, circa illud; Æmulamini chariſmata meliora; & adhuc ſuper excellentiorem viam vobis demonſtro: nihil hoc loco reſpondemus, quoniam hæc verba in interpretatione capitis ſequentis explicanda ſeruamus, nam ab illis inchoandum eſſe caput illud, eo loco indicabitur.

DISPVTATIO XXI.

In illa Apoſtoli verba: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum vel vt æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero omnem prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas*, &c. in finem vſque Cap. 13.

Vnde exordiendũ hoc caput ſecundum aliquos.

PVLCHERRIMVM eſt, & omni doctrina refertum hoc capitulum, quod inchoandum eſt non ab his verbis propoſitis, ſed ab illis poſtremis quæ præcedunt in fine ſuperioris, nimirum, *Æmulamini chariſmata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro*: Et poſtea, *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*, &c. quæ verba proæmiolum quoddam ſunt eorum, quæ hic, & 14. c. tractat. Nam dicendo, *Æmulamini chariſmata meliora*, id eſt, potiora dona, ea tractanda in capite 14. indicat, Addendo autem: *Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro*, quid ſit in proximo capite explicandũ proponit. Atq; ita ex Latinis Petrus Lombardus cap. 14. inchoat, ex Græcis vero Oecumenius. Atque ita in his primis verbis dubium eſt, quomodo Apoſtolus velit nos æmulari potiora chariſmata. Perinde eſt enim atque dicere, ad quæ dona magis debeant eſſe propenſi fideles. Nam ſi Deus ſolus eſt, qui dona diſtribuit prout vult, quomodo æmulatione poſſunt obtineri? quomodo etiam non impium erit ambire Epiſcopatum, vel prælaturam? aut deſiderare donũ expellendi dæmones, aut operãdi miracula? Deinde cũ dicitur excellentior via, quæ mox deſcribitur, charitatis? præterea quæ eſt lingua hominum, & Angelorum; cum conſtet Angelos linguis deſtitui, cum ſint incorporei? quid item eſt homo velut æs ſonans, aut cymbalum tinnines. Tertio,

I. dubium.

Secundum

Tertium.

tiò, quid eſt habere prophetiã, & noſſe myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & habere omnem fidem, etiam montes transferentem; cum tamen vel modica fides, vt granum ſinapis, ſatis ſit ad montes transferendos, vt dixit Dominus. Quartò, quomodo aſſerit ſe ſine charitate nihil eſſe, cum tamẽ fides, & ſpes, & aliæ virtutes aliquid ſint. Quintò dubitatur, quã ratione quis poſſit diſtribuere omnes facultates ſuas in pauperes, & tradere corpus ſuum, ita vt ardeat, ſine charitate; cum hæc ipſiſſima ſint opera charitatis. Sextò, quid ſignificent iſtæ ſexdecim conditiones charitatis à Paulo enumeratæ: nam videntur quędã concurrere inter ſe, vt illa charitas patiens eſt, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet: quædam verò non videntur eſſe actus charitatis, ſed aliarum virtutum, vt credere, & ſperare, & ſuſtinere; quæ à ſuis virtutibus fide & patiẽtia proficiſcuntur. Septimò an prophetiæ, linguæ, & ſcientia ſint euacuanda: nam de ſcientia non ſatis conſtat, cum beati ſcientia non careant. Octauò in dubium venit, quid ſit ex parte agnoſcere, & ex parte prophetare. Et infra: Nunc cognoſco ex parte; tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum; quid eſt hoc cognoſcere ex parte, & quid eſt cognoſcere ſicut cogniti ſumus. Nonò dubitatur, quid eſt videre per ſpeculum in ænigmate, & quid facie ad faciem. Poſtremò quomodo charitas eſt maior omnibus: nam hic Lutherani ſe opponunt, & maiorẽ putant eſſe fidem, quibuſdam leuiculis rationibus perſuaſi.

Matth. 17. Quartum. Quintum. Sextum. VII. dubiũ. Octauum. Nonum. Decimum.

Ad primum igitur reſpondemus, quod etſi improbum ſit affectare Epiſcopatum, & alias Eccleſię præfecturas; Paulus tamen non de miniſteriis huiuſmodi loquitur, ſed de bonis quæ poſſunt abſque peccato ſancta quadam æmulatione, & gratia Dei ambiri. Nam etſi ipſe Deus largitur dona ſua pro bonitate ſua, nihil tamen obſtat quin poſſint piis ſtudiis, & ſanctis precibus illa dona obtineri.

I. ſolut. du. Quæ Deus pro libito donat meliora chariſmata, vt poſſumus æmulari.

Verbum æmulari, Græcè ζηλοῦν non minus in bonam accipitur partem, quam in malam: at hoc loco in bonam partem accipitur, ſic ibi, *Æmulor enim vos Dei æmulatione*, & Apoſtoli dixerunt, *Domine, adauge nobis fidẽ*, & Spiritus adueniẽs inuenit Apoſtolos congregatos, expectantes ſuperna, & cœleſtia dona, id eſt vim prædicandi, & donum linguarum, & prophetiam, & reliqua. Neq; miretur quiſquam, ſi iſta petẽtes chariſmata, non exaudiantur; quia perſuaderi ſibi quiſque debet, id ſibi, vel Eccleſiæ vtile non eſſe, & Deum in his non cogi noſtris precibus, ſicut cogitur dare alia ad ſalutem neceſſaria: quia prius daturum ſe petẽtibus promiſit.

Vbi verbũ æmulari ſi bene ſonet. 2.Cor 11. Luc 17. Actor. 2.

Cur quæ æmulamur diuina chariſmata, non ſemper aſſequamur.

Subdit: *Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.* Græca litera habet: Καὶ καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι Id eſt: Adhuc per excellum, vel hyperbolem viam indico, vel oſtendo. Caſſianus collat. 11. cap. 12. *Et adhuc excellentiorem ſupra modum viam vobis demonſtro.* Commentarium nomine Ambroſij legit, *& adhuc magis excellentiorem viam*. Eminentiſſimum locum in Scripturis obtinet charitas, quæ cum peccato eſſe non poteſt, & quæ eſt plenitudo legis, & finis legis ad iuſtitiam omni credenti, & vinculum perfectionis. Et vt Auguſtinus dixit; Ille tenet & quod patet; & quod latet in diuinis eloquiis, qui charitatem tenet in moribus. Aliæ virtutes ſuis tantum contrariis opponuntur, ſola charitas omni vitio, & peccato opponitur.

Ad II. dub. Charitatis via cur ſit excellentior. *Rom. 13. Coloſſ. 3. Augu. ſer. ſeu lib. de Laudib. Charitatis vt citatur à nonnullis tom 9. Tom. 3.*

De charitate quæ fuerit ratio diſſerendi in hoc capite.

Toto ergo Capite de dignitate & excellentia Charitatis agit, ſine qua nihil ſunt reliqua dona: perit illorum vſus, & efficacia: imo dona ipſa obſunt magis, quam proſunt ſine charitate. Atque ita Apoſtolus Corinthios à contentionum, & factionum ſtudiis auocare volens, & murmur, & inuidiã erga ſuperiores præcidere, & ſuperbiam, & faſtum, & contemptum ſuperiorum erga inferiores compeſcere, charitatis virtutem vnice ipſis commendare voluit. Principio ergo ſumit, omnes virtutes nihil eſſe abſq; charitate. Et in primis euehit illam à collatione donorum, quæ ipſi Corinthij magni faciebant, ſcilicet linguarum dono, prophetiæ, & operationis miraculorum. Deinde ex effectis comprobat eius eminentiam: nã omnes alias virtutes ſecum adfert charitas, quarum eſt regina & moderatrix, quæ ſola eſt, vnica, & tota virtus. Tertio aliorũ donorum præſentia, ſi abſit charitas, nullũ vſum præſtabit: contra vero ſi vna charitas adfuerit, is nihilo inferior fuerit cæteris donis pollenti. Incipit ergo à facundia, & linguarum dono, quod ſine charitate tantum ad alendum ſuperbiam deſeruiebat. Quare extollit in hac collatione dona mirifice more Oratoris, & laudatas virtutes charitati comparando maxime deprimit, quaſi luce & præſentia charitatis prorſus effuſcarentur, obſcurarenturque.

Virtutis præſtantia charitatis ex tribus venatur Apoſtolus.

Eloquẽtia ſine charitate quid.

Ac linguas tribuit hominibus & Angelis non quod cæteræ creaturæ omnes linguis ſint deſtitutæ, ſed quia præcipue homini, & Angelo datum eſt donum loquẽdi. Et cum à principio terra eſſet labij vnius, & ſermonum eorundem; ſuperbiæ tamen peccato homines commeriti ſunt, vt in ſeptuaginta duo idiomata humanus ſermo diuidere-

Cum linguis etiam non careãt animæ cur illa hominibus & Angelis tribuantur ſolis. *Gen. 11.*

Linguæ quo Angelis modo conueniāt teste Paulo. Angelorū locutio inter ipſos qualis ſecundum Theologos.

tur, quæ poſtea in infinitas fere, & innumerabiles diſtinctæ fuerunt. Et vt non ſine tropo, & metaphora dicimus flecti omne genu, cœleſtium, terreſtrium, & infernorū & quod ſpiritus carnem, & oſſa vel genua non habeat: linguas tamen tribuit illis Scriptura, quæ introducit Angelos loquentes, non tantum hominibus, ſed etiā inter ipſos quam locutionem intelligibilem vocant Theologi, qua vnus alteri ſuos conceptus ita manifeſtat, ac ſi illos peculiari idiomate ſibi noto exprimerent.

Aliis quid loqui linguis Angelorum.

Aliqui item volunt eſſe hyperbolem, vt pro ſingulari, & eximia, ſiue eloquentiſſima lingua Angelorum ponatur: vt formoſum, & eleganti facie præditum iuuenem Angelo comparamus, ac dicimus eſſe alterum Angelum, vt de Stephano Act. 6. legimus, *Intuentes*, inquit, *eum omnes qui ſedebant in Concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.* Loquuntur autem Angeli in aſſumptis corporibus: nec enim in ſe vel linguas, vel corpora, vel alas, vel genua habent.

Act. 6.

Angeli cū ſint ſpiritus. vt homines alloquantur. Dilectio, & amor differunt.

Charitatem autem non habeam. Græce charitas dicitur ἀγάπη id eſt, dilectionis amor: atq; ita dilectio lenior eſt affectus, amor vehementior, charitas vero adhuc præſtātior quia ſtatuitur in his, vbi neceſſitudo, & coniunctio interceſſerit. Hinc vocamus charitatem in patriam, in parentes, in filios, in cognatos & in vxores. Et ponitur cum articulo ἡ ἀγάπη vt non de quacunque dilectione ſit ſermo, ſed de illa eximia, qua filij Dei inuicem ſeparantur à filiis perditionis, & qua proſequimur Deum, & Sanctos, & Chriſtū vt caput, & Eccleſiam vt matrem.

Charitas in quos habeatur.

Quid eloquentia ſine charitate.

Loquitur autem Paulus ex hypotheſi, maxime emphaſis cauſa; id eſt, ſi linguæ eſſent aliquę Angelorum, & ego eas tenerem neque illis vterer ad vtilitatem; & commodum proximi, id aliud non eſſet, quam garrula, & inanis loquacitas. *Factus ſum velut æs ſonās, aut cymbalum tinniens.* Græca habēt, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. In Græcis igitur non habemus particulam ὡς id eſt, velut, quam apponit interpres, quanquam more Hebræorum conſueto ſuppleri poſſit: Et videtur maior efficacia, ſi ſine ſimilitudine proferamus: Factus ſum æs ſonans, & cymbalum tinniēs: nam ἀλαλάζειν, inconditum, & confuſum ſonitum eſt edere, ſumptum à verbo fictitio, ſine voce incondita ἀλαλά. Et cum prius extuliſſet linguas vſque ad Angelos, nunc eas deprimit vſq; ad æra, & cymbalum hominem linguis ornatum, & charitate Dei deſtitutum rebus inanimis æquat, vt eorum ſuperbiam confundat, qui eo dono potiebā tur, & illos qui eo carebant, erigat.

Sine charitate eſt velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens quomodo Paulus? Linguarū inutilitas, & vtilitas præ dono charitatis.

Æris ſonantis cōditiones.

Æs ergo ſonans ſenſu carens, & vita, vocem impulſu alieno reddens, non ſolum ad nihil vtile erat, ſed etiam moleſtum, & inani ſtrepitu obturbans, aut tinnitu feriens aures, ſic & prædicatores, cum ſanctaamplis buccis concrepēt, & alios moneant; ſeipſos nihilo meliores faciunt, vt aſina Balaam teſtis eſt, quæ quod allocuta ſit dominū ſeſſorem ſuum, non eſt tamen melior ipſa facta.

Num 22. & 2 Pet. 2.

Cymbalū quid, qualem edat ſonum.

Cymbalum, eſt inſtrumentum notum, quo vtūtur puellæ choreas ducentes, geſtādo ſiniſtra manu cymbalum, dextra autem percutientes. Et eius ſonus proprie eſt tinnitus multorum circulorum æreorum, qui in circumferētia ligneæ cymbali filis ferreis ſuſtentantur. Ita illi ducunt choreas ad voluptatem aliorū qui adſunt. Et cum poſſet proferre exempla candelę, vel lucernæ, quę dum alios illuminat, abſumuntur, & aquæ, quæ dum alios lauat, ſe ipſam inquinat, & campanæ vocantis alios ad ingreſſum templi, quod ipſa non ingreditur; prætulit tamen exemplū cymbali ob dictas cauſas, & quia eo tempore campanæ vſus non erat.

Cur hæc potius quā alia exempla produxit Apoſtolus.

Aduerte, Baſilium epiſt. ad Neocæſarienſes ſcripſiſſe: *Non quod quicquam eorum quæ connumerata ſunt, vnquā ſine charitate præſtari poſſit; ſed quod ſanctus Apoſtolus, vt & ipſe dixit, hyperbolico modo voluerit excellentiam omnia ſuperantem iſti adſcribere præcepto.* Ad tertium, comparat charitatem cum prophetia, & ſcientia, quam ſuperius poſt Apoſtolus primo loco poſuit, & capite ſequenti pręponit illam reliquis charismatibus, & tam prophetiæ, quam Doctoribus præponit, quia ſubdit: Et nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam. Sunt vero, qui hæc ad laudē prophetiæ pertinere putant, vt non de qualibet prophetia vulgari loquatur, ſed de excellenti, & nobili, quæ cōprehendat omnia myſteria Prophetarum, & Scripturarū, & earum interpretationem, vt omnis in ea ſcientia contineatur. Alij vero per hyperbolem dictū putant vt ſit ſenſus: Fidei myſterium nullum me fugiat, ſed prorſus omnia mihi ſint peruia.

B Baſil. epiſt 71. init. to. 2.

III. dub. ſolut. De collatione doni prophetiæ cum dono charitatis. 1. Cor. 14.

An habere omnem prophetiā, idem ſit ac noſſe myſteria omnia, & habere omnem ſcientiam.

Videtur tamen magis conſentaneum, vt præter donū prophetiæ duo alia chariſmata Spiritus adiūgat, quorū prius fecit mentionem, nimirum ſermonis ſapiētiæ, & ſermonis ſcientiæ: vt myſteriorum notitia proſapientia accipiatur, quæ ad res diuinas refertur; ſcientia vero ad humanas. Nam Iudas proditor multa diuina cognouit myſteria; ſed quia ſine charitate, nihil illi profuerū, Scribæ & Phariſæi legis ſcientia pollebant, ſed contra charitatis formam viuendo, in regnum cœlorum non introibant, & alios

Hæc dona inter ſe diſtingui, probatur.

Matth. 23. Exemplū dona qui habuerunt ſine charitate.

Num.22. 2.Pet.2. Ioan 11. Matth.7. Pſal 8.

introire volentes (vt Dominus dixit) non permittebant; & ideo fruſtra clauem ſcientiæ ſibi vendicabant. Tales fuerunt olim Balaam, & Saul, & in noua lege Caiphas, & illi qui dicturi ſunt, *Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus*, quibus dicet, *Quia nunquā noui vos, diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.*

Quænam omnis fides etiam montes transferēs, inutilis tamen ſine charitate.

Confert etiam charitatem cum fide, *Si habuero*, inquit, *omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum.* Non eſt hic ſermo de communi, & ordinaria fide, tanquam ad eos loqueretur, qui increduli erant, vt admonent Græci Patres, ſed ſermo eſt ad ſuos diſcipulos iam credentes: & loquitur de dono fidei, quam omnē id eſt perfectam vocauit, quam præcedenti capite inter diuiſiones donorum enumerauit, cum dixit; Alij fides in eodem ſpiritu: nam erat quoddam peculiare genus fidei, quæ cum voce communi fidei conueniebat quod ad manifeſtationem præſentiæ Spiritus multis eo tempore tribuebatur, de quo Dominus dixit, *Si habueritis fidem ſicut granū ſinapis, dicetis monti huic, Tranſi hinc illuc; & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.*

Illa fides cur dicatur omnis. 1 Cor.12.

Matth.17.

Altera ratio eius appellationis fidei ſcilicet omnis.

Dici etiam commode poteſt, excellentiam charitatis oſtendi reſpectu trium donorum, ſcilicet fidei de agendis, & fidei poteſtatum, & fidei ſanationum: nam hæc tria dona circa miracula, fidei innituntur, & propterea dixit, omnem fidem, vt omnem gradum huius fidei comprehendat. Et explicat effectum, qui nunquam, aut rariſſime factus eſt, ſcilicet montem moueri: quoniam teſte Euſebio Cæſarienſi in lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiæ ca. 25. Gregorius Thaumaturgus montem mouit de loco, vt Eccleſiæ ædificandæ locum præberet.

Euſe.li.7. c.25.

Subdit: *Nihil ſum.* Non dixit, Vilis ſum, aut, minimus ſum; ſed Theologice, nihil ſum, iuxta ſubiectam materiam loquendo: nullus enim hominum aliquid ſecundum eſſe ſpirituale eſt, niſi habeat charitatē: quæ quidē particula tribus præcedentibus clauſulis communis eſt.

Paulus quomodo eſt nihil ſine charitate.

Quod ſi objicias, Apoſtolum ſibi contra dicere: nam in epiſtola ad Roman. ſcripſit, hominem fide iuſtificari ſine operibus; hoc loco vero ait, fidem omnium ſine dilectione nullum eſſe diuinum nobis conferre. Dicendum eſt, Apoſtolum diuerſimode vti fidei nomine. Nam ad Romanos, fidei voce comprehendit ſpem, & dilectionem; cuius rei argumentum eſt, quod ſynonymis vtitur, fide, & lege fidei: & certum eſt, legem fidei, vt diſtinguitur contra legem factorum, comprehendere etiam ſpem, & charitatem. Dominus quoque pro eodem

Rom.3.

Per quam fidem Paulus hominem iuſtificari ſine operibus dicat.

videtur accepiſſe fidei, & dilectionis nomina, cum dixit; *Fides tua te ſaluam fecit*: de qua paulo ante dixerat, *Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum.*

Luc.7.

Aliud dubium eſt, quomodo vocet magnam, & perfectam fidem illam, quæ transfert montes; cum tamen Dominus vel modicam fidem, quæ eſt vt granum ſinapis, ad hoc ſufficere dicat? Sed Hierony. reprehendit eos, qui putant fidem grano ſinapis cōparatam, paruam, ſiue modicam eſſe; cum Apoſtolus dicat: *Etſi totam fidem habuero, ita vt montes transferam. Ergo magna eſt, inquit, fides, quæ grano ſinapis coæquatur.* Hæc ille. Quod vero pro perfecta, & inſigni fide acceperit, illud comprobat, quod in hac collatione aliorum donorum ad charitatem, ſemper dona exaltat, & in ſummum effert, quo poſtea magis ea deprimat, ac deijciat

Omnem fidem, & fidem vt granum ſinapis montes transferē tem eſſe vnam & eandem. *B.Hierony in ca 17. Matt. 9. ime.*

Hic tamē annotandum eſt, fidē eſſe poſſe ſine charitate, nō autem charitatem ſine fide. Vnde Auguſtinus lib. 15. de Trinit. ca. 18. *Sine charitate*, inquit, *fides poteſt quidem eſſe ſed non prodeſſe.* Et libr. vnico, de vnico Baptiſmo contra Petilianum Donatiſtam hæc verba ita interpretatur: *Se dixit, nihil eſſe, ſi charitatem non habeat, non Sacramenta, & ſcientiam: & prophetiam & fidem: illa enim magna ſunt, etiamſi ille nihil ſit, qui ea ſine charitate habuerit, & eorum veritatem in ſua iniquitate detinuerit.* Idem lib. de Vera innocentia: *Dilectio, Dei, & proximi, propria & ſpecialis eſt virtus piorum atque ſanctorum; cum cætera virtutes & bonis, & malis poſſint eſſe communis.* Et alibi dixit, *Charitas diſtinguit inter filios Dei, & filios Diaboli, & inter filios regni, & filios perditionis.* Ita vt hic non opus ſit Apoſtolum loqui per hyperbolem, aut ex hypotheſi. Et ex his accipitur ſolutio eius dubitationis, quomodo ſcilicet fides, ſpes, & reliqua dona nihil ſint, quia videlicet, ſi abſit charitas, nihil proſunt: etiamſi reuera ſecundū ſeipſos aliquid, imo multum ſint: tantum enim valēt, vt ſine illis charitas nequeat conſiſtere.

Sine charitate fidem eſſe poſſe, nō contra. *Aug. to. 3.*

Idem to. 1. fere in principio. Cur ſe Apoſtolus, non fidem, aut alia dona ſine charitate, dicat nihil eſſe teſte Auguſt. *Rom 1. Idem c.7. to. 3. in fi. Idem ſer. de Tribus virtutibus fidei ſpei, & charitatis, to.10.* Fides, ſpes & reliqua dona etiā ſine charitate, quantū valeant.

Ad quintum, ponderāda ſunt prius verba quę proponit, deinde ſoluenda obiectio facta. Ait ergo: *Si diſtribuero in cibos pauperum.* Non in cibos paraſitorum, aut aleatorū, aut lenonum, &c. ſed, in cibos pauperū. Et ſubdit; *Omnes facultates meas.* Non partem aliquam, vt Ananias, & Sapphira defraudantes bona oblata; vt ſecutus perfectionem Euangelicam vendat vniuerſa quæ habet, & donet pauperibus. Et non diſtribuit, vt alii eum videant, & ab eis popularem auram venetur: neque vt locupletius aliquid recipiat.

Facultates in quos diſtribuēdæ ſint & cur omnes ſecundum Apoſtolū. *Actor.5. Matt.19.*

Subdit: *Etſi tradidero corpus meum ita vt ardeam.* Non ait, Si tolerauero corpus meum

Quid: Si tradidero corpus meum ita vt ardeam.

buri; ſed, quod maius eſt, ſi tradidero, quod ſpontaneam oblationem corporis ſui, vt comburatur, denotat: quod multi Martyres fecerunt, & præcipua B. Apollonia. Nec ſimpliciter dixit, vt moriar; ſed amplificãdo, *Vt ardeam* Quo in loco aduerte, Apoſtolũ excellentiã charitatis oſtendere ſupra miniſteria, quæ ſuperius enumerauit Opitulationũ, & miniſtrationũ. Et ita loquitur Apoſtolus hoc loco, ac ſi fieri poſſet vt tãta opera ſine charitate præſtentur. Fuerunt .n. quidã ab Eccleſia ſeparati per hæreſim, aut ſchiſma, qui grauiſſima tormenta perpeſſi ſunt abſq; charitate vt teſtatur Euſebius li. 6. ca 33. hiſtor. Eccleſ. ex Cornelio Papa, & Cypriano lib. de Lapſis. Bernardus quoque in Cantica ſerm. 66. multa egregia loquitur nam propoſitis quibuſdam hæreticis, qui negabant matrimonium eſſe Sacramentũ, & qui inter ſolos virgines matrimonium cõtrahi poſſe fatebantur, & qui baptizantes infantes deridebant, & purgatorium negabant, ſubiungit ſub finem ſermonis: Mirabantur aliqui, quod non modo patienter, ſed & læti ducerẽtur ad mortẽ. Sed qui minus aduertunt, quanta ſit poteſtas diaboli, nõ modo in corpora hominũ, ſed etiam in corda, quæ ſemel permiſſus poſſederit. Nõne plus eſt ſibimet hominẽ iniicere manus, quam id libenter ab alio ſuſtinere? Hoc autem in multis potuiſſe diabolũ, frequenter experti ſumus, qui ſeipſos aut ſubmerſerũt, aut ſuſpenderunt. Denique Iudas ſuſpendit ſeipſum, diabolo ſine dubio immittẽtẽ. Ego tamen maius exiſtimo, magiſque miror, quod potuit immiſiſſe in cor eius vt tradere Dominũ, quàm vt ſeipſum ſuſpẽderet. Nihil ergo ſimile habent conſtantia martyrum, & pertinacia horũ: quia mortis contemptum in illis pietas, in iſtis cordis duritia operatur. Hæc ille bonus Pater,

Ad V. dub. Hæc ne fieri opera tanta ſine charitate poſſint.
Euſe Ceſa.
Bernar.

Hæretici quinam illa præſtiterint.

Diaboli in corpora hominũ, & corda poteſtas quanta ſit.
Matth 27.
Act 1.
Ioan. 13.

Martyres quã diſſimiles ab illis.

¶ Eſt ergo charitas anima, & vita linguarũ, ſiue facundiæ, prophetiæ, & ſcientiæ, & etiam ipſius fidei perfectæ, quæ mõtes transfert, & omnium bonorum operum in ſubſidium pauperum, atque adeo ipſius martyrii, vt merito inter omnia religionis Chriſtianæ exercitia primatum teneat.

Encomiũ charitatis.

Ad ſextũ dicendũ eſt, quod poſt charitatis collationem cum aliis chariſmatibus, elicit nunc charitatis excellentiã ſupra partes virtutum, quas ſecum velut ancillarum chorũ & comitatum adfert. Illuſtrat ergo, ſuiſque depingit coloribus non ſolum ex bonis & commodis, ſed etiã ex aliis malis, quæ à nobis excludit: vt ita Corinthii; quæ ſint eius officia, & conditiones, dignoſcere poſſint, quamque neceſſaria ad conſeruandum Eccleſiæ ſtatum illa ſit. Et miro artificio per occultam quandam antitheſim officia charitatis ſtudiis Corinthiorum oppoſuit; erant enim illi præfracti, impatientes, maligni, procaces, contentioſi, inuidi, & elati: & his contrarias dotes charitati tribuit. Ait ergo, *Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non agit perperam, non inflatur. Non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt,* & reliqua. Et quoniam verba Apoſtoli ſunt conciſa, & Laconicà in deſcribendis conditionibus charitatis, multas propterea interpretationes habẽt ab interpretibus ob vocum prægnantium ſignificationes, multas etiam Patrum enarrantium Paulum expoſitiones.

VI. ſol. du. de conditionibus charitatis.

Corinthii quam violaient charitatem.

Sunt autem numero ſedecim, quas Chriſtus vita, & morib. ſuis expreſſit, & de Cruce in morte excellenter oſtendit, vt ita, an nobis adſit, an à nobis abſit, facile intelligere valeamus. Prima eſt: *Charitas patiens eſt.* Eſt autem patientiã, Chriſtianæ religionis culmen, & apex, qua qui ornati ſunt, iniurias quaslibet, & res aduerſas magna & excelſo animo tolerant atq; contemnunt: imã illas auide deuorant propter Chriſtum dilectum. Græca vox eſt μακροθυμεῖ, id eſt ad literam, longanimem efficit, ſiue, vt Cyprianus ſæpe legit, magnanimum.

Quid ſit patientia. Charitas quomodo patiens.

In primis quoque aduerte, charitati tribuere tot excellentias per abſtractam vocẽ accipiendo hominem charitate præditum, & ornatum. Et per figuram Proſopopœiæ fingit charitatem velut perſonam quandã, & pati, & operari, & æmulari, & gaudere, &c. quemadmodum ad Romano. 5. Peccatum per eandem Proſopopœiam dixit intraſſe in mundum. Cum ergo vocatur longanimis: ſenſus eſt, Non quærit vindictam, diſſimulat, nor ad vnam vel alteram horã, ſed ſemper. Vnde illud Sapientis; *Melior eſt patiens, viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.* Chriſtus etiam dixit; *In patientia veſtra poßidebitis animas veſtras.* Adde hic Patriarcham Iacob, qui quidem ſeruiuit Laban pro Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine, Corinthii vero impatientia frangebantur, & ab ira, ſiue vindictæ cupiditate poſſidebantur.

Deſcribẽs charitatẽ Apoſtolus qua vtatur figura.
Rom 5.
Charitas quam longanimis ſit.
Proue. 16.
Luc. 21.
Iacob longanimitas & patiẽtia.
Gen. 29.

Secunda conditio eſt: *Benigna eſt.* Græca vox amplior eſt, χρηστεύεται, hoc eſt, in omnes benigne, & largiter ſe effundit. Eſt autem χρηστὸς vir bonus, & ad omnibus beneficium communicandum paratus: vnde χρηστότης & φιλανθρωπία Chriſti alibi à Paulo explicatur. Debẽt ergo omnes, qui charitate præditi ſunt, comes eſſe, & ad iræ motus compeſcendos faciles, ne maledicta maledictis compenſent: ita vt nihil amaritudi-

Charitas quomodo benigna.
Tit. 3.
Benigni qui maxime fuerint & mites.

Num.12. *Pſal.131.*

nis, aut aſperitatis in ſe ſentiat, qui illa ornatus eſt. Tales fuerint olim Moſes, Dauid, & Dominus noſter, & Stephanus, & alii permulti, in quibus reſplenduit hæc charitas; & quia ſtudium habuerunt commodandi, & iuuandi proximos.

Charitas quare non æmulatur.

Tertia eſt conditio charitatis: *Non æmulatur:* Οὐ ζηλοῖ. Et ſermo eſt de zelo, vel æmulatione, quæ eſt per inuidiam & qua Corinthii, qui inferiora dona receperant, flagrabant contra eos, qui maiora acceperant. Vnde quidem verterunt: Non inuidet, ſcilicet iis, qui bene operantur, aut qui maioribus donis à Deo ornantur. Et dixit prius de bonis quæ adfert, iam de malis, quæ excludit, edifferit. Inuenies enim interdũ patientem qui tamen inuidus ſit, premens alto corde dolorem, quem intus alit, & vexat, donec tandem patientia abiecta in vindictam erumpat: niſi adſit cuſtos virtutũ charitas, quæ æmulationem contentionum ſeminarium corrigit. Ergo vbi regnat inuidia, imo vbi quiſque primus eſſe, vel apparere contendit, exulat charitas. quæ non inuidet aliis ſua dona, & felicitate æqua fruitur, & alia ſibi conceſſa dona parata eſt in alios transfundere.

Patientes non omnes ſine inuidia, & liuore.

Effectus inuidiæ æmulatio-nis etc.

Quid eſt: Charitas non agit perperam.

Quarta conditio: *Non agit perperam.* Græce eſt Οὐ περπερεύεται, cuius verbi ſignificatus eſt, agere perperam, ſiue inconſiderate, temere, & inconſtanter. Græca enim vox πέρπερος temerarium, rudem & leuem ſignificat: hoc autem loco quadrat, vt inconſtantia, leuitaſque mentis, & actionum excludatur à charitate: amor enim proprius inconſtans eſt valde, & modo huc, modo illuc inflectitur. Charitas vero, quæ nunquam excidit, conſtantiam habet, de qua alibi dixit Apoſtolus, Optimũ eſt gratia ſtabilire cor; & alio loco, In charitate radicati, & fundati. Vnde alii verterunt; Charitas non agit inſolenter, vel; Charitas non eſt procax.

Amoris proprii leuitas & inconſtãtia.
Hebr.vlt.
Epheſ.3.

Charitas quomodo non inflatur.

Quinta conditio charitatis eſt: *Nõ inflatur.* Hoc ad ſuperbiam pertinet, vel ad arrogantiam. Græce legimus Οὐ φυσιοῦται. Non autem inflatur donis naturæ, aut gratiæ, cum omnia agnoſcat eſſe à Deo profecta nec tãti ſua facit, vt alios alto ſupercilio deſpiciat: quod faciebant Corinthii, qui altioribus donis præditi erant. Vnde ſuperius dixit, Scientia inflat: & opponens illi charitatem; dixit, Charitas vero ædificat. Et ſe ſe per oppoſitum omnibus charitas ſubmittit.

1.Cor.8.

Quemadmodum, non eſt ambitioſa.

Sexta. *Non eſt ambitioſa.* Græce eſt, Οὐκ ἀσχημονεῖ, id eſt, Non inhoneſte, vel turpiter agit; alii; Non pudefit: nam omnem erubeſcentiæ materiam excludit charitas, ſiue reſpiciamus ad opera, quæ facit, ſiue ad modum agendi; cõtra vero carnalis amor ſemper operatur erubeſcẽtia digna. Et hoc verbo tangit Corinthios ſcortantes, & ea quæ ſunt carnis, ſectantes. Beatus Baſilius in regulis breuioribus interpretans hoc verbum Græcum ἀσχημονεῖ. *Tantundem*, inquit, *eſt, ac ſi dixiſſet, A ſuo habitu, vel forma ſua non diſcedit.* Oecumenius vero interpretatur aliter idem verbum; *Non acerbe reum agit illum qui ſibi iniurius eſt.* Vel, Nihil abiectum, & humile cauſa vtilitatis proximi facere, vel pati detrectat.

Corinthiorum inuerecundia.
B.Baſil. inter. 220. tomo 2.
Oecu. c.8.

Septima: *Non quærit quæ ſua ſunt.* Oſtendit quomodo non pudefiat: quia non quærit propriam vtilitatem, ſed proximi, & hanc propriæ præponit; vel, vt ſupra dixerat; *Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multa, vt ſalui fiant.* Quærit autem, quæ ſua ſunt qui ſua quærit, & procurat: qui vero quærit quæ alterius ſunt, nouit quod quæ ſibi debentur, curabit Deus, iuxta illud: *Non quæro gloriam meam; eſt qui quæret, & iudicet.* Clemens vero Alexandrinus libro tertio Pædagogi, cap. 1. aliter legit, dicens; *Charitas autem, vt ait Apoſtolus, eſt patiens, benigna, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur. Perperam enim agere dicitur cultus, qui ſuperfluitatem, & inutilitatem aperte induat, Et ideo ſubiungit: Non indecore ſe gerit. Indecora enim eſt aliena & quæ non eſt ſecundum naturam, figura. Quæ autem ficta eſt, eſt aliena Quod quidem aperti explicat, dum dicit: Non quærit quæ ſua ſunt. Quod enim proprium eſt eius, eſt veritas. Vocat itaque quod ſuum eſt. Quod alienum eſt autem, quærit nimirum ornatus ſtudium, vt quod ſit remotum a Deo, ratione, & charitate,* Hæc ille.

Charitas vt non quærat quæ ſua ſunt.

2.Cor.10.
Quonam quæ ſua ſunt, quærat.
Ioan 8
Clem. to. 1.

Quid Clementi. Charitas non agit perperam. Non eſt ambitioſa Non quærit quæ ſua ſunt.

Non eſt autem legendum in Clemente: *Non quærit quæ ſua ſunt;* ſed Non quærit quæ ſua non ſunt: cui ſenſui conſonant ea quæ ſubiungit. Et ita Græca litera habet apud Clementem.

Hæc lectio Nõ quærit quæ ſua ſunt quare non probetur.

Octaua charitatis conditio: *Non irritatur,* Id eſt, verbis contumelioſis vel actibus, nõ rependit maledictis maledicta, nec ad ſumptionem vindictæ irritatur, quemadmodum nec Chriſtus, cui in cruce pendenti inſultabant, dicentes, *Si filius Dei es, deſcende de cruce.* Ita homo charitate præditus, ne iniuriis quidem laceſſitus ad iram prouocatur.

Explicatur: Non irritatur.
Matth.27.

Nona: *Non cogitat malum.* Id eſt: Aliorum dicta, vel facta boni conſulit, & in malam partem non interpretatur, propterea quod ex ſuo animo alios, & ingenio metiatur. Vel, Non cogitat malum eſſe, vbi illud non videt, ne aliorum ignotam mentem iudicare videatur. Vel rurſus, Non ſo-

Charitas quare non cogitat malum.

Aliæ interpretationes duæ.

...m malum non fecit proximo, ſed ne cogitat quidem inferre. Et ſi Magiſtratus id curare debeat inprimis, ne peccatum maneat impunitum, ac proinde peccata multiplicentur, ſi ea nota aut nunquam, aut remiſſe puniat.

Quæ nō gaudet ſuper iniquitate.

Decima conditio charitatis eſt: *Non gaudet ſuper iniquitate*, aut, *Non gaudet de iniquitate, & iniuſtitia*. Id eſt: Non lætatur, cum iniuria, vel moleſtia alicui infertur. Inueniuntur enim quædam ingenia tam fera, ac barbara, vt mirifice lætentur, cum viderint aliquem labi, ac poſtea pœnam luere, nimirū cum bonis ſpoliantur, aut ſuppliciis immēritis, aut indignis afficiuntur: quæ cum charitate pugnant, quæ non gaudet de iniuſtitia. Etſi vero iuſtus lætari ſoleat, cum viderit vindictam zelo iuſtitiæ; affectu tamen charitatis illi, etſi iuſte patienti compati ſolet: nam idem debemus proximo expetere, quod nobis ipſis tribui ab aliis vellemus.

Si nō gaudet ſuper iniquitate, cur iuſti videntes vindictam lætantur. *Pſal. 57.*

Matth. 7. Charitas qui congaudet veritati, & cui veritati. *Rom. 11.*

Vndecima, *Congaudet autem veritati*. Id eſt. Aliorum congratulatur ſucceſſibus. Et gaudere debet cum gaudentibus. Nec loquitur hic Apoſtolus de veritate, quæ eſt in verbis, & promiſſionibus, ſed Hebræorum more veritatem vocat illam, quæ eſt in omnibus actionibus: vt qui recte ſe gerant, dicantur facere veritatem, quod actiones verbo Dei, & ſanctis legibus conformes habeant. Vt enim veritas tunc in mente ponitur, quando noſtra cognitio rem cognitam adæquat: ita operum veritas tunc eſt, quando non declinatur à ſanctis, & iuſtis Dei legibus. Et ita veritas opponitur iniuſtitiæ.

Ioan. 1. Duplex veritas, verborū, & operum.

Illud charitas Omnia ſuffert? quid Cypriano. *B. Cyprian.*

Duodecima: *Omnia ſuffert*. Verbum Græcum eſt στέγει pro quo verbo Cyprianus videtur, legiſſe στέργει, id eſt, omnia amat: quod conuenit cum præcedentibus: *Non enim gaudet ſuper iniuſtitia, congaudet autem veritati*. Adhæc ſi charitati tribuuntur actus aliarum virtutum, quia omnia credit, omnia ſperat, debebat etiam actus elicitus amoris, & dilectionis illi tribui. Et ita legit Cyprian. vt diximus libr. 3. ad Quirin. c. 3. & lib. de ſimplicitate Prælatorum, vel de vnitate Eccleſiæ & de Bono Patientiæ. Lectio tamen communior eſt στέγει. Vnde & Latine tego, ſiue operio, quia Charitas operit multitudinem peccatorum, iuxta illud. *Vniuerſa delicta operit Charitas*. Charitatis ergo officiis propria, & aliena peccata tegimus, ne videantur à Deo, vel hominibus. Vt ita beati ſint illi, quorum tecta ſunt peccata, vt ait Propheta.

B. Cyprian.

1. Petr. 4. *Prou. 10.* *Pſal. 31.*

Quid item Charitas

Præterea verbum illud aliam habet ſignificationem, quam ſecutus eſt interpres: *Omnia ſuffert*, vel ſubit, aut ſuſcipit, iuuandi Proximum ſtudio: metaphora ſumpta à lignis, quæ tabulatis compinguntur, & ſuſtinent grauiſſima onera. Ita charitas iram Dei ingruentem proximo ſuis precibus arcet. Nec mirum eſt, charitatem tam grauia onera perferre, quoniam ſolidum habet fundamentum Chriſtum, in quo omnia poteſt.

omnia ſuffert.

Charitas cur omnia poteſt. *Philip. 4.*

Quod igitur ait, *Omnia ſuffert, credit, ſperat, ſuſtinet*: intellige, omnia quæ ferenda ſunt, & omnia quæ credenda, & omnia item quæ ſperanda, & quæ rurſus ſuſtinenda: & ideo præmiſit. *Congaudet veritati, & non gaudet ſuper iniquitate*. Nec enim vitia, vel peccata ferenda ſunt à nobis, vt vel probemus blandiendo, vel conniuendo, & ſocordia noſtra ea alamus. Et vt ſuperius verbum illud expoſuimus: *Omnia mihi licent*, quæ ſcilicet peccata non ſunt; ita hoc loco, cum ait, *Omnia ſuffert*, non intelligit peccatum: quod priuat amicitia Dei, & opponitur charitati Dei. Vide etiam quod charitas omnes virtutes complectitur, vt qui charitatem habet, omnes quoque virtutes habeat: at non è contrario, qui omnes virtutes habet, continuo habet charitatem.

Charitas omnia quæ ſufferat, credat, ſuſtineat.

1. Cor. 6.

Peccati effectus. Priuilegiū charitatis

Decimatertia conditio: *Omnia credit*. Hic quæritur, an de fide Deo habenda ſit ſermo, an de illa, quæ hominibus fallacibus habetur, an vero de fide vtriſque danda. Deinde dubitatur, quia ſi ſermo eſt de illa quæ habetur Deo, aduerſantur illi nonnulli Scripturæ loci, & ille in primis Ioannis, *Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint*; rurſum ille, *Qui credit cito, leuis corde eſt*; & ille etiam: *Innocens credit omni verbo aſtutus conſiderat greſſus ſuos*. Vbi per innocentem intelligit hominem ſimplicem; ſicut per aſtutum, hominem prudentem, & circumſpectum. Si vero ſermo ſit de fide quæ habetur hominibus, repugnat illa ſententia Senecæ in libro de Moribus; *Vitium eſt omnia credere, vitium nihil credere*. Cum etiam omnis homo ſit mendax; cautius ageremus ac prudentius, ſi nulli crederemus.

Circa illud Charitas omnia credit, triplex proponitur, ac ſoluitur difficultas. *Ioan. 4.* *Eccl. 19.* *Prou. 14.*

Seneca circa med. eius libr. *Pſal. 115.* *Rom. 3.*

Reſpondemus, ſermonem eſſe in primis de actu credendi elicito à fide infuſa, & à charitate imperata: quod oſtendunt illa verba: *Manent fides ſpes, charitas*: vbi ſermo eſt de Theologicis virtutibus. Eſt ergo ſermo de fide adiungenda Deo in omnibus ſacris libris, quas ſpiritu Dei inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines. Quæcunq; enim illis Canonicis libris continentur, veriſſima ſunt, & à Deo reuelata, ita vt non liceat citra mortiferi delicti culpam de vna aliqua eius ſententia repugnare, aut dubitare. Vnde

Quæ fides charitati tribuatur, cū dicitur quod omnia credit. *2. Pet. 1.* Cur quæ non ſolum in ſcripturis, ſed etiā omnia quæ ab Eccleſia

nobis credēda proponuntur, omni ſunt fide digniſſima.

Luc. 24.

Dominus euntibus Emmaum antem: *O ſtulti,* inquit, *& tardi corde ad credendum, in omnibus quæ locuti ſunt Prophetæ.* Dicendo, *in omnibus*, oſtendit illos aliquibus myſteriis habuiſſe fidem, & alia non habuiſſe. Quoniam vero Deus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ adeſt, & per Spiritum ſanctum ducit in omnem veritatem, & per illam præſcribit omnia quæ credenda ſunt, & illam nos audire præcepit, vſque adeo, vt qui eam non audierit, ſit habēdus ſicut ethnicus, & publicanus: debemus ſimiliter credere omnia, quæ illa nobis neceſſario credenda proponit. Et ita Deo credere dicenti, aut Eccleſiæ proponenti, non ſolum pium eſt, ſed etiam ad ſalutem neceſſarium: Et ita qui illis credit, leuis non eſt, ſed prudentiſſimus, & ſapientiſſimus, quia Deus, & Eccleſia nequeunt fallere, neque falli; idcirco digniſſimi fide ſunt, etiam cum loquuntur abſque vlla probatione, vel miraculis.

Ioan. 14. Matth. 16.

Quatenus verum ſit illud: Qui credit cito, leuis corde eſt. Eccleſ. 19.

Illud vero: *Qui credit cito, leuis corde eſt, & minorabitur*: intelligitur de fide, quæ detractatoribus habetur, vt ſequentia oſtendūt. In ijs vero, quæ Deus, vel Eccleſia non declarauit eſſe fide accipienda, liberi ſumus, & non eſt quicquam periculi, ſi credamus quæ nobis probabiliora, aut magis pietati, & religioni conſentanea videantur.

Quibus nam hominibus tuta fides habeatur.

Si autem ſermo ſit de fide habenda hominibus, diſtinguendum eſt, an ſint Prophetæ, & Apoſtoli, & alii miniſtri verbi Dei, quibus cum ratione, vel ſignis probabiliter loquentibus ea, quæ contra ſacram Scripturam, vel definitionem Eccleſiæ non ſunt, ſimiliter etiam credere, poſſumus, & tuta cōſcientia ea accipere. Si vero ſint alii, qui veniunt ad nos in veſtimentis ouium, & contra definita in Eccleſia Dei loquuntur; occludendæ ſunt illis aures, & vt ſuſpecti habendi, & vt dixit Apoſtolus, probandi Spiritus ſi ex Deo ſint. Et conſulendi ſunt Doctores, qui in Eccleſia eminent, qui dati ſunt nobis, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & vt non circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris. Vnde D. Ignatius in Epiſtola ad Heronem diaconum, precatur, vt ei cuſtos fiat ille ingenitus Deus, & Dominus Ieſus Chriſtus, non omnibus credere, neque de omnibus præſumere, ne quis te ſubintret (ſiue blandiatur) multi enim miniſtri ſunt Satanæ, & qui cito credit, leuis eſt corde. Et ſuperius: *Omnis igitur qui dixerit præter illa quæ tradita ſunt, tametſi fide dignus ſit, tametſi ieiunet, tametſi virginitatem ſeruet, tametſi ſigna faciat, tametſi prophetet, lupus tibi appareat in grege ouium corruptionem operans.* Hæc ille.

Matth. 7. Quibus contra hominibus nulla ſit fides habenda. 1. Ioan. 4. Epheſ. 4.

B. Ignat. epi. 13. à med.

Initio fere epi.

Fides hominibus quatenus habenda.

Si autem ſermo ſit de fide humana, quā homines ſibi inuicem præſtare ſolent; tunc illud Senecæ temperamentum ſeruandum eſt: Vitium eſſe omnia credere, & vitium eſt nihil credere. Sunt enim veraces quidam, id eſt, veritatis amatores, & quibus fides ab omnibus haberi ſolet. Sunt contra alii mēdaces, quos falſa ſerere delectat, & de induſtria aliis verba dare, & fabulas pro Euangelio venditare, quibus maxime, ſi agnoſcantur, accommodanda fides non eſt. Et de iſtis ait Salomon *Innocens credit omni verbo*; innocentem accipiendo, vt monuimus, pro ſimplici, incauto, & imperito. Sicut Roman. 16. dicitur; *Per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium*, id eſt imperitorum: quamuis vocabulum innocentis hominem iuſtum & perfectum omni virtute ſignificet. Sed de hac fide, quam hominibus de mundo loquentibus, nō de diuinis præſtemus, non hic loquitur Apoſtolus. Charitas ergo omnia etiam duriſſima ſuffert. Omnia credit, quia inducit intellectum, & voluntatem ad credendum, & omnia quæ in ſcripturis ſunt, & omnia quæ de futura vita credenda proponuntur, & omnia bona de fratribus ſuis.

Prouer. 14. Quis ille innocens credens omni verbo: vt ait Salomon. Rom. vlt.

Hoc verbo Charitas omnia credit, quā exceperit fidem Apoſtolus.

Charitas omnia ſperat quæ illa.

Decimaquarta conditio: *Omnia ſperat*: Spectantia videlicet ad vitam æternam, & quæ à Deo promiſſa ſunt & haud facile deſperat de ſe, aut etiam de quocunque peſſimo homine. Nam abiicere ſolent multi omnem ſpem ſimulac ex animi ſententia aliquid non ſucceſſerit, quod ii ſtituerant, vel diuturnis precibus à Deo poſtulabant. Paulus etiam etſi videret Iudæos obduruiſſe, & in cæcitate permanere, adhuc tamen dicebat ſe miniſterium ſuum honorificaturum, ſi quomodo ad æmulandum prouocaret carnem ſuam, & ſaluos faceret aliquos ex illis. Poteſt etiam intelligi de ſpe, quam in grauiſſimis afflictionibus habent, nec tamen de Chriſti adfuturo auxilio diffidunt, nec deſinunt ex tentatione expectare prouentum à Domino, & Chriſti gloriā in ſeipſis illuſtrandam.

Rom. 11.

Alter ſenſus. 1. Cor 10.

Quid ſignificet: Charitas omnia ſuſtinet.

Decimaquinta conditio: *Omnia ſuſtinet*, Græca verba habent, πάντα ὑπομένει id eſt, perſeuerat, ſiue permanet. Indicat ergo per perſeuerantiam pias virtutes, & omnia bona opera coronari: non defatigatur, nec frangitur promiſſionis dilatione, ſed durat in omne tempus, donec promiſſa appareant, & audit à Propheta; Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit; & rurſus ab alio, *Qui crediderit, non ſuſtinet*, & illi vt alteri Iacob videntur dies pauci præ amoris vitæ æternæ magnitudine. Vnde & illud, *Suſtine ſuſtentationes Dei coniūgere*

Habacuc 2. Hebr. 10. Eſai. 28.

Gen. 29. Eccl. 2.

Deo, & ſuſtine, vt creſcat in nouiſſimo vita tua. Per ſuſtentationes Dei intelligimus tolerantias & expectationes, quibus Deus expectatur, & eius liberatio: vt ſuſtinere ſuſtentationes Dei, ſit perſiſtere impatienter expectando Deum. Conſidera ergo, quod vni charitati dantur omnes actus virtutum, fidei, ſpei, Patientiæ, ac Perſeuerantiæ. Hæc verba expendens Auguſtin. ſermo. de Quatuor virtutibus Charitatis, pulchre ait: *Omnis qui pie tolerat, recte credit: & omnis qui recte credit, aliquid ſperat, & qui ſperat, ſuſtinet ne ab ſpe cadat.* Hæc ille.

Expenditur illud Eccleſiaſtici: Suſtine ſuſtentationes Dei.

Aug. e 2. eius ſer. to. 10.

Decimaſexta ac poſtrema conditio charitatis eſt; *Charitas nunquam excidit*, pro quo Græca habent, Οὐκ ἐκπίπτει, quod verbum alij vertunt, nunquam ceſſat; alij nunquam diſſoluitur; alii, nunquam deſtituit, aut aberrat, quoniam non ſinit aberrare, vel falli. Cæterum noſtri interpretis lectio præſtantior videtur. Sed continet dubium, quomodo ſcilicet Charitas non excidit; cũ tamen quouis peccato mortifero amittatur, & extinguatur. Sed dicendum eſt, Apoſtolum naturam, & ingeniũ Charitatis depingere: nã cum nullum ibi poſſit eſſe peccatum, recte dicitur quod nunquam excidit. Hanc poſtremam conditionem ita expreſſit, & explicauit Caſſianus Collat. 3. c. 7. *Quæ ſectatorem ſuum nunquam cadere ſinit ſupplantatione peccati.* Adnæc cum in cæleſti regno non ſit amplius futura aut fides, aut ſpes, aut patientia, aut perſeuerantia, ipſa tamen charitas tantum abeſt, vt abiit, vt etiam ibi augeatur, & omnino perficiatur.

Quomodo charitas nunquam excidit.

Ingenium charitatis.

Io. Caſſia.

Vnde ſubiungit, de quo ſeptimo loco dubitatum fuit: *Siue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur.* Quomodo ſcilicet prophetiæ euacuabuntur, cum ibi ſcilicet omnia promiſſa Veteris, & Noui teſtamenti compleantur? Quomodo etiam linguæ ceſſabunt? nunquid ſine vllo linguæ vſu, aut idiomate permanebunt Beati? Quomodo etiam ſcientia deſtruetur, cum & Philoſophi doceant æternam eſſe & verſari circa æterna. Reſpondendum, prophetias dici euacuari ob id, quod hic iam non ſit amplius futurus earũ vſus. Linguæ vero ceſſabunt, quia idiomatum diuerſitas non erit, etiamſi ſine alicuius linguæ vſu, & præſertim, vt quidam volunt, Hebraicæ, non ſint permanſuri. Et vt olim mundus fuit labii vnius, & ſermonum eorundem, multo magis in cœlo erit labiũ vnum, & ſermo idem, & eatenus idiomatũ diuerſitas; quatenus in pœnam peccati inflicta fuit, a cœleſti patria exulabit. Quod ſi charitas nunquam excidit, profecto nec etiam ſanctorum officium, qui charitate ſunt cumulatiores, pro noſtris neceſſitatibus interpellare non ceſſabunt, nam ſi id fecit parua charitas, dum viuerent, & dum pro ſe eſſent ſoliciti, multo magis maxima charitas, & perfecta Beatorum, qui de ſe amplius non ſunt ſoliciti, aut anxii, id efficiet.

Ad 7. dub. De prophetiis euacuãdis, linguis ceſſaturis, ſiue ſciẽtia deſtruendã in patria, quomodo verum ſit. Beati qua potiſſimũ vſuri ſint lingua, vt quidã meditantur. *Geneſ. 11.*

Sanctos in cœlo pro nobis interpellare.

Marloratus tamen infelix Caluinianus aſſerit, Beatos, quid rerum geratur in mundo, ignorare. Quaſi vero deſint Angeli qui enarrent, aut quaſi Deus ſubtrahat illis hãc cognitionem, vt pro nobis non interpellent. Quomodo autem dixit Petrus, *Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum omnium memoriã faciatis.* Quod ſi illis ignota eſſent noſtra, profecto vanum eſſet ſtudium Eccleſiæ deprecantis, & per Litaniam beatam Deiparam, Angelos, & Beatos inuocantis.

Beatos, vt ſtultus dixit Marloratus Caluiniſta res non ignorare noſtra iũ.

2. Pet. 1.

Non loquitur autem de ſcientia phyſica, aut mathematica, ſed de ſcientia ſanctorum de qua dicitur: *Dedit illi ſcientiam ſanctorum*, quæ innititur fidei: quæ quoniam caret euidentia rerum cognitarum, ſicut & prophetia euidentia rerum futurarum, ceſſabunt illæ, quatenus imperfectæ ſunt, ſicut & fides ipſa. Nam vt prophetia, & linguę, & ſcientia ad alendam fidem nunc ſunt neceſſariæ: ſequitur quod vbi non ſit fides, minus erunt neceſſaria ea, quę ad eam alendam ordinantur. Et licet non deſit cognitio per ſpecies intelligibiles; peribit tamen ſcientia ea quæ eſt cũ conuerſione ad phantaſmata.

Quæ nam ſciẽtia deſtruetur. *Sap. 10.*

Prophetia, linguæ & ſcientia quid conferãt ad fidem.

Octauo loco explicandum occurrit illud: *Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus*; Quibus in verbis probat, aboleri ſcientiam, & prophetiam, & reliqua dona, quæ in ſubſidium infirmitatis nobis dãtur. Quia enim imperfectio finem aliquo accipiet, deſinet ergo donorum ipſorum vſus: quia abſurdum eſt in patria eſſe ignorantiam, vel ſuperfluitatem aliquam. Cognoſcimus ergo nunc per fidem ex parte, quia perfectam cognitionem, id eſt, euidentem non gignit fides, cum ſit argumentum non apparentium. Ex parte etiam prophetamus per Spiritum prophetiæ, qui tamen intra notitiam fidei continetur; non tamen dat viſionem perfectam. Et ex parte vocat, non quod ſecundum ſui ſubſtantiam imperfectum ſit, non eſt enim perfectam reſpectu alterius cognitionis, quæ eſt alterius ſpeciei, & ordinis. Et ideo ſcientia, & fides non ſunt futuræ in patria: nam viſio ſuccedens non eſt proprie ſcientia, & fides, ſed aliud ab illis. Et cognitioni ex parte opponit cognitionem, qua cognitus eſt à Deo.

Ad 9. dub. Quomodo accipiendum ſit: Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.

Hebr. 11.

Quid etiã: Cum aũt venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

Sequi-

Legem Moyſi frequenter Apoſtolus cur puerili comparet ætati. *Galat 3.*

Sequitur: *Cum eſſem paruulus, loquebar, ſapiebam, cogitabam vt paruulus.* Argumento à ſeipſo ſumpto illuſtrat, quod dixit. Et non raro vtitur hac puerilis ætatis ſimilitudine. Erat enim lex tanquam pædagogus, id eſt, puerorum Doctor. Multa pueritiæ eueniunt, quæ cum ætate euaneſcunt, verbi gratia. Ætati puerili conuenit pædagogia: virili vero non congruit. Et nos quandiu hic degimus, inſtitutione iſta puerili indigemus, qua diſtamus à plena ſapientia: perfectio vero, quæ erit maturæ ætatis, finem pædagogiæ imponet, eiuſque appendicibus, id eſt, loqui, ſentire & cogitare: quæ omnia videntur ad notitiam pertinere. Vt enim quiſque res aut bene, aut minus recte nouerit, ita de ipſis minus recte loquitur, ſentit, & cogitat. Et verbum, loqui, refertur ad donum linguarum; ſentire, ad prophetias, cogitare vero ad ſcientiam. Pueri enim ſiue infantes ſunt: qui vix fari norunt; habēt etiam conceptus implicatos, ac tenuem intellectum.

Chriſtiana vt modo ſit paruulus, & quādo vir ſit futurus.

Paulus cū eſſet paruulus quomodo loquebatur, ſapiebat, cogitabat vt paruulus.

IX. ſol. quæſ. Videre per ſpeculum in ænigmate, quid ſit.

Ad id, quod nono loco dubitatum eſt ſuper illud. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: Reſpondemus, quod applicatio eſt dictæ ſimilitudinis. Modus enim ſcientiæ, quem nunc habemus, imperfectioni, & quaſi pueritiæ noſtræ congruit, quia nunc ad liquidum non cernimus regni cœlorum myſteria, nec claro intuitu adhuc fruimur. Idcirco alia ſimilitudine vtitur, nempe quod non videamus nunc niſi tanquam in ſpeculo atque adeo obſcure, quam obſcuritatem nomine ænigmatis expreſſit. Speculum enim non rem ipſam, ſed eius imaginem intuentibus obijcit; viſio autem, qua aliquid facie ad faciem videmus, non iam imagines, ſed rem ipſam inſuper attingit; quia prior in ſpeculo per radios refractos contingit altera vero per radios directos. Vnde illa minor, & tenuior eſt rei cognitio, maior vero & perfectior altera. Talis eſt viſio præſentis temporis, ſi conferatur ad illam patriæ. Quælibet enim creatura repreſentat Deum, & ſicut ſpeculum quoddam eius nunc eſt; in futuro vero ipſe Deus erit ſpeculum omnis creaturæ, in quo omnia videbuntur verius quam in ſemetipſis. Videmus nunc per fidem, poſtea autem per ſpeciem. Vnde Theodorit. hoc explanans, ait: *In ſanctiſſimo Baptiſmo videmus figuram reſurrectionis: tunc autē ipſam videbimus reſurrectionem. Hic videmus ſymbola Dominici corporis, illic autem ipſum Dominum videbimus. Id enim ſignificat facie ad faciem. Videbimus aūt eius non quæ ſub aſpectum non cadit naturā, quæ à nullo cerni poteſt, ſed eā, quæ de nobis ſumpta eſt.* Hæc ille.

Quid vero ſit, facie ad faciem videre.

1. Ioan. 3.

Vnde Paulus ſumpſerit hanc ſimilitudinem. *Exod. 33. Num. 12. Hebr. 3.*

Alludit ergo Paulus ad illud Exod. 33 *Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum.* Et ad id, Num. 12. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. Ore enim ad os loquar ei: palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt.* Vbi viſio illa, quæ eſt facie ad faciem, ſignificat viſionem excellentiorem, & fere eam, quæ fit per eſſentiā, & opponit eam illi cognitioni, quæ eſt in vigilia, vel in ſomno, ſed per ænigmata, & in ſpeculo. Et miniſterium verbi alibi cōparatur ſpeculo apud Iacobum, ait enim; *Si quis auditor eſt verbi, & non factor. hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo.* Conſiderauit enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Vbi pulchre depingit cognitionem rerum, quæ in ſpeculo videntur. Eſt enim iam modica, & tam tenuis, vt vnica viſio, qua facie ad faciem videmus aliquem, fortior ſit, & magis efficax quam multæ repetitæ viſiones eiuſdem rei in ſpeculo. Et ideo dixit: *Et ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.* At illa Dei per ſpeculum cognitio eſt, quam ex creaturis accipere poſſumus. Inuiſibilia enim Dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur; id eſt, per argumenta ex viſibilibus, & ſenſibilibus collecta, in quibus aliquo modo ipſe lucet. Tropice ergo, & periphraſtice denotatur perſpicuus, & clariſſimus Dei intuitus, de quo, *Videbimus eum ſicuti eſt*; & *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris qui in cœlis eſt*; & *Dū ſumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino. Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem*: per ſpeciem enim videre, idem eſt quod facie ad faciem. Et explicans magis quid ſit noſſe per ænigmata, ſubdit: *Nunc cognoſco ex parte, tūc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.* Id eſt perfecte & clariſſime. Deus enim vnico intuitu, atque clariſſimo videt omnia, & nihil videt in ænigmate. Ita ad Philip. 3. dixit; *Si quo modo comprehendam ſicut & comprehenſus ſum.*

Rerum viſio per ſpeculum quatenus Iacobo. *Iacob. 1.*

Viſio Dei per ſpeculum qualis.

Rom. 1. Viſionis Dei facie ad faciem ſiue per ſpeciem excellētia. *Ioan. 3. Matth. 18. 2. Cor 5.* Quid: Tunc aūt cognoſcā ſicut & cognitus ſum. *Philip. 3.*

X. qu. ſol. Fides, ſpes charitas, quomodo nunc maneant.

Ad poſtremum, ſubdit Apoſtolus: *Nunc autem manent fides ſpes, charitas, tria hæc.* Proponit Apoſtolus in ſumma, quæ ſuperius de chariſmatum defectu egerat, & quod abolenda eſſent, nec perpetuo durarent: nunc proponit quæ diuturniora, & meliora ſunt, nempe fidem, ſpem, & charitatem, & inter iſta Charitatem facit potiorem. Et, Nunc, vt alibi paſſim, ſignificat tempus præſens, ſiue tempus Noui teſtamenti: ſicut per Tunc intelligit tempus futurum gloriæ. Deinde recte ait, manent: quia hæ tres virtutes ſunt habitus diuini, & dona

Fides, ſpes, charitas, ſe

atque

cundum Apoſto'ũ, cur maneant.

atque ornamenta, quæ Chriſti ſponſæ donantur: actus ſiquidem harum virtutum tranſeunt, habitus vero permanent: reliqua etiam chariſmata, vt prophetia, & miraculorum operatio, non permanent vt habitus, & non fiunt pro noſtra voluntate, & arbitrio, vt prophetias habeamus, aut miracula operemur, ſed tantum Deo tangente & excitante. Hæ autem virtutes merito Theologicæ vocantur, quia Deum habent pro proximo obiecto, & regula, & fine. Et vita Chriſtiana per fidem inchoatur, per ſpem progreditur, per charitatem perficitur hic, & beabitur in patria. Et dixit eſſe tres virtutes; ne quis erraret putando has eſſe vnum & idem cũ charitate Dixerat enim, charitas omnia credit omnia ſperat. Sed nec vnum ſunt, nec duo, ſed tria, vt non confundamus has virtutes, quæ principatum obtinent in anima, reliquæ vero virtutes ſunt vel ad manifeſtandum, vel exequendum.

Virtutes cur illæ Theologicæ dicãtur.

Expẽditur illud, Nũc manẽ..&c. tria hæc.

Concludit: *Maior autem horum eſt Charitas*: Hoc verbum libenter diſſimulant hæretici: vtpote charitate deſtituti. Sed phraſis Græca eſt, ſicut illa, Qui credit in me, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet; & Ioannes; Maiorem horum non habeo gratiam. Græce enim comparatiua Gignendi caſum regunt, ſuperlatiua vero Ablatiuum. Cuius oppoſitum accidit in lingua Latina, etſi interdum phraſim Græcam Latini vſurpent. Quod autem ait: *Maior horum eſt charitas*: intellige, non horum trium, quia eſſet comparare charitatẽ cum ſeipſa, ſed quia inter hæc tria charitas eſt maior. Sicut duobus gemellis oſtenſis vno partu editis dicimus; Horum duorum fratrum hic eſt maior.

Hæretici cur maiorem fidem dicant Charitate.
Ioan.14.
3.Ioan.4.

Qui verum ſit: Maior autẽ horum eſt charitas.

Sed cum hoc loco premuntur hæretici, & Catholici contendant cum Paulo fidem eſſe minorem, reſpondent tamen illi, ideo charitatem præcellere Apoſtolum dixiſſe: ſed non valet, inquiunt: Charitas eſt maior fide, ergo magis valet ad iuſtificandum: ſicut non valet, Agricola bene colit terram, ergo Rex, qui maior eſt, quam agricola, melius excolet terram: vel quia maior eſt quam ſutor, ergo melius calceum efficiet: Ita, charitas eſt maior fide. Si ergo fides iuſtificat, Charitas magis valebit ad iuſtificandum. Vel, Lapis pretioſus pretioſior eſt medicina, ergo efficacior erit ad ſanandum quam medicina. Sed certe iſtæ ratiocinationes & exempla frigida, & vana ſunt. Nã iam aperte Paulus tribuit actiones fidei, ſpei, & patientiæ ipſi charitati, cum dixit, *Omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* quare quicquid boni facit fides & ſpes, & patientia, id multo perfectius facit Charitas: & quanto præſtat forma diſpoſitionibus ſuis, quæ ad introducendam formam deſeruiunt: tanto magis Charitas, quæ forma eſt, & regina virtutum, & altiori modo iuſtificabit. Nam per fidem quidem fit iuſtus, per Charitatem autem ſum iuſtus: Et in Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur. Dixit enim magnus Auguſtinus: *Charitas inchoata, inchoata iuſtitia eſt: Charitas magna, magna iuſtitia eſt: Charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt.* Præterea, quis vnquam dixit, hominem ſolam fidem habentem, iuſtum eſſe apud Deum. Imo cum Chriſtus fide caruerit, & qui nunc beati regnant in cœlo, fide deſtituantur, vt hic docet Apoſtolus, per aliam virtutem maiorem ipſa fide iuſti erunt: hæc autem charitas eſt, qua qui deſtituuntur, nunquam iuſti erunt, neq; ad regnum illud cæleſte peruenient.

Fides quomodo maior charitate ſecũdum Hæreticos.

Fidem eſſe minorem charitate.

Galat.5.

Charitatis gradus faciunt & iuſtitiæ gradus teſte Auguſtino.
Aug lib de nat. & gratia c.vlt. to 7.

Fidem ſine charitate non iuſtificare quenquã.

DISPVTATIO XXII.

In Apoſtoli verba: *Sectamini Charitatem, æmulamini ſpiritualia: magis autem vt prophetetis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo, nemo enim audit. Spiritu autem loquitur myſteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem.* Et cætera in finem vſque in cap. 14.

EXploradus eſt in primis, & explicandus ſcopus, in quem hoc capite tendit Apoſtolus. Deinde diligenter differendum de diſcrimine quod aſſignat inter donum linguarum & donum prophetiæ. Tertio ambigitur, an legendum ſit, Spiritus autem loquitur myſteria, an vero in auferendi caſu, Spiritu loquitur myſteria: & quo ſenſu ſit accipienda illa vox Ablatiui caſus Spiritu. Quarto, quomodo qui prophetat, hominibus loquitur, & non Deo: cum omnis Chriſtiana loquendi ratio doceat ita eſſe agendum cũ hominibus, ac ſi cũ Deo loqueremur, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli: *Olim putatis quod excuſemus nos apud vos? Coram Deo, in Chriſto loquimur.* Quinto, cum ait, *Qui loquitur lingua, ſeipſum ædificat, qui autem prophetat, Eccleſiam Dei ædificat*, quæritur quæ eſt hæc ratiocinatio, & quantum perſuadeat, & quomodo ſubiungat; *Volo autem omnes vos vti linguis, magis autem prophetare. Nam maior eſt,*

Primum dubium.
Secundũ.
Tertium.
Quartum.
2.Cor 12.
Quintum.

Hier. to. 8.

Hieronymus expendit, perſequendam eſſe pacem fugientem: tam multa ſunt quæ pacem, & charitatem nobis adimere conantur. Perſequimur autem iuſtis bonorum greſſibus, vt proximis prodeſſe poſſimus. Hoc autem dixit Apoſtolus; ne quiſquam putet ea ratione amplectendam charitatē, vt alia dona deſerantur, vt perinde ſit ac diceret; Nolite alia dona negligere, & maxime prophetiæ chariſma.

Corinthios non ſolū ſectari charitatē, ſed etiam æmulari ſpiritualia, cur velit Apoſtolus. AEmulari, ſeu zelare, quid ſpiritualia.

AEmulari vero, ſiue zelare, nihil eſt aliud quam impenſe, & feruenter aliquid diligere, ac præparare nos vt huiuſmodi chariſmate vti valeamus ad ædificationem, & non ad oſtentationem quæ ſine charitate non ſunt efficacia, aut vtilia; ideo cum delectu ſunt æmulanda: nam ad præpoſterum zelum ſpectat plus velle illis tribuere, quibus minus erat tribuendum. Hinc poſt fidem, ſpem, & charitatem maximum donum eſt prophetia, quæ ad ædificationem facit. Eſt autem prophetia, ſapientia diuina cœlitus infuſa, ſiue ſacrarum notitia ſcripturarum, vt magna dexteritate tempori, & præſentibus neceſſitatibus ita accommodemus, vt videantur id ipſum dicere voluiſſe, & non aliud, & verba illi aptiſſime ſeruiant. Nec enim minus eſt neceſſarium lumen Dei ad prophetias condendas & ſcribendas, quam opus ſit ad eas intelligendas, & apte aliis explicandas.

Quid ſit Prophetia: eius ad intelligentiā ſcripturarum neceſſitas.

Dixit autem: *Magis autē vt prophetis*: Quoniam Corinthii donum linguarū ſummopere efferebant, & illud vehementer affectabant; tum quod primum donum eſſet, quo Apoſtoli in die Pētecoſtes perfuſi fuerunt: magis etiam ad oſtentationem, & admirationem excitandam: magis denique ad ſui nominis famam propagandam faciebant. Sed Apoſtolus ab huius doni perceptione conatur eos auertere ex collatione vtriuſque doni inter ſe. Nam vt ſuperius collationem fecit inter cætera chariſmata, fidem, ſpem, charitatem, & poſtea inter eandem charitatem cum fide, & ſpe; ita nūc prophetiam componit cum dono linguarum. Eſtq; hoc probationis genus frequens Apoſtolo, quia perſpicuum eſt & efficaciſſimum.

Corinthii cur maxime omniū prophetiæ donum æmulari debebant. *Act. 2.*

Quibus de cauſis Corinthii quā maxime efficerentur dono linguarum.

II. dub. ſolu. De dono linguarū, in quo differat à prophetia.

Ad ſecundum: Inoleuerat hæc conſuetudo apud Corinthios, vt quidam voluptatis, aut ſanctitatis, aut alicuius oſtentationis, & curioſitatis gratia pſalmos aliquor, aut cantica ſpiritualia, aut preces lingua exotica coram ſimplici & promiſcuā plebe recitarent: quibus tempus adeo ſubtrahebatur, vt vix doctrinæ, & exhortationi locus ſupereſſet, & Eccleſia ſine fructu dimitteretur. Hunc abuſum corrigerē volens Apoſtolus, in primis ait: *Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo.* Hoc eſt: Qui incognita, & peregrina lingua aut canit, aut precatur, aut pſallit, aut gratias agit, non hominibus loquitur, qui ignorant idiomata, ſed Deo, & ſibi, aut, vt prouerbio dici ſolet; ſibi canit, & Muſis: quia ipſe ſolus eſt qui canit, & Deus tantum intelligit. Vnde ſubiungit: *Nemo enim audit*: Scilicet vocem articulatam vt intelligat, bene autem ſonum quendam confuſum, ac proinde nemo intelligit. Audire enim & intelligere, ita coniuncta ſunt, vt vnum pro altero accipiatur, iuxta illud; *Qui habet aures audiendi, audiat*; & iterum, *Habent Moyſen & Prophetas, audiant illos.* Infra autem commodius explicabitur munus proprium prophetæ, quod eſt loqui hominibus ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem: ſed prius expendamus textum.

Loquens lingua, quomodo non hominib. loquitur, ſed Deo.

Audire vbi idem ſit, quod intelligere.

Mat. 13. Apoc. 2.

Luc. 16.

Subdit autem, quid talis lingua loquens agat, dicens: *Spiritu autem loquitur myſteria.* Vbi tertio loco propoſitum expendendum eſt, an legendum ſit in nominandi caſu, Spiritus loquitur myſteria; quam lectionem ſequitur Auguſtinus libro 12. de Geneſi ad literam, capite 8. & Hieronymus in Commentariolis, ſi tamen eius ſint. Ita etiam Primaſius, & Catharinus legunt, & interpretantur hunc locum. Vt ſit ſenſus; Spiritus ſanctus in ſcripturis loquitur myſteria ſecreta, & quæ nō intelliguntur, niſi ſit Angelus, vel Propheta interpres. Vnde Eunuchus legens Eſaiam in curru, & interrogatus à Philippo diacono, an quæ legeret, intelligeret, reſpondit, *Et quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi?* Idcirco intelligat quiſque arcana Scripturæ Spiritu ſancto indigere inſtructore: neque is credendus eſt intelligere, qui ſola literæ ſuperficie contentus fuerit: nam hic cum Iudæis facile conſentiret. Alii vero è contrario contempta hiſtoriæ ſuperficie, allegorias altiores meditantur. Sed ille prudentius agit, qui literæ prius explicandæ deinde myſteriis eruendis vocat.

Ad III. dub. Quomodo ſit legendū Spiritus, an Spiritu loquitur myſteria.

Aug. to. 3. Hier. to. 9. Primaſ. Auguſt. diſcipulus. Amb. Cathar.

Hæc lectio Spiritus loquitur myſteria, quē ſenſum habeat. *Act. 8.*

Quod duce atque interprete ſcripturæ intelligendæ ſint.

Quanquam aliqui myſteria explicent eſſe ænigmata, problemata, & propoſitiones obſcuras, quas nemo facile queat percipere ſine Dei Spiritu adiuuante. Sed etſi hic ſenſus, quod Spiritus loquatur myſteria, & quod ſine Spiritu ſancto non poſſint intelligi, verus exiſtat; ad mentem tamen Apoſtoli non eſt. Tum quod Græci omnes codices non legunt in Nominandi caſu Spiritus, ſed in Ablatiuo. Tum etiam quia Græci Patres ita interpretantur hæc verba, vt Spiritu legant, non Spiritus.

Spiritus (ſecundum aliquos) quæ nam loquitur myſteria.

Illam lectionem, & ſēſum non poſſe conſiſtere.

Ratio etiam id euincit: quia ſermo eſt de eo, qui loquitur lingua in ſpiritu, qui loquitur Deo, cui opponit eum, qui prophetat hominibus. Et licet idem prope videatur eſſe, nos loqui in Spiritu ſancto Diuina myſteria, & Spiritum ſanctum loqui per nos, de quo dixit Chriſtus; *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis*: Rectius tamen opponitur prophetanti hominibus lingua, loquens in ſpiritu myſteria Dei. Et quoniam Græca litera non legit τῷ πνεύματι, cum articulo, ſed ſine illo; propterea non ipſum Spiritum ſanctum denotat, ſed donum ipſius Spiritus ſancti, quod lingua peregrina loquentes habebunt, etiamſi alii nō intelligerent. Quaſi adeſſet intelligentia, fuiſſet prophetia. Et ita ſæpe hic ſpiritus pro ſpirituali dona accipitur, vt ibi, *Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint*, & rurſus: *Quoniam æmulatores eſtis ſpirituū*. Hoc autem donum etſi ab ipſo habente illud intelligeretur; non tamen ab aliis, ſed mouebatur ad loquendum magnalia Dei, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illi: nec tantum mouebatur lingua ad verba proferenda, ſed etiā mouebatur ſpiritus motu quodam deuotionis, & affectu in Deum.

Matth. 10. — Quanto illa probabilior, ac me lior: ſpiritu loquitur myſteria. — Ioan 4. — 1. Cor. 14. Spiritu loquentis myſteria quale eſſet hoc donum.

Non tamen ex hoc loco colligas, Paulū aut alios Apoſtolus donum habuiſſe linguarum, ita vt valerent quidem intelligere, nō autem aliis explicare quæ ſentiebant: quoniam Apoſtoli non tantum linguarum dono donati ſunt, ſed etiam interpretādi donum habuerunt. Nam ob id donatum eſt linguarū donum, vt non egerent interprete prædicantes diuerſarum linguarum hominibus. Quare quæ hic ab Apoſtolo dicuntur de dono linguarum, intelligenda ſunt de puro dono linguæ, & ſine alio dono interpretandi.

Act. 2. — Omnes Apoſtolos cū dono Interpretationis donum habuiſſe linguarum.

Additque per antitheſin de Propheta: *Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem & conſolationem*. Græca carent præpoſitione, ad idem tamen eſt ſenſus, ac ſi dicat, loquitur hominibus ædificatoria, exhortatoria, & cōſolatoria. Hoc eſt: Propheta cum donum habeat interpretationis, ædificat, & conſolatur. Et imprudentia magna eſt, in re inutili tempus terere, vt accidit in dono linguæ, & quod vtiliſſimum eſt prætermittere, vt eſt loqui quę ædificant fidem, & timorem Dei ingenerāt & charitatem promouent, & virtutes inſerunt. Loquitur etiam ad exhortationem. quia opus habemus ſtimulis, quibus à noſtra tepiditate excitemur, afflictionibus etiam, quibus premamur, & imbecillitatē noſtram agnoſcamus. Loquitur etiam ad conſolationem qua conſolationem accipiamus, & reſpiremus.

Quid eſt, Prophetā hominib. loqui ad ædificationē. — Idem Propheta cur loqui debeat ad exhortationē, & conſolationem.

Et quoniam Prophetam tradit eſſe, qui hominibus loquitur ad ædificandum, exhortandum, & conſolandum; conſtat, Prophetam hoc loco accipiendum non pro eo qui futura vaticinatur, ſed qui Scripturas interpretatur, & per illas exhortatur, & cōſolatur populum. Et licet is qui prophetat, ſyncera mente agat, & coram Deo loquatur; non tamē ita, vt valeamus docere Deū, aut prædicare Deo, cum ille vniuerſas noſtras cogitationes notas habeat, etiam antequam pronuncientur: Dicimur tamen Deo loqui, quia propter eum loquimur, & eum inuocamus, vt commode, & fructuoſe fratribus loquamur.

Apoſtolo quis nam ſit is le propheta. — Deo qui loquimur nos, ac cum noſtrarum le ... [illegible]

In quarto dubio propoſuimus ſecundā rationem, cur videlicet excellat prophetia dono linguæ, de quo ait: *Qui loquitur lingua, ſeipſum ædificat: qui autem prophetat: Eccleſiam Dei ædificat*. Nam lingua loqui, ſua habet cōmoda, ſed priuata; qui vero prophetat, Eccleſiam totā ædificat: publica autem commoda priuatis anteponenda ſunt, ideo prophetiæ magis vacandum pro vtilitate communi quam dono linguarum pro priuata: quantum enim diſtat vnus ab vniuerſitate, tantum prophetia à dono linguarum. Et qui prius dixerat, loqui Deo, modo ait, loqui ſibi, & ſeipſum ædificare. Ex quo deducitur, quod ipſe ſolus intelligeret quæ dicebat, & etiamſi ſublimia, & alta eſſent, dono tamē aliis interpretandi deſtituebatur. Vnde ſubiungit: *Volo autem omnes vos vti linguis, magis autem prophetare. Nam maior eſt qui prophetat, quam qui loquitur linguis*: Niſi forte interpretetur, vt Eccleſiæ ædificationē accipiat. Volo, ait, id eſt, vellem: quod conſulto dixit, ne linguis detrahere videatur, quando hoc dono multi tunc pollebāt, & etiamſi ipſi Paulus magis quam alii, dono linguæ polleret. Occurrit ergo per correctionem huic ſuſpicioni, affirmans ſe non ita prophetiam anteponere, quin locum relinquat linguis. Si etiam locutus eſt ca. 7. cum dixit: *Volo autem omnes vos homines eſſe ſicut meipſum*, ſcilicet Virgines, aut continentes, ſi veſtra id infirmitas permitteret, & Deus donum caſtitatis omnibus communicaret. Præfert tamen dono linguarū; qu a eſſet duplex donum, nimirum & linguæ, & interpretationis. Et talis profecto prophetæ æqualis eſſet, vt ait OEcumen. Ex quo liquidum habetur, nō omnes habentes donum linguarum, habuiſſe intelligentiam omnium linguarum, ſed quarundam tantummodo: nam ſi quiſquam omnes linguas calleret, etiam promptum ei eſſet vnam per alte-

Ad IV dub. Deo quod Propheta Paulus antepo nit dono linguarum. — Prophetia quanto linguis præſtantior. — Propheta quatenus præferat linguis Apoſtolus. 1. Cor. 7. — OEcum. c. 9. Linguis loquentes an omnium habere ... linguarum notitiam.

alteram conuertere. Et donum interpretandi tribuitur tantum his, qui nonnullas linguas notas & compertas habebant, non autem ei qui omnes.

Ad V. dub. Si loquendum in eccleſia eſt ſic vt omnes intelligant & ædificentur; cur Latina (aiunt hæretici) lingua non materna id fit in Eccleſia Dei.

Quod vero hæreticus quidam Marloratus ex hoc loco producit, longe aberratum eſſe in Eccleſiis Europæ ab eo tempore quo Latina lingua apud vulgus obliterata eſt, & ſine fructu conuenire homines in tēpla, in quibus ſcripturæ Latine leguntur, & non intelliguntur, & ſacramenta peregrina lingua celebrantur, & præſertim Cœna Dominica; & audiri magnos verborum boatus, & cantus figuratos, & organa, & nihil prorſus intelligi eorum quæ aguntur; ac proinde indignos eſſe, qui à Deo exaudiantur: & multa his ſimilia, quibus exaggerandis Hæretici rhetoricari ſolent: accipiat infelix reſponſum, Eccleſiam errasſe nunquam, quæ columna eſt, & firmamentum veritatis, & quæ nonniſi vtilia, & ſalutaria filiis ſuis ſemper proponere ſolet.

Eccleſiam id hactenus factitando errasſe nunquam. 1. *Tim.* 3.

Illa enim quod maiores ſui obſeruandum tradiderunt, obſeruauit, & adhuc obſeruat. Sacra namque Miſſæ myſteria, & Diuina officia nonniſi apud Hebræos Hebraica, & apud Græcos Græca, & apud Latinos Latina celebrata ſunt lingua, nunquā autem vulgari, aut omnino materna vſi fuerunt: vt ita poſſint omnes docti omnia quæ dicuntur intelligere; indoctis vero, & imperitis multa eorum quæ canuntur, aut precibus poſtulantur, nunquam in totum ea ignota fuere.

Contra illud: Populo rudi & imperito verbū Dei, cur proponitur lingua peregrina?

Quod vero noſtri Prædicatores Latine agant cum populo, falſum eſt. Tantum enim in Sacello Pontificio, in quod conueniunt Cardinales, & Epiſcopi, & viri literati, Latina lingua agitur, aut in ſcholis publicis, vbi omnes ſtudioſi, etiamſi regionibus remotiſſimis nati ſunt, idioma Latinū callent. Cum tamen ad populum agendum eſt, nonniſi maternam, & vulgarem vſurpant linguam. & ſi quæ ex Scripturis producunt, vel Latine, vel Græce, vel Hebraice, interpretationem ſuam ſtatim adhibēt. Quod ſi interdum quoſdam locos productos ex Bibliis in vulgarem linguam non conuertant: id conſulto faciunt, quia plani ſunt, & omnibus aperti, & alio eorum feſtinat oratio.

Id quatenus faciāt concionatores.

Quod autem accuſant nos multa precari, quæ non intelligimus; hoc illis libenter dabimus, ſi tamen ipſi ſibi tribuant perfectam eorum, quæ in orationibus pronunciant, tum ex pſalmis, tum ex aliis Scripturis, & Prophetis intelligentiā. Quod ſi ſibi aſſumāt, dicem⁹ illis; Vos de vobis ipſis teſtimonium perhibetis, teſtimoniū veſtrū nō eſt verū. Quis enim eſt niſi valde impudēs, & audax, qui tātū ſibi arrogare velit? Quāobrem Caluinus, qui ex his verbis colligit, publicas orationes, & preces alia quam vulgari lingua fieri non licere, nec quemquam earum fructum participare, niſi qui linguā intelligit; manifeſte euincitur in vtroque hallucinatus. Nam plerumque pro abſentibus, & pro dormientibus, vel pro defunctis preces fundimus, & exaudimur, etiāſi illi non intelligant pro ſe orari. In Euangelio etiam quidam pro ſurdis, aut pro male habentib. exorabant Dominum, quas tamen illi preces non intelligebant. Plerumq; etiam ex Pſalmis, vel ex Propheticis locis parum, aut nihil nobis cognitis, ac perſpectis preces Deo offerimus, quas Deus non deſpicit. Nam pueri in die Palmarum Dominum Chriſtum exceperunt, & multa agente Spiritu ſancto dixerunt, quæ eorum intelligentiam ſuperabant, & tamē à Chriſto commendati ſunt, & de illis dixit, *Si hi tacuerint, lapides clamabunt*. Certe hoc æquitas humana docet, vt Princeps, qui libellū ſupplicem à ruſtico porrectum, & minime ab eo intellectum accipit (vt qui ſit idiota) tamē eum legat, & iuſtis eius votis annuat, & ius illi reddat: quanto magis immenſa Dei bonitas nō tā ſpectat ad verba precantis, quā ad bonū eius animū ita vt exaudiat.

Hæreticorum illud etiam impugnatur: Multa nos precamur, quæ nō intelligimus. *Ioan.* 8.

Diuina officia non eſſe, vt ſtultus docuit Caluinus vulgari lingua celebranda.

Vnde conſtet Deum Opt. Max. etiam in iis quæ non intelligunt, ſæpe exaudire precātes. *Mat.* 21. *Luc.* 19. Idem fit exemplo perſpicuum in humanis.

Quod ſi obiicias Caietanum in hoc capite dicentem: *Diſcere debemus, el gibilius eſſe, vt in Eccleſia dicantur Diuina* (horæ ſcilicet Canonicæ, & Miſſa) *intelligibilius ſine melodia muſica, quam ſic, vt non intelligi poſſit: qualiter ſunt tam particulæ, quæ ſonis committuntur organorum, quam quas cantus reddit imperceptibiles, vel multitudine clamoris occupantis, vel qualitate cantus notas magis quam verba concinentis. Hæc enim omnia magis extranea ſunt quam decem millia verborum in lingua*: Reſpondemus, hoc eius votum non eſſe omnino contemnendum, quia interdum clamores Cantus imperceptibilia reddunt quæ canuntur; & organa plerunque partē intelligentiæ eripiunt, & tempus terendū in audienda prædicatione adimunt. Et Apoſtolo hic ſermo eſt de doctrina qua imbuendus eſt populus, & inſtituendus in fide, & moribus; non autem de Diuinis officiis, & precibus perſoluendis. Vnde facultas Theologica Pariſienſis in quadam ſua cenſura, tit. 19. Propoſ. 6. tractans illa verba, ait: *Scribens Paulus: in eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, quam decem millia verborum in lingua: de concionibus ſeu ſermonibus, qui habentur ad populum, tractat: in quibus inutilis eſt copia verborum non intellectorum: non de Cātibus Eccleſiaſticis, quorum alia eſt ratio.*

An expediat (iuxta Caietanū) vt ſine muſica melodia, & organis Diuina officia peragantur.

Solutio.

Pariſienſis facultatis hac de re iudicium nō contemnēdum.

Linguis loquens abſque dono interpretãdi, ſecundũ Apoſtolũ, quam inutilis ille ſit.

Ad ſextam dubitationem propoſitam circa illud : *Nunc autem fratres, ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero. &c.* proponit exemplũ, & interrogationẽ figuratã: Vultis ne, inquit linguarum donũ habẽtem & interpretandi dono carentem agnoſcere quam paruũ fructum edat? Demus vt ego ipſe Paulus, qui vos inſtituit, vt ad vos veniam, & linguis loquor ignotis; nihil tamen vtilitatis vobis proueniet. Et in perſona ſua, non in aliena effigurare voluit, ne aliis eſſet moleſtus. Cum enim Apoſtolus aſperius aliquid dicturus eſt, in ſeipſum recipit. Vnde cap. 1. dixit: *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, & reliqua.* Et paulo inferius dicet: *Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor, barbarus. Et qui loquitur mihi barbarus.* Oſtendit ergo puri doni linguarum inopiam, & indigentiam: quia ſi ego ipſe vobis in illis loquar; nihil vobis prodero, niſi adferam aut reuelationem, aut prophetiam, aut ſcientiam, aut doctrinam: quæ ſunt quatuor ædificationis ſpecies, quæ etiam explicandæ ſunt.

Cur hoc in propria perſona oſtendat Apoſtolus.
1. Cor 1.
Infra 3.

Ad 6. dub. Quid loqui in reuelatione, aut in ſcientia aut in prophetia aut in doctrina.
1. Cor. 12.

Et vt quidam volunt, reuelatio, & prophetia ſub vno membro collocandæ ſunt, ſcientia vero & doctrina, ſub altero. Reuelatio danda eſt dono ſapientiæ, quæ ex diuinis, & reuelatis accipitur, de qua ſuperius cap. 12. dixit, Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ: & hæc iungitur cum prophetia, quæ reuelata explicat, & cuius munus eſt, prout Spiritus ſanctus animam & linguam regit, non ſimpliciter interpretari verbum de verbo, ſed corrigendo, exhortando, & conſolando applicare. Cognitio vero, ſiue ſcientia tribuenda eſt doctoribus, quorum eſt conferendo Scripturas, alios docere, de quo dixit ad Rom. 12 *Qui doc. et in doctrina.* Eſt ergo ſenſus; Ego quod reuelatione conſecutus ſum, per prophetiam diſpenſabo: Modum etiam communicandi ſcientiam infuſam, per doctrinã vobis adminiſtrabo.

Rom. 12.

Non duo, ſed quatuor illa eſſe ædificationis genera quare videantur.

Nihil etiam refert, ſi, vt alii volunt, quatuor membra ædificationis enumeremus. Etſi enim reuelatio, & prophetia non longe diſtare videantur, quemadmodum nec ſcientia à doctrina: tamen reuelatio eſt, quatenus à Deo datur, & prophetia, quatenus à Prophetis apud alios explicatur. Et idem de ſcientia, & doctrina eſt dicendum: quia doctrina communicat aliis quod accepit per ſcientiam à Deo. Et ita explicatum eſt ſextum dubium. Caſſianus collat. 14. ca. 8. aliter explicat hæc quatuor membra. *Vna,* inquit, *atque eadem Ieruſalem quadrifariam poteſt intelligi: ſecundum hiſtoriam, ciuitatis Iudæorum: ſecundum allegoriam, Eccleſia Chriſti: ſecundum anagogen, ciuitas illa cœleſtis quæ eſt mater omnium noſtrum: ſecundum tropologiam, anima hominis, quæ frequẽter hoc nomine aut increpatur, aut laudatur à Domino: de quibus quatuor interpretationum generibus S. Paulus ita dicit: Nunc aũt fratres ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, niſi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in ſciẽtia, aut in prophetia, aut in doctrina?* Et explicat reuelationem eſſe allegoriã, ſcientiã tropologiã, prophetiam anagogẽ; doctrina ſimplex, & hiſtorica expoſitio: ſed videtur paulo violentior ſenſus.

VII. quæſt. ſolut.
De tibiæ, citharæ, & tubæ exẽplis à Paulo propoſitis, quotendant.

Ad ſeptimum illud: *Tamen quæ ſine anima ſunt vocem dantia, ſiue tibia, ſiue cithara, niſi diſtinctionem ſonituum dederint, quomodo ſcietur id quod canitur, aut quod citharizatur?* Circa decimam particulã, Tamen, aduerte Græce legi ὅμως, pro quo vertit interpres noſter Tamen: alii vertunt, Quin, Quod ſi legeretur cũ accentu circũflexo ὁμῶς pro ὁμοίως, vt Gagnæus, & Iacob. Stapulen. ſenſerunt, eſſet ſenſus: Similiter quæ ſine anima ſunt vocem dantia. Bene etiam habet. *Quin & in anima vocem reddentia, &c.* Id eſt: Quid dico, vobis vtile eſſe quod intelligitur, inutile vero omne quod non intelligitur? Nã & hoc inanimis inſtrumentis licebit vobis conſpicere.

Cantus debet eſſe intelligibilis in Eccleſia.

Ait ergo ſimilitudine ſumpta à muſicis inſtrumentis, vt cithara, & tibia, & tuba, & multis vocum generibus: ſiquidem nec in cithara, nec in tibia confuſe ferre oportet quæ dicuntur, alioquin neminem delectabunt. Muſici enim artifices ſonos quoſdam edunt, quibus percipimus quæ cantio ſit futura, & in quem affectum per eam ſimus rapiendi. Quod ſi muſica hoc obſeruat, vt ea diſtinctio ſit in modis, & ſonis, vt auribus intimetur quod ſignificandum viſum fuerit: multo magis in Eccleſia Chriſti id locum habere debet. Nam etſi non poteſt homo tibiæ, aut citharæ dare animam; vocem tamen ita affingit temperatam, vt diſcerni queat. Abſurdum ergo erit, homines intelligẽtia præditos confuſum neſcio quid, & minime intelligibile ſonare. Commendatur itaque certa ratio cantus, quæ ſic diſpoſita, vt alii ſciant quid cantes: & laudatur linguæ donum, ſi ad illud accedat donum interpretationis.

Tubę vſus apud Iudæos olim quam varius ac multiplex.
Pſal. 80.

Subdit de exemplo tubæ. *Etenim ſi incertam vocem det tuba; quis parabit ſe ad bellum?* Alludit Apoſtolus ad leges latas de tuba Nu. 10. nam certo clangore tubæ vocabantur Iudæi ad feſtum prima qualibet die menſium. Vnde Dauid dicebat. *Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni die ſolemnitatis veſtræ:* & in feſto Tabernaculorum, quod feſtiuitas tubarũ appellabatur. Diuerſus enim modus

dus erat conuocandi ad templum: nam cũ ambæ tubæ clangerent, vniuerſus populus ad templum ſe recipiebat: quando verò altera tantum, ſeniores ſolummodò ad tabernaculum cõueniebant: cum verò clangori tubæ additus erat iubilus, tunc profectio ex caſtris in alia caſtra ſignificabatur. Deinde in bello canitur vno modo claſſicum ad conſerendas manus, alio verò modo quando canebatur receptui: ad quæ omnia hic videtur alludere Apoſtolus. *Si ergo tuba non certam vocem dederit*, atque id clangore ſuo diſtinctio conuocet, miles nõ intelliget quò vocatur, & quid ſit agendum. *Ita & vos per linguam niſi manifeſtum* (vel bene ſignificantem) *ſermonem dederitis*, per donum interpretationis videlicet; eritis in aëra loquentes, id eſt fruſtra, & inaniter agentis. Eſt enim prouerbialis locutio ſimilis illi. c. 9. de aërem verberante: & eo prouerbio ſignificatur inanis opera, ſicut Latinè dicimus, Mortuo loquens; Surdo canis. In ventum verba iactas: ventus enim omnia diſſipat, & facilè euaneſcit.

Alter vſus tubæ: duplex apud Gentes.

Per linguam loquentes niſi manifeſtum ſermonem dederint, vt in aera loquãtur. 1 Cor 9.

Subdit tertium exemplum: *Tam multa vtputa genera linguarum ſunt in hoc mundo: & nihil ſine voce eſt.* Generalius iam loquitur. Et particula illa, Vtputa, in Græco eſt, ἂν τύχοι, id eſt, ſi contingat, vel ſi accidat; alij vertunt, verbi gratia, Græcè non dicitur, genera linguarum, ſed genera vocum. Vnde non fit alluſio ad multas linguas, quæ penè innumeræ ſunt inter homines, ſed ad voces, ſiue ſonos animatos, vel inanimatos. Cõprehendit ergo naturales voces animantium, belluarum, volucrum. Balat enim ouis, mugit bos, hinnit equus, rudit aſinus, leo rugit, canis latrat, ſibilat ſerpens, crocitat coruus, ſtrepit anſer, vlulat lupus, gannit vulpes, & quæq; volucrum ſuo modo ſtrepit, & cantillat, & ſimilia multa, & nullum eſt, inquit, animalium genus aphonũ, ſiue abſonum, id eſt, quod voce, aut ſono careat, quod etiam non aliquid articulatum contineat, & minimè confuſum, quo naturales motus prodat. Vt ſenſus ſit, Nihil eſt ſine voce, vel, nihil eſt mutum in hoc mundo, id eſt, nulla animantiũ vox tam obſcura eſt, & tam confuſa, vt ab his quę ſunt eiuſdem generis animantibus non intelligatur. Quod ſi ſimiles voces præſtant animantia, quanto magis homo animal ratione & lingua præditum, debet diſtinctum, & apertum proferre ſermonẽ? Eſt enim ἄφωνον teſte Photio, & quod omnino ſine voce eſt, & quod obſcurũ tantùm eſt & incognitum. Quod autem nihil ſit aphonum, eleganter & abunde docet Auſon. ſcribens ad Paulinum Nolanum, his verbis:

Genera linguarũ in hoc mundo quid Apoſtolo.

Variæ voces animantium.

Quomodo ſine voce nihil ſit in hoc mundo.

Phot. apud Oecum. c. 8.

Auſon. epiſt. 4 prope init.

Nil mutum natura dedit, non aëris ales,
Quadrupedeſve ſilent, habet et ſua ſibila ſerpẽs,
Et pecus æquoreum tenui vice vocis anhelat.
Cymbala dant flictu ſonitũ, dant pulpita ſaltu
Tacta pedũ, tentis reboãt caua tympana tergis.
Iſiacos agitant Mareotica ſiſtra tumultus,
Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni,
In numerum quoties radijs ferientibus icta
Reſpondent dociles moderato verbere pelues.

Subdit Apoſtolus: *Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus, & qui loquitur mihi, barbarus.* Connectit aliam rationem à barbaris ſumptã, quę cõſequitur loquentes ignota lingua, & à remotioribus ad ea, quæ magis ad cauſam faciunt, prouehitur. Incepit enim à tibia, & cithara, inde progreſſus eſt ad tubam, rurſus à tuba ad voces varias animalium, vel nationũ, in quibus ſemper eſt aliquid diſtinctum, & articulatũ, quod eiuſdem generis animantia intelligunt: tandem iam ad barbaros peruenit. Linguam enim debet eſſe character mentis iuxta Ariſt. lib. 2. Periherm. vbi definit, voces eſſe notas earum affectionum, quæ in animis deliteſcunt. Ideò dum quis ita loquitur, vt ab altero non intelligatur, barbarus eſt, & natura vocis abutitur: nõ enim is alijs cõmunicat, quę animo ſentit; quod Paulus pro re valde incõuenienti ſumit. Nam ſi quis, verbi gratia, Hebræus Græco occurrat, & quiſq; ſuæ tantũ linguę, & non alterius gnarus exiſtat, ſi ſe inuicem ſalutent, neuter illorum alterũ intelligit, & Græcus Hebræo, & Hebræus Gręco barbarus videbitur. Vnde Corinthij linguis loquẽtes, & ſe inuicem minimè intelligentes, barbari erant inter ſe. Vnde in eo, quo voluerunt pluris fieri, & maiorem gloriam aſſequi, inde ignominiam maiorẽ ſibi accerſebant, & barbari habebantur, & dicebãtur. Nam barbarus, ſiue fictitium ſit nomen, vt Strabo docet, ſiue aliunde deductũ, in malam partem accipi ſolet. Quamobrẽ Græci à principio quicquid erat exoticum, aut peregrinũ, vocabant barbarum. Deinde ad vocis, & ſermonis ruditatem, & abſurditatẽ aſpicientes, barbaros vocabãt, quia ſibi ſolis diſerti, & politæ linguæ videbantur, cæteri verò à rudi, & agreſti vocis ſono barbari, de quibus dixit Horatius:

Grajs ingenium, Grais dedit ore rotundo
Muſa loqui, præter laudem nullius auaris.

Quare etiam Græca, & Hebræa lingua loquentes barbari vocabantur. Ita enim Plaut. in prologo 2. Aſinariæ: *Huic nomen Græcè Ὄναγος, eſt fabula: Demophilus ſcripſit, Marcus vertit barbarè.* Et Ioſeph. in Procem. librorũ 7. de bello Iud. ait: *Quæ retro barbaris antea miſi patria lingua digeſta, Græca nunc his, qui Romano Imperio reguntur, expono.* Philo

Loquendum ita eſſe in Eccleſia, vt ſe ſe inuicẽ omnes intelligant.

Philoſoph to. 1

Barbarus quid Apoſtolo.

Corinthij quid aſſequerentur vario vſu & locutione linguarum.

Strabo lib. 14 Geogra.

Barbarũ quid Græcis, & quos Barbaros appellarent.

Horat. in Arte.

Plaut.

Ioſeph. Iud.
Ouid.

quoq; lib.2.de Vita Moyſi loquens de Scripturis, ait: *Extiterunt qui indigne ferrent has leges parti tantum humani generis innotuiſſe, nempe ſolis barbaris, Græcas gentes nullum earum guſtum cepiſſe: dederuntq́; operam vt verterentur per idoneos interpretes.* Vbi vides, Iudæos Barbaros appellari. Deinde etiam exceptis Græcis, & Latinis, cæteri Barbari habebantur, ſecundùm illud; *Barbarus omnis erit præter Græcum atq́; Latinum*: cũ tamen reuera nulla ſit tam culta lingua, quæ non barbara cenſeatur, ſi abſit intelligentia: quemadmodum poëta quidam Romanus exulans apud Tomitanos', egregiè ſcripſit.

Ouid. l.Triſt.

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor vlli.

Anacharſis argutulum reſponſum ad Athenienſes.

Et Anacharſis Scytha cũ Athenis Philoſophiæ operam daret, & ſibi exprobaretur ꝙ eſſet barbarus, acutè reſpondit: Scythæ Athenięſibus Barbari habentur, ſed viciſſim Athenienſes Scythis barbari ſunt. Cic. quoque lib.5. Tuſc.quæſt. *In illis*, inquit, *linguis, quas non intelligimus, quæ ſunt innumerabiles, ſurdi profectò ſumus.* Paulus itaq; reſpiciens ad id quod intelligentia, & aperta ſignificatione caret, Auditor, inquit, erit mihi barbarus, & qui loquitur mihi barbarus.

Marc. Tull.

Ad 8. dubit. Quid ad ædificationem Eccleſiæ Corinthij quærere debebant vt abundarent.

Et concludit ex propoſitis: *Sic & vos* (& ſupplendum eſt, barbari eritis inter vos, ſi incognita vtamini lingua) *quoniam æmulatores eſtis ſpirituum, ad ædificationem Eccleſiæ quærite vt abũdetis.* Applicat enim ſimilitudinẽ. Et declarat, non in hoc datum eſſe donum linguarum, vt abſq; fructu Eccleſiæ paucorum ſeruiat iactantiæ. Quãdoquidem ergo veſtra ſponte ſectamini bona Spiritus ſancti, & ęmulamini potiora chariſmata; quærite abundare, vt cum dono linguæ habeatis etiam donum interpretationis. Ita enim fructu ædificationis aliorum abundabitis. Vel, Quęrite vt excellatis, maiora, & potiora dona æmulando. Et ita viij. dubium eſt expeditum.

Iidẽ vt eſſent æmulatores ſpirituum.

Precatio ad quid vtilis dono linguarum.

Sequitur nonum dubium: *Et ideò*, inquit, *qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.* Hæc eſt via qua quęrendum eſt abundare ad eccleſiæ ædificationem, oratio nimirum deprecatoria ad Deum pro dono interpretandi. Qui ergo loquitur lingua incognita, & peregrina, ne ſine fructu illam habeat, det operam vt ad ædificationẽ populi, & quæret interpretandi donum. Et ſubiungit: *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu pſallam, & mente?* Hic locus eſt inter cæteros huius capitis difficilior: danda tamen eſt opera, vt lucem interpretationis perſpicuam, quoad eius fieri poteſt, afferamus. Et Apoſtolus, quo minus offendat, in propria loquitur perſona. Ait enim. *Nam ſi orem lingua ſpiritus meus orat.* Vbi vides, idem eſſe loqui lingua, & orare ſpiritu. Quare ſuperius, cum dictum fuit: *Qui loquitur lingua*, pro eodẽ ſumpſit, *Spiritu loquitur myſteria.* Vbi quod ait, *Spiritus meus*, articulum habet: ſicut quod ſequitur: *mens autẽ mea ſine fructu eſt*, cum eiſdem articulis Græcis ſubiungit, *Orabo τῷ πνεύματι & orabo τῷ νοΐ.* Quod idcirco notauerim, vt intelligas, articulos Græcos interdum nõ excellentiam notare, ſed determinare rem de qua eſt ſermo. Cùm enim ait; *Spiritus meus*, determinatur ſpiritus ad ſpiritũ humanũ: ſicut quod ait, *mens autem mea*, ad mentem hominis referẽdum eſt. Quod explicauit Auguſt. tum lib.12. in Geneſ. c.8. & lib.14. de Trinit. c.16. tractans enim illum locum Apoſtoli: *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, &c.* ſubdit: *Quod autẽ ait: Spiritu mentis veſtræ, nõ ibi duas res intelligi voluit, quaſi aliud ſit mens, & aliud ſpiritus mentis, ſed quia omnis mens ſpiritus eſt, eſt, nõ aũt omnis ſpiritus mens eſt. Eſt enim ſpiritus & Deus qui renouari non poteſt, quia veteraſcere non poteſt. Dicitur etiam ſpiritus in homine qui mens non ſit, ad quã pertinent imaginationes ſimiles corporũ, de quo dicit ad Corinth. vbi dicit: Si autem orauero lingua ſpiritus meus orat, mens autem mea infructuoſa eſt: hoc enim ait, quando id quod dicit, non intelligitur. Quia nec dici poteſt, niſi corporalium rerum imagines ſonum oris eius in ſpiritus cogitatione præueniant. Dicitur & hominis anima ſpiritus: vnde eſt in Euangelio: Et inclinato capite tradidit ſpiritũ.* Hæc ille, quæ in priori loco ſignato latius perſequitur.

Illud, Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, cur dicitur in propria perſona.

Græci articuli quid præter excellentiam ſignificent.

Auguſt. to. 3.

Epheſ. 4.

Donum linguarum vtile quando, & cõmendatione dignum.

Laudat ergo donum linguarum, ſed cum interpretatione coniunctum, & anticipatione quadam reſpondet obiectioni, quam promptum erat Apoſtolo facere. Si quis enim linguam externã teneret, inutile ergo eſſet tale donum linguarum. Et reſpondet: Qui habet donum linguarum, precibus à Deo efflagitet, vt accedat donũ interpretationis. Cum enim dona Spiritus gratuita ſint, precibus tamen frequenter impetrantur. Et proinde multa hodie Dei dona nobis deſunt, quæ ſi rectè, & inſtanter poſtularemus pro Dei gloria, & Eccleſiæ ædificatione, haud dubie obtineremus, iuxta illam Domini pollicitationem: *Quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* Et addit rationem cur linguis loquens in publico cœtu orare debet pro dono interpretandi, vt alij intelligãt. Non aũt agit de priuatis precibus: nam iã Paulus ab inſtituto ſuo diſcederet. Et verſ.16. & 19. & tota ſeries Apoſtoli idem oſtendit, quod loquitur de publicis precibus. Quia precari publicè, eſt cõcipere precationẽ idiomate ignoto, & externo, in qua etſi ſpiritus meus ora

Vnde defectus donorum Dei in Eccleſia.

Luc. 11.

Loquens lingua, vbi orare debeat vt interpretetur publicè, an priuatim.

orat, quia ſcilicet chariſma Spiritus ſancti mihi collatū mecū orat & partes ſuas agit, vt ſupra dixit: *Qui loquitur lingua, ſemetipſum ædificat;* ¶ *Sed mens*, inquit, *mea ſine fructu eſt.* Alienæ videlicet ædificationis. Chriſtiana quippe mens id in primis ſpectare debet, vt fructum conſequatur ex aliorum intelligentia, & profectu, quem non ſecus ac ſuū propriū ſpectare debet, maximè in his donis, ſiue chariſmatibus, quæ potius dantur propter alios, quam propter ſeipſum.

Ad X dub. propoſitum. Lingua orantis mens vt ſit ſine fructu.

Non loquitur autem Apoſtolus hoc loco de fructibus orationis in ipſomet orāte: omnis enim oratio, ſiue priuata, ſiue publica fructu ſuo apud Deum carere non ſolet, & impetrationis, ſi poſtulet in fide nihil hæſitans, & meriti, ſi ex charitate preces fundat, & delectationis ſpiritualis, hoc eſt deuotionis, conſolationis, & refectionis internæ, ſi adſit Spiritus adiuuans infirmitatem noſtrā & ſi non abſit attentio. Quę ſi accommodetur ad verba, vel ſignificationem verborū, parum conferre ſolet. Si tamen ad finem, & Deum ipſum, quē orando ſpectamus, reſpiciamus, oratio noſtra præclaro illo fructu nō deſtituitur, & neceſſaria eſt attētio, quæ actu, vel virtute conſtat: quæ verò habitu concipitur, non ſatis eſt ad fructū percipiēdū. Si autē quis in lingua peregrina & ignota preces fundat coram alijs, qui tale linguæ idioma non intelligant; profectò & ipſe deſtituitur fructu intelligentiæ in alijs, & conſequenter conſolationis ſpiritualis, & refectionis, vt hic ait Apoſtolus. Poteſt tamen lingua peregrina orans pro aſſiſtentibus apud Deū exaudiri. Sed de priori fructu intelligentiæ loquitur Apoſtolus, vt egregiè annotauit Baſilius, qui in Regulis breuior. c. 78. *Quomodo*, inquit, *ſpiritus alicuius orat, & mens eius eſt ſine fructu? Hoc de ÿs dictum eſt*, inquit, *qui lingua audientibus ignota orationes factitarēt. Ait enim: Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. Quotieſcunq; enim ÿs qui adſunt ignota ſunt verba orationis, tunc ſine controuerſia orantis mens ſine fructu eſt, quippe cum inde nemo fructum capiat. Contrà autem quandocunq; qui adſunt, orationem intelligunt, quæ audientes poſſit iuuare, tunc ſine dubio qui orat, fructum habet, quòd meliores fiunt qui iuuantur.* Hactenus ille eruditiſſimus Pater.

Oratio quæcunque, ad Deum quàm multos fructus pariat. *Iacob. 1.*

Rom 8.

Oratio illa quando efficax.

Lingua loquens incognita, atque peregrina, quo fructu careat.

B Baſil to 2 Orantium ſpiritu quorum mens ſine fructu ſit teſte Baſilio.

Quare quod quidam, vt Eraſmus, & Gagneus, & Eucherius in quæſ. noui & veteris Teſtam. in epiſt. ad Ephe. accipiūt ſpiritum pro voce, vel flatu, vel ſermone: vnde & ex Lactantio illud producitur: *Sermo, eſt ſpiritus cum voce aliquid ſignificante prolatus:* hic tamen nō ſunt audiendi. Nam etſi interdum ſpiritus pro verbo, ac ſermone accipiatur, vt in illo loco, *Et non eſt in ſpiritu eius dolus*, id eſt in ore eius, & ibi, *Omnis Spiritus laudet Dominum:* hoc tamē loco coacta eſſet illa ſignificatio, quia Spiritus à principio in finem vſq; donum peculiare Spiritus ſancti ſignificatur, quo quiſque impellitur ad loquendum, canendum, vel pſallendum, vel benedicendum, neque admitteret Apoſtolus tantā vocis homonymiam: & Patres Græci, vt Chryſoſtomus, & Theodoritus, & Oecumenius, illam agnouiſſent, & nos de ea te admonuiſſent. Quidam enim preces recitantes, dici quidem poſſunt animo, & intentione precari, non tamen mente, aut intelligentia apud eos qui adſunt, quia non intelligunt. Primaſius etiam in hunc locum ſcripſit: Hoc loco Spiritus, ſermo intelligēdus eſt, qui nonnunquam mente alia cogitante precatur, iuxta illud: *Cor meum dereliquit me.* Sed hæc annotatio Primaſii æquiuocam redderet totam Pauli diſputationē. Etſi negandum non eſt, quòd, cū loqui lingua, aut lōqui ſpiritu, aut pſallere ſpiritu, aut benedicere, ſiue gratias agere ſpiritu, hæc inquam omnia nonniſi publicè fierent, & voce, & ſermonibus interuenientibus ratione materiæ, qua de hic agitur, in voce ſpiritus non excludantur voces, aut ſermones: non tamen quod illa ſignificet hoc loco, ſed donum ſpiritus peculiare impellens ad linguis loquendum, & pſallendum, & ad orandum & benedicendum.

Spiritum orãti: (vt quidam interpretantur) hoc loco non vocem, vel flatum, ſed donū Spiritus ſancti ſignificare.

Lactan li. 4. c 8 ſub init.
Pſalm 31.
Pſalm. vlt.

Chryſ ho. 35.
Theodori.
Part. 2.
Oecum. c. 9.

Non etiam, vt Primaſio placet, ſpiritum orantis ſignificare ſermonem.
Pſalm. 39.

Spiritus aliqui ad quam multa concurrerent.

Vbi animaduerte, quòd hæc duo Spiritus & intelligentia, non ſunt reipſa diſiuncta, à Paulo tamen doctrinæ gratia fingūtur, quaſi diſiuncta, quo vehemētius doceat, & magis abſurditatē ob oculos ponat, quæ vſum linguæ ignotæ conſequitur. Quaſi diceret, Finge me orare lingua, vt quæ loquor, alii me nō intelligant: Spiritus quidem orabit, quia gratia Spiritus ſancti linguam impellit, ſed mens abſque fructu erit. Quod ſi videtur abſurdum, vt eſt, cur non abhorreamus in Eccleſia id fieri? Quemadmodum enim ſi quis oret priuatim, & quæ precatur minimè intelligat, tempus inaniter terit: ita qui publicè ignota lingua loquitur, quā alii non percipiunt, nullum fructum edit. Aſſumit ergo Apoſtolus hypotheſim docēdi gratia hoc modo: Si donum linguę ab intelligentia ſeparetur; ita vt qui pronuntiat, ſimul ſit ipſe barbarus auditoribus, quid proderit aliis ſic balbutiendo? Propterea ſubiungit: Orabo ſpiritu, orabo & mente: id eſt, curabo vt dono linguæ accedat donū intelligentiæ, & interpretationis. Pſallam ſiue canam ſpiritu & lingua, pſallam & mēte, id eſt intelligam, & interpretabor audiētibus cum fructu eorum.

Spiritum, & intelligentiã, Apoſtolus, cũ ſint ie diuiſa, cur ſeiunxerit tamen.

Donum linguæ ſine intelligentia eſſe vanum, & inutile.

Quid eſt: Orabo ſpiritu, orabo, & mẽte: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.

Quot generi linguarum A poſto.

Perpende etiam hoc loco, multas ſpecies eſſe loquendi linguis, nempe aut precãdo, aut pſallendo, ſiue canendo, aut docendo, aut benedicendo, & gratias agendo. Pſallere autẽ non eſt ſimpliciter canere, ſed ad muſicum inſtrumentum, vnde Pſalterium vt vult Auguſt. in Pſal. vnde Pſaltriæ dictæ ſunt, quæ ad ſonum Pſalmi voce canebant; hinc & illa duo verba, Canere, ſiue Cãtare & Pſallere non rarò coniunguntur, vt ibi: *Cantabimus, & pſallemus virtutes tuas*: & alibi: *Triſtatur aliquis veſtrum? oret. Aequo animo eſt & pſallat.* Sicut etiam hoc loco coniungit orare, & pſallere. Erat ergo hic mos canendi, & pſallẽdi vſitatus in Eccleſia: quomodo hodie pueri ad ſuauem organi muſicã canere interdum ſolent. Hebræum verò verbum זמר vnde & mizmor, pſallere eſt. & Pſalm⁹, ſicut שיר ore canere, vnde Cantica Canticorum vocant Sir ha Sirim. Plinius etiã Iunior poſt quadraginta circiter annos in epiſtola ad Traianũ ſcribit, Chriſtianos ſolitos ante lucem conuenire, & carmen Chriſto quaſi Deo canere, vbi nullam facit muſici inſtrumenti mentionem. Et ita videtur hic locus ſatis explicatus.

Pſallere, quid & pſaltriæ. *Aug. to 8. in princip.*

Pſalm. 20. Iacob. vlt.

Plinii Iunioris de Chriſtianis teſtimonium

Benedicere quid.

Ad decimo loco dubium propoſitũ circa illa verba: *Caterùm ſi benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen ſuper tuam benedictionem?* conſtituenda eſt in primis litera, & deinde ſenſus depromendus. In primis verbum, benedixeris, Græcè eſt εὐλογῇς, quod benedicere, & gratias agere ſignificat. Et quod ait infra: Super tuã benedictionem, vel, tua actione gratiarum, Grçcè dicitur, ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ. Ac ſubdit; *Quoniam quid dicas, neſcit. Nam tu quidem bene gratias agis; ſed alter non ædificatur:* non eſt admodum perſpicuum quis ſit ille idiota, & qui implet locum idiotæ. Tertio difficilè eſt venari verbi εὐλογῶν ſignificationem: non enim dixit, Si benedixeris Deum; nec dixit, pani, aut vino, de quo ſupra dixerat: *Calix benedictionis cui benedictionis cui benedicimus*, vt certum aliquem ſenſum poſſemus apprehendere. Nam quod de aliqua benedictione, ſiue gratiarum actione publica in lingua incognita, & peregrina loquatur, quam idiota, aut eius locum implens non intelligat, certum eſt. Niſi enim Spiritus externam vocem indueret, & quam alius non intelligeret, ſignificaret ſpiritus gratiã, ſiue aliquod purè ſpirituale donum, non ſubiungeret; *Quomodò dicet, Amen, ſuper tuam benedictionem.*

De quibus differendum hoc loco.

His igitur poſitis, (quicquid alii ſentiant) intelligo hic eſſe ſermonem de Miſſę ſacrificio publicè lingua ignota celebrato, & cui aſſiſtentes ſoliti erant poſt verba Sacramẽ talia prolata ſuccinere, Amen. Et in primis id ex ipſis propriis vocibus oſtendo: nam verbo εὐλογῶν coniungit poſteà verbũ agendi gratias; ait enim: *Nam tu quidem benè gratias agis.* Deinde quia ait, *Quomodò dicet Amen; ſuper tua gratiarum actione?* at conſtat verba, quibus vtuntur Euangeliſtæ in perfectione cœnæ Dominicæ, non fuiſſe alia quam εὐλογεῖν, καὶ εὐχαριστεῖν, vt habes Mat. 26. Mar. 14. & Luc. 22. & Paulus 1. Cor. 11. & q̃ (quæſo) erat in Eccleſia alia gratiarũ actio, aut benedictio conſueta, & ad quã popul⁹ Chriſtianus fidelis confluere ſolitus eſſet, quã ſacroſanctæ Euchariſtiæ, quæ ab ipſa gratiarum actione nomẽ habet? Tertiò videtur Apoſtolus ad Eccleſiæ maiores hunc dirigere ſermonem: quẽadmodum quod ſuperius dixit de orante viro, vel prophetãte nõ velato capite, ad eoſdem maiores, vel Sacerdotes potiſſimũ ſpectabat, nõ ad populũ. Quartò, cõfirmatur hic ſenſus ex Apologetic. 2. Iuſtini martyris pro Chriſtianis in fine: *Atque in omnibus*, inquit, *quas offerimus oblationibus, benedicendo laudamus factorẽ omnium, per Filium eius Ieſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum: & Solis qui dicitur die, omnium, qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in eundem locũ conuentus fit: & commentaria Apoſtolorum, aut ſcripta Prophetarum, quoad tempus fit, leguntur. Deinde lectore quieſcente, præſidens orationem qua populum inſtruit, & ad imitationẽ tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc conſurgimus communiter omnes, & precationes profundimus: & ſicuti retulimus, precibus peracti panis offertur, & vinum, & aqua; & præpoſitus itidem quantum pro virili ſua poteſt, preces, & gratiarũ actiones fundit, & populus fauſtè acclamat dicens, Amen. Et diſtributio, communicatioq; fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ, cuique præſenti: abſentibus autem per Diaconos mittitur.* Hæc ille. Quis hic non videat de benedictione Euchariſtiæ, ſiue de Euchariſtico Miſſæ ſacrificio ſermonem eſſe? Quintò, vbinam populus fidelis ſolitus vnquam fuit ad alias gratiarum actiones, quàm illam quæ in Miſſa celebratur, ſuccinere, Amen? Certè ſi liturgias Grçcorũ conſulas, inuenies tam in Miſſa Iacobi Apoſtoli, & Clementis Romani, quã in illis quæ editæ ſunt à Magno Baſilio, & Chryſoſtomo, quòd vbi ſacerdos alta voce protuliſſet verba cõſecrationis tam poſt panis, quàm poſt vini benedictionẽ, populus acclamabat dicẽdo, Amẽ. Idem etiam confirmatur ex Leone, Auguſtino, Ambroſio, & aliis multis Patribus. Et quando aliquis lingua peregrina ſacrum faceret, erat aliquis deſignatus miniſter, qui ſicut Diaconus apud nos, ita ille ſuppleret locum idiotarum, & diceret pro eis, Amen.

Ad X. dub. Circa illud: Quomodo dicet, Amen, ſuper tuam benedictionem, Quam eſſe Euchariſticam probatur multis argumentis.

II Argum.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Euchariſtiæ nomen vnde. III. Argum.

1. Cor. 11.

IV. argum. *Iuſtin. to. 1.*

Chriſtianorum conſuetudo.

V. Argum.

Chryſ. 1 con. s. in fin.

B. Leo. Auguſtin. Ambroſ.

VI. Argum

Amen. Sexto etſi hic reuera ſermo ſit de cõcionatoribus habentibus ſermonem ad populum, aut de collationibus ſpiritualib. quales Prophetæ,& Scripturarum enarratores inter ſe habere ſolent, non autem de diuinis officiis; aut Miſſæ ſacrificio quod celebratur in Eccleſia, de quo ſuperius c.11. locutus eſt, cum dixit; *Conuenientibus vobis in vnum; iam non eſt Dominicam cœnam manducare*, vbi etiam eos reprehendit. *Vnuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum, & alius quidem eſurit; alius autem ebrius eſt.* Hoc tamen loco de conuentu ad myſterium Euchariſtiæ ex hypotheſi loquitur: *Si*, inquit, ſacrum celebraretur lingua incognita, idiotæ quomodo reſponderent, Amen? non indicabo tamen eum morem tunc aſſeruatum fuiſſe, ſed ex illo conſueto modo celebrandi Euchariſtiam, ſi omnino eſſet incognito idiomate celebratus, argumentatur contra concionatores, qui linguis incognitis ſine vtilitate prædicabant in Eccleſia, dono linguarum abutentes.

Seuerian.

Idiotas autem non vocat hoc loco Catechumenos, vt teſtatur quidam Seuerianus Græcus autor: quia Catechumeni nunquam ſoliti fuerunt Miſſæ ſacrificio aſſiſtere, vt docet Dionyſius Areopag. ſed per idiotas Paulus intelligit, vt teſtis eſt Chryſoſtomus, plebem, & populum, qui diſtinctus erat ab Eccleſiaſticis, & ita accipitur Actor. 4. de Petro & Ioanne cum dicitur: *Sacerdotes quod comperto quod homines eſſent ſine literis, & idiotæ, admirabantur.* Illiteratus enim merito dici poteſt, qui præter ſuam maternam nullam aliam linguam nouit.

Dio l. de Eccleſ. hie. c. 3. p. 2. Chryſ. hom. 35.

Qui ſint etiam idiotæ.

Quanquam idiotæ dici poſſent illi, qui nullo magiſtratu Eccleſiaſtico fungebantur: nam tales non dicebantur Idiotæ. Vnus ergo cum preces nuncuparet, & eius verba totus cœtus animo aſſequeretur; cũ ad finem ventum eſſet, ſuccinebant, Amen quæ vox Hebræa eſt ab eodem verbo deducta, à quo fides, quæ Hebraice dicitur emuna. Cuius duplex erat vſus, tum affirmãdo, pro qua Græci vertunt πεπιστωμένως, hoc eſt, certe, ſane, affirmanter: tum etiam in optando, & deſiderando. quæ à Septuaginta vertitur γένοιτο, id eſt, Fiat. Et in hoc ſenſu poſt verba Conſecrationis reſpondebant, Fiat.

Amen quę vox, vnde ducta, ad quid ſeruiat.

Ac ſubdit: *Nam tu quidem bene gratias agis ſed aliter non ædificatur.* Ne benedicentes pani, & calici dicerent; Ego quidem intelligo & gratias ago peregrina lingua; reſpondet tamen, Eccleſiam nullam inde deriuari ædificationem, cuius in primis ratio habenda erat. Nam omnia ad Eccleſiæ ædificationẽ exhortationem, & conſolationem fieri debebant, vt docet Apoſtolus. Ita vt nolit publicas vllas preces, aut Miſſas in Eccleſia celebrari, ignoto prorſus ſermone, qui non ſit Græcus Græcis, aut Hebræis, Hebræus, aut Latinis Latinus. Nam magna ex parte hæc idiomata ab his, qui ſunt eiuſdem linguæ, intelliguntur.

Loquens linguis in Eccleſia iuxta Apoſtolum, quid curare debeat.

Quod ſi obiicias hunc ſenſum pertinere ad Cantus Eccleſiaſticos, qui in Diuinis officiis, & Miſſa celebrantur: quod eſt contra cenſuram Pariſienſis Theologicæ facultatis ſuperius allatam; Reſpondendum eſt, quod vt ſuperius de orante lingua, aut canente, vel pſallente ignoto idiomate locutus eſt: ita etiam hoc loco de ſacrificio Miſſę lingua peregrina celebrando videtur eſſe ſermo: quæ vim magnam habet ad oſtẽdendum, ſermonem eſſe de benedictione, & gratiarum actione, quæ fit ad celebrandum ſacrum. Et huic ſoli ſolet Eccleſia tribuere miniſtrum, ſiue diaconum, qui reſpõdeat: & in illo ſuccini ab omnibus aſtantib. ſolebat, Amen, vt diximus.

Vt diuina officia, ita & ſanctum Miſſæ ſacrificium Apoſtolus quo velit ſermone celebrari.

Facul. Pariſ. ti. 19. de terminatio ſuarum propoſitio. 6.

Act. 4.

Illud etiam perpende, quod dicitur: *Qui implet locum idiotæ* (ita enim Græca habet lectio, pro, qui ſupplet, locum idiotæ) bifariã intelligi poſſe, vel vt interpres vertit: *Qui ſupplet locum idiotæ*, hoc eſt, loco eius reſpondet, quia idiotæ non intelligunt, ille vero fortaſſis intelligebat. Ita intellexerunt hũc locum gloſſa interlinearis, Haymo Primaſius interpretatur qui pro idiota, id eſt ignaro, reſpondet Amen, & D. Thomas & alij recentiores. Sed non videtur ſolidum, quia Græca phraſis id non admittit. Eſt enim ἀναπληρῶν τὸν τόπον, vbi τόπος, non accipitur pro vice, vel loco alterius, vt cum dicimus, Hic ſuſtinet locum illius. Pro qua voce Latina Græci autores tam ſacri, quam profani dicere ſolent ἀντὶ, vt 1. Machab. 9. *Surrexit Ionathas loco Iudæ*, &c. decimotertio. *Surrexit Simon loco Ionathæ fratris ſui* &c. 11. *Vt regnaret loco patris ſui*, &c. 14. *Summus ſacerdos loco eius?* vbi ſemper legitur, ἀντὶ τοῦ &c. debet ergo accipi: *Qui ſupplet locum idiotæ*, pro implet hoc eſt, qui ſedet inter idiotas, & vnus eſt ex illis; nam idiotæ, cum ſacrum celebraretur lingua cognita, ſolebant reſpondere. Vt ſenſus ſit, Quomodo dicet Amen, qui locũ idiotarum tenet, & idiotæ ſunt. Et ita intellexit Chryſoſtomus homil. 35. in hunc locum: *Non leue*, inquit, *incommodum eſt, ſi Amen plebeius dicere non poſſit.* Et rurſus idiotam ſiuè indoctum promiſcue plebem vocat. Nam etiam quando habent diaconum, qui pro eis reſpondeat, ſolent tacite laici qui aſtant, & conſentire diacono, idem repetẽdo quod ille dixit. ¶ Non negauerim tamen.

Primus ſẽſus dicti huius: Qui ſupplet locum idiotę

Haymo Epiſc. Primaſius.

D. Tho. lect. 3.

Alter probabilior.

Chryſ. t. 4.

Tertius ſenſus non ineptus.

hunc

hunc locum intelligi poſſe de eo, qui benedicit Deo, & laudibus eum celebrat coram populo de aliquo peculiari beneficio accepto. Senſus tamen prior mihi magis placet, & factis Eccleſiæ magis eſt conſonus.

Vndecimę ſolutio quæſtionis.

Cur Apoſtolus Corinthiis ſe præferat in dono linguarum I. ratio.

Ad vndecimum circa illud; Gratias ago Deo meo, quod omnium veſtrum lingua loquor. Græca habent cum comparatione: quod magis quam vos omnes lingua loquor. Hac autem expurgatione vtitur Paulus, non vt iactet ſe de cognitione linguarū, quod donum aliorum reſpectu tantopere deprimit ſed eo nomine tantum, ne odio, vel inuidia cauſam aduerſus linguas ſuſcepiſſe, ſuſpicentur, & vt linguarum imperitus parum faueret dono linguarū; cū tamē vulgus, & plebeij illa maxime admirentur, & extollant in quib. ipſi valent, aut florēt; cōtra ſectantes diuerſa cōtemnunt. Vnde ſeipſum proponit imitandum, quod in iis reb. quibus mirifice afflacbant, ſolam ædificationem reſpicere.

Paulifacūdia ſingularis. *Act.* 14. II. ratio cōtra Eraſmū

Quantum autem facundia in peregrina lingua præſtaret Paulus, docet Lucas, qui cap. 14. Actorum refert Lycaones Paulum vocaſſe Mercurium, quoniam ipſe erat dux verbi. Gloriatur idem de ſua linguarum cognitione ſuper alios, vt intelligerent omnes, in hoc ſibi magis præſcribere quam aliis: & vt hinc colligas temerarium Eraſmi iudicium, qui linguæ Græcæ inſcitiam Paulo tribuit, Hieronymi fretus autoritate; cuius tamen varium & inconſtans de hac re fuit iudicium? Interdum enim tradit, Paulum contempſiſſe facundiam Græcam, aut quod erat humilitatis diſſimulaſſe, vt in epiſtola ad Pammachium, & Marcellinum, quæ eſt Apologia in Ruffinum; interdum vero aſſerit, vere ignoraſſe linguam Græcam, vereque dixiſſet: *Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia*, vt in primum caput ad Titum docet, & ſuper caput primum ad Epheſios tribuit illi ſolœciſmos.

Loqui in lingua quid Apoſtolo teſte Bernardo. *Bern. paulo ante medium eius epiſtola.*

Ad illud vero dubium, quod ſubiunctū fuit: *Sed in Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam: quam decem millia verborum in lingua.* Reſpondeo, Bernardum de vita ſolitaria ad Fratres de Monte Dei ita legere; *Malo in Eccleſia quinque loqui verba ſenſu meo, quam decem millia verborum ſine intellectu.* Vbi pro eodem ſumpſit loqui in lingua, & loqui ſine intellectu. Et quia ponit notam comparationis μᾶλλον, (id eſt, quam) illud verbum Volo, Græcis eſt perinde, ac ſi dixiſſet. ¶ Et quanquam non deſint, qui per quinque verba intelligant quinque libros Moyſi, quos Iudæi lingua Hebræa vocant

Quomodo accipiēdum Volo quinque verba ſenſu meo loqui.

Chomar, & Græci πεντάτευχον, magis tamē placet, vt ſit quidam loquendi tropus, ac ſi diceret: Præſtat pauca, quæ tum ipſe, tum illi, qui audiunt, intelligant, quam immera fundere verba lingua incognita apud auditores, quia parum ædificabunt.

Quot genera linguarum Corinthi olim Pauli tempore.

Indicat etiam his verbis, multas linguas fuiſſe Corinthi, cum ibi eſſet numerus Epiſcoporum, vt quidam arbitrantur, quia diuerſorum idiomatum gentes regerent quibus proprij Epiſcopi, qui callerent eorum idiomata, poſiti erant: quemadmodum etiam Philippis ciuitati, quam ſalutat Apoſtolus cum Epiſcopis & Diaconibus, iuxta caput nonum Concilij Lateranenſis ſub Innoc. III. & habetur in ca. quoniam in pleriſque de officio ordinarij. Plures etiam linguæ Græcæ, vt communis, Attica, Ionica, Æolica ac Dorica, & fortaſſis aliæ linguæ peregrinæ, quæ Græcæ non erant. Nam hodie Romæ, Venetiis, & Neapoli, multæ, & peculiares linguæ reſonant, vt Hiſpanica, Germanica, Gallica, & Græca, quæ multis ſūt protſus incognitæ.

Philip. 1.

In quibus Italiæ vrbibus varia quoque ſint genera linguarum

Quare Apoſtolus dixerit. Quam decem millia verborum in lingua

Porro vanum, & curioſum eſſe videtur quærere, cur Apoſtolus dixerit, Decē millia verborum in lingua, & cur potius eum numerum, quam alterum produxerit. Sed vt quinque verba dixit pro paucis, ita decē millia pro multis: cum ſuperius in hac epiſtola dixerit: *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto: ſed non multos patres.* Vbi paucis parentibus oppoſuit decem millia, id eſt plures. Quemadmodum etiam Dominus meminit debitoris decem millium talentorum, cui opponit debitorem centū denariorum. Numerus enim millenarius decies multiplicatus, multitudinem & copiam magnam denotat, vt Latinis eſt Sexcenta: qua voce Latina vſus eſt Billius interpres Gregorij Nazianzeni in oratione 26. contra plagam grandinis in princip. vbi Gregor. producit hanc Pauli ſententiam.

1. Cor. 4.

Matt. 18

Ad duodecimum dubium. Corinth. Apoſtolus cur velit pueros non effici ſenſib.

Circa duodecimum, in id; *Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote. In lege enim ſcriptum eſt, Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic; &c.* dubium eſſe poſſet, cur pueris illos conferat; & an recte producat teſtimonium Scripturæ. Dicendum, Paulum arguere ſtultitiam Corinthiorum; qui res paruas, & fictitias demirantur, & ſectantur, magnas vero, pretioſas, & vtiles non ita. Monet ergo, vt pueriles animos deponant, & ad grandiora oculos attollant. Vt enim ætas quælibet ſuos habet gradus, ita religio per incrementa aſſurgit ad iuſtam ſtaturam.

Et ne quiſquam obiiceret, pueritiam

quan-

iisdem quare dicatur vt malitia paruuli ſint.
Math. 18.

quandoque laudari in ſacris literis, vt ibi; *Niſi efficiamini ſicut paruuli,*&c. hortatur iam vt pueri fiant in malitia,& iniquitate,& ſenſus, ſiue intelligentiæ pueritiam caueant. Quaſi diceret: Non ignoro, repuerаſcendum nobis eſſe; verum id ad innocentiā vitæ,& ſimplicitatem,non ad imperitiam referendum eſt. Quare imprudenter faciunt qui ſimplicitatem Chriſtianam conſtituūt in ignoratione donorum Dei,& inſcitia valoris,ac dignitatis cuiuſque doni, Paulus autem omnes fideles ſenſu,& intelligentia,id eſt, iudicio,& intellectu vult eſſe perfectos vt queant iudicare,loqui linguis ſine interpretatione plus obeſſe,quam prodeſſe. Vnde Petrus in fine poſterioris epiſtolæ ait: *Creſcite vero in gratia: & in cognitione Domini noſtri: & Saluatoris Ieſu Chriſti.*

Quomodo item ſēſib eſſe debebant perfecti.

Huius teſtimonij Eſaiæ: Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic, &c. variæ lectiones.
Eſai 28.
Secundum

Et vt quæ dixit de linguis, teſtimonio Scripturæ comprobet, ſubiungit: *In lege enim ſcriptum eſt, Quoniam in alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic: & nec ſic exaudient me, dicit Dominus.* Pro quibus verbis lectio Hieronymi habet: *In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum iſtum: cui dixit Dominus, Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium: & noluerunt audire.* At vero 70. Interpres habent, Διὰ φαυλισμὸν χειλέων, id eſt: *Propter irriſionem labiorum, & propter linguam alteram, quoniam loquetur populo huic, dicentes ei, Hæc requies eſurienti, & hæc contritio: & noluerunt audire.* Paulus vero habet. Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ᾽ οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος: quæ variæ lectiones vnum, & eundem ſenſum porrigunt. Sed tum Paulus, tum Septuaginta aliquid addunt, aut mutant ſine variatione ſenſus.

Tertium.

Cum illud Eſaiæ ſit, cur legis dicitur teſtimonium?
Ioan. 15.

Inprimis ergo expende, quod cum hæc verba ſint Eſaiæ; dicitur tamen à Paulo ſcripta in lege, quia Prophetæ, & libri omnes ſacri ad legem referebantur: quemadmodum etiam Pſalmi à Domino Lex dicuntur *Vt impleatur,* inquit, *ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt: Quia odio habuerunt me gratis.* Deinde perpende, quod quæ Propheta loquitur in tertia perſona de Apoſtolis, ſcilicet, Noluerunt audire, Paulus in prima perſona loquentem Deum inducit: *Et ne ſic exaudient me:* Nam quæ Prophetæ prius dixerant explicationis gratia, Paulus tranſtulit in perſonam Dei, Eodem enim ſpiritu præditi erant & Apoſtoli,& Prophetæ.

Quare Eſaias Apoſtolos, Paulus vero Deū ipſum ſic loquentē inducit.

Tertio videntur verba inuerſa: quia in Propheta præcedit, *In blæſis labijs,* & ſequitur, *in aliena lingua:* contra vero Paulus prius meminit linguæ alienæ,& peregrinæ, id eſt ignotæ, deinde meminit blæſorum labiorum. Sed hæc parui ſunt momenti, quia tranſpoſitio nihil addit, aut tollit ſententiæ cuius ſenſus idem ſemper remanet. Et labiorum vocem vſurpando, alludendo ad Moyſen; qui dixit; *Erat autem terra labij vnius, & ſermonum, eorundem.*

Verborum tranſpoſitio Scripturæ ſententiam non violet.

Labij vocabulum vnde ſumpſerit Apoſtolus.
Geneſ. 11.

Quarto, perſpice, Paulum reliquiſſe quæ intermedia ſunt, eo quod ad rem ſuam non facerent, vt ſæpe alias facere ſolet. Reliquit enim illud: *Cui dixit, Hæc eſt requies mea, reficite laſſum: & hoc eſt meum refrigerium.* Quanquam pro voce refrigerij Septuaginta dixerint, Hæc eſt requies eſurienti,& hæc contritio. ¶ Probat ergo Apoſtolus Scripturæ teſtimonio, linguas ſine interpretatione nō prodeſſe Eccleſiæ: quod ipſa dies Pentecoſtes ſatis declarat. Nam Apoſtolis prædicantibus,& varijs linguis loquentibus, quidam mirabantur,& ſtupebant, alij autem irridētes dicebant: *Quia muſto pleni ſunt,* & pauci crediderunt.

Cur idem non integrum attulerit teſtimonium Eſaiæ.
Eſai. 28.
Eccleſiæ eſſe inutile donum linguarum ſine interpretatione vnde manifeſtum.
Act. 2.

Quare teſtimonium Eſaiæ recte productum eſt à Paulo ad mentem Spiritus S. declarauit enim conſilium Domini in dono illo linguarum, Deum comminatum fuiſſe, breui Iudæos ab ipſo eſſe deſerendos, ſeque ad alias gentes profecturum: quod per Apoſtolos fecit, Ieſum Chriſtum Filiū Dei prædicari faciens, quem Iudæi occiderant. Sed nec hoc ſigno intellexerunt infideles Iudæi. Et linguarum donū, quatenus ſignū quoddā erat,& res admiratione digna, nō erat niſi pro infidelib. & his qui nōdum ad Chriſtum veniſſent: & pro quibuſcunque in fide. Prophetia autem data eſt pro infidelib. ad ædificationem, & conſolationem. Prophetia autem prodeſt fidelibus, eos inſtituens de cultu,& religione erga Deum obſeruanda.

Prædictū teſtimoniū In alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic, & euādo completū ſit. Ad decimam tertiam dubitationem.

Quomodo linguæ in ſignum ſunt infidelibus Prophetiæ autem fidelibus.

Et vt notauit Theophylactus, non dixit prophetiam inutilem eſſe infidelibus, quia per eam ſæpe arguuntur, & trahuntur ad Chriſtum. Vnde ſubiungit inferius: *Si autem omnes prophetent: intret autem quis infidelis conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt: & ita cadēs in faciē, adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis ſit.* Quod igitur de linguis aſſerit, iam de ſignis & miraculis omnib. intelligēdum eſt, quæ multo plus proſunt infidelibus, vt ad Fidem trahantur, quam fidelib. qui iā credūt. Vnde ſæpe inuenies apud Patres, hūc locum de linguis, & de miraculis promiſcue allegari. Linguarum enim vſus duplicē præbebat vtilitatem, alterā, vt Euāgelium per vniuerſum orbem cito inuulgaretur, ne hunc fructum linguarum diuerſitas retardaret; alteram vero præſtabant vtilitatē linguæ ad mouendos infideles, hoc

Ad quid vtilis prophetia etiam infidelibus.
Theophyl.

Dictum Apoſtoli: Linguæ in ſignum ſūt infidelibus de ſignis cur frequēter accipiāt ſancti Patres.

eſt,

Duplex bonum doni linguarum.

eſt, aut ad miraculi conſpectu perterrendos aut ſtupore percellendos, vt quoquomodo ad Euangelium ſuſcipiendum præparentur Fideles vero, qui iam Fidem ſuſceperant, non adeo linguis indigebant ad Chriſtum amplectendum.

Prophetia cur præſtaret dono linguarum.

Prophetia vero præſtabat, quia non ſolum fideles rectæ vitæ inſtitutis imbuebat, ſed etiam incredulos adiuuare poterat. Ideo linguarum donum obſoleuit & Prophetia tantum in Eccleſia remanſit.

Clem.Rom.

Lege quæſo Clementem Romanum l.8. Conſtit. Apoſtolic.c.1. vbi de his chariſmatibus Prophetiæ, & linguarum egregie, & Catholice loquitur. Et ita euacuatum eſt dubium decimotertio loco propoſitum.

Ad decimumquartum antequam reſpõdeamus, explicanda ſunt prius verba quæ præcedunt, nimirum: *Si ergo conueniat vniuerſa Eccleſia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, aut infideles, nonne dicent, Quid inſanitis?*

Modus argumentandi Paulo ſamiliaris.

Ab abſurdo, & inconuenienti argumentatur Apoſtolus, quo argumenti genere non infrequenter vtitur pro vna parte; & à conuenienti, & decoro ex parte contraria.

I ratio. Apoſtoli cur linguæ ſine interpretatione Eccleſiæ ſint inutiles.

Docet ergo, quod loqui linguis in Eccleſia ſine interpretatione, ſit res inutilis, & plus poſſet obeſſe, quam prodeſſe. Seruit enim ad contemptum verbi Dei, & miniſtrorum eius, & ad Eccleſiæ deſtructionem: quia ſi contingat ingredi infideles, vel imperitos idiotas, qui loquentes nihil intelligant, iudicabunt eos furere, & inſanire, maxime increduli, qui nihil capiũt. Et natura dictante, quæ non aſſequimur, ſolemus contemnere, & vilipendere.

Altera ratio.

Contra ex alia parte argumentatur à decoro, & vtilitate, dicens; *Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota; conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt: & ita cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis ſit.*

Propheta quid doceat in Eccleſia.

Cum ergo omnes prophetent, intellige vnum poſt alterum docere, & conſolari auditores, vt par eſt; & incipiat accuſare hominum mores corruptos, & ex ſacris literis corripere eos, vt veram pietatem agnoſcant, coguntur damnare ſuam ſuperſtitionem, ſuoſque impios mores deteſtari: & conſcij eorum vitiorum quæ ſermo diuinus execratur, audientes conuerſionem ad fidem Chriſti concipiũt, & ſe ipſos præparant.

Prophetia ſi data eſt fidelibus, infideles per eam quomodo conuincuntur

Nam etſi ſuperius dixerit prophetiam ad fideles pertinere, non negauit tamen quandoque fideles ædificari, atque in ſuſcepta fide corroborari: tanta eſt vis, & energia verborum Dei. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, vt alibi dixit, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Eſt enim infidelitas velut lethargus quidam, qui ſenſum adimit; ſed ſi verbum Dei, & prophetiam veluti lucernam admoueas, tunc incipiunt omnia clareſcere, aut defendere. Cogitantes vero, intelligentes ſibi negotiũ eſſe cum Deo, expalleſcunt, & ſerio tanguntur.

Hebr.4. Rom.2.

Idiotæ, vel infidelis in Eccleſiam intrantis occulta cordis eius vt manifeſta fiant.

Et declarans quid ſit coärgui, vel diiudicari, ſubdit: *Occulta enim cordis eius* (ſcilicet peccata, & vitia) *manifeſta fiunt*, id eſt innoteſcunt, & errores illuſtrantur. Vnde ſequitur: *Et ita cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis ſit.*

Hanc loquendi rationem à quo Paulus didicerit.

Dan.2.

In quibus verbis videtur alludere ad Danielis prophetæ verba ca. 2. Vt enim Nabuchodonoſor, poſtquam ſomnium ſuum, & interpretationem eius audiuit à Daniele, cecidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit: & hoſtias, & incenſum præcepit vt ſacrificarent ei. Et ait Danieli: *Vere Deus veſter, Deus deorum eſt, & Dominus Regum. reuelans myſteria: quoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramentum.* Ecce fructum boni prophetæ, ſiue boni prædicatoris.

Linguam prædicatoris à ſancto Spiritu dirigi ad audientium vtilitatem triplici docetur exemplo. Primum eſt B.Aug. Secundum exemplum S.Cęſarij Epiſcopi Arelatenſis.

Quem quo magis præcipere valeas, teſtatur B. Auguſtinus ſibi aliquando contigiſſe, cum ſermonem ad populum haberet, in Manichæis acriter inſectandis, & redarguendis præter mentem ſuam longam digreſſionem, & impræmeditatam habuiſſe: qua finita, Manichæum quendam illi concioni interfuiſſe, agnouit; & rationibus cõuictum, ad Fidem Catholicam rediiſſe. De S. Cæſario Arelatenſi Epiſcopo legimus, ita interdum Spiritum ſanctum prædicationem eius ad populum diſpoſuiſſe, vt omnium adſtantium viuum tangeret, & eorum conſcientias mirifice concuteret, non ſecus ac ſi eas prius ſibi aperuiſſent, aut præ manibus ipſe ſcriptas habuiſſet.

Tertium exemplũ ipſiuſmet autoris.

Sane de me ipſo interdum verbum Dei proponente idem teſtificari poſſum, vt graues, & acres vitiorum quorundam obiurgationes, & reprehenſiones, quas minime præmeditatus fueram, incogitanti mihi, & aliud agenti ſe ſe obtulerint, in quas vel nolens excurrere ſum coactus. Vnde vehementiori orationis affectu magnos aculeos in auditorum cordib. reliquiſſe me comperi, eoſque ad meliorem vitæ frugem pertraxiſſe: quã rẽ non niſi poſtea à fide dignis hominibus teſciui. Et longum eſſet eius rei vniuerſa exẽpla complecti. Sed hæc omnia Spiritui S. adſcribenda ſunt, qui pro ſua bonitate mouet corda, & ora prædicantium ad audientium ſalutem.

Cadere in faciem, quorum ſit tantummodo.

¶ Et electorum proprium eſt cadere in faciem, vt Dominus fecit in horto; & Pſalmiſta; Coram illo procident Aethiopes.

Matth.26 Pſalm. 71 Illud: Cũ

Sub-

conuenitis, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet, &c quomodo ſit accipiendũ.

Subdit Apoſtolus: *Quid ergo eſt fratres? cùm conuenitis, vnuſquiſq; veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſin habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.* Hoc erat igitur decimunquartum dubium, pro quo explicando, in primis vox illa, *Vnuſquiſque*, quæ Græcè dicitur ἕκαστος, planius, & proprius conuerſa fuiſſet, quiſquam, id eſt, alius quidem pſalmum habet, alius doctrinam, &c. ne quis ſimul putet omnib. illis donis quoslibet Corinthios fuiſſe præditos. Senſus ergo eſt: Quid ergo nobis eſt concludendum de hoc dono linguarum, & prophetia? Et primò tradit, vt in conuentibus publicis curent ædificationẽ, id eſt, quæ promoueant charitatem Dei, & charitatem proximi: nam per hanc geminã charitatem, & ædificamur ipſi, & ædificamus alios. Et loquitur ad maiores Corinthiorum, quorum erat alios verbo, & exemplo ædificare. Vnde ſacerdotes, & Phariſæi dicuntur ædificantes, qui reprobauerunt lapidem, Chriſtum.

Quam ædificationem Corinthii publico in conuentu curare debebãt, & qui maximè.

Matth. 21.

Ad decimum quartum dubium

Quid habere pſalmum, doctrinam, apocalypſin, linguã, interpretationemque.

Quinque aũt dona enumerat: pſalmum, ſiue quod idem eſt, Canticum à ſe compoſitum in Dei laudem, vel pſalmum exponit doctrinam, quam quis à Deo, vel ab Apoſtolo aliquo accepit ad inſtitutionem morum. Linguam, vocat donum linguarum: Reuelationem verò, vel apocalypſin, peculiarem aliquam rem per Spiritum ſanctum à Deo acceptam, quæ poſſet à peccato dehortari, vel ad virtutem amplectendam inflammare: Interpretationem, donum, aliquid ex alia lingua, vt Hebræa, vel Græca, explicandi, quod auditorib. eſſet ignotum.

Qui pſalmi Cãtica, Hymni, Gradualia, Tractus, & ſermones in Eccleſia legantur, ac decantentur contra Lutheranos.

Rurſus Hæretici hoc loco debacchantur contra Eccleſiam Catholicam, quod loco illorum quinque afflatuum, ſiue donorum pro aureis ærea, vt dici ſolet, in Eccleſia vẽditentur, vt quòd Hymnos dicamus, Sequentias, Gradualia, Tractus; quibus impudenter, & falsò aiunt tradi res fabuloſas, & ridiculas: & pro doctrinæ chariſmate ſermones Auguſtini, Ambroſii, Gregorii, Leonis, & Bedæ, denique aureas ſanctorum legendas. Sed iſti ſanè his verbis rabiem maledicentię ſuæ exaturant, & produnt. Nos enim in Eccleſia non alios Pſalmos quàm Dauidis cãtamus, quos in Eccleſia primitiua decantabant. Cãtica verò, non niſi quę in Scripturis inueniuntur; vt ſunt Cantica Moyſis, Eſaię, Habacuc, Cantica Canticorum, & ſimilia. Hymnos verò, vt plurimum à ſanctiſſimis, & eruditiſſimis Patribus editos, vt ab Ambroſio, Sedulio, Prudentio, Auguſtino, Gregorio, & Fortunato: Gradualia verò, & Tractus, nõ niſi ex ſacris literis, & præcipuè ex Pſalmis colliguntur. Sermones verò ex Patribus doctiſſimis, vt ex Ambroſio, Auguſtino, Baſilio, Hieronymo, quorũ doctrinam profitemur, & in illa gloriamur, & non in doctrina Apoſtatarum, quales fuerunt Martinus Lutherus, Bucerus, Oecolampadius, & alij permulti, qui non tantum à particularibus Religionibus, quas profitebantur, ſed etiam ab Eccleſia Catholica, & Fide orthodoxa defecerunt.

Hymnorum autores.

Chriſtianæ religionis inſignes Apoſtatæ.

Quod verò hæc omnia, & vitæ ſanctorum, vel Apoſtolorum, vel Virginum, & Doctorum, ex probatis, & antiquis Patribus, & Athanaſio, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, & ſimilibus, collectæ ſint, quis niſi ſponte cæcutire volens ignorare poſſit? Quòd autem hæc ædificationem promoueant, & fidei deuotionem concilient, & charitatis ignem in corde ſuccẽdant, & ad bonorum operum ſtudium inflammẽt, teſtantur fidelium corda, quæ auribus illa excipiunt, dum leguntur, & ſuauitate ſpiritus oblectantur, & lacrymas pro religione, & pietate auditorum excutiunt. Quare ſolidiora eſſe, & certiora, quæ nunc Eccleſia Dei legit, quàm quæ olim primitiui illi in cœtu proferebant, quidam euincere cõtendunt. Nam doctrina, & reuelationes, & alia quæ quiſque è ſuo pectoris penu depromebat; talia erant, in quibus poſſet ſubeſſe aliquid incerti, vel falſi. Vnde & Paulus inferius ait, prophetas docentes in cœtu, ab alijs prophetis eſſe iudicandos: nunc verò nõ niſi quæ vniuerſa Eccleſia obſeruat, & paſtores eius ſupremi approbant, & ædificationem vehementem promouent, in Eccleſia Dei, & traduntur, & leguntur.

E quib. fontibus hauſtæ vitæ ſanctorum.

His, & ſimilibus Chriſtianam fidem, & pietatem proxime promoueri.

Cur melior nunc Eccleſia, quam olim primitiuis Chriſtianis doctrina proponitur.

Ad decimumquintum in id; *Si lingua quis loquitur, ſecundum duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur, & Deo. Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri dijudicent.* Quibus in verbis Apoſtolus, quomodò in cœtu congregati agere debeant, vt auditores ædificent, docet. Ac primum igitur ſtatuit, vt cum quis lingua loquitur, ſcilicet peregrina, & incognita, fiat illud per binos, aut vt ſummum ternos, atque hoc viciſſim, ne ſimul dicentes cœtum confundant; ea tamen lege, vt adſit interpres, qui, quæ dicuntur, explicet.

Loquens linguis in Eccleſia, quid curare debebat.

Quomodo duo aut tres, & per partes loquerẽtur in Eccleſia.

Anſelmus, & Petrus Lombardus interpretãtur, in diuerſis partibus Eccleſiæ. Cõſuetudinem enim tunc fuiſſe aiunt, vt quando conueniebant in Eccleſia, vel in aliquo loco propter doctrinam, vt illi, qui ſcientiam linguarum acceperant, loquerentur, & alijs exponerent: quod fiebat in Eccleſia per catervas: in vna enim parte Eccleſiæ, erat quędam collectio, & in alia parte alia, &

Anſel. pa. 2. Petrus Lombard.

Altera opinio ſolidior.

vnaquæque pars ſuum habebat loquétem, & ſuum interpretem. Sed probabilius eſt, vt in vno loco id fieret, quia ait vt id fiat per partes, ſiue viciſſim, nõ ſimul, ſed vnus poſt alterum: ſine interprete autem in Eccleſia nullus ſit linguarum vſus. ¶Neq; verò Apoſtolus propriè aut pręcipit, aut vetat vti linguis in cœtu; ſed ſi quis vti velit, illum à ſe pręſcriptum ordinem ſeruet, vt vitetur cõfuſio, & Eccleſia ædificationem, & conſolationem accipiat. Linguis ſiquidem carere poteſt Eccleſia, ſine vllo incommodo, niſi quatenus adiumenta ſunt prophetiæ exponendæ, & populis enarrandæ, vt ſunt Hebraica, & Græca volumina, in quibus primùm libri Canonici ſcripti ſunt. Sed Paulus linguas permittit, aut potius cõcedit, ne videatur vllum Dei donum à cœtu fideliũ repellere, aut vllam Spiritus ſancti gratiam ab Eccleſia reijcere. Quòd ſi abſit interpres, prohibet ne quis lingua vtatur, etiamſi prophetiam, vel doctrinam, vel reuelationem, vel aliquid eiuſmodi diceret, quod interpretem requireret: aliqui frigeret Eccleſia, quia nullam inde vtilitatem reportaret. *Sed taceat*, inquit, *& ſibi loquatur, & Deo:* hoc eſt, vt dici ſolet, ſibi canat & muſis; quod ſignificat, Fruatur ſuo dono in ſua conſcientiâ, & in priuata domo, & Deo gratias agat.

Loquendi linguis in Eccleſia præceptum Apoſtoli, quatenus accipiendum.

Lingua loquẽs pręſente interprete cur tacere debebat.

Illud, Prophetæ autem duo, aut tres dicãt: quo ſenſu dicatur.

Cum verò ſubiungit: *Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri dijudicent*: explicandum eſt quò tendat. Superius enim perſcripſerat de dono linguarum, quomodo ſit in cœtu fidelium adminiſtrandum, ita nũc de dono prophetiæ loquitur, in quo modum, & regulam præſcribit. Cum verò de Prophetis ait: *Prophetæ duo, aut tres dicant*: intelligendum eſt viciſſim, & vnus poſt alterum; ne, ſi eodem tempore loquerentur, mutuò ſe impediant, & confuſio oriatur. Non tamen ad numerum præciſum adſtringit, vt cum de dono linguarũ agebat; minus enim periculi eſt, ſi omnes vacent prophetijs. Sed conſiderauit quid poſſet hominum imbecillitas. Quamobrem illo tempore mos erat, vt vnus aliquis concioné haberet, à quo populus per duas, vel tres horas in conuentu ſacro detineretur: nã eo tempore copia erat prophetarum. Dixerat enim Ioel; *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt.*

Cur non plures.

Ioel 2.
Act. 2.

Et cæteri, inquit, *dijudicent*. Hoc eſt, intelligant quid, & quam appoſitè, & quam piè ſingula quæq; ex Scripturis deprompta explicentur. Per cæteros auté, aut per reliquos intelligas, quo modo noſtri ſeculi hæretici interpretari ſolent, promiſcuam laicorum multitudiné: vel quoslibet plebeios Chriſtianos: quia iudicium ſacrarum literarum laicorum nunquã fuit, etiamſi magiſtratus, vel Regia poteſtate fungerentur, ſed Eccleſiaſticorum eſt, & maxime Epiſcoporum, & Doctorum, ac Prophetarum, & eorũ, qui inter alios hac poteſtate defunguntur. Sed per cæteros, intellige Prophetas, de quibus proximè locutus fuerat. Nec hoc eſt violenter exponere, ſed ſuauiter per tropũ illum ἀπὸ κοινοῦ, vel per figuram Zeugmatis. Ita enim Petrus lib.2. Diataxeon. ca.57. de Presbyteris, quos hic vocat Apoſtolus prophetas, verba faciens: *Deinde hortentur populum presbyteri, non omnes ſimul, ſed ſingulatim, & poſtremus omnium Epiſcopus, qui ſimilis eſt gubernatori nauis.* Ita ille, explicãs quod hic habetur. Prophetæ namq; etſi ſancti, & eruditi, non ſemper ex afflatu Spiritus, neque ſemper ex verbo Dei loquũtur. Vnde & Nathan propheta retractauit ſententiam ſuã de fabricando templo, apud regẽ Dauidem. Deinde etiam alio loco legimus, prophetã alteri prophetæ impoſuiſſe. ¶ Vtinam autem cuique Epiſcopo in Eccleſia ſua cõtingeret, vt multos prophetas ſecum haberent, vt iudicium ferre poſſent, num prædicatores iuxta Spiritum Dei prædicẽt, & Scripturas ſacras rectè, & Catholicè interpretẽtur. Ita enim fieret, vt non eſſet tantus hæreticorum prouentus, nec tanta errorum colluuies.

Ad decimum quintum dubium.
Cæteri quinã illi, qui diiudicare debent.

Primus ſenſus hæreticorum.

Alter verus & Catholicus.

Clem. Rom. iuxta verſionem D. F... ciſci T...

Prophetæ interdum ſpiritu, non diuino, prophetabantur.
2. Reg. 7.
3. Reg. 13.
Neceſſarij & vtiles prophetæ nunc quibus.

Subdit verò Apoſtolus: *Quod ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat.* Eueniebat nõ nunquam, vt quę dicebantur à prophetis, adiectione, vel explanatione, vel correctione indigerent: ideò facultas ei dabatur ex afflatu Spiritus, reſarciendi ea, quæ deerant. Ex reuelatione autem id fieri debebat, & non ex æmulatione, & contendendi ſtudio. Reuelationes autem erant repentinæ quibus illuſtrabantur Prophetæ. Et prophetantes ſtabant, audientes verò ſedebãt: quemadmodum hodie in Euangelij prędicatione apud nos contingit.

Quare ſi quid alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat præcipit.

Quatenus d... ncti deberet.

Ex hoc auté loco quidam ſuam inſignem comprobant arrogantiam, volentes etiam non miſſi à ſuperioribus prædicare, dicentes ſe à Deo reuelationem habere. Verumtamen hic locus nihil illis fauet: tum quia in illo primæuo Eccleſiæ feruore, qui illa dona habebant, omnibus patebant, & notiſſimi erant; at nunc illa chariſmata ceſſarunt: tum etiam, quia cuiq; hæretico promptum eſſet dicere, ſe à Deo aliquid reuelatum accepiſſe, & ita modo Eccleſiæ facilè peruerteretur: tum denique, quia eo tempore pro libertate nõ licebat præſumere, quia ſub certis erant cenſoribus, qui & audiendi, & dijudicandi poteſtatem habebant.

Nihil hunc ... cum Apoſtoli ... tion ... ſtant ... miſſi ad præd... ... cinant.

Vnde

Vnde & ſubdit: *Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare; vt omnes diſcant; & omnes exhortentur.* Vt omnes, inquit, diſcant, & omnes exhortationem accipiant, vt paſſiuè accipiatur, exhortentur, nimirùm ad amplectenda virtutum officia.

Quid eſt, Spiritus prophetarum prophetis non eſſe ſubiectos.

Et Spiritus, inquit, *prophetarum prophetis ſubiecti ſunt.* Spiritus Græcè dicitur πνεύματα plurali numero; ne quis obijceret, ſpiritum cogere ad loquendum, cùm ab Eccleſiâ tacere cogeretur, aut cum non eſſet illi locus datus docẽdi ſine turbatione Eccleſiæ: Reſpondet Apoſtolus, quòd Spiritus in hoc ſubijciuntur prophetis, vt cùm velit, illis vtantur, aut cum nolint, abſtineant, vt Eccleſia magis conducere iudicauerit. Eſt autem ſermo nõ de ipſo Spiritu ſancto, ſed de dono cuiq; dato, ſiue de chariſmate doctrinæ quam prædicat. Scriptum eſt enim; *Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint.* Nam ſi de Spiritu ſancto ſermo eſſet, non eſſet vſus plurali numero, ſed ſingulari, & cũ articulo dixiſſet, τὸ πνεῦμα. Prohibente ergo Epiſcopo, & cenſoribus, & alijs prophetis, & maximè ſummo, & primario Epiſcopo & propheta Romano Pontifice, liberum non eſt amplius cuiquam in Eccleſia loqui, etiam ſi maximè ſe Spiritu præditos eſſe pronuntient.

De Spiritu ſancto hunc locum accipi nõ poſſe.
Ioan. 1.

Vnde conſtet Deum non eſſe diſſenſionis, ſed pacis.

Et ſubdit cauſam: *Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis, ſicut & in omnibus Eccleſiis ſanctorum doceo.* Quaſi dicat: Deus non eſt ἀκαταστασίας, id eſt confuſionis, vel inordinatæ congregationis autor, nec ſolet turbas excitare in Eccleſia, vel quẽquam ab obedientia capitis ſui ſeparare. Poſtquã docuit, quomodò vtendum ſit dono linguarum, quæ peregrinæ ſunt, & ignotæ, nec niſi ipſe, vel alius interpretetur, eius vſum nõ eſſe vtilem ad ædificationem Eccleſiæ; iam ſubiungit, quibus cõueniat donum prophetiæ, & qui ſint ab illo dono excludẽdi, nimirũ mulieres, de quibus ait: *Mulieres in Eccleſiis taceant.* Ex quo apparet, quòd Corinthiorum mulieres prius non tacerent, ſed orarent, & canerent, & prophetarent, & de Scripturis, & fide diſſererent: pręterquam quòd non velato capite orarent, & licentioſius (vt ſunt nugaces) quàm ſuum deceret ſtatum, diſſimulantibus, vel gloriantibus eorum doctoribus, quòd eorum vxores de tam altis myſterijs in Eccleſia alios inſtituerent.

Quibus Apoſtolus deneget munus prophetandi.
1. Cor. 11.

Ad decimum ſextum dub.
Mulieres quæ docere non debent in Eccleſia, ſed tacere.

Occurrit verò dubium nõ contemnendum. Nam ca. 11. dixerat; *Omnis mulier orans, aut prophetans non velato capite; deturpat caput ſuum:* qui autem orat, aut prophetat in Eccleſia, certè nõ tacet. Reſponſio eſt, per mulieres hic intelligendas eſſe coniugatas, & nuptas, vt oſtendit litera Græca, quę habet: Mulieres veſtræ in Eccleſia taceant: αἱ γυναῖκες ὑμῶν. Probat etiam quod ex Geneſi producit: Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui: quod de Eua dictum eſt vxore Adæ. Tertiò probat quod ſubdit: Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent: ergo explicat illas fuiſſe coniugatas.

Geneſ. 3.

Quibus prophetare mulieribus ſed velato capite, ſuperius conceſſit Apoſtolus.
Exod 5.
1. Reg. 2.
Iudic. 5.
Luc. 1.

Quod igitur cap. 11. dixit de mulieribus prophetantibus, accipiendũ eſt de illis quæ ſunt in ſtatu virginali, vel viduali, quę caſtitatem obſeruant, tum quia ſexus ille nõ eſt priuatus dono prophetiæ, non tantùm in lege naturæ, vt cõſtat de Sibyllis, quę Chriſti myſteria præcinuerunt: ſed etiam in lege veteri, vbi Maria ſoror Moyſi, & Anna mater Samuelis Cantica publicè cecinerunt, ſicut & Debbora, & Holda prophetides, imò etiam in Euangelio, & lege Chriſti, vt Maria mater Domini, quæ magnificum, & diuinum illud Canticum in domo Zacharię cantauit, ſicut & Anna Phanuelis filia de Chriſto omnibus confitebatur, & quę longo tempore continentiã profeſſa erat; quia continentiam prophetia maximè conſequi ſolet: adeò vt Hieronym. lib. 1. aduerſus Iouin. tradat. Sibyllas merito virginitatis prophetiæ munus cõſecutas fuiſſe. Adde quod ex Ioele citat Petrus: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ.* Et his potes adiũgere quatuor virgines filias Philippi diaconi prophetantes. Deinde illud addimus, mulieres non poſſe ex officio hoc munus ordinariũ præſtare, & ſi quid eſſet reuelatum alicui peculiari, & in loco, nõ eſſet prohibenda, ſaltem ne ſuis mulieribus, & inter pares ſermonem haberet; vt in monaſterio ſacrarum virginum, aut ſecretò, aut priuatim virum aliquem inſtituendo, vt Priſcilla, & Aquila inſtituerunt Apollo, Act. 18.

Ibidem.
B. Hieronym. tom. 2 prope initium.
Act. 2.
Ioel 2.
Infra 21.
Mulieribus quatenus docere permittitur.
Act. 18.

Non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. Loqui enim in Eccleſia, munus eſt proprium Prælatorum, Doctorum, & ſuperiorum. Sed ſubditas eſſe viris ſuis propter diſciplinam, verecundiam, & modeſtiam, quæ illas ante omnia decent. Nec tantum excluduntur à munere docendi per illa verba: *Sub viri poteſtate eris*, ſed etiam ab omni poteſtate, & actu quærẽdi per modum diſputationis in conuentu publico virorum. Nam mulier quæ docet virum, in virum dominari poſſet, & cum facilè labi poſſet, cantaret, & recantaret quæ dixit, quia:

Loqui qui debeant in Eccleſia.
Geneſ. 3.

Quid quod mulieres domi interrogare viros ſuos Apoſtolus iubet.
Prima ratio, cur mulier virum ſuum docere non debet.

Varium, & mutabile ſemper
Fœmina.

Virg. lib 3. Æneid.

Mulieres enim cũ ſint modicò iudicio pręditæ, hęreſes ſæpè promouerent, vt ſæpè fecerunt. Et Eua prima volens diſputare cum

Altera.
Geneſ. 3.
1. Tim. 2.

Mulier docere quando poſſit.

ſophiſta dæmone, ſeducta in præuaricatione fuit. Aliud eſt, ſi cum parib. agat, & cum viris ſpiritualibus ſecretè in Eccleſia, & in confeſſione loquatur, ac de rebus ſpectantibus ad fructum ſpiritus, & vitã emendandam. Benè etiam docentes adoleſcentulas, vt prudentiam doceant, vt habetur ca. 2. ad Titum. Nam poſtquàm oſtendit eis vbi taceant, alibi eas docere permiſit, vt maritũ, vel domeſticos, filios, & filias; adeò, vt Abrahæ dictum ſit, vt vocem vxoris ſuæ audiret. Quare prudenter ſancitum fuit in Concilio IV. Carthaginẽſi, cui interfuit Auguſtinus, ca. 99. *Mulier quamuis docta, & ſancta, viros in conuentu docere non præſumat.*

Tit 2. *Geneſ 21.* *Concil. 4 Carthag Diſt 23. cap mulier.*

Quomodo mulieri turpe loqui in Eccleſia.

Subdit: *Turpe eſt enim mulieri, loqui in Eccleſia.* Docendo ſcilicet, & interrogando, ſicut conſuetudo erat in conuentu publico. Et turpe vocat illud quod dedecet, & min⁹ conuenire videtur. Non eſt tamen ita turpe, vt iure Diuino ſimpliciter interdicatur ei docere; ſed talis eſt actus, vt ſanctificari valeat, & honeſtari, vt ita poſſit in eo Papa diſpenſare, vt ſi quæ mulier magna præfulgeat ſanctitate, & ſapientia, & dono euelationum polleat, & ſpiritum habeat Propheticũ, vt fuit B. Catharina Senenſis, quę in conſiſtorio apud Pontificem, & Cardinales non ſemel ſermonẽ habuit. Turpe enim dici ſolet etiam id, quod minus decet: vt ſi aliquod membrum in corpore vellet alterius munus vſurpare, vt ſi ambulare vellet non pedibus, ſed manibus, aut ſcribere nõ manibus, ſed pedibus, vel ore; aut ſi vir vellet muliebri habitu veſtitus incedere, vel fœmina virili, quod interdum licere poſſet. Ita fœminæ docere, aut dominari in viros congruere poſſet, etiamſi in genere turpis ſit omnis γυναικοκρατία & Ariſtoteles in Politicis docet, per mulierem non benè regi ciuitatem. Olim tamen Romę permiſſum fuit, vt mulieres more aduocatorũ cauſas actitarent in foro: ſed cuiuſdam Caiæ Afraniæ proteruia factũ eſt, vt hoc illis in futurum interdiceretur: Quemadmodum etiam Lacedęmonij cùm mulieres ducerent in prælĩu, vbi viderunt illas eo tempore quo conſerendæ manus erant cũ hoſte, nimium pauidas, & formidoloſas, & amittendę victoriæ occaſionem præbere ſua trepidatione, publico decreto in futurum illas à militia excluſerunt.

Quando non ſit turpe. Turpe quid. *Philoſ lib. 1.* Mulieres quo pacto agerent cauſas, & cur poſtea deſierint. Mulieres Lacedæmonij cur deinceps à militia remouerint.

Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Occupatio eſt. A quo ergò diſcent mulieres, ſi illis non licet publicè prophetas interrogare, aut Doctores? Reſpondeo: Diſcãt à viris ſuis in domo propria, nõ autem in publico conuentu. Nihil enim magis accõmodati, ac minus ſuſpecti præceptores mulierum, quàm mariti, Nec hoc tamen verbo arceantur, vt non poſſint conſulere prophetas, ſi id priuatim fiat. Debent igitur viri de Scripturarũ dogmatis, & moribus idoneè erudiri, quò ſuas vxores inſtituere valeant: nam domum ſuarum Epiſcopos eſſe oportet ipſos patresfamilias, & de doctrina, & dilectione, & cæteris virtutum officijs illas inſtituere.

Mulieres à quibus diſcere debent ſecundum Apoſtolum. Quid erudiendum viris magiſtris.

Ad decimam & ſeptimam dubitationem circa illud; *An à vobis verbum Dei proceſſit? aut in vos ſolos peruenit?* Hoc dicit contra pertinaces, & proteruos Corinthios, qui ne moniti quidem volebant ſuos abuſus deſerere, & ſibi vltra modũ placebant, nec patiebantur ſe in re vlla reprehendi. Et acutè interrogat, an ſoli ſint, vel an primi ſint, an vltimi in mundo Chriſtiani? An à vobis primis verbi Dei prædicatio proceſſit, vt cæteri omnes ad veſtrum modum ſint cogendi, vt poſſitis nouas leges condere? Aut in vos ſolos peruenit, & non eſt in alios populos, & gentes, & in alias Eccleſias propagata doctrina Euangelica.

Ad decimam ſeptimã quæſtionem Quorſum illud, An à vobis verbũ Dei proceſſit, aut in vos ſolos peruenit.

Ex quibus verbis colligimus certam, & ſolidam iugulandi hęreſes, & nouas doctrinas rationem. Nullus enim poteſt dicere: Nos primi fuimus autores, aut ſoli, vt valeant in alios autoritatẽ ſibi vindicare. Quòd ſi in vos primos, aut in ſolos vos peruenit verbum Dei, vtique loco præceptorum, & magiſtrorum habendi eſſetis, & nos tanquam diſcipuli, & auditores veſtri habendi eſſemus. Sed certè nec primi vos, nec ſoli eſtis, quare nos à vobis non diſceſſimus, neque defecimus; ſed vos à nobis diſceſſiſtis, ac defeciſtis. Quando enim vnus ab altero æquali ſuo diſſidet, non magis hic ab illo, quã ille ab hoc diſceſſiſſe videri poteſt, nec rebellis, aut trãsfuga ab alio dici poteſt: ſed inferior qui à ſuo ſuperiori agnito, & habito deficit, & fidem promiſſam fallit, nec ſe gerit erga eum tanquam ad ſuperiorem ſuum, vt debet, ille profectò ſchiſmaticus, & deſertor vocari meritò poteſt. Non enim à Core, Datan, & Abiron defecerũt Moyſes, & Aaron, ſed è contrario illi ab iſtis, & conſequenter ab ipſo Deo ducente populum Iſrael per manum Moyſi & Aaron defecerunt. Quemadmodum & Eccleſia Græca quoties defecit à Romana, ſchiſma cõdidiſſe dicitur. Nam etſi Fides ab Oriente in Occidentem ſit allata; ob Beati tamẽ Petri Cathedram Romę ex voluntate Dei conſtitutam, Romana primas ſemper tenere cognita eſt. Totus enim Oriens & Græca ſemper ſedem Romanã conſuluit vt ſuperiorem, & quicquid eſſet in Fide decernendum, vel in morib. ſtatuendũ, vel in Epiſcopis creandis,

Quam rationem hæreſes ſtatuendas hæc verba Pauli continent. Lutherani à Catholicis contrà deſciſſe, atque generaliſe. *Numer. 16.* Orientalis Eccleſia quoties cunque ſuit ſchiſmatica.

dis,

dis, ſemper indiguit confirmatione Apoſtolica Romani Pontificis: nũquam autem aut dictum, aut ſcriptũ eſt, Romanam Eccleſiam deſeciſſe à Græca, quam vt ſuperiorem agnouit nunquam. Ita etiam in propoſito turbationis præſentis Occidentalis Eccleſiæ, Germani, & Angli, & alij omnes Hæretici, qui nouas Eccleſias condiderunt, rebellarunt quidem ipſi ac defecerunt ab Eccleſia Romana, nequaquam autem Romana ab ipſis. Nam ferè per ſexcentos annos, ex quo Germania nouit, ac coluit Chriſtũ, omnes coluerunt, & venerati ſunt Romanum Pontificem, tanquam vicarium caput Chriſti, tanquam rectorem, & paſtorem vniuerſalis Eccleſiæ, illique non minùs in fide, quàm in moribus, & præceptis Canonicis ad diſciplinam ſpectãtibus obedierunt. Quare noua eorum ſeparatio, & ſchiſma ab Eccleſia, inobedientes, & rebelles facit Eccleſiæ eorum matri, & magiſtræ. Non ſunt ergò Germani nec primi, nec ſoli in Eccleſia, vt putent ſibi licere omne quod volunt.

Eccleſia quoque Occidentalis Septentrionalium regionum, vnde ſchiſmatica comprobetur.

Quare Optat. libro ſecundo, in Parmenianum, Claues ait ſalutares contra portas inferorum accepiſſe Petrum principem, vt iã ſchiſmaticus eſſet, qui contra ſingularem (Petri ſcilicet) cathedram alteram collocaret. Hoc autem genus ſchiſmatis, & diſceſſionis ab Eccleſia Romana, vocat alio loco Apoſtolus præciſionem, & apoſtaſiam, vt ad Roman. 9. cum ait: *Fracti ſunt rami, vt & ego inſerar*: *Benè, propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas, &c.* apoſtaſiam verò, cum ait: *Niſi venerit diſceſſit* (Græcè ἀποστασία) *primùm*. Et 1. Timoth. 4. *Spiritus*, inquit, *manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à Fide, &c.* A Ioanne verò dicuntur ex nobis prodeſſe, cùm ait: *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.* Iudas deniim Apoſtolus ſeſe illos à nobis ſeparaſſe tradit: *Hi ſunt*, inquit, *qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.*

Optatus Epiſcopus. *Matth. 16.* Hæreticorum à fide Catholica defectionẽ Paulus, Ioannes, & S. Iudas Apoſtoli quibus nominibus exprimãt. *2. Theſſ. 2.* *1 Tim 4.* *1. Ioan. 2.* *Iudæ 19.*

Sequitur: *Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.* Facilè poterat Pauli doctrina, quòd à Deo eſſet, cõprobari, quam etiam lex vetus, & miracula, atque adeò ipſa ratio cõfirmabant: & tamen penes duo hominum genera hãc certam notitiam declarat. Primò, ſi aliquis fuerit propheta, quia is à Deo ſpiritualiter docetur; vel ſi fuerit homo ſpiritualis, quia facilè iudicat omnia, quia regulam habeat in ſe ipſo. Lumen enim charitatis docet ordinem, & quę decora ſunt, ab indecoris diſtinguit.

Prophetam, aut ſpiritualẽ Apoſtolus cur ſuam vult Domini doctrinam eſſe cognoſcere. *1. Cor. 2.*

Vocat autem Domini mandata, hos ritus, & præceptiones, de quibus nullum extat veſtigium in ſacris literis. Nam non eſſe inconueniens non vti linguis ſine interprete, ratio docet. Certè quod attinet ad mulieres, Scriptura docet, eas debere eſſe viris ſuis ſubditas: ordinem verò ſeruandum, ratio docet. Ritus verò eo tempore cõgruentes, etiam Domini mandata vocat iuxta illud; *Qui vos audit, me audit.*

Quænam illa Domini ſunt mandata, quæ Paulus inſinuat. *Luc. 10.*

Si quis autem ignorat, ignorabitur. Quòd ſi ignoratione laboret aliquis, cùm ſit craſſa, & ſupina, non excuſat, cùm vinci poſſit. Atque hanc lectionem agnoſcunt Hieronymus in commentariolis, & Ambroſius in hunc locum; ſi tamẽ eorum, quibus inſcribuntur, autorum prædicta Commentaria ſint veri fœtus. Diuus quoque Auguſtinus in Ioannem: *Si quis autem ignorat, ignorabitur.* Solidam profectò voluit eſſe ſcientiam ſpiritualium, vbi non ſola fide accommodaretur, ſed certa cognitio teneretur: atque hoc illi ea ipſa credebant, quæ ſpiritales inſuper agnoſcebant. Ignorabitur autem, ait, qui ignorat; quia nondum ei reuelatum eſt, vt quod credit ſciat.

Ad decimamoctauam, & vltimam dubitationem; Quomodo intelligendum: Si quis ignorat, ignorabitur. *Aug tract. 98 ſub initiũ t. 9* *B. Ambr. to 5.* *B Hieronym. tom. 9.*

Altera lectio, quæ hodie habetur in Græcis codicibus, eſt ἀγνοείτω, id eſt, ignoret: *Si quis*, inquit, *ignorat, ignoret.* Eſtque ſenſus: Cùm quis inter vos præditus eſt intelligentia, vt agnoſcat ea quæ dico, ab Spiritu Dei proficiſci, hæc noſtra obſeruet: qui verò ignarus eſt, ignarus eſto, id eſt, hanc ſuam agnoſcat ignorantiam, & non turbet Eccleſiam, ſed peritiorum iudicio acquieſcat. Vel ſi quis ignorat, gerat ſe admodũ ignorantis, nec ſe intromittat, vbi non eſt neceſſe, vt iudicet ſcilicet quæ neſciat, ſed ſequatur alios; qui ſunt velut principes, & duces talium, qui in ſimplicitate ſua quieti permanent.

Secunda ſolutio. Tertia ſolut.

Et imponens capiti coronidem, ſubdit epilogum totius capitis: *Itaque fratres æmulamini prophetare; & loqui linguis nolite prohibere.* Hæc ſunt duo capita præcipuè ſpectata hoc loco ab Apoſtolo. De modo verò ſubiungit: *Omnia autẽ honeſtè* (Græcè εὐσχημόνως, & κατὰ τάξιν) *& ſecundùm ordinem fiant in vobis.* Tum vt ordinatè omnia fiant in Eccleſia, quæ eſt terribilis, vt caſtrorum acies ordinata: tum vt quælibet perſona, & quælibet actio habeat quod ipſam deceat, atque ei decorum exiſtat. Quibus verbis traditionem regularum Eccleſiaſticarum, quæ Canones à Græcis vocantur, ſignificauit.

Præcipuum huius capitis argumentum Apoſtoli.

Omnia cur honeſtè, & ſecundum ordinem fieri in Corinthijs debebãt. *Cant. 6.*

DISPVTATIO XXIV.

In Apoſtoli verba: *Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini: qua ratione prædicauerim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis, &c.* vſque ad illud; *Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt?* Cap.15.

PERVENIT tandem Apoſtolus in hoc capite ad eam ænigmaticam partem, quam vltimo loco diſſerendam propoſuimus; nimirum de vniuerſalis reſurrectionis articulo ſyncerè, & verè eis ab Apoſtolo prædicato. Circa quem cum nonnulli cœpiſſent hæreſes ſerere, coactus fuit Apoſtolus illum retractare, ne tanti myſterij fides indiſcuſſa periclitaretur. In primis igitur dubium eſt de tam magnifico exordio, quo in hanc materiam ingreditur, & quorſum eo vſus ſit. Deinde quomodò Chriſti, & noſtrã reſurrectionem inter traditiones recenſet. Ait enim: *Tradidi enim vobis in primis quod & accepi.* Tertiò, cùm reſurrectionem Chriſti comprobet ex quibuſdam apparitionibus factis B. Petro, & Iacobo, & ſibi vltimo facta, & ex alijs, quæ non continentur in Euangelio, cur nõ meminit earum quæ in Euangelio legũtur; vt de illa facta mulieribus, & de illa diſcipulis euntibus Emmauntem, & de illa facta Thomæ: quę ſolidiſſima fuit probandi ratio: cur etiam non meminit illius factæ ſeptem diſcipulis ad mare Tiberiadis piſcantibus. Quartò circa illa verba: *Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit,* meritò ambigitur: videtur enim omnia gratiæ Dei tribuere Apoſtolus, & nihil libero arbitrio. Quintò dubium eſt, an illæ ſint bonæ argumentationes, & conſequentiæ. Prima: *Si Chriſtus prædicatur quòd reſurrexit à mortuis; quomodo quidam dicunt in vobis, quòd reſurrectio mortuorum non eſt?* quia non videtur efficax: poterat enim ſeipſum, & electos ſuos tantùm ſuſcitare, & nõ alios. Altera argumentatio eſt: *Si autem reſurrectio mortuorum non eſt: neq; Chriſtus reſurrexit:* vnde vim ſuã illa ſortiatur. Tertia conſequentia: *Si autẽ Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra;* & item: *Inuenimur autem & falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum.* Quarta illatio eſt: *Si mortui non reſurgunt, neq; Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhuc enim eſtis in peccatis veſtris.* Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. Quinta illatio Apoſtoli eſt: *Si in hac vita tantùm, in Chriſto ſperantes ſumus; miſerabiliores ſumus omnibus hominibus:* quàm valida ſcilicet ſit, & firma. Sextò dubitatur, quomodò Chriſtus reſurgens à mortuis, dicatur primitiæ dormientium: *Quoniam quidem per hominem mors; & per hominem reſurrectio mortuorum: & ſicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Septimo, quid eſt illud: *Vnusquiſque autem in ſuo ordine,* & quomodo ait, *Primitiæ dormientium,* nunquid qui Chriſti ſunt, diſtincti ſunt à Chriſto, aut poteſt caput à corpore ſuo ſeparari? Deinde quid eſt quod ait, *Deinde finis:* nam varias interpretationes accipit hoc verbum. Octauò dubiũ eſt, & quidem grauiſſimũ, quomodo euacuato omni principatu & poteſtate, & virtute, Chriſtus Deo, & Patri tradet regnum? an poteſt vnquam Chriſti regnum, & imperium habere finem, cùm Angelus Virgini dixerit; *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum & regni eius non erit finis.* Et confirmatur, quòd definet eius regnũ; quia oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus ſuis. Nonò in dubiũ reuocatur, quomodò nouiſſimè inimica eius deſtruetur mors; & quomodò probat ex Pſalmo. Decimò, & poſtremò, cum ait: *Tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus:* nam hoc verbum ſubiectionis magnam dedit occaſionem Arrianis Chriſti diuinitatem negandi. Dubium etiam eſt, quomodò ſit Deus omnia in omnibus; quó verbo videtur Apoſtolus infinita comprehendere.

Prima dubitatio. — Secunda. — Tertia. — Matth. vlt. Luc. 24. — Quarta. — Quinta. — Sexta. — Septima. — Octaua. — Luc. 1. — Nona. — Decima.

Ad primum, cum Apoſtolus ex ſermone de donis ſpiritualibus, & eorum vſu, & abuſu locutus fuiſſet, ad ſublimiorẽ de reſurrectione Chriſti materiam meritò nouo exordiolo ex abrupto, & cum vehementia Corinthios aggreditur, quia reſurrectio noſtræ fidei principiũ eſt. Et fortè eos peruaſerat impietas Hymenæi, & Phileti, qui dicebant reſurrectionẽ iam factam, & nullam aliam futuram. Vel erant inter eos forſitan nonnulli hoc delirio imbuti, & faſcinati, qui nihil de futura vita cogitarent. Et primò eos fratres vocat, vt excitet auditores, atq; eos attentos, & beneuolos reddat.

1 dub. diſſol. Quare Apoſtolus huius capitis initio reſurrectionis meminerit mortuorum. — 2. Tim. 2. — Corinthios fratres Paulus cur nominet.

Et cùm ait: *Notum vobis facio,* præſens eſt pro futuro. Et ſignificat ſe non propriè docere, quod antea incognitũ illis erat, ſed in memoriam reducere, quod antea à ſeipſo audierant. Ideò ſubdit: *Quod prædicaui vobis.* Si enim hunc articulum tam neceſſarium non

Articulus reſurrectionis mortuorum.

non prędicaſſet, quid ergo prædicaſſet illis Apoſtolus? Nam in hoc eſt ſalus, & integra noſtra fides, & ſpes conſiſtunt, cum fides ſit ſubſtantia rerum ſperandarum.

Quod accepiſtis. Non tantum auribus fidei, ſed ſignis, & ſanctis operibus comprobatum. *In quo & ſtatis*, vel, vt Græca habent, ſtetiſtis more Græco, vbi [Greek] ponitur pro præſenti: quaſi dicat: In eius certa fide perſeueraſtis: Stamus autem per fidem, iuxta illud: *Tu fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time.* ¶ *Per quod & ſaluamini.* Quia certiſſimum argumentum animæ immortalitatis, & corporeæ mortis per reſurrectionem abſorbendæ, & in perpetuum extinguendæ, eſt reſurrectio Chriſti. Vnde & in Symbolo Apoſtolorum poſt carnis reſurrectionem ſubiungitur; Et vitam æternam: & in Symbolo Niceno: Expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi, Amen. Et Euangelium vocat reſurrectionem, quia omnia deſiderabilia commoda, & fauſtiſſima bona nobis pollicetur, vt verè dictum ſit à Paulo, quod Euangelium ſit virtus Dei, in ſalutem omni credenti.

Qua ratione prædicauerim vobis ſi tenetis. Id eſt quo pacto, vel quo ſermone. Non enim confusè, ſed certa ratione prędicauit, vt paterfamilias, qui nouit quid, quomodo, & quo tempore, & quibus ſit prædicationis verbum diſtribuendum. Additq́; duas exceptiones, quę ſuos habent aculeos ad pungendum: altera eſt: *Si tenetis.* In quo notat leuitatem, aut fluxam memoriam eorum; altera: *Niſi fruſtra credidiſtis.* Fruſtra enim credit, qui non perſeuerat: inutiliter etiam nomen Chriſto dedit in Baptiſmo, non intelligens immerſionem, & emerſionem, quæ ſunt ſigna mortis, & reſurrectionis. Et hic notantur in genere omnes, qui parum attētè audiunt verbum Dei.

Ad ſecundum dubium dicendum: Vocat Apoſtolus fidem huius articuli, traditionem verbo, & facto in ſeipſo, & in alijs à Chriſto comprobatam, quemadmodum de Stephano obiectum fuit, eum dixiſſe, quòd Ieſus mutaturus eſſet traditiones quas tradidit illis Moyſes: & ſuperiùs ca. 11 Traditionem vocauit Cęnam Dominicam perſcriptam à tribus Euangeliſtis. Ita vt traditionis vocabulum omnia complectatur, quæ à Chriſto acceperant, ſiue ſcripta eſſent, ſiue non ſcripta. *Quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris.* Scilicet delendis. Satisfecit enim ſua morte pro nobis: & ad Roman. quarto: *Traditus eſt propter peccata noſtra*, ſcilicet delenda. Et addit: *Secundùm Scripturas.* Quia id prædixerat Eſaias cap. quinquageſimo tertio, & Dauid Pſalm. 129. & Daniel ca. 9. *Et quia ſepultus eſt.* In ſepultura melius exprimitur mortis Chriſti veritas, & aſſeritur contra Manichæos verum corpus habuiſſe, non imaginarium, ſeu phantaſticum: & quod ad myſterium attinet, etſi mortuum ſit peccatum, adhuc tamen remanet cadauer, ſiue corpus, & caro peccati, à quo ſe liberari optabat Apoſtolus, cùm dicebat. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* quod dictum eſt in perſona hominis per Chriſtum renouati.

Subdit: *Et quia reſurrexit tertia die, ſecundùm Scripturas.* Secundùm quas impoſſibile erat teneri eum doloribus inferni, vel mortis. Ecce enim myſterium mortis, & reſurrectionis, & certiſſimum ſignum, quod mors non obtinuit in eum imperium propter aliquod illius peccatum, ſed propter noſtrum tantùm. Vnde oportuit Chriſtum pati, & mori, & reſurgendo intrare in gloriam ſuam, vt nos peccato moreremur, & poſteà Deo viueremus, per illum tamen.

Ad tertium: Probauit hactenus Scripturarum teſtimonijs mortem, ſepulturam, & reſurrectionem Domini: nunc autem fide dignorum teſtimonio, quorum quidam adhuc ſuperſtites erant, quidam verò obdormierant, idem docet, & comprobat. Ac primum quidem locum dedit verbo Dei, & Euangelio, ac diuinæ reuelationi; Deinde teſtimonia fidelium hominum producit. In teſtibus autem grauis autoritas requiritur, quæ à dignitate, & vitæ probitate conciliatur: ideò Petrum Apoſtolorum principem, deinde Iacobum & alios Apoſtolos, qui non fuerunt auriti tantum teſtes, ſed etiam res ipſas proprijs oculis conſpexerunt, & manibus proprijs contrectauerunt, Apoſtolus produxit.

Conſultò autem B. Lucas apparitionem factam mulieribus tam in proprio ſuo Euangelio prætermiſit, quàm in Actis: quia ſcribebat ad Gentes, apud quas mulierum teſtimonium non eſt admodum ſolidum, imò interdum autoritatem eleuat: quia facilè decipi poſſent. Eadem ratione id Paulus ſuppreſſit, ſcribens ad Corinthios, qui Gentiles erant. Et vt annotauit Hieronymus in libr. de Scriptoribus Eccleſ. quidam ſuſpicantur, quotieſcunque in epiſtolis ſuis Paulus dicit: *Iuxta Euangelium meum*, de Lucæ ſignificare volumine. Quare hoc teſtimonium mulierum tam Lucas, quam Paulus prætermiſerūt. Quādo enim aliquid certis, & indubitatis teſtibus comprobatur, nō opus eſt adhibere probabilia teſtimonia quæ in iudicio fidem non faciunt. Apparitionem tamē factam Petro enarrauit Luc.

[Left margin notes:]
...uanti ponderis & momen...
Heb. 11.
...orinthii illū ...rticulum vn... ...cceperant à ...aulo: in eoq; ...uomodo ad... ...uc ſtabant.
...om 11.
...uare per il... ...am etiam ſ... ...a b antu...
...eſurrectio ...ur dicitur E... ...angelium ab ...poſtolo.
Rom. 1.
...llud Euange... ...ium Corin... ...hus qua rati... ...one prædica... ...erit.
His verbis: Si ...tenetis, niſi fruſtra credidi... ...ſtis, idem quos ...notet Apoſto... ...lus.
II quæſt. ſol. Dominica reſurrectio, cum Scripturis con... ...ſtet, quare tra... ...ditio nomine... ...tur.
Act 7.
1 Cor. 11.
Rom. 4.
Quare Chriſtus mortuus dicitur ſecundum Scripturas.
Eſai 53.
Pſalm. 129.

[Right margin notes:]
Daniel. 9.
Sepulturæ Chriſti myſterium, contra Manichæos.
Rom. 7.
Cur etiam Chriſtus reſurrexerit ſecundum Scripturas
Act. 2.
Luc. vlt.
III. dub. diſſoluitur. Quibusnam teſtimonijs Apoſtolus cōprobet Domini reſurrectionem.
Teſtes qui fide digni habeantur.
1. Ioan. 1.
Cur Paulus mulierum de reſurrectione Domini teſtimonia prætermiſerit.
Hiero. in verbo, Lucas, 1.1.
Superuacanea ad rei alicuius euidentiam teſtimonia quæ ſint.
Luc. vlt.

hunc locum intellige poſſe de eo, qui benedicit Deo, & laudibus eum celebrat coram populo de aliquo peculiari beneficio accepto. Senſus tamen prior mihi magis placet, & factis Eccleſiæ magis eſt conſonus.

Vndecimę ſolutio quæſtionis.

Cur Apoſtolus Corinthiis ſe præferat in dono linguarum I. ratio.

Ad vndecimum circa illud; Gratias ago Deo meo, quod omnium veſtrum lingua loquor. Græca habent cum comparatione: quod magis quam vos omnes lingua loquor. Hac autem expurgatione vtitur Paulus, non vt iactet ſe de cognitione linguarũ, quod donum aliorum reſpectu tantopere deprimit ſed eo nomine tantum, ne odio, vel inuidia cauſam aduerſus linguas ſuſcepiſſe, ſuſpicentur, & vt linguarum imperitus parum faueret dono linguarũ; cũ tamẽ vulgus, & plebeij illa maxime admirẽtur, & extollant in quib. ipſi valent, aut florẽt; cõtra ſectantes diuerſa cõtemnunt. Vnde ſeipſum proponit imitandum, quod in iis reb. quibus mirifice affligebant, ſolam ædificationem reſpiceret.

Pauli facũdia ſingularis. *Act. 14.* II. ratio cõtra Eraſmũ

Quantum autem facundia in peregrina lingua præſtaret Paulus, docet Lucas, qui cap. 14. Actorum refert Lycaones Paulum vocaſſe Mercurium, quoniam ipſe erat dux verbi. Gloriatur idem de ſua linguarum cognitione ſuper alios, vt intelligerent omnes, in hoc ſibi magis præſcribere quam aliis: & vt hinc colligas temerarium Eraſmi iudicium, qui linguæ Græcæ inſcitiam Paulo tribuit, Hieronymi fretus authoritate; cuius tamen varium & inconſtans de hac re fuit iudicium? Interdum enim tradit, Paulum contempſiſſe facundiam Græcam, aut quod erat humilitatis diſſimulaſſe, vt in epiſtola ad Pammachium, & Marcellinum, quæ eſt Apologia in Ruffinum; interdum vero aſſerit, vere ignoraſſe linguam Græcam, vereque dixiſſet: *Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia*, vt in primum caput ad Titum docet, & ſuper caput primum ad Epheſios tribuit illi ſolœciſmos.

Loqui in lingua quid Apoſtolo teſte Bernardo. *Bern. paulo ante medium eius epiſtola.*

Ad illud vero dubium, quod ſubiunctũ fuit: *Sed in Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam: quam decem millia verborum in lingua.* Reſpondeo, Bernardum de vita ſolitaria ad Fratres de Monte Dei ita legere; *Malo in Eccleſia quinque loqui verba ſenſu meo, quam decem millia verborum ſine intellectu.* Vbi pro eodem ſumpſit loqui in lingua, & loqui ſine intellectu. Et quia ponit notam comparationis μᾶλλον, (id eſt, quam) illud verbum Volo, Græcis eſt perinde, ac ſi dixiſſet. ¶Et quanquam non deſint, qui per quinque verba intelligant quinque libros Moyſi, quos Iudæi lingua Hebræa vocant Chomar, & Græci πεντάτευχον, magis tamẽ placet, vt ſit quidam loquendi tropus, ac ſi diceret: Præſtat pauca, quæ tum ipſe, tum illi, qui audiunt, intelligant, quam innumera fundere verba lingua incognita apud auditores, quia parum ædificabunt.

Quomodo accipiẽdum Volo quinque verba ſenſu meo loqui.

Quot genera linguarum Corinthi olim Pauli tempore.

Indicat etiam his verbis, multas linguas fuiſſe Corinthi, cum ibi eſſet numerus Epiſcoporum, vt quidam arbitrantur, quia diuerſorum idiomatum gentes regerent quibus proprij Epiſcopi, qui callerent eorum idiomata, poſiti erant: quemadmodum etiam Philippis ciuitati, quam ſalutat Apoſtolus cum Epiſcopis & Diaconibus, iuxta caput nonum Concilij Lateranenſis ſub Innoc. III. & habetur in ca. quoniam in pleriſque de officio ordinarij. Plures etiam linguæ Græcæ, vt communis, Attica, Ionica, Æolica ac Dorica, & fortaſſis aliæ linguæ peregrinæ, quæ Græcæ non erant. Nam hodie Romæ, Venetiis, & Neapoli, multæ, & peculiares linguæ reſonant, vt Hiſpanica, Germanica, Gallica, & Græca, quæ multis sũt prorſus incognitæ.

Philip. 1.

In quibus Italiæ vrbibus varia quoque ſint genera linguarum

Quare Apoſtolus dixerit. Quam decem millia verborum in lingua.

Porro vanum, & curioſum eſſe videtur quærere, cur Apoſtolus dixerit, Decẽ millia verborum in lingua, & cur potius eum numerum, quam alterum produxerit. Sed vt quinque verba dixit pro paucis, ita decẽ millia pro multis: cum ſuperius in hac epiſtola dixerit: *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto: ſed non multos patres.* Vbi paucis parentibus oppoſuit decem millia, id eſt plures. Quemadmodum etiam Dominus meminit debitoris decem millium talentorum, cui opponit debitorem centũ denariorum. Numerus enim millenarius decies multiplicatus, multitudinem & copiam magnam denotat, vt Latinis eſt Sexcenta: qua voce Latina vſus eſt Billius interpres Gregorij Nazianzeni in oratione 26. contra plagam grandinis in princip. vbi Gregor. producit hanc Pauli ſententiam.

1. Cor. 4.

Matt. 18

Ad duodecimum dubium. Corinth. Apoſtolus cur velit pueros non effici ſenſib.

Circa duodecimum, in id; *Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote. In lege enim ſcriptum eſt, Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic; &c.* dubium eſſe poſſet, cur pueritis illos conferat; & an recte producat teſtimonium Scripturæ. Dicendum, Paulum arguere ſtultitiam Corinthiorum; qui res paruas, & fictitias demirantur, & ſectantur, magnas vero, pretioſas, & vtiles non ita Monet ergo, vt pueriles animos deponant, & ad grandiora oculos attollant. Vt enim ætas quælibet ſuos habet gradus, ita religio per incrementa aſſurgit ad iuſtam ſtaturam.

Et ne quiſquam obiiceret, pueritiam

quan-

Iiſdem quare dicatur vt malitia paruuli ſint.

Match. 13.

quandoque laudari in ſacris literis, vt ibi; *Niſi efficiamini ſicut paruuli,*&c. hortatur iam vt pueri fiant in malitia,& iniquitate,& ſenſus, ſiue intelligent æ pueritiam caueant. Quaſi diceret: Non ignoro, repueraſcendum nobis eſſe; verum id ad innocentiá vitæ,& ſimplicitatem,non ad imperitiam referendum eſt. Quare imprudenter faciunt qui ſimplicitatem Chriſtianam conſtituūt in ignoratione donorum Dei,& inſcitia valoris,ac dignitatis cuiuſque doni,Paulus autem omnes fideles ſenſu,& intelligentia,id eſt,iudicio,& intellectu vult eſſe perfectos vt queant iudicare,loqui linguis ſine interpretatione plus obeſſe,quam prodeſſe. Vnde Petrus in fine poſterioris epiſtolæ ait: *Creſcite vero in gratia: & in cognitione Domini noſtri: & Saluatoris Ieſu Chriſti.*

Quomodo item ſeſib eſſe debebant perfecti.

Huius teſtimonij Eſaiæ: Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic, &c. variæ lectiones.

Eſai 28.

Et vt quæ dixit de linguis, teſtimonio Scripturæ comprobet, ſubiungit: *In lege enim ſcriptum eſt, Quoniam in alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic: & nec ſic exaudient me, dicit Dominus.* Pro quibus verbis lectio Hieronymi habet: *In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum iſtum: cui dixit Dominus, Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium: & noluerunt audire.* At vero 70. Interpres habent, Διὰ φαυλισμὸν χειλέων, id eſt: *Propter irriſionem labiorum, & propter linguam alteram, quoniam loquetur populo huic, dicentes ei, Hæc requies eſurienti, & hæc contritio: & noluerunt audire.* Paulus vero habet. Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ᾽ οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος: quæ variæ lectiones vnum, & eundem ſenſum porrigunt. Sed tum Paulus, tum Septuaginta aliquid addunt, aut mutant ſine variatione ſenſus.

Secundum

Tertium.

Cum illud Eſaiæ ſit, cur legis dicitur teſtimonium?

*Ioan.*15.

In primis ergo expende, quod cum hæc verba ſint Eſaiæ; dicitur tamen à Paulo ſcripta in lege, quia Prophetæ, & libri omnes ſacri ad legem referebantur: quemadmodum etiam Pſalmi à Domino Lex dicuntur *Vt impleatur*, inquit, *ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt: Quia odio habuerunt me gratis.* Deinde perpende, quod quæ Propheta loquitur in tertia perſona de Apoſtolis, ſcilicet, Noluerunt audire, Paulus in prima perſona loquentem Deum inducit: *Et ne ſic exaudirent me:* Nam quæ Prophetæ prius dixerant explicationis gratia, Paulus transtulit in perſonam Dei, Eodem enim ſpiritu præditi erant & Apoſtoli, & Prophetæ.

Quare Eſaias Apoſtolos, Paulus vero Deū ipſum ſic loquentē inducit.

Verborum tranſpoſitio Scripturæ ſententiam non violet.

Tertio videntur verba inuerſa: quia in Propheta præcedit, *In blæſis labijs*, & ſequitur, *in aliena lingua*: contra vero Paulus prius meminit linguæ alienæ, & peregrinæ, id eſt ignotæ, deinde meminit blæſorum labiorum. Sed hæc parui ſunt momenti, quia tranſpoſitio nihil addit, aut tollit ſententiæ cuius ſenſus idem ſemper remanet. Et labiorum vocem vſurpando, alludendo ad Moyſen; qui dixit; *Erat autem terra labij vnius, & ſermonum, eorundem.*

Labij vocabulum vnde ſumpſerit Apoſtolus.

Geneſ. 11.

Quarto, perſpice, Paulum reliquiſſe quæ intermedia ſunt, eo quod ad rem ſuam non facerent, vt ſæpe alias facere ſolet. Reliquit enim illud: *Cui dixit, Hæc eſt requies mea, reficite laſſum: & hoc eſt meum refrigerium.* Quanquam pro voce refrigerij Septuaginta dixerint, Hæc eſt requies eſurienti, & hæc contritio. ¶ Probat ergo Apoſtolus Scripturæ teſtimonio, linguas ſine interpretatione nō prodeſſe Eccleſiæ: quod ipſa dies Pentecoſtes ſatis declarat. Nam Apoſtolis prædicantibus, & varijs linguis loquentibus, quidam mirabantur, & ſtupebant, alij autem irridētes dicebant: *Quia muſto pleni ſunt*, & pauci crediderunt.

Cur idem non integrum attulerit teſtimonium Eſaiæ.

Eſai. 28.

Eccleſiæ eſſe inutile donum linguarum ſine interpretatione vnde manifeſtum.

Act. 2.

Quare teſtimonium Eſaiæ recte productum eſt à Paulo ad mentem Spiritus S. declarauit enim conſilium Domini in dono illo linguarum, Deum comminatum fuiſſe, breui Iudæos ab ipſo eſſe deſerendos, ſeque ad alias gentes profecturum: quod per Apoſtolos fecit, Ieſum Chriſtum Filiū Dei prædicari faciens, quem Iudæi occiderant. Sed nec hoc ſigno intellexerunt infideles Iudæi. Et linguarum donū, quatenus ſignū quoddā erat, & res admiratione digna, nō erat niſi pro infidelib. & his qui nōdum ad Chriſtum veniſſent: & pro quibuſcunque in fide. Prophetia autem data eſt pro infidelib. ad ædificationem, & conſolationem. Prophetia autem prodeſt fidelibus, eos inſtituens de cultu, & religione erga Deum obſeruanda.

Prædictū teſtimoniū In alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic, &c. duando completū ſit. Ad decimam tertiam dubitationem.

Quomodo linguæ in ſignum ſunt infidelibus Prophetiæ autem fidelibus.

Et vt notauit Theophylactus, non dixit prophetiam inutilem eſſe infidelibus, quia per eam ſæpe arguuntur, & trahuntur ad Chriſtum. Vnde ſubiungit inferius: *Si autem omnes prophetent: intret autem quis infidelis conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt: & ita cadēs in faciē, adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis ſit.* Quod igitur de linguis aſſerit, iam de ſignis & miraculis omnib. intelligendum eſt, quæ multo plus proſunt infidelibus, vt ad Fidem trahantur, quam fidelib. qui iā credūt. Vnde ſæpe inuenies apud Patres, hūc locum de linguis, & de miraculis promiſcue allegari. Linguarum enim vſus duplicē præbebat vtilitatem, alterā, vt Euāgelium per vniuerſum orbem cito inuulgaretur, ne hunc fructum linguarum diuerſitas retardaret; alteram vero præſtabant vtilita è linguæ ad mouendos infideles, hoc

Ad quid vtilis prophetia etiam infidelibus.

Theophyl.

Dictum Apoſtoli: Linguæ in ſignum ſūt infidelibus de ſignis cur frequēter accipiāt ſancti Patres.

eſt,

Duplex bonum doni linguarum.

eſt, aut ad miraculi conſpectu perterrendos aut ſtupore percellendos, vt quoquomodo ad Euangelium ſuſcipiendum præparentur Fideles vero, qui iam Fidem ſuſceperant, non adeo linguis indigebant ad Chriſtum amplectendum. Prophetia vero præſtabat, quia non ſolum fideles rectæ vitæ inſtitutis imbuebat, ſed etiam in credulos adiuuare poterat. Ideo linguarum donum obſoleuit & Prophetia tantum in Eccleſia remanſit. Lege quæſo Clementem Romanum l.8. Conſtit. Apoſtolic. c.1. vbi de his chriſmatibus Prophetiæ, & linguarum egregie, & Catholice loquitur. Et ita euacuatum eſt dubium decimotertio loco propoſitum.

Prophetia cur præſtaret dono linguarum.

Clem. Rom.

Ad decimumquartum antequam reſpondeamus, explicanda ſunt prius verba quæ præcedunt, nimirum: *Si ergo conueniat vniuerſa Eccleſia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, aut infideles, nonne dicent, Quid inſanitis?* Ab abſurdo, & inconuenienti argumentatur Apoſtolus, quo argumenti genere non infrequenter vtitur pro vna parte; & à conuenienti, & decoro ex parte contraria. Docet ergo, quod loqui linguis in Eccleſia ſine interpretatione, ſit res inutilis, & plus poſſet obeſſe, quam prodeſſe. Seruit enim ad contemptum verbi Dei, & miniſtrorum eius, & ad Eccleſiæ deſtructionem: quia ſi contingat ingredi infideles, vel imperitos idiotas, qui loquentes nihil intelligant, iudicabunt eos furere, & inſanire, maxime increduli, qui nihil capiūt Et natura dictante, quæ non aſſequimur, ſolemus contemnere, & vilipendere.

Modus argumentandi Paulo familiaris.

I ratio. Apoſtoli cur linguæ ſine interpretatione Eccleſiæ ſint inutiles.

Contra ex alia parte argumentatur à decoro, & vtilitate, dicens; *Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota; conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt: & ita cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis ſit.* Cum ergo omnes prophetent, intellige vnum poſt alterum docere, & conſolari auditores, vt par eſt; & incipiat accuſare hominum mores corruptos, & ex ſacris literis corripere eos, vt veram pietatem agnoſcant, coguntur damnare ſuam ſuperſtitionem, ſuoſque impios mores deteſtari: & conſcij eorum vitiorum quæ ſermo diuinus execratur, audientes conuerſionem ad fidem Chriſti concipiūt, & ſe ipſos præparant. Nam etſi ſuperius dixerit prophetiam ad fideles pertinere, non negauit tamen quandoque fideles ædificari, atque in ſuſcepta fide corroborari: tanta eſt vis, & energia verborum Dei. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, vt alibi dixit, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Eſt enim infidelitas velut lethargus quidam, qui ſenſum adimit; ſed ſi verbum Dei, & prophetiam veluti lucernam admoueas, tunc incipiunt omnia clareſcere, aut defendere. Cogitantes vero, intelligentes ſibi negotiū eſſe cum Deo, expalleſcunt, & ſerio tanguntur.

Altera ratio.

Propheta quid doceat in Eccleſia.

Prophetia ſi data eſt fidelibus, infideles per eam quomodo conuincuntur

Hebr. 4. Rom. 2.

Et declarans quid ſit coargui, vel diiudicari, ſubdit: *Occulta enim cordis eius* (ſcilicet peccata, & vitia) *manifeſta fiunt*, id eſt innoteſcunt, & errores illuſtrantur. Vnde ſequitur: *Et ita cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis ſit.* In quibus verbis videtur alludere ad Danielis prophetæ verba ca. 2. Vt enim Nabuchodonoſor, poſtquam ſomnium ſuum, & interpretationem eius audiuit à Daniele, cecidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit: & hoſtias, & incenſum præcepit vt ſacrificarent ei. Et ait Danieli: *Vere Deus veſter, Deus deorum eſt, & Dominus Regum. reuelans myſteria: quoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramentum.* Ecce fructum boni prophetæ, ſiue boni prædicatoris.

Idiotæ, vel infidelis in Eccleſiam intrantis occulta cordis eius vt manifeſta fiant.

Hanc loquendi rationem à quo Paulus didicerit,

Dan. 2.

Quem quo magis præcipere valeas, teſtatur B. Auguſtinus ſibi aliquando contigiſſe, cum ſermonem ad populum haberet, in Manichæis acriter inſectandis, & redarguendis præter mentem ſuam longam digreſſionem, & impræmeditatam habuiſſe: qua finita, Manichæum quendam illi concioni interfuiſſe, agnouit; & rationibus cōuictum, ad Fidem Catholicam rediiſſe. De S. Cæſario Arelatenſi Epiſcopo legimus, ita interdum Spiritum ſanctum prædicationem eius ad populum diſpoſuiſſe, vt omnium adſtantium viuum tangeret, & eorum conſcientias mirifice concuteret, non ſecus ac ſi eas prius ſibi aperuiſſent, aut præ manibus ipſe ſcriptas habuiſſet. Sane de me ipſo interdum verbum Dei proponente idem teſtificari poſſum, vt graues, & acres vitiorum quorundam obiurgationes, & reprehenſiones, quas minime præmeditatus fueram, incogitanti mihi, & aliud agenti ſe ſe obtulerint, in quas vel nolens excurrere ſum coactus. Vnde vehementiori orationis affectu magnos aculeos in auditorum cordib. reliquiſſe me comperi, eoſque ad meliorem vitæ frugem pertraxiſſe: quā rē non niſi poſtea à fide dignis hominibus reſciui. Et longum eſſet eius rei vniuerſa exēpla complecti. Sed hæc omnia Spiritui S. adſcribenda ſunt, qui pro ſua bonitate mouet corda, & ora prædicantium ad audientium ſalutem. ¶Et electorum proprium eſt cadere in faciem, vt Dominus fecit in horto; & Pſalmiſta; Coram illo procident Aethiopes.

Linguam prædicatoris à ſancto Spiritu dirigi ad audientium vtilitatem triplici docetur exemplo. Primum eſt B. Aug. Secundum exemplum S. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis.

Tertium exemplū ipſiuſmet autoris.

Cadere in faciem, quorum ſit tātummodo.

Matth. 26. Pſalm. 71 Illud: Cū

conuenitis, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet, &c quomodo ſit accipiendũ.

Subdit Apoſtolus: *Quid ergo eſt fratres? cùm conuenitis, vnuſquiſq; veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſin habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.* Hoc erat igitur decimumquartum dubium, pro quo explicando, in primis vox illa, *Vnuſquiſque*, quæ Græcè dicitur ἕκαστος, planius, & proprius conuerſa fuiſſet, quiſquam, id eſt, alius quidem pſalmum habet, alius doctrinam, &c. ne quis ſimul putet omnib. illis donis quoslibet Corinthios fuiſſe præditos. Senſus ergo eſt: Quid ergo nobis eſt concludendum de hoc dono linguarum, & prophetia? Et primò tradit, vt in conuentibus publicis curent ædificationẽ, id eſt, quæ promoueant charitatem Dei, & charitatem proximi: nam per hanc geminã charitatem, & ædificamur ipſi, & ædificamus alios. Et loquitur ad maiores Corinthiorum, quorum erat alios verbo, & exemplo ædificare. Vnde ſacerdotes, & Phariſæi dicuntur ædificantes, qui reprobauerunt lapidem, Chriſtum.

Quam ædificationem Corinthii publico in conuentu curare debebant, & qui maxime.

Matth. 21.

Quinque aũt dona enumerat: pſalmum, ſiue quod idem eſt, Canticum à ſe compoſitum in Dei laudem, vel pſalmum exponit doctrinam, quam quis à Deo, vel ab Apoſtolo aliquo accepit ad inſtitutionem morum. Linguam, vocat donum linguarum: Reuelationem verò, vel apocalypſin, peculiarem aliquam rem per Spiritum ſanctum à Deo acceptam, quæ poſſet à peccato dehortari, vel ad virtutem amplectendam inflammare: Interpretationem, donum, aliquid ex alia lingua, vt Hebræa, vel Græca, explicandi, quod auditorib. eſſet ignotum.

Ad decimumquartum dubium. Quid habere pſalmum, doctrinam, apocalypſin, linguã, interpretationemque.

Rurſus Hæretici hoc loco debacchantur contra Eccleſiam Catholicam, quod loco illorum quinque afflatuum, ſiue donorum pro aureis ærea, vt dici ſolet, in Eccleſia vẽditentur, vt quòd Hymnos dicamus, Sequentias, Gradualia, Tractus; quibus impudenter, & falsò aiunt tradi res fabuloſas, & ridiculas: & pro doctrinæ chariſmate ſermones Auguſtini, Ambroſii, Gregorii, Leonis, & Bedæ, denique aureas ſanctorum legendas. Sed iſti ſanè his verbis rabiem maledicentię ſuæ exaturant, & produnt. Nos enim in Eccleſia non alios Pſalmos quàm Dauidis cãtamus, quos in Eccleſia primitiua decantabant. Cãtica verò, non niſi quę in Scripturis inueniuntur; vt ſunt Cantica Moyſis, Eſaię, Habacuc, Cantica Canticorum, & ſimilia. Hymnos verò, vt plurimum à ſanctiſſimis, & eruditiſſimis Patribus editos, vt ab Ambroſio, Sedulio, Prudentio, Auguſtino, Gregorio, & Fortunato: Gradualia verò, & Tractus, nõ niſi ex ſacris literis, & præcipuè ex Pſalmis colliguntur. Sermones verò ex Patribus doctiſſimis, vt ex Ambroſio, Auguſtino, Baſilio, Hieronymo, quorũ doctrinam profitemur, & in illa gloriamur, & non in doctrina Apoſtatarum, quales fuerunt Martinus Lutherus, Bucerus, Oecolampadius, & alij permulti, qui non tantum à particularibus Religionibus, quas profitebantur, ſed etiam ab Eccleſia Catholica, & Fide orthodoxa defecerunt.

Qui pſalmi, Cãtica, Hymni, Gradualia, Tractus, & ſermones in Eccleſia legantur, ac decantentur contra Lutheranos.

Hymnorum auctores.

Chriſtianæ religionis inſignes Apoſtatæ.

Quod verò hæc omnia, & vitæ ſanctorum, vel Apoſtolorum, vel Virginum, & Doctorum, ex probatis, & antiquis Patribus, & Athanaſio, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, & ſimilibus, collectæ ſint, quis niſi ſponte cæcutire volens ignorare poſſit? Quòd autem hæc ædificationem promoueant, & fidei deuotionem concilient, & charitatis ignem in corde ſuccẽdant, & ad bonorum operum ſtudium inflammẽt, teſtantur fidelium corda, quæ auribus illa excipiunt, dum leguntur, & ſuauitate ſpiritus oblectantur, & lacrymas pro religione, & pietate auditorum excutiunt. Quare ſolidiora eſſe, & certiora, quæ nunc Eccleſia Dei legit, quàm quæ olim primitiui illi in cœtu proferebant, quidam euincere cõtendunt. Nam doctrina, & reuelationes, & alia quæ quiſque è ſuo pectoris penu depromebat; talia erant, in quibus poſſet ſubeſſe aliquid incerti, vel falſi. Vnde & Paulus inferius ait, prophetas docentes in cœtu, ab alijs prophetis eſſe iudicandos: nunc verò nõ niſi quæ vniuerſa Eccleſia obſeruat, & paſtores eius ſupremi approbant, & ædificationem vehementem promouent, in Eccleſia Dei, & traduntur, & leguntur.

E quib. fontibus hauſtæ vitæ ſanctorum.

His, & ſimilibus Chriſtianam fidem, & pietatem proxime promoueri.

Cur melior nunc Eccleſia, quam olim primitiuis Chriſtianis doctrina proponitur.

Ad decimumquintum in id; *Si lingua quis loquitur, ſecundum duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur, & Deo. Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri dijudicent.* Quibus in verbis Apoſtolus, quomodò in cœtu congregati agere debeant, vt auditores ædificent, docet. Ac primum igitur ſtatuit, vt cum quis lingua loquitur, ſcilicet peregrina, & incognita, fiat illud per binos, aut vt ſummum ternos, atque hoc viciſſim, ne ſimul dicentes cœtum confundant; ea tamen lege, vt adſit interpres, qui, quæ dicuntur, explicet.

Loquens linguis in Eccleſia, quid curare debebat.

Quomodo duo, aut tres, & per partes loquerẽtur in Eccleſia.

Anſelmus, & Petrus Lombardus interpretãtur, in diuerſis partibus Eccleſiæ. Cõſuetudinem enim tunc fuiſſe aiunt, vt quando conueniebant in Eccleſia, vel in aliquo loco propter doctrinam, vt illi, qui ſcientiam linguarum acceperant, loquerentur, & alijs exponerent: quod fiebat in Eccleſia per cateruas: in vna enim parte Eccleſiæ, erat quędam collectio, & in alia parte alia, &

Anſel. pa 2. Petrus Lombard.

Altera opinio ſolidior.

vnaquæque pars ſuum habebat loquētem, & ſuum interpretem. Sed probabilius eſt, vt in vno loco id fieret, quia ait vt id fiat per partes, ſiue viciſſim, nō ſimul, ſed vnus poſt alterum: ſine interprete autem in Eccleſia nullus ſit linguarum vſus.

Loquendi linguis in Eccleſia præceptum Apoſtoli, quatenus accipiendum.

¶ Neq; verò Apoſtolus propriè aut præcipit, aut vetat vti linquis in cœtu; ſed ſi quis vti velit, illum à ſe præſcriptum ordinem ſeruet, vt vitetur cōfuſio, & Eccleſia ædificationem, & conſolationem accipiat. Linguis ſiquidem carere poteſt Eccleſia, ſine vllo incommodo, niſi quatenus adiumenta ſunt propheitiæ exponendæ, & populis enarrandæ, vt ſunt Hebraica, & Græca volumina, in quibus primùm libri Canonici ſcripti ſunt. Sed Paulus linguas permittit, aut potius cōcedit, ne videatur vllum Dei donum à cœtu fideliū repellere, aut vllam Spiritus ſancti gratiam ab Eccleſia reijcere.

Lingua loquēs præſente interprete cur tacere debebat.

Quòd ſi abſit interpres, prohibet ne quis lingua vtatur, etiamſi prophetiam, vel doctrinam, vel reuelationem, vel aliquid eiuſmodi diceret, quod interpretem requirat: aliqui frigeret Eccleſia, quia nullam inde vtilitatem reportaret. *Sed taceat*, inquit, *& ſibi loquatur, & Deo:* hoc eſt, vt dici ſolet, ſibi canat & muſis; quod ſignificat, Fruatur ſuo dono in ſua conſcientiā, & in priuata domo, & Deo gratias agat.

Illud, Prophetæ autem duo, aut tres dicāt: quo ſenſu dicatur.

Cum verò ſubiungit: *Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri dijudicent* : explicandum eſt quò tendat. Superius enim perſcripſerat de dono linguarum, quomodo ſit in cœtu fidelium adminiſtrandum, ita nūc de dono prophetiæ loquitur, in quo modum, & regulam præſcribit. Cum verò de Prophetis ait: *Prophetæ duo, aut tres dicant*: intelligendum eſt viciſſim, & vnus poſt alterum; ne, ſi eodem tempore loquerentur, mutuò ſe impediant, & confuſio oriatur.

Cur non plures.

Non tamen ad numerum præciſum adſtringit, vt cum de dono linguarū agebat; minus enim periculi eſt, ſi omnes vacent prophetijs. Sed conſiderauit quid poſſet hominum imbecillitas. Quamobrem illo tempore mos erat, vt vnus aliquis concionē haberet, à quo populus per duas, vel tres horas in conuentu ſacro detineretur: nā eo tempore copia erat prophetarum. Dixerat enim Ioel;

Ioel 2. Act. 2.

Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ. ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt.

Ad decimumquintum dubium
Cæteri quinā illi, qui diiudicare debent.

Et cæteri, inquit, *dijudicent*. Hoc eſt, intelligant quid, & quam appoſitè, & quam piè ſingula quæq; ex Scripturis deprompta explicentur. Per cæteros autē, aut per reliquos intelligas, quo modo noſtri ſeculi hæretici interpretari ſolent, promiſcuam laicorum multitudinē: vel quoslibet plebeios Chriſtianos: quia iudicium ſacrarum literarum laicorum nunquā fuit, etiamſi magiſtratus, vel Regia poteſtate fungerentur, ſed Eccleſiaſticorum eſt, & maximè Epiſcoporum, & Doctorum, ac Prophetarum, & eorū, qui inter alios hac poteſtate defunguntur.

Primus ſenſus hæreticorum.

Alter verus, & Catholicus.

Sed per cæteros, intellige Prophetas, de quibus proximè locutus fuerat. Nec hoc eſt violenter exponere, ſed ſuauiter per tropū illum ἀπὸ κοινοῦ, vel per figuram Zeugmatis. Ita enim Petrus lib. 2. Diataxeon. ca. 57. de Presbyteris, quos hic vocat Apoſtolus prophetas, verba faciens: *Deinde hortentur populum presbyteri, non omnes ſimul, ſed ſingulatim, & poſtremus omnium Epiſcopus, qui ſimilis eſt gubernatori nauis*. Ita ille, explicās quod hic habetur.

Clem. Rom. iuxta verſionem. D. Franciſci Turria.

Propheiæ namq; etſi ſancti, & eruditi, non ſemper ex afflatu Spiritus, neque ſemper ex verbo Dei loquūtur. Vnde & Nathan propheta retractauit ſententiam ſuā de fabricando templo, apud regē Dauidem. Deinde etiam alio loco legimus, prophetā alteri prophetæ impoſuiſſe.

Proprio interdum ſpiritu, non diuino, prophetæ loquebantur.
2. Reg. 7.
3. Reg. 13.
Neceſſarij & vtiles prophetę nunc quibus.

¶ Vtinam autem cuique Epiſcopo in Eccleſia ſua cōtingeret, vt multos prophetas ſecum haberent, vt iudicium ferre poſſent, num prædicatores iuxta Spiritum Dei prædicēt, & Scripturas ſacras rectè, & Catholicè interpretētur. Ita enim fieret, vt non eſſet tantus hæreticorum prouentus, nec tanta errorum colluuies.

Quare ſi quid alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat, præcipiat.

Subdit verò Apoſtolus: *Quod ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat*. Eueniebat nō nunquam, vt quę dicebantur à prophetis, adiectione, vel explanatione, vel correctione indigerent: ideò facultas ei dabatur ex afflatu Spiritus, reſarciendi ea, quæ deerant. Ex reuelatione autem id fieri debebat, & non ex æmulatione, & contendendi ſtudio. Reuelationes autem erant repentinæ quibus illuſtrabantur Prophetæ.

Quatenus ſedere debebant.

Et prophetantes ſtabant, audientes verò ſedebāt: quemadmodum hodie in Euangelij prędicatione apud nos contingit.

Nihil huic cum Apoſtoli ... reuelationem ... cinari.

Ex hoc autē loco quidam ſuam inſignem comprobant arrogantiam, volentes etiam non miſſi à ſuperioribus prædicare, dicentes ſe à Deo reuelationem habere. Verumtamen hic locus nihil illis fauet: tum quia in illo primæuo Eccleſiæ feruore, qui illa dona habebant, omnibus parebant, & notiſſimi erant; at nunc illa chariſmata ceſſarunt: tum etiam, quia cuiq; hæretico promptum eſſet dicere, ſe à Deo aliquid reuelatum accepiſſe, & ita odo Eccleſiæ facilè peruerteretur: tum denique, quia eo tempore pro libertate nō licebat præſumere, quia ſub certis erant cenſoribus, qui & audiendi, & diiudicandi poteſtatem habebant.

Vnde & ſubdit: *Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare; vt omnes diſcant; & omnes exhortentur.* Vt omnes, inquit, diſcant, & omnes exhortationem accipiant, vt paſſiuè accipiatur, exhortentur, nimirùm ad amplectenda virtutum officia.

Quid eſt, Spiritus prophetarum prophetis non eſſe ſubiectos.

Et Spiritus, inquit, *prophetarum prophetis ſubiecti ſunt.* Spiritus Græcè dicitur πνεύματα plurali numero; ne quis obijceret, ſpiritum cogere ad loquendum, cùm ab Eccleſiâ tacere cogeretur, aut cùm non eſſet illi locus datus docẽdi ſine turbatione Eccleſiæ: Reſpondet Apoſtolus, quòd Spiritus in hoc ſubijciuntur prophetis, vt cùm velit, illis vtantur, aut cum nolint, abſtineant, vt Eccleſia magis conducere iudicauerit. Eſt autem ſermo nõ de ipſo Spiritu ſancto, ſed de dono cuiq; dato, ſiue de chariſmate doctrinæ quam prædicat. Scriptum eſt enim; *Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint.* Nam ſi de Spiritu ſancto ſermo eſſet, non eſſet vſus plurali numero, ſed ſingulari, & cũ articulo dixiſſet, τὸ πνεῦμα. Prohibente ergo Epiſcopo, & cenſoribus, & alijs prophetis, & maximè ſummò, & primario Epiſcopo & propheta Romano Pontifice, liberum non eſt amplius cuiquam in Eccleſia loqui, etiam ſi maximè ſe Spiritu præditos eſſe pronuntient.

De Spiritu ſancto hunc locum accipi nõ poſſe. Ioan. 1.

Et ſubdit cauſam: *Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis, ſicut & in omnibus Eccleſijs ſanctorum doceo.* Quaſi dicat: Deus non eſt ἀκαταστασίας, id eſt confuſionis, vel inordinatæ congregationis autor, nec ſolet turbas excitare in Eccleſia, vel quẽquam ab obedientia capitis ſui ſeparare. Poſtquã docuit, quomodò vtendum ſit dono linguarum, quæ peregrinæ ſunt, & ignotæ, nec niſi ipſe, vel alius interpretetur, eius vſum nõ eſſe vtilem ad ædificationem Eccleſiæ; iam ſubiungit, quibus cõueniat donum prophetiæ, & qui ſint ab illo dono excludẽdi, nimirũ mulieres, de quibus ait: *Mulieres in Eccleſiis taceant.* Ex quo apparet, quòd Corinthiorum mulieres prius non tacerent, ſed orarent, & canerent, & prophetarent, & de Scripturis, & fide diſſererent: pręterquam quòd non velato capite orarent, & licentioſius (vt ſunt nugaces) quàm ſuum deceret ſtatum, diſſimulantibus, vel gloriantibus eorum doctoribus, quòd eorum vxores de tam altis myſterijs in Eccleſia alios inſtituerent.

Vnde conſtet Deum non eſſe diſſenſionis, ſed pacis.

Quibus Apoſtolus deneget munus prophetandi. 1. Cor. 11.

Occurrit verò dubium nõ contemnendum. Nam ca. 11. dixerat; *Omnis mulier orans, aut prophetans non velato capite; deturpat caput ſuum:* qui autem orat, aut prophetat in Eccleſia, certè nõ tacet. Reſponſio eſt, per mulieres hic intelligendas eſſe coniugatas, & nuptas, vt oſtendit litera Græca, quę habet: Mulieres veſtræ in Eccleſia taceant: αἱ γυναῖκες ὑμῶν. Probat etiam quod ex Geneſi producit: Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui: quod de Eua dictum eſt vxore Adæ. Tertiò probat quod ſubdit: Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent: ergo explicat illas fuiſſe coniugatas.

...ā decimum ...extum dub. Mulieres quæ docere non debent in Eccleſia, ſed tacere.

Geneſ. 3.

Quod igitur cap. 11. dixit de mulieribus prophetantibus, accipiendũ eſt de illis quæ ſunt in ſtatu virginali, vel viduali, quę caſtitatem obſeruant, tum quia ſexus ille nõ eſt priuatus dono prophetiæ, non tantùm in lege naturæ, vt cõſtat de Sibyllis, quę Chriſti myſteria præcinuerunt: ſed etiam in lege veteri, vbi Maria ſoror Moyſi, & Anna mater Samuelis Cantica publicè cecinerunt, ſicut & Debbora, & Holda prophetides, imò etiam in Euangelio, & lege Chriſti, vt Maria mater Domini, quæ Magnificum, & diuinum illud Canticum in domo Zachariæ cantauit, ſicut & Anna Phanuelis filia de Chriſto omnibus confitebatur, & quę longo tempore continentiã profeſſa erat; quia continentiam prophetia maximè conſequi ſolet: adeò vt Hieronym. lib. 1. aduerſus Iouin. tradat. Sibyllas merito virginitatis prophetiæ munus cõſecutas fuiſſe. Adde quod ex Ioele citat Petrus: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ.* Et his potes adiũgere quatuor virgines filias Philippi diaconi prophetantes. Deinde illud addimus, mulieres non poſſe ex officio hoc munus ordinariũ præſtare, & ſi quid eſſet reuelatum alicui peculiari, & in loco, nõ eſſet prohibenda, ſaltem ne ſuis mulieribus, & inter pares ſermonem haberet; vt in monaſterio ſacrarum virginum, aut ſecretò, aut priuatim virum aliquem inſtituendo, vt Priſcilla, & Aquila inſtituerunt Apollo, Act. 18.

Quibus prophetare mulieribus ſed velato capite, ſuperius conceſſit Apoſtolus. Exod. 5. 1. Reg. 2. Iudic. 5. Luc. 1. Ibidem. B. Hieronym. tom. 2 prope initium. Act. 2. Ioel 2. Infra 21. Mulieribus quatenus docere permittitur. Act. 18.

Non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. Loqui enim in Eccleſia, munus eſt proprium Prælatorum, Doctorum, & ſuperiorum. Sed ſubditas eſſe viris ſuis propter diſciplinam, verecundiam, & modeſtiam, quæ illas ante omnia decent. Nec tantum excluduntur à munere docendi per illa verba: *Sub viri poteſtate eris,* ſed etiam ab omni poteſtate, & actu quærẽdi per modum diſputationis in conuentu publico virorum. Nam mulier quæ docet virum, in virum dominari poſſet, & cum facilè labi poſſet, cantaret, & recantaret quæ dixit, quia:

Loqui qui debeant in Eccleſia. Geneſ. 3. Qu'd quod mulieres domi interrogare viros ſuos Apoſtolus iubet. Prima ratio, cur mulier virum ſuum docere non debet.

Varium, & mutabile ſemper Fœmina.

Virg. lib. 3. Æneid.

Mulieres enim cũ ſint modicò iudicio prędit æ, hęreſes ſæpè promouerent, vt ſæpè fecerunt. Et Eua prima volens diſputare cum

Altera. Geneſ. 3. 1. Tim. 2.

Mulier docere quando poſſit.

ſophiſta dæmone, ſeducta in præuaricatione fuit. Aliud eſt, ſi cum parib. agat, & cum viris ſpiritualibus ſecretè in Eccleſia, & in confeſſione loquatur, ac de rebus ſpectantibus ad fructum ſpiritus, & vitã emendandam. Benè etiam docentes adoleſcentulas, vt prudentiam doceant, vt habetur ca.2. ad Titum. Nam poſtquàm oſtendit eis vbi taceant, alibi eas docere permiſit, vt maritũ, vel domeſticos, filios, & filias; adeò, vt Abrahæ dictum ſit, vt vocem vxoris ſuæ audiret. Quare prudenter ſancitum fuit in Concilio IV. Carthaginẽſi, cui interfuit Auguſtinus, ca.99. *Mulier quamuis docta, & ſancta, viros in conuentu docere non præſumat.*

Tit 2. — *Geneſ 21.* — *Concil.4 Carthag Diſt 23. cap mulier.*

Quomodo mulieri turpe loqui in Eccleſia.

Subdit: *Turpe eſt enim mulieri, loqui in Eccleſia.* Docendo ſcilicet, & interrogando, ſicut conſuetudo erat in conuentu publico. Et turpe vocat illud quod dedecet, & minus conuenire videtur. Non eſt tamen ita turpe, vt iure Diuino ſimpliciter interdicatur ei docere; ſed talis eſt actus, vt ſanctificari valeat, & honeſtari, vt ita poſſit in eo Papa diſpenſare, vt ſi quæ mulier magna præfulgeat ſanctitate, & ſapientia, & dono euelationum polleat, & ſpiritum habeat Prophetiæ, vt fuit B. Catharina Senenſis, quę in conſiſtorio apud Pontificem, & Cardinales non ſemel ſermonẽ habuit. Turpe enim dici ſolet etiam id, quod minus decet: vt ſi aliquod membrum in corpore vellet alterius munus vſurpare, vt ſi ambulare vellet non pedibus, ſed manibus, aut ſcribere nõ manibus, ſed pedibus, vel ore; aut ſi vir vellet muliebri habitu veſtitus incedere, vel fœmina virili, quod interdum licere poſſet. Ita fœminæ docere, aut dominari in viros congruere poſſet, etiamſi in genere turpis ſit omnis γυναικοκρατία & Ariſtoteles in Politicis docet, per mulierem non benè regi ciuitatem. Olim tamen Romę permiſſum fuit, vt mulieres more aduocatorũ cauſas actitarent in foro: ſed cuiuſdam Caiæ Afraniæ proteruia factũ eſt, vt hoc illis in futurum interdiceretur: Quemadmodum etiam Lacedęmonij cùm mulieres ducerent in prælĩu, vbi viderunt illas eo tempore quo conferendæ manus erant cũ hoſte, nimium pauidas, & formidoloſas, & amittendę victoriæ occaſionem præbere ſua trepidatione, publico decreto in futurum illas à militia excluſerunt.

Quando non ſit turpe. — Turpe quid. — *Philoſ. lib.1.* — Mulieres quos penes agerent cauſas, & cur poſtea deſierint. — Mulieres Lacedæmonij cur deinceps à militia remouerint.

Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Occupatio eſt. A quo ergò diſcent mulieres, ſi illis non licet publicè prophetas interrogare, aut Doctores? Reſpondeo: Diſcãt à viris ſuis in domo propria, nõ autem in publico conuentu. Nihil enim magis accõmodati, ac minus ſuſpecti præceptores mulierum, quàm mariti. Nec hoc tamen verbo arcentur, vt non poſſint conſulere prophetas, ſi id priuatim fiat. Debent igitur viri de Scripturarũ dogmatis, & moribus idoneè erudiri, quò ſuas vxores inſtituere valeant: nam domum ſuarum Epiſcopos eſſe oportet ipſos patresfamilias, & de doctrina, & dilectione, & cæteris virtutum officijs illas inſtituere.

Mulieres à quibus diſcere debent ſecundum Apoſtolum. — Quid coram dum illarum magiſtris.

Ad decimam & ſeptimam dubitationem circa illud; *An à vobis verbum Dei proceſſit? aut in vos ſolos peruenit?* Hoc dicit contra pertinaces, & proteruos Corinthios, qui ne moniti quidem volebant ſuos abuſus deſerere, & ſibi vltra modũ placebant, nec patiebantur ſe in re vlla reprehendi. Et acutè interrogat, an ſoli ſint, vel an primi ſint, an vltimi in mundo Chriſtiani? An à vobis primis verbi Dei prædicatio proceſſit, vt cæteri omnes ad veſtrum modum ſint cogendi, vt poſſitis nouas leges condere? Aut in vos ſolos peruenit, & non eſt in alios populos, & gentes, & in alias Eccleſias propagata doctrina Euangelica.

Ad decimam ſeptimã quæſtionem. Quorſum illud, An à vobis verbũ Dei proceſſit? aut in vos ſolos peruenit.

Ex quibus verbis colligimus certam, & ſolidam iugulandi hęreſes, & nouas doctrinas rationem. Nullus enim poteſt dicere: Nos primi fuimus autores, aut ſoli, vt valeant in alios autoritatẽ ſibi vindicare. Quòd ſi in vos primos, aut in ſolos vos peruenit verbum Dei, vtique loco præceptorum, & magiſtrorum habendi eſſetis, & nos tanquam diſcipuli, & auditores veſtri habendi eſſemus. Sed certè nec primi vos, nec ſoli eſtis, quare nos à vobis non diſceſſimus, neque defecimus; ſed vos à nobis diſceſſiſtis, ac defeciſtis. Quando enim vnus ab æquali ſuo diſſidet, non magis hic ab illo, quã ille ab hoc diſceſſiſſe videri poteſt, nec rebellis, aut trãsfuga ab alio dici poteſt: ſed inferior qui à ſuo ſuperiori agnito, & habito deficit, & fidem promiſſam fallit, nec ſe gerit erga eum tanquam ad ſuperiorem ſuum, vt debet, ille profectò ſchiſmaticus, & deſertor vocari meritò poteſt. Non enim à Core, Datan, & Abiron defecerũt Moyſes, & Aaron, ſed è contrario illi ab iſtis, & conſequenter ab ipſo Deo ducente populum Iſrael per manum Moyſi & Aaron defecerunt. Quemadmodum & Eccleſia Græca quoties defecit à Romana, ſchiſma cõdidiſſe dicitur. Nam etſi Fides ab Oriente in Occidentem ſit allata; ob Beati tamẽ Petri Cathedram Romę ex voluntate Dei conſtitutam, Romana primas ſemper tenere cognita eſt. Totus enim Oriens & Græca ſemper ſedem Romanã conſuluit vt ſuperiorem, & quicquid eſſet in Fide decernendum, vel in morib. ſtatuendũ, vel in Epiſcopis creandis,

Quam ... hæreticos ... ſtræ tempe... Pauli ... verba conueniant. — Lutherani ... Catho... contrà de... ceſſiſſe, atque ... generaſſe. — *Numer. 16* — Orientalis Eccleſia quandocunque fuerit ſchiſmatica.

dis, ſemper indiguit confirmatione Apoſtolica Romani Pontificis: nũquam autem aut dictum, aut ſcriptũ eſt, Romanam Eccleſiam defeciſſe à Græca, quam vt ſuperiorem agnouit nunquam. Ita etiam in propoſito turbationis præſentis Occidentalis Eccleſiæ, Germani, & Angli, & alij omnes Hæretici, qui nouas Eccleſias condiderunt, rebellarunt quidem ipſi ac defecerunt ab Eccleſia Romana, nequaquam autem Romana ab ipſis. Nam ferè per ſexcentos annos, ex quo Germania nouit, ac coluit Chriſtũ, omnes coluerunt, & venerati ſunt Romanum Pontificem, tanquam vicarium caput Chriſti, tanquam rectorem, & paſtorem vniuerſalis Eccleſiæ, illique non minùs in fide, quàm in moribus, & præceptis Canonicis ad diſciplinam ſpectãtibus obedierunt. Quare noua eorum ſeparatio, & ſchiſma ab Eccleſia, inobedientes, & rebelles facit Eccleſiæ eorum matri, & magiſtræ. Non ſunt ergò Germani nec primi, nec ſoli in Eccleſia, vt putent ſibi licere omne quod volunt. Quare Optat. libro ſecundo, in Parmenianum, Claues ait ſalutares contra portas inferorum accepiſſe Petrum principem, vt iã ſchiſmaticus eſſet, qui contra ſingularem (Petri ſcilicet) cathedram alteram collocaret. Hoc autem genus ſchiſmatis, & diſceſſionis ab Eccleſia Romana, vocat alio loco Apoſtolus præciſionem, & apoſtaſiam, vt ad Roman. 9. cum ait: *Fracti ſunt rami, vt & ego inſerar : Benè, propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas, &c.* apoſtaſiam verò, cum ait: *Niſi venerit diſceſſit* (Græcè ἀποστασία) *primùm.* Et 1. Timoth. 4. *Spiritus*, inquit, *manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à Fide, &c.* A Ioanne verò dicuntur ex nobis prodeſſe, cùm ait: *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.* Iudas demum Apoſtolus ſeſe illos à nobis ſeparaſſe tradit: *Hi ſunt*, inquit, *qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.*

Eccleſia quoque Occidentalis Septentrionalium regionum, vnde ſchiſmatica comprobetur.

Optatus Epiſcopus.
Matth. 16.
Hæreticorum à fide Catholica defectionẽ Paulus, Ioannes, & S. Iudas Apoſtoli quibus nominibus exprimãt.
2. Theſſ. 2.
1 Tim 4.
1. Ioan. 2.
Iudæ 19.

Sequitur: *Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.* Facilè poterat Pauli doctrina, quòd à Deo eſſet, cõprobari, quam etiam lex vetus, & miracula, atque adeò ipſa ratio cõfirmabant: & tamen penes duo hominum genera hãc certam notitiam declarat. Primò, ſi aliquis fuerit propheta, quia is à Deo ſpiritualiter docetur; vel ſi fuerit homo ſpiritualis, quia facilè iudicat omnia, quia regulam habeat in ſe ipſo. Lumen enim charitatis docet ordinem, & quę decora ſunt, ab indecoris diſtinguit.

Prophetam, aut ſpiritualẽ Apoſtolus cur ſuam vult Domini doctrinam eſſe cognoſcere.
1. Cor. 2.

Vocat autem Domini mandata, hos ritus, & præceptiones, de quibus nullum extat veſtigium in ſacris literis. Nam non eſſe inconueniens non vti linguis ſine interprete, ratio docet. Certè quod attinet ad mulieres, Scriptura docet, eas debere eſſe viris ſuis ſubditas: ordinem verò ſeruandum, ratio docet. Ritus verò eo tempore cõgruentes, etiam Domini mandata vocat iuxta illud; *Qui vos audit, me audit.*

Quænam illa Domini ſunt mandata, quæ Paulus inſinuat.
Luc. 10.

Si quis autem ignorat, ignorabitur. Quòd ſi ignoratione laboret aliquis, cùm ſit craſſa, & ſupina, non excuſat, cùm vinci poſſit. Atque hanc lectionem agnoſcunt Hieronymus in commentariolis, & Ambroſius in hunc locum; ſi tamẽ eorum, quibus inſcribuntur, autorum prædicta Commentaria ſint veri fœtus. Diuus quoque Auguſtinus in Ioannem: *Si quis autem ignorat, ignorabitur.* Solidam profectò voluit eſſe ſcientiam ſpiritualium, vbi non ſola fide accommodaretur, ſed certa cognitio teneretur: atque hoc illi ea ipſa credebant, quæ ſpiritales inſuper agnoſcebant. Ignorabitur autem, ait, qui ignorat; quia nondum ei reuelatum eſt, vt quod credit ſciat.

Ad decimamoctauam, & vltimam dubitationem; Quomodo intelligendum: Si quis ignorat, ignorabitur.
Aug tract. 98 ſub initiũ t. 9
B. Ambr. to 5.
B Hieronym. tom. 9.

Altera lectio, quæ hodie habetur in Gręcis codicibus, eſt ἀγνοείτω, id eſt, ignoret: *Si quis*, inquit, *ignorat, ignoret.* Eſtque ſenſus: Cùm quis inter vos pręditus eſt intelligentia, vt agnoſcat ea quæ dico, ab Spiritu Dei proficiſci, hæc noſtra obſeruet: qui verò ignarus eſt, ignarus eſto, id eſt, hanc ſuam agnoſcat ignorantiam, & non turbet Eccleſiam, ſed peritiorum iudicio acquieſcat. Vel ſi quis ignorat, gerat ſe admodũ ignorantis, nec ſe intromittat, vbi non eſt neceſſe, vt iudicet ſcilicet quæ neſciat, ſed ſequatur alios; qui ſunt velut principes, & duces talium, qui in ſimplicitate ſua quieti permanent.

Secunda ſolutio.
Tertia ſolut.

Et imponens capiti coronidem, ſubdit epilogum totius capitis: *Itaque fratres æmulamini prophetare; & loqui linguis nolite prohibere.* Hæc ſunt duo capita præcipuè ſpectata hoc loco ab Apoſtolo. De modo verò ſubiungit: *Omnia autẽ honeſtè* (Græcè εὐσχημόνως, & κατὰ τάξιν) *& ſecundùm ordinem fiant in vobis.* Tum vt ordinatè omnia fiant in Eccleſia, quæ eſt terribilis, vt caſtrorum acies ordinata: tum vt quælibet perſona, & quælibet actio habeat quod ipſam deceat, atque ei decorum exiſtat. Quibus verbis traditionem regularum Eccleſiaſticarum, quæ Canones à Græcis vocantur, ſignificauit.

Præcipuum huius capitis argumentum Apoſtoli.
Omnia cur honeſtè, & ſecundum ordinem fieri in Corinthijs debebãt.
Cant. 6.

DISPVTATIO XXIV.

In Apoſtoli verba: *Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini: qua ratione prædicauerim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis, &c.* vſque ad illud; *Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt?* Cap. 15.

PERVENIT tandem Apoſtolus in hoc capite ad eam ænigmaticam partem, quam vltimo loco diſſerendam propoſuimus; nimirum de vniuerſalis reſurrectionis articulo ſyncerè, & verè eis ab Apoſtolo prædicato. Circa quem cum nonnulli cœpiſſent hæreſes ſerere, coactus fuit Apoſtolus illum retractare, ne tanti myſterij fides indiſcuſſa periclitaretur. In primis igitur dubium eſt de tam magnifico exordio, quo in hanc materiam ingreditur, & quorſum eo vſus ſit. Deinde quomodò Chriſti, & noſtrã reſurrectionem inter traditiones recenſet. Ait enim: *Tradidi enim vobis in primis quod & accepi.* Tertiò, cùm reſurrectionem Chriſti comprobet ex quibuſdam apparitionibus factis B. Petro, & Iacobo, & ſibi vltimo factã, & ex alijs, quæ non continentur in Euangelio, cur nõ meminit earum quæ in Euangelio legũtur; vt de illa facta mulieribus, & de illa diſcipulis euntibus Emmauntem, & de illa facta Thomæ: quę ſolidiſſima fuit probandi ratio: cur etiam non meminit illius factæ ſeptem diſcipulis ad mare Tiberiadis piſcantibus. Quartò circa illa verba: *Gratia Dei ſum id quod ſum; & gratia eius in me vacua non fuit,* meritò ambigitur: videtur enim omnia gratiæ Dei tribuere Apoſtolus, & nihil libero arbitrio. Quintò dubium eſt, an illæ ſint bonæ argumentationes, & conſequentiæ. Prima: *Si Chriſtus prædicatur quòd reſurrexit à mortuis; quomodo quidam dicunt in vobis, quòd reſurrectio mortuorum non eſt?* quia non videtur efficax: poterat enim ſeipſum, & electos ſuos tantùm ſuſcitare, & nõ alios. Altera argumentatio eſt: *Si autem reſurrectio mortuorum non eſt: neq; Chriſtus reſurrexit:* vnde vim ſuã illa ſortiatur. Tertia conſequentia: *Si autẽ Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra;* & item: *Inuenimur autem & falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum.* Quarta illatio eſt: *Si mortui non reſurgunt, neq; Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhuc enim eſtis in peccatis veſtris.* Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. Quinta illatio Apoſtoli eſt: *Si in hac vita tantùm, in Chriſto ſperantes ſumus; miſerabiliores ſumus omnibus hominibus:* quàm valida ſcilicet ſit, & firma. Sextò dubitatur, quomodò Chriſtus reſurgens à mortuis, dicatur primitiæ dormientium: *Quoniam quidem per hominem mors; & per hominem reſurrectio mortuorum: & ſicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Septimo, quid eſt illud: *Vnus quiſque autem in ſuo ordine,* & quomodo ait, *Primitiæ dormientium,* nunquid qui Chriſti ſunt, diſtincti ſunt à Chriſto, aut poteſt caput à corpore ſuo ſeparari? Deinde quid eſt quod ait, *Deinde finis:* nam varias interpretationes accipit hoc verbum. Octauò dubiũ eſt, & quidem grauiſſimũ, quomodo euacuato omni principatu & poteſtate, & virtute, Chriſtus Deo, & Patri tradet regnum? an poteſt vnquam Chriſti regnum, & imperium habere finem, cùm Angelus Virgini dixerit; *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Et confirmatur, quòd deſinet eius regnũ; quia oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus ſuis. Nonò in dubiũ reuocatur, quomodò nouiſſimè inimica eius deſtruetur mors; & quomodò probat ex Pſalmo. Decimò, & poſtremò, cum ait: *Tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus:* nam hoc verbum ſubiectionis magnam dedit occaſionem Arrianis Chriſti diuinitatem negandi. Dubium etiam eſt, quomodò ſit Deus omnia in omnibus; quò verbo videtur Apoſtolus infinita comprehendere.

Ad primum, cum Apoſtolus ex ſermone de donis ſpiritualibus, & eorum vſu, & abuſu locutus fuiſſet, ad ſublimiorẽ de reſurrectione Chriſti materiam meritò nouo exordiolo ex abrupto, & cum vehementia Corinthios aggreditur, quia reſurrectio noſtræ fidei principiũ eſt. Et fortè eos per uaſerat impietas Hymenæi, & Phileti, qui dicebant reſurrectionẽ iam factam, & nullam aliam futuram. Vel erant inter eos fortſitan nonnulli hoc delirio imbuti, & faſcinati, qui nihil de futura vita cogitarent. Et primò eos fratres vocat, vt excitet auditores, atq; eos attentos, & beneuolos reddat.

Et cùm ait: *Notum vobis facio,* præſens eſt pro futuro. Et ſignificat ſe non propriè docere, quod antea incognitũ illis erat, ſed in memoriam reducere, quod antea à ſeipſo audierant. Ideò ſubdit: *Quod prædicaui vobis.* Si enim hunc articulum tam neceſſarium

non

Prima dubitatio. Secunda. Tertia. *Matth vlt. Luc. 24.* Quarta. Quinta.

Sexta. Septima. Octaua. *Luc. 1.* Nona. Decima.

1 dub. diſſol. Quare Apoſtolus huius capitis initio reſurrectionis meminerit mortuorum.

2. Tim. 2.

Corinthios fratres Paulus cur nominet.

Articulus reſurrectionis mortuorum.

quanti ponderis & momenti.

Heb. 11.

non prędicaſſet, quid ergo prædicaſſet illis Apoſtolus? Nam in hoc eſt ſalus, & integra noſtra fides, & ſpes conſiſtunt, cum fides ſit ſubſtantia rerum ſperandarum.

Corinthii illũ articulum vti acceperant à Paulo: in eoq; quomodo adhuc ſtabant.

Rom 11.

Quare per illum etiam ſeruabantu

Quod accepiſtis. Non tantum auribus fidei, ſed ſignis, & ſanctis operibus comprobatum. *In quo & ſtatis,* vel, vt Græca habent, ſtetiſtis more Græco, vbi ἀόριστος ponitur pro præſenti: quaſi dicat: In eius certa fide perſeueraſtis: Stamus autem per fidem, iuxta illud: *Tu fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time.* ¶ *Per quod & ſaluamini.* Quia certiſſimum argumentum animæ immortalitatis, & corporeæ mortis per reſurrectionem abſorbendæ, & in perpetuum extinguendæ, eſt reſurrectio Chriſti. Vnde & in Symbolo Apoſtolorum poſt carnis reſurrectionem ſubiungitur; Et vitam æternam: & in Symbolo Niceno: Expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi, Amen. Et Euangelium vocat reſurrectionem, quia omnia deſiderabilia commoda, & fauſtiſſima bona nobis pollicetur, vt verè dictum ſit à Paulo, quod Euangelium ſit virtus Dei, in ſalutem omni credenti.

Reſurrectio cur dicitur Euangelium ab Apoſtolo.

Rom. 1.

Illud Euangelium Corinthus qua ratione prædicauerit.

Qua ratione prædicauerim vobis, ſi tenetis. Id eſt quo pacto, vel quo ſermone. Non enim confuſè, ſed certa ratione prędicauit, vt paterfamilias, qui nouit quid, quomodo, & quo tempore, & quibus ſit prædicationis verbum diſtribuendum. Additq; duas exceptiones, quę ſuos habent aculeos ad pungendum: altera eſt: *Si tenetis.* In quo notat leuitatem, aut fluxam memoriam eorum; altera: *Niſi fruſtra credidiſtis.* Fruſtra enim credit, qui non perſeuerat: inutiliter etiam nomen Chriſto dedit in Baptiſmo, non intelligens immerſionem, & emerſionem, quæ ſunt ſigna mortis, & reſurrectionis. Et hic notantur in genere omnes, qui parum attentè audiunt verbum Dei.

His verbis: Si tenetis, niſi fruſtra credidiſtis, idem quos notet Apoſtolus.

II quæſt. ſol. Dominica reſurrectio, cum Scripturis conſtet, quare traditio nominetur.

Act. 7.

1 Cor. 11.

Ad ſecundum dubium dicendum: Vocat Apoſtolus fidem huius articuli, traditionem verbo, & facto in ſeipſo, & in alijs à Chriſto comprobatam, quemadmodum de Stephano obiectum fuit, eum dixiſſe, quòd Ieſus mutaturus eſſet traditiones quas tradidit illis Moyſes: & ſuperiùs ca. 11. Traditionem vocauit Cęnam Dominicam perſcriptam à tribus Euangeliſtis. Ita vt traditionis vocabulum omnia complectatur, quæ à Chriſto acceperant, ſiue ſcripta eſſent, ſiue non ſcripta. *Quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris.* Scilicet delendis. Satisfecit enim ſua morte pro nobis: & ad Roman. quarto: *Traditus eſt propter peccata noſtra,* ſcilicet delenda. Et addit: *Secundùm Scripturas.* Quia id prædixerat Eſaias cap. quinquageſimo tertio, & Dauid Pſalm. 129. & Daniel ca. 9. *Et quia ſepultus eſt.* In ſepultura melius exprimitur mortis Chriſti veritas, & aſſeritur contra Manichæos verum corpus habuiſſe, non imaginarium, ſeu phantaſticum: & quod ad myſterium attinet, etſi mortuum ſit peccatum, adhuc tamen remanet cadauer, ſiue corpus, & caro peccati, à quo ſe liberari optabat Apoſtolus, cùm dicebat. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* quod dictum eſt in perſona hominis per Chriſtum renouati.

Rom. 4.

Quare Chriſtus mortuus dicitur ſecundum Scripturas.

Eſai 53.

Pſalm. 129.

Daniel. 9.

Sepulturæ Chriſti myſterium, contra Manichæos.

Rom. 7.

Subdit: *Et quia reſurrexit tertia die, ſecundùm Scripturas.* Secundùm quas impoſſibile erat teneri eum doloribus inferni, vel mortis. Ecce enim myſterium mortis, & reſurrectionis, & certiſſimum ſignum, quod mors non obtinuit in eum imperium propter aliquod illius peccatum, ſed propter noſtrum tantùm. Vnde oportuit Chriſtum pati, & mori, & reſurgendo intrare in gloriam ſuam, vt nos peccato moreremur, & poſteà Deo viueremus, per illum tamen.

Cur etiam Chriſtus reſurrexerit ſecundum Scripturas.

Act. 2.

Luc. vlt.

III. dub. diſſoluitur. Quibusnam teſtimonijs Apoſtolus cõprobet Domini reſurrectionem.

Ad tertium: Probauit hactenus Scripturarum teſtimonijs mortem, ſepulturam, & reſurrectionem Domini: nunc autem fide dignorum teſtimonio, quorum quidam adhuc ſuperſtites erant, quidam verò obdormierant, idem docet, & comprobat. Ac primum quidem locum dedit verbo Dei, & Euangelio, ac diuinæ reuelationi; Deinde teſtimonia fidelium hominum producit. In teſtibus autem grauis autoritas requiritur, quæ à dignitate, & vitæ probitate conciliatur: ideò Petrum Apoſtolorum principem, deinde Iacobum & alios Apoſtolos, qui non fuerunt auriti tantum teſtes, ſed etiam res ipſas proprijs oculis conſpexerunt, & manibus proprijs contrectauerunt, Apoſtolus produxit.

Teſtes qui fide digni habeantur.

1. Ioan. 1.

Cur Paulus mulierum de reſurrectione Domini teſtimonia prætermiſerit.

Conſultò autem B. Lucas apparitionem factam mulieribus tam in proprio ſuo Euangelio prætermiſit, quàm in Actis: quia ſcribebat ad Gentes, apud quas mulierum teſtimonium non eſt admodum ſolidum, imò interdum autoritatem eleuat: quia facilè decipi poſſunt. Eadem ratione id Paulus ſuppreſſit, ſcribens ad Corinthios, qui Gentiles erant. Et vt annotauit Hieronymus in libr. de Scriptoribus Eccleſ. quidam ſuſpicantur, quotieſcunque in epiſtolis ſuis Paulus dicit: *Iuxta Euangelium meum*, de Lucæ ſignificare volumine. Quare hoc teſtimonium mulierum tam Lucas, quam Paulus prætermiſerũt. Quãdo enim aliquid certis, & indubitatis teſtibus comprobatur, nõ opus eſt adhibere probabilia teſtimonia quæ in iudicio fidem non faciunt. Apparitionem tamẽ factam Petro enarrauit Luc.

Hiero. in verbo, Lucas, t. 1.

Superuacanea ad rei alicuius euidentiam teſtimonia quæ ſint.

Luc. vlt.

cùm ſub noctem dicebant: Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.

Cur vndecim potius quàm duodecim Chriſtus appa ruiſſe dicitur, Oecum. c.9.

Et poſt hæc vndecim. Non eſt ſcriptoris lapſus, vt ait Oecumenius, quod non dixerit duodecim, quia nõdum Matthias loco Iudæ aſſumptus erat, vt poſſet dici duodecimus. Lectio tam Græca hodie habet, δώδεκα, hoc eſt illis duodecim fuerũt, quia reuera nõniſi vndecim fuerunt, cum iam Iudas abſciſſus eſſet per mortẽ, ſed fuit de duodecim, id eſt de Collegio in eo numero à Chriſto pręfinito. Sicut etiam Thomas in Euangelio dicitur vnus ex duodecim, cum tamen nonniſi vndecim tunc eſſent. Quemadmodum Decemuiros collectos, & Centumuiros Romani vocabant, etiamſi vnũ, aut alterum deeſſe contingeret, cum tamẽ eſſent duo ſupra centum. Et 70. Interpretes, & 70. Diſcipuli Domini dici ſolent, etiamſi duo eſſent ſupra ſeptuaginta, atque hoc per figuram Synecdoches.

Matt.27. *Ioan.20.* Qualis eiuſmodi locutio.

Chriſtus quomodo pluſquã quingentis fratribus apparuerit. *Ioan.20.* *Ibidem.* Quando apparuerit.

Deinde viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent vſque adhuc, quidam autem dormierunt. Græca habent, ſemel, non, ſimul, id eſt, non diuiſum, ſed vnà, ſiue eodem tempore. Nam duodecim illis ſæpius viſus eſt, nimirum primi die Reſurrectionis ſine Thoma; deinde octaua die cum Thoma, & in die Aſcenſionis. Hæc autem viſio quingentorum fratrum ſemel tantum eſt facta. Quando verò hæc apparitio facta fuerit, non ſatis conſtat. Aliqui tamen dicunt, quod non eſt extra Euangelium, cum epiſtolarum Pauli bona pars ſit Euangeliũ. Alij verò aſſerunt, viſum fuiſſe in die poſtrema, qua aſſumptus fuit in cœlum: eò enim plures ex fratribus conueniſſe eſt probabile. Conſonat autem huic ſententiæ quòd Græcè habetur, ἐπάνω ὤφθη, id eſt, Viſus eſt deſuper, vel ex alto loco, vt ponderat Chryſoſtomus, quaſi fuerit Corpus Chriſti in loco ſublimiori, vt inde videretur. Vbi obſeruandum eſt, vocem Græcam ἐπάνω poſſe ſignificare, iuxta verſionem noſtram, pluſquam, quod non ad locum refertur, ſed ad numerum ſubiecti, vt idem valeat, atque ſuper, vel vltra, vel plus, & ſuppleri ſolet aduerbium, quàm, vt Latinè. Chryſoſtomus tamen, vt dixi, interpretatur ἐπάνω, pro ἄνωθεν, id eſt, cœlitus, ſiue è ſublimi. Vnde Martialis epiſtol. 2. cap. 3. ſe vidiſſe Dominum ait, & adoraſſe, & in cœlos aſcendentem ſpectaſſe. B. item Ignatius epiſtol. ad Smyrnenſes poſt reſurrectionem in carne eum ſe nouiſſe tradit his verbis: Ego autem non ſolum natum eum, & crucifixum in corpore factum ſcio, ſed etiam poſt reſurrectionem in carne eum noui, & credo eſſe. Sic ille. Hæc autem viſio multarum apparitionum inſtar eſſe debet.

Altera opinio.

Chryſ. ho. 38. ...om.4. Explicatur id: pluſquã quingentis fratribus. ...quingentis fratribus qui viderint Dominum reſurgentem. *Mart. epiſt.* *Ignat. epiſt.* ...prope init.

Illam apparitionem an Euangelica enarret hiſtoria.

Si ergo apparitionem factam pluſquam quingentis fratribus referamus ad diem Aſcenſionis; Apoſtolus videtur neglexiſſe hiſtoriæ ordinem, & illam apparitionem factam Iacobo, & Apoſtolis omnibus poſt Aſcenſionem contigiſſe, ſicut & illã, quam ſibi vt abortiuo, tribuit Paulus. Alij verò (quod multo eſt probabilius) illam tot hominibus factam Chriſti apparitionem in Galilæa, in monte, vbi conſtituerat illis Ieſus, ex Matthæo comprobant: quanquàm Matthæus deſcribens illam vndecim tantùm diſcipulorum, mentionem non fecerit quingentorum fratrum. *Ex quibus*, inquit *multi manent vſque adhuc.* Id eſt, viuunt. Id eſt enim manere, iuxta illud: Si eum volo manere. Et de Sodomis ait, *Manſiſſent vſque in hanc diem.* ¶ *Quidam autem dormierunt.* Feliciſſimo ſomno, & ſpe concepta reſurrectionis. Vnde in perſona Chriſti ait Dauid; *Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me.* ¶ *Deinde viſus eſt Iacobo*, Fratri Domini, & qui fuit Epiſcopus Ieruſalem. Et quia hæc apparitio creditur facta in prima die reſurrectionis, vt vult Auguſtinus lib. 3. de Conſen. Euangeliſtar. cap. vlt. vt poſſet antequam eſſet cum decẽ Apoſtolis, iterum videre eum ſub veſperã: ideò cogimur aſſerere, illam particulam, Deinde, vel Græcè ἔπειτα, non tam dicere temporis ordinem, quàm teſtium, & narrationis. Hieronymus in epiſtolas Canonicas cauſam reddit huius apparitionis, ex Euangelio ſecundùm Hebræos, vbi habetur: *Dominus autem cùm dediſſet ſindonem ſeruo Sacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus ſe non comeſturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum reſurgentem à mortuis.* Rurſuſque poſt paulum: *Afferte, ait Dominus, menſam, & panem.* Statimque additur: *Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo iuſto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia reſurrexit Filius hominis à dormientibus.* Hæc ille. Vbi duo aſſerere videtur. Primum eſt, ipſa die reſurrectionis Iacobo apparuiſſe; Secundum eſt, quod communicauit eum in vna ſpecie panis, quemadmodum & illos, qui ad Emmauntem profecti exceperunt eum, in vna tantum ſpecie panis communicauit. Erat autem Iacobus ſecundus poſt Petrum, ita vt Actor. 15. primus poſt Petrum ſententiam dixerit de quæſtione legalium, ob inſignem ſuam ſanctitatem, & autoritatem, & quia erat Epiſcopus Ieruſalem, & frater Domini: & ad Galat. 2. ſimul cum Petro, & Ioanne vocabatur Eccleſiæ columna.

Matth. 26. *Et infra.* Quid eſt: Ex quibus multi manent vſque adhuc, more Scripturæ. *Ioan. vlt.* *Matt. 11.* Dormitio electorum qualis. *Pſalm. 3.* Cur Iacobo Dominus viſus ſit. *Aug. to. 4.* Quando illi, & quomodo viſus ſit, ſecundũ Hebræos, Hieronym. teſte. *Matth. 26.* Contra vtriuſque ſpeciem. *Luc. vltim.* Iacobi dignitas, & autoritas. *Act. 15.* *Gal. 2.*

Subdit:

Quoties vndecim Dominus apparuerit, Ioan. 20.

Quibus cum commune omnium Apoſtolorum nomen eſſet.

Hieron. to. 9.

Subdit: *Deinde (viſus eſt) Apoſtolis omnibus.* Pluries eiſdē vndecim diſcipulis apparuit. Primū die reſurrectionis ſine Thoma: Deinde octaua die cum Thoma: Tertiò, cùm apparuit in monte Galilææ, vt diximus, vndecim diſcipulis: Poſtremò, die ipſa qua cœlos aſcendit. Et aduerte, in Eccleſia Græca etiam 72. diſcipulos, & alios omnes, qui Chriſtum in carne videre meruerunt, vocari ſolitos Apoſtolos, vt tradit Hieronymus in primum caput epiſt. ad Galat. in illa verba: *Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini.* Vnde Mœnologion, ſiue Kalendarium Græcorum ſub nomine Apoſtolorum recenſet ſeptem diaconos, & 72. diſcipulos, & alios nonnullos.

Nouiſſime omnium Chriſtus tanquam abortiuo quando viſus ſit & Paulo.

Act. 9.

Infra 22.

Nouiſſimè autem omnium, tanquam abortiuo, viſus eſt & mihi. Vltimo loco adiungit teſtimonium ſuum, aſſerens ſe vidiſſe tanquam rediuiuum Dominum, nimirū prope Damaſcum Act. 9. & cùm Ieroſolymis oraret in templo Act. 22. Nec ob id eò eius fuit inferior: quemadmodum nec Iacobus fuit cæteris minor, quia vidit Dominū poſt apparitionem factam quingentis fratribus, ſi tamen ab Apoſtolo in illa narratione ordo temporis ſeruatus eſt. Et vocat ſe abortiuū, & Apoſtolorum minimum, & indignum nomine Apoſtoli, & merum Eccleſiæ perſecutorem. Qua in re videtur arti perſuadendi detraxiſſe: nam ſoliti ſumus laudibus eos proſequi, quos in teſtes producimus. Sed certè Paulus arte dicendi non caruit: tū quia ei à pſeudoapoſtolis impingebatur id crimen, vt eius fidem, & autoritatem eleuarent, quæ, vt ille fatetur, ita gratiam Dei impediuiſſe recenſet: tum quia cum verax eſſe in iſtis deprehendatur (quæ homines non facilè ſolent confiteri) quando exponit quę per gratiam Dei obtinuit, non inueniatur mendax.

An ideò minor cæteris fuerit Apoſtolus.

Si eſt abortiuus Paulus, quale tandem teſtimonium eius.

Paulus quare ſe dicit abortiuum.

Comparat autem ſe abortiuo, ſubitę cōuerſionis ad fidem reſpectu, quia non antè ex vtero prodire ſolent infantuli, quàm legitimo temporis ſucceſſu & formati fuerint, & confirmati. Ita iuſtum temporis ordinem in alijs Apoſtolis fouendis, & creandis ſeruauit Dominus. Paulus autem nondum concepto ſpiritu vitali de vtero proiectus fuit. Alij accipiunt abortiuum loco poſitiui, quia extra tempus natus eſt, Chriſto iam mortuo: & rediuiuo, & in cœlo regnante.

Altera ratio quorundam.

Tertia ratio veriſimilior.

Gen. 35.

Illud fortaſſe congruentius, quòd momento fuit genitus, & natus, & vir plenæ ætatis. Et quò ſe magis deijcit, eò magis gratiam Dei extollit, & teſtimonium ſuum de Chriſti reſurrectione magis reddit authenticum. Et quemadmodum Rachel parturiens mortua fuit præ dolore, & imminente morte vocauit nomen filij ſui Ben-oni, id eſt, Filius doloris, pater autem vocauit Beniamin, id eſt, Filius dexteræ; ita Synagoga parturiendo Paulum, mortua eſt, quem potuit vocare filium doloris, quia Paulus legem iam mortuam, & extinctam, prædicatione, & ſignis confutauit. Chriſtus autem vocauit eum filium dexteræ, ob animi magnitudinem in fide, & charitate, & patientia, & ſignis, quæ pro Eccleſia Chriſti edidit.

Ibidem.

Paulus quomodo Ben-oni: idem & Ben iamin dici poſſit.

Cur Eccleſiæ perſecutorem ſe nominet.

Act. 9.

Pſalm. 3.

1. Tim. 1.

Vocat ſe perſecutorem Eccleſiæ, quod quam graue peccatum eſſet, tunc cognouit, quando illi dixit Chriſtus, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* id eſt, Ob quam cauſam. Ita enim illud intelligitur: *Domine, vt quid multiplicati ſunt qui tribulant me?* Sed dignus fuit miſericordia, quia ignorans fecit in incredulitate, nec veritatem agnitam recuſauit, nec in Spiritum ſanctū peccauit; ideò ſummam in eo bonitatem declarauit. Nam vt Romani ſuos vel infenſos hoſtes cùm eos deuiciſſent, nō interficiebant: ita Deus Paulum proſtratum, & crimen ſuum agnoſcentem, diuina prouidentia fecit Apoſtolum. Et ſingularibus gratijs, & beneficijs ſolet Deus ex acerrimis hoſtibus reddere ſibi illos propugnatores amiciſſimos.

Idem quare miſericordiam conſecutus.

Ad III. dub. Dominicæ apparitionis factæ mulieribus, in Euangelio contentæ quare Apoſtolus non meminit.

Ioan 12.

Supra 20.

Luc. 24.

Ad argumentum ſuperius propoſitum de teſtibus reſurrectionis, quibus apparuit, dicendum eſt, non omnia teſtimonia, quæ in Euangelicis literis leguntur, Apoſtolum produxiſſe, quia nec viſionem factam euntibus Emmauntem, nec illam ſeptem diſcipulis ad mare Galileæ factam, nec rurſus illam aliam factam Apoſtolis cum Thoma incredulo, nec, quod maius eſt, teſtimonia Angelorum Chriſtum ſuſcitatum profitentium attulit, ſed teſtimonium Petri, & aliorum Apoſtolorum, quæ ſatis erant ad veritatem firmandam: quibus addidit teſtimonium ex Iacobo, qui vidit Chriſtum reſuſcitatum, & apparitionem ſibi abortiuo factam.

IV. dubij ſolut. illud: Gratia Dei ſum id quod ſum: quomodo ſit accipiendum.

Ad quartum reſpondeo: Docet in primis Apoſtolus peccata noſtra agnoſcere, & exaggerare, nec tamen de diuina gratia deſperare. Nam reuera mera gratia eſt, quam non ſolum nullum meritum præceſſit, ſed è cōuerſo multa demerita: atque hinc meritò factus eſt acerrimus diuinæ gratiæ aſſertor & prædicator. Et licet vocatione fuerit poſtremus, Deus tamen ſua gratia eius Apoſtolatum nobiliſſimum reddidit, faciendo eum potiſſimum miniſtrum Gentilium, & conuertendo tot millia hominum, & multa, ac magna ſigna patrando, quæ per neminem alium Apoſtolorum perfecit.

Pauli Apoſtolatus quam nobilis & illuſtris.

Et gra-

Gratiam Dei cur aſſerit Paulus in ſe vacuã non fuiſſe.

Et gratia eius in me vacua non fuit. Non iactat ſe Paulus, quaſi abuſus ſit gratia Dei, & ſua inertia inutilem reddiderit Apoſtolatum. Illum enim vocat gratiã, de quo præcipuè erat ſermo, dixerat enim: *Non ſum dignus vocari Apoſtolus.* Et gratia Apoſtolatus eius vacua non fuit; ſed laborauit inter Gentes.

Quomodo Paulus laborauit non ipſe, ſed gratia Dei cum ipſo.

¶ *Non ego*, inquit, ſcilicet ſolus, neque gratia, ſcilicet ſola; *Sed gratia Dei*, quæ mecum eſt. Vbi vtrique totum hunc laborem tribuit. Tota ergo laus ad Deum ſpectat, & tota propter Dominum ad ipſum Paulum. Nam ſicut tota actio Dei eſt, ita etiam tota à libero proficiſcitur arbitrio. Vnde ſubdit: *Sed abundantius illis omnibus laboraui.* Non dixit, Abundantius collectiuè, vel, pluſquam illi omnes; ſed, omnibus, hoc eſt ſingulis, oſtendens ſe in vacuum, vel otioſè gratiam Dei non accepiſſe, ſed vtiliter. Et addit, abundantius, reſpectu aliorum.

Idem vt omnibus abundãtius laborauerit.

Signum autem quod abundantius laborauerit, fuit, quod tot gentes ad Chriſtum conuertit, tot labores, & perſecutiones pro Euangelio perpeſſus eſt, tanta etiam pro Chriſti fide conſcripſit. Quod ponderans Auguſtin. in Pſalmum 130. *Videtis, inquit, fratres, quot modo in Eccleſia Pauli Apoſtoli epiſtolæ vigent, magis quam coapoſtolorum eius. Alij enim non ſcripſerunt, ſed tantum locuti ſunt in Eccleſia. Nam quæ proferuntur ab errantibus ſub nomine ipſorum, quia non ſunt ipſorum, improbantur, nec acceptantur à fidelibus: Alij autem qui ſcripſerunt, nec tantum, nec tanta gratia ſcripſerunt.* Hactenus ille.

Quibus laborauerit abundantius Paulus ſecundum aliquos.

Sunt tamen quidam, qui illa verba, Abũdantius quàm omnes illi laboraui, ad Thraſones illos Corinthiorum referant, qui detrahebant Paulo, & ſe, ſuaque omnia venditabant. Poteſt etiam, vt dixi, hoc dictum referri, ad veros Apoſtolos, quibus ſibi ita ſe æquauit, vt dixerit, nihil ſibi ab eis collatum fuiſſe, ſed potius inter eos conuentum fuiſſe, vt ipſe, & Barnabas in Gentes, illi verò in Circumciſionem prædicarent.

Gal. 2.

Quare abundantius ille laborauerit. *Rom. 15.*

Et perſpicuum eſt, maiorem laborem ſuſcipiendum fuiſſe ad Gentes erudiendas, quam ad prędicandum inter Iudæos: non ſolum quia amplior Gentium multitudo, nam prædicare ab Ieruſalem per circuitum vſq; ad Illyricum Euangelium, plus erat, quàm in regionibus Iudæorum, quibus tamen etiam ipſe prædicauit non minus quam alij Apoſtoli: ſed etiam, quia Iudæi per legem Moyſis tanquam pœdagogi catechizati erant ad facilius Euangelium ſuſcipiendum, quam Gentes prophetis deſtitutæ, & idolis deditæ.

Gal. 3.

Quomodo laborauerit. *Pſalm. 127.*

Et laborem hic accepit pro fructu laboris, qui extabat; vt ibi etiam Propheta: *Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es*; ac de nullo Apoſtolorum maiora leguntur quam de Paulo.

Hæc epiſtola quando ſcripta.

Et tardius videtur ſcripta epiſtola hæc, poſtquam ſcilicet prædicaſſet Apoſtolus in Arabia, Syria, Galatia, Pamphylia, Aſia, Macedonia, & impleuiſſet Euangelio omnia vſque ad Illyricum.

Qualis gratia Dei, & quale liberum arbitrium ſecundum Theologos.

Meritò ergo gratia comparatur seſſori equum dirigenti, liberum verò arbitrium equo, qui equum ſequitur. Rectè etiam cõparatur gratia viro, liberum arbitrium vxori, ex quibus prodeunt proles bonorum operum.

Gratię Dei & liberi arbitrij concurſus euincitur hinc contra Caluinum & Eraſmum. *Auguſt. to. 7.*

Sed irridet Caluinus, & Eraſmus, quòd ex hoc loco eliciamus gratiã cooperantem nobiſcum, & putant gratiam Dei omnium eſſe effectricem, ita vt homini nihil tribuãt: quod falſum eſt omninò, & contra Apoſtolum, qui ſe Dei cooperatorem vocat: & contra B. Auguſt. in lib. de Lib. arbitrio ad Valentinum, c. 17. vb hanc materiam pertractat, & contra Concilia Africana, quæ nos docent Dei eſſe operarios, & gratiam Dei nobiſcum cooperari.

Chryſ. ho. 38. *Theodor. Par. 2.* *Hieron lib. 2. ante med. tom 2.* *Pſalm. 69.*

Eſt etiam contra Chryſoſtomum, & Theodoritum in huius loci explicatione, & præſertim cõtra Hieronymum, qui ſcribens in Pelagianos, hæc verba è Græco ita vertit: *Sed gratia Dei quæ mecum eſt.* Vel potius, gratia Dei, quę mihi in auxilium adeſt & opem, ob quam dicimus; *Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina*; &, *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

Apertiſſimum & euidentiſſimum teſtimonium tanta veritatis.

Sap. 9.

Et vt hæreticos, & proteruos homines reuincamus, audi quæ ſo c. 9. Salomonem dicentem: *Mitte illam de cœlis ſanctis tuis* (ſcilicet Sapientiam) *& à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, vt ſciam quid acceptum ſit apud te*, & reliq. Hunc locum Caſſia. cõllat. 13. cap. 13. ita interpretatur: *Magiſter Gentium licet gratia Dei Apoſtolatus gradum ſortitum ſe fuiſſe teſtetur dicens: Gratia Dei ſum id quod ſum: tamen ſe quoque diuinæ gratiæ reſpondiſſe pronuntiat, dicens: Et gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui, non ego, ſed gratia Dei mecum. Nam cum dicit, Laboraui, conatum proprij ſignificat arbitrij: cum dicit, Non ego, ſed gratia Dei, virtutem diuinæ protectionis oſtendit: cum dicit, Mecum, non otioſo neque ſecuro, ſed laboranti ac deſudanti eam cooperatam fuiſſe declarat.*

Pauli cæterorumque Apoſtolorum omnium prædicationis mutua conſenſio.

Subdit Apoſtolus: *Siue enim ego, ſiue illi, ſic prædicauimus, & ſic credidiſtis.* Quod enim erat Pauli Apoſtoli Euangelium, hoc erat & cæterorum Apoſtolorum, quia omnes cõſenſimus prædicationi huic de reſurrectione mortuorum. Nam in prædicatione miniſtrorum oportet eſſe concordiam, niſi velimus ſerere ſectas, & abuti populi ſimplicitate.

Ad quin-

Apoſtolica prædicatio quam perpetuę,& conſtantis veritatis.

Ad quintum: Expendendæ ſunt iſtæ Apoſtoli ratiocinationes,an ſint ſolidæ,&bene colligant quod inferunt.Prima eſt: *Si autem Chriſtus prædicatur quod reſurrexit à mortuis,quomodò quidam dicunt in vobis,quòd reſurrectio mortuorum non eſt?* Quaſi diceret:Quæ eſt tanta hominum audacia, & arrogantia, vt cõtra Apoſtolorum prædicationem audeant ſe opponere, & aliter dogmatizare? inſinuans,prædicationem Apoſtolicam fallacem eſſe non poſſe. Nam ea quæ vniuerſaliter in Eccleſia magno conſenſu prædicantur,falſa eſſe nequeunt.

Quid vtitur Paulus ratione ad probandam reſurrectionem, autoritas Diuina ſi ſufficit.

Secunda conſequentia eſt: Poſt locum ab autoritate,qui in rebus Fidei eſt fortiſſimus, arguit ratione propter eos, qui rationibus potius perſuadentur. *Si autem reſurrectio mortuorum non eſt: neq; Chriſtus reſurrexit.* Et eſt argumentum ductum ab oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis. Et irrideret aliquis Dialecticus hoc argumentum,cùm ſit prorſus Theologicum,& Paulinũ.Rectè enim ſequitur: Quia Chriſtus reſurrexit, ergo & nos reſurgemus,eo poſito,quod Chriſtus ſit caput noſtrum,& nos eius membra. Siquidem monſtroſum eſſet caput,ſi ſuis membris careret.

Ad V dubium. Quam vehementer colligatur:Si reſurrectio mortuorum non eſt,neq; Chriſtus reſurrexit

1.Cor.12. Reſurrectionem mortuorum non eſſe qui dicebant. Hæc ratio quã efficax:Si Chriſtus non reſurrexit,nec nos reſurgemus, &c.

Tertia conſequentia eſt: *Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra.* Quia tota ſpes reſurrectionis noſtræ vana eſſet, quæ nititur illi Chriſti.Et cum ait: *Quomodo quidam dicunt:* accuſationem non format in Eccleſiam, nec in omnes,ſed in quoſdam. Non prodit eorum nomina, vt ad ſanitatẽ reducat: neque vitium tantum tacet,ne latiùs ſerpat. Valet ergo mutua,& reciproca hinc inde conſequentia tam affirmatiuè, quàm negatiuè àChriſto ad nos,quaſi à cauſa ad effectum, & à nobis ad Chriſtũ, quaſi ab effectu ad cauſam.Hoc videlicet modo: Si ſurrexit Chriſtus,ergo nos reſurgemus:ſi verò non ſurrexit,nec nos reſurgemus.

I. Ratio ad probandum, validas eſſe huiuſmodi rationes reſurrectionis Chriſti, & noſtræ reciprocas.

Valent autem iſtæ conſequentię à nobis ad Chriſtum,& è conuerſo: ſi nos reſurgimus,ergo & Chriſtus reſurrexit: ſi non reſurgimus, ergo & Chriſtus non reſurrexit, Chriſtus enim eſt caput noſtrum , & nos eius membra. Proinde quod in eo factum eſt,in nobis etiam locum habebit,niſi velimus cõſtituere corpus Eccleſiæ conflatum ex capite viuo, & membris mortuis, & niſi velimus corpus capiti homogeneum non eſſe. Deinde Chriſtus Spiritu Dei excitatus eſt à mortuis:idem ergo Spiritus in credentibus habitans excitabit eorum corpora. Quod fecit in corpore Chriſti, faciet & in noſtris corporibus ſuo tempore, vt habes ad Rom.8.Ad hæc Chriſtus non ſibi ſurrexit,ſed nobis, quibus enim datus eſt,& natus, & mortuus, illis etiam excitatus eſt, & nos excitabimur.

II. Ratio. *Rom.8.*

Eſai.9.

Et ita facile eſt aliarum conſequentiarũ bonitatem agnoſcere : *Si Chriſtus non reſurrexit;inanis eſt prædicatio noſtra* (quia videlicet falſum dogma noſtra prædicatione aſtruximus) *inanis eſt & fides veſtra)* quia articulum falſum veſtra fides ſuſcepiſſet. *Inuenimur autem & falſi teſtes Dei,&c.* Falſa ſcilicet conſtãter prędicando,& Scripturis,& ſignis multis confirmando. At nos falſi non ſumus, ſed illi, qui Deo falſa affingunt. Etſi enim graue ſit falſum teſtimonium in homines, multo grauius eſt in Deum ipſum mentiri, vt omnes ethnicorum poëtæ faciunt, qui diuinæ naturæ infinita ſceleta affingunt, & multi hodie hæretici , & veri hypocritæ errores, & falſa dogmata ſerunt inter Chriſtianos , quaſi à Deo ſint, & ex verbo Dei concludantur.Falſus igitur teſtis eſt Lutherus,falſus Caluinus,falſus & Beza cum vniuerſis eorum diſcipulis , qui ſolam fidem prædicant, qui præſentiam Chriſti realem, ac ſubſtantialem in ſacramento auferunt: quique Deo,& Chriſto,ſanctis,& Patribus antiquis, Concilijs generalibus, ac toti Eccleſię Catholicæ,& Orthodoxę bellum indicunt. *Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit ; vana eſt fides veſtra, adhuc enim eſtis in peccatis veſtris.* A quibus nemo niſi per Chriſti reſurrectionem liberatur,quia traditus eſt propter delicta noſtra: & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, quia reſurrectio Chriſti etiam noſtram à peccatis reſurrectionem, & nouam vitam ad æternam illam comparandam ſignificabat. Et ſi mentitus fuiſſet Chriſtus,quando promiſit ſe poſt triduum reſurrecturum, mentitus etiam fuiſſet promittens nobis à peccatis reſurrectionem. *Ergo & qui dormierunt in Chriſto,perierunt.* Quod perinde eſt ac ſi diceret:Reſurrectio corporũ non eſt: ergo nec animorum immortalitas: nam vnum quodlibet alterum inferebat;iuxta illorum ſententiam, qui erant Epicurei,& Sadducęi,qui,vt habes Actor.14. vtrumque negabant, reſurrectionem ſcilicet, Angelum,& ſpiritum. Dormiunt autem in Chriſto , credentes in illum , & fide , & bonis operibus in illo ſperantes, quos impoſſibile eſt perire , de quibus Ioannes, *Beati mortui qui in Domino moriuntur.*

Niſi Chriſtus reſurrexiſſet, prædicatio Apoſtolorum cur vana: ijdẽ quare falſi teſtes.

Falſi qui teſtes ſint.

Eadem ratione cur vana Corinthiorũ fides.

Rom.4.

Matth 22.

Vnde etiam qui dormierũt in Chriſto,perierunt, ſi reſurrectio mortuorũ non eſt.

Act.23.

Qui dormiant in Chriſto.

Ioan 10. & Pſal 30. Apoc.14.

Quo loco expende, Apoſtolicæ doctrinæ eſſe ſecundùm veram Philoſophiam, quam nec Philoſophi,nec vlli proterui negare valent, quòd ponentes animam immortalem,neceſſe eſt illos admittere reſurrectionem;& è conuerſo,qui negant reſurrectionem, etiam negare animæ immortalitatem

Immortalitatem animæ,& corporum reſurrectionem mutuo conecti.

litatem debere. Nam animam ponere à ſuo corpore ſeparatam, ac proinde viuam, non eſt eſſe ex numero eorum, qui in Philoſophia ſunt bene inſtituti, quia naturalia deſideria non debent, nec poſſunt eſſe fruſtra, concedere.

Quomodo ſi in hac vita tantum, in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſimus omnibus hominibus.

Et adiungit aliud argumentum: *Si in hac vita tantùm, in Chriſto ſperantes ſumus; miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.* Id eſt: Si ſpes noſtra, quam habemus in Chriſto, tantùm ſe extendit ad ea, quæ præſentis temporis ſunt commoda, & bona perfruenda, quoniam in hac vita non niſi infinita incómoda, & detrimenta experimur, tribulationes, flagella, cędes, bella, fames, morbos, peſtes; boni verò parum, aut nihil guſtus veræ ſapientiæ, & bona conſcientia, & ſpes æternorum, quę à Deo promittuntur, quæ prælibationes ſunt beatæ illius, ac æternæ vitæ, ſi illa ponatur abeſſe, ſublata reſurrectione, nec iſta quæ nunc prælibamus, ac prægustamus, vera erunt, ſed in peccatis noſtris permanebimus in præſenti ſæculo in perpetuum miſeri, & infelices.

Hoc loco, quid ſperare in Chriſto.

Dictio ergo illa excluſiua, nempe, *tantùm*, iungenda eſt cum illa clauſula, *in hac vita*, & diſtinctio ibi facienda. Et verbum, *Sperantes*, non intelligas ex parte actus ſperandi, quoniam dubium non eſt eſſe illum actum in hac vita, ſed ex parte rei, ſiue obiecti ſperati. Vt ſit ſenſus: Si in Chriſto ſperantes ſumus tantùm illud bonum, quod eſt in hac vita. Quare hinc ſe prodit iam error eorum, qui fingunt animas hominum cum corporibus ſuis dormire vſq; ad diem Reſurrectionis. Et non ponit ſpiritus illos, ſiue animos ſuperſtites poſt hanc vitam. Nam ſi ſpiritus, & animi corporibus ſoluti vitam ſuam retinerent, non dixiſſet Paulus nos reſurrectionem ſperare tantùm in hoc mundo, quia teſtaret animis aliqua felicitas poſt hanc vitam.

In eos, qui animas iuſtorum ante diem iudicij aiunt Deum non videre.

Subdit: *Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium.* Huius rationis vis, & neruus eſt: Chriſtus eſt caput noſtrũ, & primitiæ dormientium, vt ſi caput ſurrexit, debeat & corpus reſurgere: & ſi Chriſtus primitiæ dormientium, aut Primogenitus mortuorum reſurrexit, vt habetur Apocal.1. debent & alij fratres non primogeniti reſurgere. Primitiæ enim dicuntur primi fructus reſpectu futurorum, qui poſt primitias veniunt; primogenitus reſpectu fratrum aliorum, vt ad Roman.8. dixit: *Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus:* Ergo & alij homines Chriſti cultores reſurgent.

Ex eo quod ſurrexit Chriſtus primitiæ dormientium, neceſſario probetur reſurrectio mortuorum. *Apocal.1.*

Primitiæ quænam ſint.

Roma. 8.

Nec planè putandum, eos, qui ſurrexerunt Domino moriente, perfecta reſurrectione ad vitam reuocatos, ne tam magnũ bonum, tamque ſingulare detur minoribus, quod nondum datum fuerat B.Virgini, aut B.Præcurſori, & amico ſponſi, atque alijs magnis Prophetis, quorum corpora apud nos extare, hiſtoriæ eccleſiaſticæ tradunt. Hæc tota argumentatio ducit ad incommodum, & impoſſibile, & recurrit ab oppoſito conſequentis oppoſitum antecedentis in hunc modum: Sed nos non ſumus falſi teſtes dicentes contra Deum, falſum de Chriſto ſuſcitato teſtimonium: Neque dicetis noſtram fidem inanẽ, aut prædicationem noſtram quam prædicauimus: & veſtris cordibus impreſſimus, non tam Scripturis, & ſignis, quàm etiam magnis rationibus veram huius articuli fidem: neque dicetis periſſe dormientes in Chriſto, qui perſanctè vixerunt, & pro Chriſti fide occubuerunt. Neque dicere poteritis, Chriſtianos, de quibus dixit Petrus: *Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis; vt virtutes enarretis eius, qui vos vocauit in admirabile lumen ſuum.* Non dicetis, inquam, hos miſerabiliores eſſe omnibus hominibus. Chriſtus ergo verè ſurrexit à mortuis, & nos quoque veriſſimè reſurgemus. Eſt ergo bona, & ſolida conſequentia, & antecedens ipſum maximè verũ, & prorſus certum, & indubitatum.

Eos qui ſurrexerunt cum Chriſto, iterũ mortuos fuiſſe.

Matth.27. Ioan.3.

Quàm cõſtans & firma reſurrectiõis fides.

1. Petr. 2.

At dicitur Chriſtus primitiæ dormientium, quia primus ad vitam immortalem reſurrexit. Lazarus enim, & reliqui reſurrexerunt ad vitam mortalem, ſicut & illi, de quibus: Multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerunt, vt teſtantur Auguſtinus, & B.Thomas. Rectè igitur concludit Apoſtolus contra aduerſarios reſurrectionis veritatem: quia negantes reſurrectionem, negabant etiam animam immortalem. Certè Epiphanius in Cerinthianos ſcribens, docet, Cerinthum docuiſſe, Chriſtum natum, paſſum, ac mortuum, ſed nondum reſurrexiſſe, vſque ad vniuerſalis reſurrectionis diem, & aſſerit illos torquere iſta Apoſtoli verba: & inferiùs docet eius diſcipulos omnino reſurrectionem mortuorum negaſſe.

Ad VI. Dub. Chriſtus vt ſit primitiæ dormientium.

Ioan.11. Matth 27. B Aug Epiſt. 99. ad Euod. non longe ante med. to. 2. Tho. in 3. par. q. 4. art 3. tom 13. Epiphan. in Hæreſin 28.

Cerinthi de Chriſti reſurrectione dogma peruerſum.

Ac ſubdit rei congruentiam: *Quoniam quidem per hominem mors: & per Hominem reſurrectio mortuorum.* Cùm venerit mors per hominem; decuit etiã venerit reſurrectionem mortuorum per Hominẽ: nam Chriſtus venit reparare, quod per Adam corruerat. *Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſtò omnes viuificabuntur.* Quod de vita animæ intelligi nequit, quia non omnes verè in Chriſto viuificantur vita animæ ſpirituali. Quod ſi ita ſit, quomodò verum erit, omnes ſimul mori in Adam, cum Scriptura

Vnde Chriſti neceſſaria reſurrectio ſecundum Apoſtolum.

Geneſ 3. Rom 5.

Quanam vita omnes qui in Adam mortui ſunt, in Chriſto viuificabuntur.

ptura dicat de bene morientibus, eos mori in Chriſto? Si in Chriſto, quomodo ergo in Adam? quia mori in Chriſto, & mori in Adam non poſſunt. Sed hæc ſibi nequaquam contradicunt, quia reſpectu diuerſorum dicuntur. Quicunque enim corpore moritur, in Adam moritur, quia quantũ ad corpus, & corporis afflictiones, quorum vltima & maxima eſt mors, renouati nondum ſumus. Vnde & qui de Chriſtianis parentibus naſcuntur non continuo Chriſtiani ſunt, niſi prius baptizentur, quia ſecundum carnem naſcuntur, quæ adhuc eſt caro peccati, & mortis. Nec ſi iam Chriſtiani morimur, propterea in Adam morimur, quaſi adhuc inimici Deo. Sed vt Adam dedit parentes, à quibus accepimus carnem (nam & Chriſtus, cuius membra ſumus, dignatus eſt ſub Adam eſſe in hac parte, quantum ad mortem, quia carnem in ſimilitudinẽ peccati ab illo accepit; ſed cum reſurrexit, liberatus eſt ab ea conditione, vt nullo modo ſit in Adam, ſed ſit primitiæ dormientium) ita qui in Chriſto etiam quantum ad corpus ſumus, quia de carne, & oſſibus eius cõſtituti, nihilominus ſumus in illo, quatenus erat mortalis, & conſequenter etiam in Adam, abſque peccato tamen. Ideo qui in Chriſto moriuntur, in Adam etiam moriuntur, & hoc ipſo reddunt debitum, & liberantur ab eo, vt in Chriſto vere reſurgant, & perfecte. Qui vero in Chriſto non moriuntur, vt infideles, & peccatores, in illo tamen ipſi viuificabuntur, ſcilicet vita corporis, quia peccatum Adæ recipit pœnas ſuas, & per Chriſtum omnes debent recipere corpus ſuum, & cum illo iudicari, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.

Filii Chriſtianorum quando Chriſtiani ſint.

1. Cor. 12. Rom. 8.

Quamdiu Chriſtus fuerit ſub Adam vi & qui in Chriſto moriuntur.

Infideles quomodo viuificabuntur.

2. Cor. 5.

Ad ſeptimum dubium circa illud; *Vnuſquiſque autem in ſuo ordine*: Reſpondemus: Cum dixiſſet, Omnes viuificabuntur, quærit quando erit hæc viuificatio, & quis erit ordo. Et cum ait: *Primitiæ Chriſtus*, dubitatur, quomodo Chriſtus iam ſuſcitatus reſurgere debeat. Eſt ergo quæſtionis occupatio. Diceret enim aliquis; Si vita Chriſti noſtram ſecum trahit, cur non hoc apparet in Chriſto? quia ſurrexit intra triduum, nos vero in ſepulchris putreſcimus? Reſpõdit Paulus, quod Deus alium ordinem conſtituerit, & ſatis eſſe, quod non habeamus primitias: nobis autem aduentus tempus erit ad reſurgendum. Adhuc enim vita noſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in Deo, quia nondum apparuit quid erimus. Eſt ergo præpoſterum, diem illum reſurrectionis Chriſti velle anteuertere.

VII Dubii diſſolutio. Quomodo vnuſquiſque in ſuo ordine reſurget: primitiæ Chriſtus; deinde ii qui ſunt Chriſti, qui in aduentum eius crediderunt.

Matth. 12.

Coloſſ. 3. 1. Ioan. 3.

Primitiæ ergo Chriſtus dormientium, id eſt; Hoc eſt initium exemplum, & ius reſurrectionis, in quo videmus quomodo reſurrecturi ſumus integri in hoc corpore. Senſus hic etiam eſſe poſſet, vt Chriſti nomine intelligamus eos Apoſtolos, qui vna cum Chriſto futuri ſunt, ad iudicandum, quaſi ſponſus & ſponſa. Et ita interpretatur Paulus 1. ad Theſſal. 4. cum ait; *Et mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.* Vbi iidem ſunt primi, qui hic dicuntur primitiæ, qui apparebunt cum Chriſto Domino in gloria, & claritate, de qua dixit; *Ego claritatem quam tu dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.*

Quid eſt: Chriſtus primitiæ dormientium. Altera ſolutio ſeptimæ quæſtionis propoſitæ.

Matt. 25. 1. Theſſa 4.

Ioan. 17.

Subdit: *Deinde ij qui ſunt Chriſti qui in aduentum eius crediderunt.* OEcumenius, & alij Græci Patres legunt: Deinde ij qui Chriſti fuerint in aduentu ipſius. Per quos iuſtos intelligit, ſecundum proprietatem ſermonis. Oportebat enim, vt in ipſa quoque reſurrectione priuilegium haberent iuſti. Quoniam enim rapiendi ſunt in aerem in occurſum Domini, prius ſuſcitantur vt anteuertant ad occurrendum (Chriſto.) Quid enim neceſſe eſt, vt prius ſuſcitentur peccatores, cum deorſum expectaturi ſint iudicem? Sed quoniam poſt Chriſtum primitias omnium, vt explicuimus, id eſt primarios viros qui venient cum Chriſto, illi ſuſcitabuntur.

Ii, qui ſunt Chriſti qui nam OEcumenio. OEcũ. c. 9.

Deinde, inquit, *ij qui ſunt Chriſti in aduentu eius.* Quod idem eſt atque illud 1. Theſſal. 4. poſt illa verba, *Mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgẽt primi*, additum: *Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur* (ſiue qui reliqui erimus) *ſimul rapiemur cum illis, &c.* Dicendum eſt ergo omnes iuſtos, & pios reuera Chriſtum eſſe, quatenus in ſua permanent iuſtitia: at cum ante iudicium generale minime ſit certum qui ſint permanſuri (exceptis tamen electis, quos nouit Deus, & qui ſunt ante aduentum illius cogniti, & probati quod ſunt Chriſti: ideo hic ait, illos qui inuenientur eſſe Chriſti, non ſimpliciter, ſed in ſecundo eius aduentu, id eſt, qui prius in eum crediderunt, & in eum ſperauerunt, & aduentum in carne ſuſceperunt: Et hi per Iudicis ſententiam aperte cognoſcentur eſſe iuſti, & erunt in ſecundo gradu reſurgentium.

Quid illud ipſimet Apoſtolo. 1. Theſſ.

Pii & iuſti quatenus ſunt Chriſti

Deinde finis. Hunc finem de iniuſtis interpretatur OEcumenius: Poſt iuſtorum (inquit) reſurrectionem, raptumque in nubibus in occurſum Domini (& qui fide explicita, vel implicita inuenientur eſſe Chriſti) tunc finis erit, hoc eſt, reſurrectio erit omnium, qui à mundi conſtitutione formati ſunt & iudicio tradentur. ¶ Niſi velimus Apoſtolum hoc loco, ſicut & 1. Theſſ 4. de reſurgentibus tantum iuſtis ad gloriam hic habe-

I. Senſus huius dicti Apoſtolici Deinde finis. OEcũ c. 9.

Alius ſẽſus

habere ſermonem. Et ita poteſt exponi finis,& huius militiæ pax, & curſus meta, & nauigationis quietus curſus.

Ad VIII. dubium. Si Chriſti regnum eſt æternum, quomodo illud traditurus dicitur Deo & Patri. *Act.9.*

Add tque: *Cum tradiderit regnum Deo, & Patri, cum euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem.* Hæc fuit octaua dubitatio, vbi diximus, ex hoc loco tum Arrianos, tum alios hæreticos multa tela contra Eccleſiam Catholicam iaculatos fuiſſe, ſed fruſtra in ſtimulum calcitrantes. Præmittendum eſt ad certiorem, & veriorem intellectum huius loci, Chriſtum poſſe bifariam conſiderari. Primo, vt Deus eſt, deinde vt homo. Et priori modo ſemper Filius Dei regnum cum Patre habuit ab æterno; ſicut ab æterno habet Filius quicquid habet Pater. Et hac ratione dici nequit Chriſtum accepiſſe ex tempore, aut traditurum vnquam regnum Patri ſuo. Quare omnia quæ aliter ſonant: vt, quod reſurrexit, quod ſubiectus ſit Deo, quod Patri ſuo regnum tradet: aptantur illi quatenus homo fuit, & ita illi quadrat illud; *Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Quia venit in carne vt ſeruus humilis, & non vt Filius vnigenitus. Deinde dicitur, quod recedens à Patre, dimiſit gloriam ſuam & regnum: non quod Chriſtus homo illud prius habuerit, ſed quod iure illi debitum erat, vt eſſet ſuper omnes, & tamē ſe ipſum demiſit, vt eſſet ſub omnibus: & hoc fuit illi dimittere regnum. Tertio: De illo dicitur, quod receſſit de mundo, & rediit ad Patrem, vt acciperet ſibi regnum, quod Crucis ſuæ victoria acquiſiuit: & ideo ipſe nunc dicitur regnare, & ſuper eccleſiam regnare, imperādo omnibus qui ſunt in cœlo, & in terra, iuxta illud; *Dominus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe;* & iterum, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Quarto, dicitur de eodem, quod reuerſurus eſt in mundum: non vt apud nos permaneat, ſed vt iudicet mundum: quia Pater omne iudicium dedit Filio. Iudicium autem præcedet omnium reſurrectio. Quinto, implebitur quod hic Paulus ait, quod reddet regnum, id eſt Eccleſiā, Deo, & Patri, quam non ſolum acquiſiuit ſanguine ſuo, verum etiam congregauit, erudiuit, pauit, rexit, & euexit vſque in cœlum, ad fruendum Deo in æternum. Et tunc erit ſui regni finis, in quo euacuabit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem: non enim erunt amplius vel bonorum, vel malorum Angelorum erga pios, id eſt omnia regentium, vel imperantium, vel exequentium, munera, & miniſteria. Et ita oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedib' ſuis. Non opus eſt dicere, ponēdos eſſe ſub pedibus eius omnes illos, quidam nationem promeruere, ſed illos maxime, qui impugnauerunt eum, vel doctrinam eius, vel Eccleſiam ſuam: vt ſunt omnes perfidi, & blaſphemi, & antichriſti. Cæteri vero ad ſiniſtram ſtatuentur, & iudicabuntur: alii vero dicti, qui iam iudicati ſunt, ſolo ſitu, & loco agnoſcentur, erunt enim ſub pedibus Chriſti. Sicut è conuerſo qui erūt cum Chriſto iudicantes, non expectabunt iudicium, quia & ipſi iudicati in hoc mundo inuenientur.

Matt.11.

Chriſti hominis, non Dei, propria.

Philip. 2. Chriſtus à Patre recedens, quo modo gloriam ſuam dimiſerit, & regnum. *Luc.19.*

Idem quo modo rediit ad Patrem, mundum relinquens. *Ibid.* *Pſal.92.*

Mat.vlt. Qualis erit eius reditus in mundum, quē prædixit.

Ioan 5. Quod regnum tradet Deo & Patri Chriſtus. *Act.20.*

Chriſtus item quos ponet inimicos ſub pedib. ſuis.

Ioan.5.

Subdit: *Nouiſſime autem inimica deſtruetur mors.* Inimicam appellat, quia deſtruit opus Dei, hoc eſt, hominem, quem Dominus Ieſus venit ſaluum facere, quæ & in ipſum Chriſtum (volente tamen ipſo, & permittente) præualuit, etſi ius nullum haberet in innocentem. Sed ob hanc iniuriam etiam ipſa deſtruetur. Vocat autem Apoſtolus mortem, nouiſſimum inimicum, quia vſque in finem mundi inſultat nobis: & tunc ea debellata atque deſtructa, nos ei inſultabimus, dicentes: *Vbi eſt mors victoria tua?* vt infra ait Apoſtolus. Quia vero mors pœna eſt peccati, & peccatum ſolicitante diabolo ad tranſgreſſionem mandati Dei introiuit in mundum, & per peccatum mors: de qua alibi dixit Spiritus Sanctus. *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum*, elicimus, Diabolum primum eſſe Dei inimicum, de quo dicitur in Euangelio; Inimicus homo ſuper ſeminauit Zizania: quia primus ſe oppoſuit Diuinæ voluntati, dum ille vellet humanam naturam aſſumere, & præ inuidia, ac ſuperbia contradixit. Deinde homini creato inuidens tantum bonum, eum ad præcepti Diuini violationem dolo impulit, per quod peccatum mortem intentatam incidere meruit. Et ita primus inimicus eſt dæmon, autor omnis tragœdiæ: Secundus, eſt peccatum. Tertius, eſt mors ipſa, quæ etiam Domino non pepercit, de qua Michææ.8. *Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi, conſurgam cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt.* Et paulo poſt: *Et aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione quæ dicit ad me: Vbi eſt Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem, vt lutum platearum.* Hæc ille de morte verba faciens:

Cur inimica mors.

Luc.19.

Mors cur inimicus dicitur nouiſſimus; *Oſeæ 13.*

1. Cor. 15. *Gen.3.* *Rom.5.*

Sap.2. Primus Dei inimicus quiſnā ſit. *Matt. 13.*

Apoc.2.

Secundus, qui tertius inimicus Dei. *Michæ.7.*

Iam quæres quomodo deſtructus ſit primus inimicus? Reſpondeo, in hoc, quia, Dominus eius robur, & fortitudinem fregit, & fecit, vt ab hominibus fide muniris vinci poſſit; & vt vinceretur, arma & vires ſuppeditauit. Eodem etiam modo deſtruxit ſecundum inimicum, id eſt peccatum,

Quomodo Chriſtus diabolum deſtruxerit.

quod

quod ſuis ſacramentis extinxit,& remiſſionem peccatorum in Eccleſia poſuit, ita vt dicat Apoſtolus; *Peccatum vobis non dominabitur: non enim ſub lege eſtis,ſed ſub gratia.* Nos quoque in Christo iam deuictam, & ſuperatam credimus in nobis ſuperandam, & extinguendam in die reſurrectionis vniuerſalis mortem noſtram, quādo ei ab omnibus inſultabitur.

Vt vero peccatum ille deſtruxit. *Rom. 6.*

Quod ſi rurſus obiicias, quomodo deſtruendus ſit hic vltimus hoſtis, cum maxime viuat,& regnet in damnatis,quos cruciabit flamma gehennæ;quia deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis: Dicendū,mortem omnino extinctam in Chriſto, & in ſuis membris omnibus, quia mors vltra nō erit,neque luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Vigebit autem mors ſecunda, & quidem acerbiſſima in damnatis,qui Chriſti eſſe noluerunt, aut eſſe ſponte deſierunt, vt pro refrigerio mortis ſecundæ deſiderent mori, aut annihilari.

Ad IX. dubit. De morte destruenda, quæ tamē in damnatis morietur nunquam. *Apoc. 9.* *Infra 21.*

Quod ergo ait: *Cum tradiderit regnum Deo & Patri*, non colligitur, vt Ariani fingebant,minorem Filium eſſe Patre, ſed tantum de Chriſto,vt homo eſt, qui mortuus fuit, & ſuſcitatus, hæc dicuntur. Diuinitas vero nunquam cecidit, aut minorata eſt. Et Filius Dei non ita tradidit regnum Patri vt ſibi illud non retineat: alioqui cogerentur eadem ratione ſtatuere Patrem ſe omni poteſtate abdicaſſe, quoniā Filius dixit; *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra;* & iterum, *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Si ergo Pater tradidit Filio omnia,nec propterea pater minor eſt eo habitus,& omnibus quæ dederat,nō propterea ſe abdicauerat:cur dicemus Filium minorem, quod Patri dicatur quandoq; regnū reſtituturus, iuxta naturam humanam, qua patre minor eſt, & habet ſupra ſe Patrem? Vnde & dicebat: *Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum; Deum meum, & Deum veſtrum.* Et quia Deum habet Patrem quantum ad vtramq; naturam, ideo illic præmiſit, Patrem meū, & Patrem veſtrum. Vt quia hic dicitur tradere regnum Deo, & Patri, vbi Deus vocatur Pater Chriſti, ideo euacuabit omnem poteſtatē; quod de malis ſpiritib. à quibuſdam intelligitur,quia ſequitur, Donec ponat omnes inimicos ſub pedibus ſuis,vel vt Dauid, ſcabellum pedum ſuorum; ita enim Caſſianus collat. 8.c.14. Sed non videtur reſtringendum hoc verbum, ſed generaliter accipiēdum de omnibus legitimis poteſtatibus,& à Deo ordinatis. Ceſſabit ergo mūdus,politia,magiſtratus,gradus,dignitates, & quicquid tale eſt; non different amplius

Ad X. dub. Chriſtus quomodo tradet regnum Deo & Patri, ſi illi omnino eſt æqualis. *Mat. vlt.* Contra Arrianos. *Supra. 11.* *Ioan. 14.* *Infra 20.* Expenditur illud, Aſcendo ad Patrem meum, & Patrē veſtrū.

Quam euacuabit Chriſtus omnem poteſtatem ſecundum aliquos. Alter ſēſus generalior.

ſeruus à domino,plebeius à Rege,& priuatus à magiſtratu:non erunt officia Angelorum,vel Dæmonum ordines,vel hominum gradus.

Donec ponat,inquit, *inimicos ſub pedibus eius.* Hoc acceptum ex Psal. 109. dicitur ad conſolationem piorum. Et ita probat, nondū aduenisse tempus tradendi regnum, quia adhuc eſt negotium Chriſto cum ſuis hoſtibus. Et inde apparet falſa Anabaptiſtarum opinio, qua ſtatuunt, ante nouiſſimū diem talem Eccleſiam futuram, in qua amplius non ſint futuri aduerſarij Chriſti,ſed forte, vt ante omnes impij gladio opprimantur à pijs. Sed Paulus aſſerit,hoſtes non delēdos niſi in aduentu ad iudicium. Imo vt idem Apoſtolus ait ad Roma.16. Deus pacis conterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter Et non ſolum ſub Chriſti pedibus, ſed etiam ſub pedibus membrorum Chriſti.

Quare Chriſtus non tradidiſſe dicitur,ſed traditurus regnum Deo & Patri. *Pſal. 109.* Anabaptiſtarumque nam hæc hæreſis à Paulo damnatur. *Rom. 16.*

Et quia dixerat, Omnia fieri à Filio, regnum dirigi,poteſtates aboleri,ne quis Patrem Filio minorē exiſtimaret, aſſerit hæc omnia Patri ceſſiſſe,cum ait; *Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius.* Et loquitur cum exceptione Apoſtolus; *Cum autem dicat, omnia ſubiecta ſunt ei,ſine dubio præter eum: qui ſubiecit ſibi omnia.* Quæ verba magnæ ſunt conſolationis, quaſi dicat, æquo animo expectemus, donec Chriſtus omnium ſuorum hoſtium victor euadat, noſque omnes ſub Dei imperium ſecum reducat, & numeris omnibus regnum Dei impleatur in nobis. Et tunc ipſe Filius ſubiicietur:quod de corpore myſtico quidam accipiunt, id eſt de Eccleſia, cuius caput eſt Chriſtus; cum tamen loquatur Apoſtolus de Chriſto.& Eccleſia tanquam de vna perſona,quæ conſtat capite, & corpore ſuo. Neque hoc modo regnum à ſe abdicabit,ſed traducet ab Humanitate ad Diuinitatem,quia patebit tunc acceſſus ad Deum, à quo nunc infirmitas noſtra nos arcet. Nec erit ſubiectio coacta, & violenta,ſed ſpontanea, & maxime voluntaria; quæ etiam in maximam noſtram gloriam,& vtilitatem cedet, quia remoto velo palam videbimus Deum in ſua maieſtate regnantem,nec amplius erit media Chriſti Humanitas,quæ mediatoris, & aduocati perſonam ſuſtineat,& quæ nos ab vlteriori Dei conſpectu cohibeat. Et illa ſeruitus & ſubiectio erit liberrimum regnum omniū ſanctorum. Ita Auguſtinus lib. 1. de Trinit. c.8. hunc locum enarrans,ait; *Chriſtus in quātum Deus eſt,cum illo nos ſubiectos habet: in quātum ſacerdos,nobiſcum illi ſubiectus eſt.* Hæc ille. Fuſiſſime hūc locum veteres Patres pertractarunt,nimirum Hilarius lib.11. de Trinit. Gregorius Niſſen. in dictum hoc Apo-

Quare Apoſtolus Deum Patrem aſſerat non ſe Chriſto ſubiecisse.

Quomodo Chriſtus poſt iudicium ſubiicietur Patri. *Epheſ. 4.* *1. Cor. 12.* *Epheſ. 1.* *Coloſſ. 1.* Seruitus illa, ſeu ſubiectio quā erit ingenua,& honorifica Chriſto, & Beatis omnibus. *1 Ioan. 2.* *1 Tim. 2.* *B. Aug. lo. 3.* *Hilar. Gre. Niſſen.*

VI. Dubiũ.

quia mala. Videri enim poſſet fabuloſum Sexto quare iuſtos ad vigilandum adhortatur, ne peccent, & ignorantiam Dei obtendentes, excuſari minime valeant, ſed magis illa grauari.

Scripturæ ſenſus abſurdum aliquid, aut impoſſibile continẽtes, quomodo teſte Auguſtino ſint accipiendi.

Aug. to. 3. prope initium.

Mat. 19.

Supra. 18.

Ad primum igitur, præmittendum ex Auguſtino lib. 1. de Doct. Chriſt. vbi tradit regulas eruendi ſenſus ex ſcripturis. Primum, quod vbi verba proprie, & iuxta rationem Grammatices acceptas, abſurdum aliquem, vel impoſſibilem, vel carnalem ſenſum efficiant, tunc recurrendum ſit ad tropum, vel figuratam locutionem: quemadmodum in illis verbis; *Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum*; &, *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te. vel ſi manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proijce abs te*; & *Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.* certum eſt, in his locis omnibus tropicum, aut figuratum eſſe ſermonem, & non proprie, & iuxta grammaticam voces eſſe accipiendas.

Tropici ſcripturæ ſermones qui nam aliis præponderent. Quibus Iudæos, & Hæreticos Apoſtolus tantum argumentis reuinceret, atque confutaret.

Deinde illud etiam conſtituendum, vbi plures poſſunt eſſe tropicæ, aut figuratæ locutiones, illam, cæteris paribus, eſſe præferendam aliis, quæ minus recedit à proprietate. & magis accedit ad ipſam proprietatem. Tertio illud ſtabiliendum, Apoſtolum interdum tropicas, & probabiles rationes pro rei, qua de agitur, ratione, producere: cum tamen eſt illi negotium contra Iudæos refractarios, & contra proteruos hæreticos, nonniſi ſolidis, & firmis argumentis vti cõſueuit, non autem illis quæ facile ſolui, vel negari poſſint ab aduerſariis. Hoc enim tantum, & tam ſapientem architectum in primis decebat, atque adeo ipſum Spiritum ſanctum, qui per os Pauli loquebatur, vt nemo videlicet ex aduerſariis poſſet illi reſiſtere, & contradicere. Quod quia rationi eſt conſonum, non indiget hæc regula multis probari.

Luc. 21.

Ad I. Dub. Quid pro mortuis baptizari. I. ſenſus. *Chryſ. hom. 38. tom. 4. Theophyl.* Minime probatur, ac recipitur.

His poſitis vt veris, & omni acceptione dignis, producendi ſunt ſenſus, qui huic loco tribuuntur, & diſputationis cote examinandi, an certam aliquam veritatem, & quę ad rem faciat, contineant. Primus igitur ſenſus ex Chryſoſtomo, & Theophylacto occurrit, nimirum Apoſtolum alludere ad morem, quo baptizandi recitabant Symbolum, in quo continetur articulus de reſurrectione mortuorum. Et ita, Baptizari pro mortuis, eſt Profiteri articulum reſurrectionis mortuorum. Dura quidem, & violenta expoſitio (ſalua tamen honorificentia, quæ tãtis Patribus, ac de Eccleſia bene meritis debetur.) Facit enim in ea, quod ſimili ratione poſſet dici, quod quis baptizatur pro Deo Patre omnipotenti, creatore cœli & terræ, pro Trinitate ſacroſancta & pro Chriſto filio Dei vnico Domino noſtro, concepto de Spiritu ſancto ex Maria virgine; Deniq; pro Communione ſanctorum, & vita æterna: quia hi omnes articuli continentur in Symbolo. Et potius deberet dici baptizari pro reſuſcitatis, quia in Symbolo etiam fit mentio Communionis ſanctorum, carnis reſurrectionis: quia ita Paulus directe magis probaret reſurrectionis articulum.

II. Senſus, etiam Chryſoſtomi.

Secundo alii interpretantur, Baptizari pro mortuis, id eſt, quo peccatis, ſcilicet delendis: quia Baptiſmus eſt in remiſſionem peccatorum. Ita enim idem Chryſoſtom. hom. 23. in hanc Epiſtolam interpretatur, & in hoc ipſo loco ca. 15. hom. 40. pro mortuis corporibus noſtris, vel morti obnoxiis, ſed & pro animab' magis peccato mortuis, & extinctis: Vt ſicut primus baptiſmus remittit omnia peccata, originalia, & perſonalia, ita nouus ille baptiſmus delicta venialia, quæ hic homo admiſit, dum viueret, vel pœnas peccato in vita admiſſo debitas remittat.

Duplex baptiſmus in remiſſionẽ peccatorũ Chryſoſt.

I. Ratio Caietani, & aliorum cõtra illum ſenſum.

Eccl. 34.

Num. 19.

Hic ſenſus etſi verus ſit, vt ait Caietanus non tamen videtur ad rem. Nam mortui nonniſi valde myſtice ſignificant peccata. neque ex illo loco ſolide probatur. *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius?* non enim peccatum dixit mortuum, ſed alludit ad legem, in qua contactus morticini indigebat baptiſmo & lotione; ſi tamen repeteretur tactus morticini, prior lotio nulla reddebatur. Et baptizari pro mortuis, eſſet in fauorem peccatorum baptizari, quia agere pro aliquo, eſt in eius fauorem operari: quemadmodũ quod dicit Dominus de ſuo ſanguine: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*; id eſt, vt ille ſanguis proſit tam viuis, quã mortuis, & Aquila, & Priſcilla commendatur Rom. 16. quod pro anima Pauli ſuas ceruices ſuppoſuerunt: idem quoque Apoſto.' dixit: Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis; & ſexcenta alia exempla. Et quia ſequitur; Si mortui non reſurgunt, eſſe euidens homonymia & æquiuocatio, aliter & aliter capiendo vocem mortuorum. Nam primo ſignificaret peccata, deinde ſignificaret homines in maſculino genere *οἱ νεκροί.* quæ Græce ſunt fœminini generis. *αἱ ἁμαρτίαι* Denique Pauli argumentum eſſet valde debile, & infirmum quod acciperetur à figura Baptiſmi; quod negantes reſurrectionem, facilius negare potuiſſent.

II. Ratio.

Mat. 26.

Rom. vlt.

Act. 18.

1. Cor. 1.

III. Ratio.

III. Senſus.

Tertio, non deſunt qui interpretentur de vero Chriſti baptiſmo, in quo repręſentatur

tatur mors, & reſurrectio eius, vt habet ad

Rom. 6.

Roman. 6. *Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Et ita dum quis baptizatur, agit perſonam mortuorum, & reſurgentium.

Chriſti baptiſmatis ſacramentū.

Refellitur illa multiplici ratione.

Sed hunc etiam ſenſum nonnulla occurrunt. Et primum cum dicitur in plurali, pro mortuis, quærendum eſt qui ſint iſti mortui? non enim ſolus Chriſtus eſt mortui in plurali. Quod ſi dicas, Chriſtus eſt vnus, & alter ipſe qui baptizatur; mirabile certe eſt, quod quis baptizetur pro Chriſto, & quod agat eius perſonam in baptiſmo; cum potius in eo mors ſignificetur, & reſurrectio eius, non autem repræſentetur, vt docet Caietanus.

II. Ratio.

Mirabile etiam, & vix intelligibile, quod quis repræſentet ſe ipſum: & intolerabile eſt dicere quod quis baptizetur pro Chriſto; cum potius ex Scripturis doceamur, quod baptizamur in Chriſto, vt habes ad Roman. 6. Gala. 3. Act. 10. vbi dicitur: *Iuſſit eos baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti.*

Act. 10.

III. Ratio.

Adde, quod neque Latine, nec Græce dicatur quis agere pro alio, eo quod eius perſonam repræſentet, ſed potius qui loco alterius, aut qui in alterius vtilitatem agit.

IV. Ratio.

Adhæc Paulus intendens probare reſurrectionem, potius debebat dicere, Qui baptizantur pro ſuſcitatis, aut, Qui baptizantur pro ſuſcitatis, & mortuis, cum vtrumque myſterium in Baptiſmo ſignificetur: quia dicere tantum, pro mortuis, non niſi mortem tantum ſignificaret. Si vero dixiſſet vtramque, debiliter argumentaretur à figura, & ſignificatione baptiſmi, quam, qui reſurrectionem inficiaretur, facile quoque figuram illam vel negaret; vel ſi admitteret Chriſti reſurrectionem, non tamen illam hominis à morte naturali, ſed à peccato, vt alibi dixit: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, & quæ ſurſum ſunt ſapite; non quæ ſuper terram*

Coloſſ. 3.

V & ultima ratio.

Denique ſi aliter quis baptizaretur præter immerſionem, nempe per ablutionem, vel intinctionem, vel aſperſionem, non baptizaretur pro mortuis, quia non eſſet immerſio, & emerſio, nec figuraretur mors & reſurrectio.

VI. Senſus.

Quarta eſt interpretatio quorundam, dicentium in Eccleſia Corinthiorum anhelantes quoſdam ad Baptiſmū extitiſſe, morte tamen præuentos fuiſſe, & ſine baptiſmo hinc deceſſiſſe. Vnde quidam ſe ſupponebant, & pro aliis ſe baptizari permittebant, quaſi hic baptiſmus pro alio ſuſceptus, alium redderet ſaluum. Hunc ſenſum ſequitur Ambroſ. hoc loco, quem & recitat Chryſoſtom. & improbat. Epiphanius in Hæreſin. 28. quæ eſt in Corinthianos, hoc ipſum teſtari illum inducit his verbis: *Cæterum alij recte hoc dictū interpretantes dicunt, quod mortui vicem ſi fuerint in pietatis doctrina inſtructi, ob hanc ſpem lauacro digni fiunt, oſtendētes quod qui mortuus eſt etiam reſurget; & ob id indiget remiſſione peccatorum per lauacrum.* Hæc ille, non perſtans in ſenſu priori, quem ex traditione in Aſia, & Galatia acceptum tradiderat, nimirum quod viuentes morientium nomine baptizarentur, quod tamen non conſtabat illi ex hiſtoria. Hunc tamen poſteriorem ſenſum ſecutus eſt Beda, etiam Epiphanio citato.

Ambr. to. 1. Chryſ. h. 49. Epiph.

Olim vbi nam viuentes morientium nomine baptizarentur, ſecūdum Epiphanium

Beda venerab. to. 5.

Refellitur hæc quoq; ſententia tripliciter.

I. Argum.

Sed & contra hunc ſenſum militare videntur quædam. Mirum enim videtur, & fere incredibile, quod Apoſtolorum tempore, & in tanta luce Euangelij tantus error vigeret: quodque Apoſtolus hunc errorem vt perniciosum & ſuperſtitioſum non confutauerit, ſi quædam alia leuiora in hac Epiſtola corrigit, vt hominem errantem, vel prophetantem velato capite, & mulierem ſimiliter detecto, & alia ſimilia.

1. Cor. 1.

Quid ſi Corinthii eū ritum baptiſmatis habuiſſent

Imo Paulus, aſſumendo argumentum à ritu, & facto quodam ſuperſtitioſo, illud potius commendaſſet, quam reprehendiſſet, eſſetque argumentum non ſatis ſolidum, & ad homines tantum qui illo errore tenebantur; cum tamen hæc epiſtola ſcripta ſit non pro illis ſolum, ſed pro omnibus Chriſtianis, & fidelibus, qui inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco, ipſorum, & noſtro, vt dixit in exordio huius epiſtolæ.

1. Cor 1.

II. Argum.

Deinde dici poſſet, quod ille ritus baptizandi pro mortuis, pro corporis vtilitate non erat, ſed pro animis immortalibus, pro quibus ille ritus ſeruiebat.

III Argū. Chryſ. h. 38. Theoph.

Vt interim omittā, quod hanc explicandi rationem Chryſoſtomus & Theophylactus hoc loco tanquam falſam reiiciunt. Et nullum ex veteribus Eccleſiaſticis ſcriptoribus fundamentum habet, quod hic error tempore Apoſtolorum viguerit. Nam Philaſter hunc errorem tribuit Cataphrygibus, inter quos Montanus fuit, qui tempore Antonini Pij poſt Hadrianum vixit, Theophylactus impingit hanc hæreſim Marcioniſtis quos refert, ad confirmandum dogma hoc de baptizandis mortuis, inducere ſolitos hunc Apoſtoli Textum, & ſignanter, vt dixi, tribuit Marcioniſtis, hoc eſt diſcipulis Marcionis; cum tamen Tertullianus lib. de Præſcriptionibus Hæreticorum, & libris quinque in Marcionem editis, cum multos eius errores recenſuerit, & impugnauerit, huius

Nec Montanū, nec Marcionē in eā hæreſi, viuentes ſcilicet morientium nomine baptizandos, fuiſſe.

Tertul. to. 2.

ne

D. Irenæ.

ne meminerit quidem, nec etiam Irenæus l.1.cap.29. in quo errorum eius catalogum contexuit, nec Euſebius l.4 Hiſto. Eccle. c. 22. nec Epiphanius, nec Philaſter, nec Auguſtinus l. de Hæreſibus nec Theodor. in Fabulis l.1.c. de Marcione: imo potius reiecisſe traditur omnem reſurrectionem, quā fieri non poſſe exiſtimabat. Quod ſi etiam daremus, Marcionem hoc ſenſiſſe; non haberemus tamen, Marcionem fuiſſe tempore Apoſtolorum, ſed tempore Antonij P.j.

Euſeb. tom. 2. Aug. c. 22 to. 6. in ſ:10 Theodoret. par. 1.

Cur nullā Marcion reſurrectionem credidit futuram

V. Senſus, quid ſcilicet baptizati pro mortuis.

Quinto alij propius accedentes ad veritatem, interpretantur, Apoſtolum à conſuetudine veteris teſtamenti argumentum duxiſſe. Nam in lege erant ſacrificia mortuorum, vt docet Iudas Machabæus, cuius hęc ſunt verba l.2. Mach. c.12. *Niſi enim eos qui dormierant, reſurrecturos ſperaret, vanum, & ſuperfluum videretur orare pro mortuis.* Et ſubdit: *Sācta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur.* Ex quo loco Apoſtolus didicit pro peccatis mortuorum eſſe baptiſmata, quæ ad iuſtificationes culturæ ſpectabant: *Alioquin, ait, quid facient qui baptizantur pro mortuis ſi omnino mortui non reſurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis?* Erat enim ritus ſolennis Num.19. vt ſi quis tangeret cadauer hominis, & propter hoc ſeptem diebus fieret immundus, aſpergeretur hac aqua die ſeptima, & ſic mundaretur. Si tertio aſperſus non fuiſſet, ſeptimo non poterit emundari. Pro peccatis ergo eorum, qui cum pietate mortui fuerant, ſed ſine aſperſione, vel baptiſmate diſceſſerant, alij poſtea de iis ſoliciti baptizabantur, & ſacerdotes adhiberi, curabant ad ſatisfaciendum pro illis: quod non feciſſent, niſi iam crediſſent. Eo tendit, quod dixit Apoſtolus; *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referet vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit in carne, ſiue bonum ſiue malum.* Teſtabantur enim hanc fidem reſurrectionis, & remunerationis quæ reuelanda erat, concluſi in illis ſymbolis, & vmbris legis. Erāt enim, teſte Domino, & Apoſtolo, frequentia, & varia apud Hebræos baptiſmata: vt legimus Matth.15 Mar.7. Hebr.6 & capite 9. ait; *Variis baptiſmatibus ad tempus correctionis impoſitis.* Atque pro hoc ſenſu producunt S. Ephræm Syrum, virum magnum, qui in ſermone de Teſtamento, ſiue de morte ſua: *Audi* inquit, *clamat Apoſtolus, dicens: Si mortui non reſurgunt, vt quid baptizamur pro mortuis? Qui enim in lege erant, propter ſpem in myſterio tenebantur concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat Sicut legiſtis quod ſacerdotes legis in oblationibus culturæ mundabant.* Et concludit Sanctus Ephræm. *Si hoc illi poterant, multo magis*

2. L. Mach. 12.

Vnde Paulus (ſecundum illos) didicerit pro mortuis eſſe baptiſmata.

Heb. 9. Num. 19.

Vetus lex Moyſi de mortuorū baptiſmo.

2. Cor. 5.

Mat. 15. Mar. 7. Heb 6. Infra 9.

Beatus Ephræm de mortuorū baptiſmo teſtimoniū

Gal 3.

ſacerdotes Noui teſtamenti poterunt debitum mortuorum ſanctis oblationibus & precibus diſſoluere. Ita etiam quidam producunt Euſtratium presbyterum conſtantinopolitanum ll. de immortalitate animæ, & de operatione eius poſt mortem, ſecundum Ephræm ſententiam. Tractando enim illud Num.19. *Si mortuus fuerit ſine hac mundatione polluetur, & immunditia eius manebit ſuper eum*, ait; *Si enim ratio munditiæ, & immunditiæ poſt hanc vitam non eſſet, legulator non dixiſſet de mortuo; Si mortuus fuerit ſine hac mundatione immunditia manebit ſuper eum.* Quare Salomon in vniuerſum dixit; Mortuo ne prohibeas gratiam, ſcilicet eleemoſynæ, quam paulo ante vocauerat gratiam dati: *Gratia*, inquit, *dati in conſpectu omnis viuentis*: quod præcipiebat omni petenti dare. Et ne quis ſolis viuentibus dādum putaret; ſubdit; *Et mortuo ne prohibeas gratiam*, ſcilicet dati, quod poſſit iuuare. vt ſunt ſacrificia, orationes, & eleemoſynæ, & ſimilia.

Euſtrati. preſb. Conſtantinop.

Num 19.

Mortuo quam gratiam non vult prohiberi Salomon.

Eccl. 7.

In quem ſenſum aliquid etiam obiici poteſt. Nam etſi legamus Iudæos ſolitos pro ſe ipſis baptizari; nullibi tamen pro aliis mortuis, aut viuentibus: Bene tamen legimus ſacrificia pro mortuis, quæ obtulit Iudas Machabæus, non tam pro immunditiis legalibus contractis in bello, quam pro peccatis animorum, quia dixit: *Vt à peccatis ſoluantur.* Deinde, omiſſio illius ceremoniæ expiandi ſe per aquam expiationis in eo qui in bello cecidiſſet, non obligabat impotentem etiam dum viueret, nedum poſt mortem, quia nulla lex obligat ad impoſſibile: & in vtraque cauſa ſatis erat bona voluntas Si autem ex contemptu illam ſeruare negligebat, peccatū erat lethale, quod poſt mortem per alium expiari non poteſt. Teſtimonia item ex Ephræm & Euſtratio, & Apollinari, non videntur vrgere, quia nihil de baptiſmate vnius pro altero loquuntur. Quarto, ſi ad legem alluderet Apoſtolus, aliquid dixiſſet Paulus ſuo more, quo indicaret ſe ad legem alludere, vt ſæpe facit, quomodo cum ait: *Non legiſtis? &, Scriptum eſt enim*: Cuius rei ſignum vllum non indicatur. Quinto, nullum extat veſtigium in Scripturis, quod vnus pro altero ceremonias illas obſeruare poſſit, cum earum omiſſio extra contemptum ad lethale peccatum non arctaret nemo enim pro alio ſuſcipit ſacramentum, nemo pro alio circunciditur, nec baptizatur, nec chriſmate inungitur, nec abſoluitur in foro pœnitentiæ, nec ſumit Euchariſtiam, vel ſacris ordinibus initiatur, nec matrimonium pro alio contrahit, niſi alium loco ſui procuratorem prius inſtituerit.

Nunquam Iudæos ſe pro mortuis baptizare ſolitos.

Mach. 12.

II. Argum.

Num 19.

III. Argum

IV. Argum

Gal. 4. Ibid. 12.

V. & vlt.

Sacramenta pro aliis ſuſcepta nō proſunt.

VI. Sol. minime reiicienda.

Quoniam igitur proprie accepto verbo Baptizandi, nullus occurrit ſenſus ſolidus, & ex quo firma reddatur probatio Apoſtoli pro veritate reſurrectionis: Dicendum eſt ſexto loco alios eſſe, qui verbum baptizandi metaphorice accipiendum putant pro verbo Patiendi, & pœnas, ſupplicia, ac tormenta ſuſtinendi pro delendis aliorum peccatis. Atque hinc ſpem concipimus, ſenſum aliquem verum, & genuinum eruendi Ita enim Dominus dixit; *Baptiſma habeo baptizari; & quomodo coarctor vſque dum perficiatur?* Vbi plane de baptiſmo ſanguinis, ſiue de paſſione ſua, & morte loquitur. Et alio loco ad Apoſtolos primas ſedes ambientes *Poteſtis*, inquit, *bibere calicem quem ego bibiturus ſum; aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari?* Vbi nomen calicis ſatis oſtendit, & declarat quis ſit ille baptiſmus. Nam Dominus idem orauit; *Pater, transfer calicem hunc à me, & Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum?* acerbam ſuam paſſionem calicem vocans. Idem etiam ſignificauit Ioannes Baptiſta, cum dixit; *Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni* Eſt enim igni baptizari carceribus, vinculis, & tormentis pro Dei gloria, & aliorum ſalute ſe exponere. Et Apoſtolis dixit in die Aſcenſionis; *Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies.* Nam per Spiritum ſanctum robur, & virtutem acceperunt ex alto, quo poſſent pro Chriſti gloria, & hominum ſalute extrema quæque, & aduerſa perpeti, atque illa ſuperare.

Luc. 12.

Quo Chriſtus baptiſmo habebat, vt dixit, & habebat baptizari.

Matth. 20.

Quem calicem Chriſtus Patrē ſuum rogabat à ſe trāsferri.

Marc. 14.
Ioan. 18.
Matth. 3.

Quid igni baptizari.

Actor. 1.

Apoſtoli qua fuerint induti virtute ex alto.

Luc. vlt.
Act. 2.

Poſita ergo metaphora verbi Baptizandi; duplex ſenſus elici poteſt: alter, quem ſequitur Claudius Guillandus: vt idem ſit baptizari pro mortuis, quod pati, & affligi pro articulo reſurrectionis mortuorum. Qui ſenſus etſi verus ſit, non videtur tamen Apoſtoli verbis conſonus. Non enim dicendum erat, pro mortuis; ſed, pro ſuſcitatis à morte, aut, pro mortuis, & reſuſcitatis, aut quid ſimile. Nam dicere tantum, pro mortuis, eſt, aſſerere, illam confeſſionem, & martyrij pœnam quam ſuſtinuerunt, fuiſſe in vtilitatem, & beneficium mortuorum, non autem viuentium: at Martyres magis iuuabant viuentes, quam mortuos exemplo, & oratione, & ſanguinis effuſione. Et cum bis dixerit, baptizari pro mortuis, mirum eſt vel ſemel non dixiſſe pro viuentib.

Hæc interpretatio quorumdā Baptizari pro mortuis, eſt Pati pro articulo reſurrectionis mortuorū, quid incōmodi habeat.

Claud. Guillan. Doct. Pariſ in Paulum

Martyres quid prodeſſent viuentibus.

Quærenda eſt ergo aliqua metaphora in voce, mortuorum, quæ contineat aliquam peculiarem vtilitatem, & fructū ipſis mortuis. At quæſo te bone lector, quæ alia vtilitas eſſe poteſt, quam fideles viuentes ſuis precibus, aut ieiuniis, aut eleemoſynis: aut aliis id genus exercitiis duris, & corpus affligentibus baptizari pro mortuis ſuis? Nam & propterea eleemoſyna ablutio quædam eſt, de qua Spiritus ſanctus: *Ignem ardentem extinguit aqua & eleemoſyna reſiſtit peccatis;* & Dominus. *Quod ſupereſt date eleemoſynam & ecce omnia munda ſunt vobis.* Quadrat etiam huic externæ, vel internæ cruci; & quia immerſio iſta, quæ baptizatio eſt, cruciat, & moleſta eſt. Ad hæc pœnitentia, ſecundum Gregorium Nazianzenum, & Damaſcenū dicitur baptiſmus lacrymarum, item baptiſmus difficilis, & laborioſus, ad differentiam baptiſmi aquæ; quemadmodum à Tertulliano, & Hieronymo, Pœnitentia quoque dicitur ſecunda tabula poſt naufragium. Adde, quod aqua benedicta, ſiue luſtrali, quæ baptiſmi ſymbolū eſt, & qua in ingreſſu templi fideles omnes frontem tingere conſueuerunt, ſolent etiam defuncti aſpergi, & monumenta mortuorum perlui, & luſtrari, vt ita aliqua ratione eos baptizare videamur, aut potius nos pro eis dum aſpergimur. Quæ res etiam ethnicis ignota non fuit: nam Poeta agens de Myſeni funere, ſcripſit.

Quid tandem ille baptiſmus pro mortuis intentus à Paulo.

Eccl. 3.
Luc. 11.

II. tauo pro hoc ſenſu Pœnitentia qua lis baptiſmus.

Naz. orat. 39 in ſancta lumina in fine, to. 1. Ioan Damaſce. in vita SS. Barlaam, & Ioſaphat. Tertullian l. de Pœnitent. B. Hieronymus aut quiſquis auctor eius fuit, epiſt. 8. ad Demetriadem, circa medium. t. 1.

Idem ter ſocios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ:
Luſtrauitq; viros, dixitq; nouiſſima verba.

Aqua quibus benedicta adhibere ſolita: eius vſus etiam apud ethnicos.

Virg. 6. Aeneid. ante medium.

Tertio conuenit maxime hæc explicatio ſcopo, & menti Apoſtolicæ, & ex eo vt ſolido fundamento vtpote vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudine roborato, & non ex aliquo particulari ſenſu, vel ex vſu ſuperſtitioſo, vel ex argumento ad homines tantum confirmatur. Vt ſi quis, verbi gratia, argueret ex more Eccleſiæ in ſecunda die Nouēbris, in qua pro animabus mortuorum iuuandis, precibus, ieiuniis, & eleemoſynis, per totum orbem vacant fideles, vel ex indulgentia, magna, & iuſta de cauſa conceſſa à ſummo Pontifice, tam pro viuis, quā pro mortuis, efficaciter probaretur fides purgatorij, & ſuffragia pro defunctis eſſe à nobis neceſſario impendenda. Adde, Scripturas per collationem mutuam explicari. Ecce hunc locum declarat alter ille ex libro Machabæorum ſecundo, vbi Iudas duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, & vt orarent pro iis, qui in bello ceciderant. Et huic ſenſui quadrant verba beati Ephræm, ex teſtamento ſuo ſuperius producta. Comprobant & verba Apoſtoli, quæ ſequuntur: Vt quid & nos baptizamur pro illis? nam ita legunt aliqui Græci codices in prima perſona; & ideo efficacius comprobant ea quæ dicimus. Nam & ipſe PAVLVS ſe plum computat

III. ratio ab Eccleſię ritu & conſuetudine.

Idem ille ſenſus confirmatur Scripturarum conſenſu.

2. Machab. 12.

Ea lectio Græca quorundam: vt quid & nos baptizamur pro illis, expenditur.

tat inter eos, qui baptizabantur pro mortuis. Sicut & ea quæ conſequuntur, in eadem perſona dicuntur: Vt quid & nos, inquit, periclitamur omni hora?&, Quotidie morior per veſtram gloriam fratres. Quarto habemus ex Antiquis, qui hunc ſenſum probent. Certe B. Bernard. à quibuſdam producitur ita ſcripſiſſe: *Quid ad hæc incantantis vox quid ſermo faciet prædicantis? Orabo pro eo, humiliabo in ieiunio animam meam, baptizabor pro eo vberrimo quodam profluuio lacrymarum.* Hæc ille. Adde Petrum Cluniacenſem, ante annos quadringentos, qui floruit tempore eiuſdem Bernardi: qui ſcribens contra hæreticos quoſdam Petrobruſianos, & Henricianos, ex præſenti loco colligit Purgatorium, his verbis, *Vt quid & baptizantur pro illis? quaſi diceret; Si non eſt reſurrectio, quid prodeſt bonum opus, vel bona pro mortuis virorũ intentio? Quid prodeſt pro mortuis bona voluntas viuorum ſi mortem carnis non ſequitur reſurrectio mortuorum? Quid prodeſt pro mortuis bonum viuentium opus ſi ad vitã ſempiternã poſt communem caſum humanum non creditur poſſe reſurgere corpus.* Dionyſ. Carthuſianus hanc ſolam interpretationem ſequitur dicens: *Vt quid baptizantur pro defunctis? Eſt ergo baptiſmus afflictionis; de quo in Euangelio dicit Saluator. Ego baptiſmo habeo baptizari. Vel ſic: Quid facient qui baptizantur pro mortuis, id eſt, pro peccatis ſuis delendis; vel ſeipſis ſpiritualiter mortificandis ad ſimilitudinem mortis Domini Saluatoris?* Eundem ſenſum, vt veriorem, & probabiliorem, reiectis aliis, ſequitur Ambroſius Catharinus, & Ioannes Faber Epiſcopus Viennen. decertans cum hæreticis, & Ioan. Gagnæus doctor Pariſi. Quos omnes conſulto nominare volui, vt intelligat lector, quanta veterum, ac recentiorum Doctorum autoritate innitatur hæc explicatio.

IV. ratio à dictis Patrum, veterum, & recentiorum. *Pſalm. 34.* *Petrus Cluniacen. li. 1. epiſt. 2. in cõfutatione quarti erroris.* *Dionyſ. Carthuſ. in Paulum.* *Matth. 20.* *Ambroſ. Catharin. in eundem.* *Ioan. Faber.* *Ioãn Gagnæus in eundem.*

Obiiciunt contra hunc ſenſum aduerſarij, quod Apoſtolus dixerit in tertia perſona: *Quid faciunt qui baptizantur*, & non in prima, qui baptizamur. Sed ſatis eſt aliquos codices ita legere, & conſequentia id iuuare. Ad hęc producitur Amb. vel quiſquis fuit Commentariorum illorum autor, ita dicẽs *Exemplo hoc non factum illorum probat, ſed fixã fidem in reſurrectione oſtendit* Hæc ille. Sed etſi hoc verum argumentum eſſet, adhuc tamen probaretur ex eo loco purgatorium: quia tale factum etſi improbandum, procedebat tamen ex fide eorum, qua credebant viuentes poſſe mortuis ſuffragari. Reſpondemus igitur aſſerendo etiam in prima perſona dici ſecundum quoſdam codices. Et hactenus ſit de illo loco difficili diſputatũ: *Vt & quid baptizantur pro illis?*

I. aduerſariorum argumentũ refellitur. *II. argumẽ. Ambr. to. 5.*

Sequitur iam: *Vt quid & nos periclitamur omni hora?* Argumentatur etiam Apoſtolus noua ratione probans reſurrectionem ex his verbis. Et illo pronomine, Nos, intelligit Apoſtolos, & præcipuos verbi Dei miniſtros. Verbo Periclitandi comprehendit omnes labores, & cruciatus, per quos in vitæ diſcrimen adducebantur pro articulo Chriſti à mortuis ſuſcitati, & pro vniuerſali reſurrectione carnis noſtræ. Aliqui docẽt ſupplendum eſſe in hoc argumento: Vt quid & nos periclitamur, niſi quia ſperamus futurã reſurrectionẽ? ſecuri quia poſt hanc vitam vera vita ſequetur.

De quibus dicatur: Vt quid & nos periclitamur omni hora.

Et ait: *Omni hora*, Siue omni momento temporis: quia ſemper inter pericula verſabantur. Efficax autem eſt hoc genus argumentandi à perfectorum magiſtrorum quotidiano periculo: nam ſe, ſuaque omnia in periculum adducebant, quod non nudis verbis, ſed rebus ipſis fidem reſurrectionis comprobarent. Nam inuenientur fortaſſe aliqui, qui gloriæ, aut lucri cauſa aliquando periclitari auſint: qui vero tota vita, inuenies neminem. Niſi enim certi fuiſſent ſancti de reſurrectione omnium generali, ſtultiſſimi hominum fuiſſent, pro eà perpetuo periclitando: imo vanum fuiſſet & inſanum pro mendacio mori. Nam ſi ſancti perirent in morte, furor fuiſſet omnium furorum nouiſſimus famæ immortalitatem morte ſua emere. Et ita reſponſum eſt ad ſecundum.

Cur illi periclitarentur omni hora. *Huius rationis pro veritate reſurrectionis efficacia vnde colligatur.*

Ad tertium dubium dicendum, interpretem noſtrum vertiſſe: *Quotidie morior propter veſtram gloriam*, & tuentur quidam hanc lectionem Latinam, quaſi veriorem, & probabiliorem. Ambroſ. vertit, *pro gloria veſtra.* Græca ſpeciem habent iuriſiurandi: Νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id eſt, Per noſtram gloriationem, producens ſeipſum in exemplum, quod in dies ſingulos pro iſta fide grauiſſima patiebatur, vt impenſius mortem ſentiret, quam vitam: quotidieque vita ipſius inſidiabantur Fidei hoſtes, & falſi fratres, & pſeudoapoſtoli. Quantæ autem inſaniæ foret, tantam miſeriam mihi accerſere, niſi certum repoſitum mihi eſſet in cœlo præmium? Interponit autem iuramentũ, quo erigat Corinth. vt attentius ipſum audiant de hac re differentem. Porro gloriationis nomine intelligit vel Chriſtum ipſum in quo gloriamur, vel potius ipſam mortuorũ reſurrectionem, quæ noſtræ gloriæ futura eſt extrema perfectio.

III. ſol. dub. Legendũ ne? Quotidie morior per veſtrã gloriam, an vero per aut propter veſtrã gloriationem. *Ambr. t. 5.* *2. Cor. 11.* *His verbis Per veſtrã gloriam, fratres, per iuret Apoſtolus.*

Ad quartum, in illud: *Si ſecundum hominẽ ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt?* Eiuſdem generis eſt argumentum priori non diſſimile. Et addit

Quorſum id: Si ad beſtias pugnaui Epheſi, & ead propoſi-

ſin-

tum reſurrectionis.

ſingu'are factum, vt eos magis permo eat nam generalia d cta minus permouent. Seque dicit cum beſtiis pugnaſſe. Niſi enim vita potior hinc à morte reciperetur, ſtultum & vanum fuiſſet pugnaſſe cum beſtiis. Erat enim mortis genus infame, cui expoſitus fuerat: quorſum ergo pertinebat, ii famam cum crudeliſſima morte ſubire, ſi ſpes noſtræ ſitæ eſſent in hoc mundo?

ad: Si (ſecundum hominē) ad beſtias pugnaui Epheſi bifariam accipitur.

Ac verbum illud; *Secundum hominem*, duplicem intellectum habere poteſt: Vel, ſecundum humanum ſenſum, ſub quem non cadit cognitio futuræ reſurrectionis, eu vt caro iam ſoluta reformetur ad vitam: Aut, ſecundum hominem, id eſt. Propter humanam gloriam, vt nobis præmium in hoc mundo conſtet, & non in alio.

Qui pugnarent cum beſt. s. Dan. 6. Infra 14. Qui nam feris obiecti Sanctorum.

Pugnabant porro ad beſtias, ſiue cum beſtiis, non qui feris obiiciebantur, nam talis proprie ob ecti laniabantur: vt fuit Daniel miſſus in lacum leonum: quo à Deo ſeruato obiecti ſunt qui illum accuſarunt. Talis fuit beatus Ignatius, & beat. virgines Thecla, & Priſca, & alij permulti ſancti, ex quibus permulti euaſerunt, multi vero etiam abſumpti ſunt. Ita vt in Prouerbium ceſſerit, quod Tertullianus in Apologetico docet: *Chriſtianos ad leonem. Tam multos*, inquit, *ad vnum?* Qui vero pugnabant cum beſtiis, alij erant. nam hi committebantur in certamen cum illis, vt populo ſpectaculum ancipitis victoriæ præberent: & armati prodibant in arenam, vt ſi animo, robore, & agilitate vale ent, confectis beſtiis euadere poſſent. Pauci tamen euadere ſolebant, quia qui beſt'am vnam confeciſſet, repoſcebatur ad ſecundam dimicationem, donec ſatiata eſſet ſpectatorum crudelitas, vel in miſericordiam conuerſa. Vnde cogebatur fundere preces ad ſpectatores, vt iam veniam ei concederent. Et ideo Horatius dixit de Veianio quodam pluries beſtiis obiecto:

Tertul. t. 2.

Eiuſmodi pugiles cur fere perirent omnes

Horat. li. 1. epiſt. 1 init.

> *Veianius armis,*
> *Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro,*
> *Ne populum extrema toties exoret arena.*

Pugna quæ legibus humanis prohibita & infamis. 1. Reg. 17. & Eccl. 47

Erant tamen quidam, qui ſe, & ſuas operas ad eas pugnas ſub certa mercede locarent. Et hæc eſt pugna, ſeu venatio, legibus Canonicis ita ſeuere punita, & eam leges ciuiles infamiæ nota plectebant. Illa vero Dauidis, qui Spiritu fortitudinis præditus, cū vrſis, & leonibus dimicauit, alterius rationis erat, & prorſus diuina.

Paulus & cæteri Sanctorum, vti cum beſtiis pugnabant inermes.

Quod ſi obiicias, Paulum, & alios ſanctos minime armatos in arenam cum beſtiis deſcē diſſe, ſed potius obiectos fuiſſe tātū feris: Dicendum eſt, illos, qui obiiciebātur feris, eo animo id feciſſe, vt bellum cū beſtiis gererent, & ſpectaculum ſpectatoribus præberent: a Spiritu in ſanctum fideles & ſanctos ſuos precibus, & ſic eam in. ſle, vt ita illis armis obiecti feris; vel ſic eos vincerent; vel fide, & patientia muniti, pro Chriſto occumberent.

Ad quartum: ... Hanc Pauli pugnam Apoſtolic D Lucæ cur tacet hiſtoria. Actor. 19. Vbi tamen inſinuare ... quodam modo eam quæ Pauli geſta ſuppreſſerit omnino, ... ipſo narrata. 2. Cor. 11.

Quod vero hæc pugna Pauli cum beſtiis à B. Luca in Actis Apoſtolicis ſit prætermiſſa, id factum non eſt, quod illa non eſſet cōmemoratu digniſſima; ſed quia aut ille ſcilicet interdum paucis verbis multa perſtringere: vt cum dixit Act. 19. *Virtutesque non modicas quaslibet faciebat Deus per manum Pauli: Ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria, & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.* Aut quia in actis Apoſtolicis non legimus omnia commemorata, quæ Paulus ipſe ſcribit de ſe 2. Cor. 11. dicens: *A Iudæis quinquies, quadragenas, vna minus, accepi. ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte, & die in profundo maris fui.* Vbi etiam pericula à fluminibus, à latronibus & à falſis fratribus, & alia multa, quæ ibi habentur apud Lucam non narrantur.

Epheſinæ Pauli cum beſtiis pugnæ deſcriptio Caliſti N cephori.

Tertio reſpondet Niceph Calliſtus li. 2. hiſtor. Eccleſiaſticæ c. 25. hanc pugnā, cuius hic Paulus meminit, deſcribens: *Cum eo*, inquit, *tempore Hieronymus principatum obtineret, & Paulus multa cum libertate concionatus eſſet, dixit Hieronymus bene quidem, & diſerte dicere Paulum: ſed orationem eius temporis non eſſe. Quare plebs per inſolentiam compedibus Paulo iniectis, carcere eum includit, vt leonibus vorandus obiiceretur. Sed cum leo magnitudine, & robore intolerando in arenam in Paulum immiſſus eſſet mox tamen ad pedes Pauli conſedit: & cum alia immanes feræ obiicerentur ne tangere quidem vlla ſacrum corpus ad orationem erectum, atque compoſitum ſuſtinuit. Quibus actis de repēte fragore multo vehemens quadam ſupra naturæ ordinem grando multorum virorum, ac mulierū, & ferorum animalium capita comminuit, & ipſius Hieronymi aurem amputauit. Qui deinde cū ſuis per Paulum reconciliatus Deo, & ſalutiferum lauacrum ſuſcepit, & inde Paulus in Macedoniam, & Græciam tranſmiſit. Mox rurſus per Macedoniam, Troadem, & Miletum contendit. Et Troade ſuſcitato puero, mox adiit, in Aſſon, & Miletum.* Hæc ille. Vbi enim aliquod inſigne edidiſſet miraculum Paulus, confeſtim inde ſe m grabat humilitatis ſtudio, & Dominum imitans. Et poſtea adiungit Nicephorus, mirandum non eſſe, ſi pugnā hanc non recenſuerit Lucas. Nam vt ſolus Ioannes Lazarum à Chriſto ſuſcitatum narrauit & tamen de eius fide, aut veritate non eſt ambigendum; ita etiam non omnia geſta Pauli vnus ſcripſit.

Pauli miraculum inſigne.

Inſignis eiuſdem Epheſi facta conuerſio.

Actor. 20.

Pauli modeſtia, & prudentia.

Ioan. 11.

Sunt

Paulus quibus cũ beſtiis Epheſi pugnauerit ſecundum alios.

Sunt tamen aquidam, vt Theophylactus, & Oecumenius, & alij qui hunc locum allegorice exponunt de ea ſeditione, quæ accidit Epheſi per Demetrium Argentarium prætextu cultus Dianæ: aiuntque propterea homines feros, & truculentos, belluas in Scripturas nuncupari, iuxta illud: *Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi*: & beatus Petrus; *Tanquam leo rugiens, circuit, quærens quẽ deuoret*; & ipſemet ad Timotheum, *Liberatus ſum de ore leonis*: & Herodem Dominus vocauit vulpem; & Iudæos incredulos, ſerpentes, genimina viperarum: hæreticos vero, lupos rapaces. Sed prior ſenſus præſtat.

Theophyl. Oecum. c. 9 Actor. 19 Pſal. 73. 1 Pet. 5. 2. Tim. vlt Luc. 13.

Cuius hæc ſententia: Manducemus, & bibamus, &c. *Iſa. 22.*

Ad quintam dubitationem reſpondemus, illud inprimis: *Manducemus, & bibamus cras enim moriemur*, ex Eſa. c. 22. deſumptum eſſe. Si enim mortuorum reſurrectio non eſt, nihil aliud supereſſe videtur, quam cura ventris, & voluptatum carnis. Eſtque vox Epicureorum, & illorum qui vocantur ἄθεοι Prouerbium autem eſt Laconicum, teſte Valla. Epicurei vero dicebant:

Lauren. Valla. Epicureorum vox. *Martial li. 1. ad Iuliũ.*

Lude bibas, comedas: poſt mortem nulla voluptas.

Et alter dixit:

Sera nimis vita eſt craſtina: Viue hodie.

Morimur autem, dixit in Græco, præſenti poſito pro futuro.

Cuius hæc altera. Corrumpunt mores bonos colloquia mala *Suidas.*

Sequitur deinde: *Corrumpunt*, ait, *mores bonos colloquia mala.* Senarius eſt Iambicus ex Menandri comœdia dicta Thalia, vel, vt alij probabilius putant, Tayde. Et Menander Athenienſis Comicus ſcripſit 118. comœdias vt autor eſt Suidas.

Quam vetus hæc ſententia: Corrumpunt mores bonos, &c.

Verbum autem, Colloquia Græce eſt ὁμιλίαι, quod verbum & conuerſationes, & commercia, & colloquia ſignificare ſolet. Et quiſque talis eſt, quales ſunt illi, qui ei familiariter adhærent, & cum eo verſantur. Nam ſi ſtudioſi ſint, cultores virtutis efficiuntur: ſi vero vitia conſectentur, vitioſi fiũt & corrumpunt. *Cum ſancto* (ait Dauid) *ſanctus eris: & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris: & cum peruerſo peruerteris.* Memini me, cum iunior eſſem, audiſſe vnico verbo immutato:

Pſalm. 17.

Corrumpunt mores bonos colloquia Eraſmi.

De Colloquiis Eraſmi ac Moria eiuſdẽ huius nominis libello quid ſentiendum.

Sicut etiam de eius libro, Moria inſcripto, quidam non inconcinne cecinit:

Moria mors iuuenum, Moria digna mori.

Nam reuera multa ibi continentur, quæ facile iuuentutem ad vitia amplectenda inflectant. Quemadmodum etiam autorum laſciuiorum libri ad ignem exponendi eſſent, cum in eis nihil contineatur, quod ad ſcientiam, vel artem vllam bonam, aut quod ad prudentiam ſpectet, ſed ad hoc tantum vt teneræ ætatis adoleſcentes corrumpantur. Nam & Octauius Auguſtus Ouidium ob librum, quem de Arte amandi compoſuit, in vltimas & barbaras orbis oras relegauit, vt ipſe non ſemel inſinuat. Quod ſi ethnicus Imperator tanta pœna mulctauit, aut ſaltem pœna dignum cenſuit, quomodo Chriſtiani Principes ſtare, & vulgo legi patientur? Idem ſentio de ſimilibus, Catullo, Tibullo, & Propertio, & Martiali.

Ad VI. dub Illud teſtimonium, profanum ad probandam reſurrectionem quam ſit firmum & efficax.

Docemur autem, libros ethnicorum nõ eſſe procul abiiciendos, ſed, ſi quæ vera in eis leguntur, ab eis eſſe tanquã iniuſtis poſſeſſoribus in noſtrum vſum vindicanda. Ecce hic ſenarius Comici non eſt amplius eius ſententia, ſed Deo conſecratus eſt, & effectus diuinum oraculum. Apoſtolus libenter eo teſtimonio vſus eſt, quod videret eſſe iactatum, & Corinthiis cognitum: & vſitata multam vim habent ad permouendum.

VI. ſol. q. De exhortatione iuſtorum ad vigilantiã, cur adhibita. Iuſtorum ſomnolentia qualis.

Ad ſextum in illud: *Euigilate iuſti, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent: ad reuerentiam vobis loquor.* Nimia ſecuritas effecerat, vt qui reſurrectionem in dubium reuocabant, male audirent: ideo grauem obiurgationem infert, & cohortatur, vt ſomnolentiam excutiant, quæ aliud non eſt quã ſecuritas, & faſtidium verbi Dei, quia otioſis colloquiis peius aures accommodant. Ideo ait; *Euigilate iuſti*: id eſt, ingenium veſtrum & ſtudium ad res bonas & ſanctas conuertite. Alij legunt: *Sobrij eſtote, & ne peccetis.* Contingit enim eſſe iniuſte ſobrium, & ad malum. *Et nolite peccare.* Id eſt: Hac ratione non peccabitis, ſed odio peccatum habebitis. *Ignorantiam enim Dei quidam habent.* Videtur loqui de iis, qui præ aliis ſibi aliquid eſſe videbantur, & regere alios volebant. Quare ſubiungit: *Ad reuerentiam vobis loquor.* Siue Ad pudorem; ſiue, Ad erubeſcentiam. Nam ignorare quæ quiſque ſcire debet in arte quam profitetur, pudorem homini incutit, & Dominus Sadducæis negantibus reſurrectionem Matthæ. 22. ignorantiam imputat: *Erratis*, inquit, *neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei*: ex qua probatur veritas reſurrectionis mortuorum. Confũdi autem iſtos voluit ad ſalutẽ, vt reſpicientes agnoſcant veritatem, & confuſio ne illa ſanentur. Vt enim eſt confuſio adducens peccatum, ita eſt confuſio adducens gloriam & gratiam.

Quid eſt: Euigilate iuſti & nolite peccare. Ignorantiã Dei qui habebant Corinthij. Quorſum illud: Ad reuerentiã vobis loquor. *Matth. 22.*

Pudor & confuſio quæ vtilis. *Eccl. 4.*

DISPVTATIO XXV.

De tuenda ac propaganda Purgatorij veritate; deque ſalubri ac certa piis in Chriſto defunctis ſuffragandi,& opitulandi ratione.

Cauſa diſputationis huius ſuſcipiendæ. *Ioan. 3.*

QVoniam Capite tertio huius epiſtolæ doctrinam Catholicam purgatorij, in quo animi defunctorum expiantur, ſuffulſimus, & in proximis verbis præcedenti diſputatione explicatis rationem& viam aperuimus conſtabiliendi ſuffragia, quæ viuens Eccleſia,vel priuati quique impendunt ſuis fidelibus in Chriſto mortuis: atque hæ duæ veritates orthodoxæ à noſtri ſeculi nouatoribus agitatæ ſunt obſcuratæ,& impudentiſſimme pernegatæ: non grauabor cauſam Eccleſiæ ſuſcipere, atque pro illius patrocinio ſerio eā aſſerere, & cū Eccleſiæ hoſtibus manus conſerere. Quanquam hic conatus,&labor fœliciter,&glorioſe admodum ſit per alios ſcriptores Catholicos,pios inprimis & eruditos confectus,&exantlatus. Præſtat tamen multos eſſe hæreſum impugnatores, quia non omnes omnium manibus teruntur,neque omnes vna eademque via inſiſtunt.

Hæretici, quo ſpiritu purgatorium negauerint.

Sed ante omnia operæpretium eſſe duxi,quid olim Martinus Lutherus, & eius ſequaces de purgatorio ſenſerint, explicare, vt intelligas quo ſpiritu ducti hæretici purgatorium locum, & ſuffragia,quæ illis qui in eo aguntur, impendimus, pernegauerint: nimirum illo,qui cantat, & recantat. Deinde vt conſtare poſſit, quam ſit proprium hæreticorum in peius proficere.

2.Tim.3.

Quam recte olim & Catholice de purgatorio ſenſerit Martinus Lutherus. *Matth. 12.*

Lutherus igitur olim in diſputatione Lipſienſi in hæc verba prorupit: *Credo fortiter & auſim dicere,ſcio purgatorium eſſe, cum de eo in Scripturis mentio fiat: quemadmodum eſt illud Matth.12. Non remittetur ei hoc peccatum neque in hoc ſeculo, neque in futuro; & illud ſecundi Machab. 12. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.*

Alterum eius teſtimonium.

Et in aſſertionibus Art. 37. *Animarum,* inquit, *hinc decedentium tria ſunt genera. Vnum earum, quæ fide carent: ſecundum earum quæ fide omnino plenæ atque perfectæ ſunt: tertium earum,quæ fide imperfectæ ſunt. Primæ ad gehennam mittuntur, ſecundæ ad cœlum, tertiæ ad purgatorium.* Deinde in eodem articulo ſubdit: *Ego tamen credo purgatorium eſſe,& conſulo,ſuadeoque credendum,ſed neminem volo cogi.* Hæc ille eo loco. Et hic poteſt eſſe primus eius error, quod crediderit quidem

Primus tādem eius error de purgatorio.

ipſe,& conſuluerit credendum eſſe articulum purgatorij;ſed neminem ad illud credendum cogendum eſſe definiuerit. Poſtea tamen progreſſus in deterius, negauit, purgatorium poſſe probari ex vlla Scriptura Canonica. Et proinde ad Vvaldenſes ſcribens, dixit de purgatorio nihil eſſe in Scripturis. Et hic eſt ſecundus error. Et quia articulo 37. falſus eſt purgatorium eſſe,ſed in quo animæ exutæ à corporib. timorē quidem, horrorem,&pauorem paterentur,nō tamen pœnam ignis: hic poteſt connumerari tertius error.

II.error. IIII. error.

Aſſerebat præterea, animas in purgatorio non eſſe ſecuras de ſua ſalute,neq; vllis aut rationibus, aut Scripturis probari poſſe eas eſſe extra ſtatum merendi,aut augendæ charitatis,& hoc eſt quartum falſum,& hæreticum eius dogma. Ad hæc aſſeruit, animas in purgatorio ſine intermiſſione, quādiu quærunt requiem, & horrent pœnas, peccare: Et hic eſt quintus error. Dixit etiā, animas ſuffragiis viuentium de purgatorio liberatas, minus beari,quam ſi ipſæmet pro ſe ſatisfeciſſent. Quæ ſi vera eſſent,grauiter offenderemus ſpiritus qui purgantur,quoniam noſtris opitulationibus minus beatos eos redderemus. Et hic ſexus fuit eius error. Tandem prorſus perfricta fronte,& pudore excuſſo,negauit vllum eſſe purgatorium poſt præſentem vitam. Nam ſcribens in Canonem Miſſæ, ita infelix pronūtiauit: *Tutius fuerit totum purgatorium negare, quam Gregorio in Dialogis exempla ſpirituum apparentium referenti credere.* Et hic eſt hæreticus ſeptimus error; quem vt facilius tueretur, octauum commiſit, dicens: *Si quæ reliquiæ peccatorum purgandæ ſunt fidelibus, omnes per mortem purgantur: ita vt alio purgatorio poſt mortem non ſit opus.* Et ex his poſtremis duobus conſequitur error nonus, quo aſſeruit nihil prodeſſe defunctis orationes, eleemoſynas, ieiunia,& ſacrificia. Et in his trib. poſtremis pertinaciter permanent Proteſtantes. Et hactenus de Martini erroribus.

IV.error. V.error. VI. error. VII.error. B Greg.l. tom. 2. VIII.error. IX.error.

Quis ordo diſputationis huius.

In primis igitur,vt pollicitis ſtare valeamus, nonnullos diuinæ Scripturæ locos,ex quibus id elicere poſſimus, producemus, quo non ſolum carcerem purgatoriū,ſed etiam ſuffragia & ſubuentiones, quas illis porrigit Eccleſia,vel eius membra,& filij aſſidue ſuppeditant, confirmemus. Et vt mittamus modo teſtimonia, quæ ex Euangelicis literis petuntur,& quæ alibi in locis ſuis fuſius explicauimus; alia præſenti loco proferemus, quæ vim habeant ad perſuadendam purgatorij veritatem.

I. Locus.

Sit igitur primus locus ex Pauli verbis capite tertio huius epiſtolæ iam diſcuſſus, &

ſerio

ſerio tractatus, ad quem mittimus lectorẽ.

Secundus. Secundus, ſit hic, quem præcedenti diſputatione multis ac validis rationum momentis confirmauimus, eorum ſcilicet, qui dicuntur ab Apoſtolo baptizari pro mortuis.

Tertius. *Rom. 12.* ¶ Tertius locus deſumitur ex dicto Apoſtoli ad Rom. c. 12. vbi legimus: *Orationi inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum communicantes:* Vbi plerique ex veteribus Patribus pro verbo, neceſſitatibus, legunt, *memoriis ſanctorũ communicantes.* Legendum, Memoriis. non, Neceſſitatibus ſanctorum communicantes. Primum argumentum. Cui rei in primis fauet, quod pro voce Græca μνείαις, facile reponi potuit χρείαις, hoc eſt, pro memoriis neceſſitates. Secundum. Deinde, eum ſermo eſſet de oratione, pareat, vt ad quos vſque extenderetur charitas & oratio eorum, declararet, nempe ad mortuos vſque. Tertio, quia idem Apoſtolus ad Heb. 13. videtur exhortari ad memorias ſanctorum defunctorum celebrandas. *Heb. vlt.* Dixit enim: *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem.* Vbi de præpoſitis iam mortuis in Chriſto eſt ſermo; & quia iubet eos in memoria ſeruare, intelligc, vt precibus & eleemoſynis eos Deo offerant. Quartum argumentum. *Rom. 12.* Quarto, apparet ita eſſe loquendum nam paulo ante dixerat idem Apoſtolus: *Qui tribuit in ſimplicitate,* ſcilicet pauperibus quod etiam ad communicandum neceſſitatibus ſanctorum pertinet: vt non opus fuerit repetere ſanctorum neceſſitatibus communicantes, qui idem ipſum quod prius admonuerat, diceret. Quintum argumentum. Quinto, nec noſtri interpretis lectio eſt improbanda, ſed faciendum, vt altera alterius ſit interpretatio. Cum enim legimus, *Neceſſitatibus ſanctorum communicantes,* quæ ſint illæ neceſſitates explicat lectio altera, quæ habet: Memoriis ſanctorum communicantes. Rurſus, cum legimus, *Memoriis ſanctorum communicantes,* ex altera lectione intelligimus, quæ habet, *Neceſſitatibus ſanctorum communicantes,* eſſe nimirum intelligendas neceſſitates eorum qui pie mortui ſunt, quos opus eſt orationibus, & eleemoſynis adiuuare. Sextum argumentum ab autoritate ſanctorum. Sexto, præcipue hunc locum vrgent Patres, inter quos *Ambr. t. 5.* Ambroſius hoc loco hanc ſolam ſequitur, ſcilicet, *Memoriis ſanctorum communicantes,* & tota Eccleſia Mediolanenſis ita legit in ſuo Miſſali. B etiam Hilarius l. contra Conſtantium Imperatorem, ſub finem, ita nobiſcum legit, & *Aug. to. 6.* Auguſtinus l. 2. contra Fauſtũ, c. 21. Epiphanius Hæreſi 57. contra Aerium & B. Chryſologus, diſcipulus B. Auguſtini ſermo. 120. Præterea Optatus Afer libro 2. *Orige. to. 2.* contra Parmenia. ſub initium Origenes vero vtrumque ait legi poſſe, &, memoriis, & neceſſitatibus: & Euſtathius quidam Conſtantinopolitanus in libro quem ſcripſit de operatione animæ poſt mortem, cuius etiam meminit Photius in ſua Bibliotheca, qui aperte hunc locum non ad communionem ſanctorum, quam in Symbolo profitemur, vt alij autores referunt, ſed ad memorias ſanctorum pie & ſancte defunctorum accommodat, pro quib. Clemens l. 8. Diataxeon Apoſtol. c. 48. pſallere, orare, & ſacrificare in Eccleſia præcipit. *Clem. Rom*

Quartus locus pro Purgatorij veritate. *2 Mach. 12.* Quartus locus ſit ex l. 2. Mach. ca. 12. vbi legimus: *At vero fortiſſimus Iudas, facta collatione, duodecim millia dragmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium; bene & religioſe de reſurrectione cogitans (niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur, & vanum, orare pro mortuis) Et quia conſiderabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.* Hæc ibi. Vnde conſtat olim Iudæos conſueuiſſe mortuis ſuffragari. Ex quibus primo manifeſtum euadit, olim in ſynagoga morem fuiſſe non ſolum orandi pro mortuis, ſed etiam ſacrificandi. Non enim eſt probabile, quod ipſe Iudas primus hunc ritum introduxerit ſed de eo loquitur quaſi loco, & in ſynagoga conſueto, & ſacerdotibus frequenter viſitato.

Piis tantum illis & iuſtis tuliſſe ſuffragia. Secundo liquidum redditur, quod pro defunctis electis, & ſanctis hæc facere conſueuiſſent: vnde ait, hæc oblata pro his, qui cum pietate dormitionem receperat, non autem pro his, qui cum pietate dormitionẽ acceperant, non autem pro iis, qui aut impii erant, & infideles, aut Iudæi, ſed grauib. peccatis, & mortiferis onerati. Naturalẽ mortem, vel violentam, non omnes iuſtorum pœnas diluere. Tertio ex his conſtare poterit, quod non ſolum naturalis ſed & violenta mors omnes reliquias, & pœnas peccatis debitas nõ tollit. Nam pro iſtis, qui pro religione & fide occubuerant, oblatum eſt ſacrificium, vt à peccatis ſoluerentur. Sanctum eſſe & pium officium mortuis ſuffragandi. Quarto elicimus ex hoc loco, quã pium & religioſum ſit defunctis opitulari, & quam gratum Deo opus ſit ſuffragia illis impendere: & ex oppoſito quam ſint impij & irreligioſi homines, qui has opitulationes, & ſubſidia denegant mortuis eſſe præſtanda. Sanctam eſſe & ſalutarem eiuſmodi fidẽ de vtilibus viuentium ſuffragiis animarum. Quinto hinc deducitur, quod fides qua credimus dari Purgatorium, & ſuffragia viuentium defunctis prodeſſe, eſt fides ſancta, & ſalubris, & veritati contentanea: Contra vero eſt in fide deficere, & male de reſurrectione ſentire, qui contrarium pertinaciter dogmatizant, & Eccleſiam pro ea re perturbant.

Sed hunc locum tam patentem, & apertum hæretici ſuo more obſcurare conati ſunt, eumque quaſi inefficacem, & minus ſolidũ, nobis adimere tentarũt. Nam in pri-

Iudæ Machabæi offerentis pro mortuis, historiã impius Lutherus quot modis eludere atque obſcurare conetur. Secunda ac tertia cauillationes

mis negant hunc librum Canonicum eſſe, ſaltem ad roboranda dogmata Fide: Deinde hic vllam fieri mentionem de Purgatorio, ſed tantum eſſe ſermonem de reſurrectione. Tertio obiiciunt, ibi eſſe o. atum, & ſacrificatum pro defunctis proſus damnatis. Nam iuuenti ſunt ſub veſtibus habere donaria Idolorum, quod prohibitum erat

Deut.7.

Deut.7. h s verbis: *Sculptilia eorum igne combures: non concupiſces argentum, & aurum, de quibus facta ſunt? neque aſſumes ex eis tibi quicquam, ne offendas propterea quod abominatio eſt Domini Dei tui. nec inferes quippiam ex Idolo in domum tuam, ne fias anathema, ſicut & illud eſt.* Hæc ibi. Ideo hæ. etic arguunt ſuperſtitioſũ fuiſſe factũ Iudæ offerentis pro illis, qui erant in peccato mortifero defuncti, quibus fruſtra adhibentur ſuffragia.

Iudæis aurum & argentum a ſen genarum gent. quod tangere prohibebantur lege diuina.

Quarto obiiciunt non bene inferri: Mortuus eſt aliquis in peccato, ergo eſt in Purgatorio; nec valet; Iudas Machabæus pro defunctis orari voluit, ergo illi erant in Purgatorio.

Quarta cauillatio Lutheri

Quinta, & vltima.

Addit poſtremo Lutherus: *Cur ex viſtus hominis facto articulum Fidei conſtituimus; cum ad nos nihil ha. ſacrificia legis ſpectent? niſi Iudai zare velimus, maxime quia nec nos idem facere ibi iubemur? nam ita Iudæi filios ſuos ſacrificabãt, videntes in Geneſi Deum Ab aha mandantem, vt ſibi proprium filium immolaret. Quod ſi Iudas hic ſua pietat erravit; ſicut & Gedeon qui peculiare ſibi fecit Ephod contra Dei legem?* Hactenus recitauimus euaſiones, ſiue reſponſiones Lutheri: ad quarum ſingulas ordine quo narratæ ſunt, eneruandas accingimur.

Gen.22.

Iudic.8.

Libros Machabæorũ diuinos eſſe & canonicæ autoritatis.

Ad primam igitur euaſionem reſpondendo, dicimus, Machabæorum libros duos, diuinos eſſe & Canonicos, & in pari gradu autoritatis cum reliquis accipiendos eſſe: quod in primis ex Scripturis Noui Teſtamenti oſtendendo. Nam. Ioann. 10. legimus. *Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis, & hyes erat*: quæ feſtiuitas neceſſario intelligenda eſt dedicatione tẽpli facta ſub Iuda Machabæo: tũ quia celebrata eſt 25. die mentis Casleu, ſeu Nouembris, & per octo dies durabat, vt præcipitur 1. Mach. 4. & 2. Mach. 10. Iam autem eo tempore hyems ingruit, & frigus. Tũ quia illa præcepta eſt, vt ſingulis annis celebraretur, & ita in Kalendario Hebræorum continetur. Tum quia de illa ait Beda eſſe intelligendum hoc feſtum, & B. Thomas in Ioannem, & alij, inter quos Alcuinus ita habet: *Hæc dedicatio in memoriã erat illius dedicationis, quã Iudas Machabæus fecit. Prima enim dedicatio facta eſt a Salomone tẽpore Autumni: ſecunda a Zorobabel, & Ieſu Ioſedec tempore Veris, hæc autem tempore Hyemali,* Hæc Alcuinus.

Ioan.10.

Primus locus ex Euangelio

1. Mach. 4. 2 Mach. 10

Beda in Ioan. tom. 5. D. Thom. in eundem, lect. 3. c. 14. Alcuyn. 3. Reg. 8. 1. Eſd. 8.

Deinde eſt locus Pauli Heb. 11. vbi hunc librum in Canonem recipiendum docuiſſe videtur. Ait enim: *Alii autem diſtenti ſunt* (ſiue caſi, Græcum enim verbũ eſt ἐτυμπανίσθησαν) *Alii vero ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres. Lapidati ſunt, ſecti ſũt &c.* Quæ ſane cũ ad patres veteris Teſtamenti ſpectent, vt ex cõtextu præcedentiũ patet merito & à Latinis, & Græcis patrib. hæc ad Machabæos referuntur. Certe Oecumenius primum verbum. Diſtenti ſunt, ad Machabæos refert. Theodoritus ad Eleazarũ, & matrem cum ſeptem filiis Machabæis, & tormentorum hoc, quod Paulus expreſſit verbo illo, ἐτυμπανίσθησαν, Ioſephus cum de Machabæorum morte verba facit, ad illos accommodat, & eodem verbo eos vocat τυμπανισμένους. Secundo probamus hunc librum diuinæ autoritatis ex Canone 84. & vltimo Apoſtolorum, vbi inter alios libros computantur libri Machabæorum. Idem etiam faciunt Generalia Concilia, Carthaginen. III. c. 47. & Concilium Florentinum & tandem Trid. & idem accipimus definitum ab Innocentio Primo ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, & eodem à Gelaſio in Concilio Romano 70 Epiſcopum.

Secundus locus ex Paulo. Heb. 11.

Oecum. c. 18 in fine. Theodor. p. 2. 3. Mach 7. Ioſeph l. præfato de Machabæis. operum in fine.

Secundum argumentum à Concilis.

Florent ſynod Trid. ſeſſ 4. Dec. 1

Tertio idem a Patribus antiquis comprobamus, qui hos libros & diuinos vocãt, & canonicos, & ex eis in contentione de dogmatibus Fidei diſputant: vt Tertullianus li. aduerſus Iudæos, circa principium: *Nam & temporibus*, inquit, *Machabæorum Sabbatis pugnando fortiter fuerunt, & hoſtes Allophylos expugnauerunt, legemque patrium ad priſtinũ vitæ ſtatum pugnando Sabbatis reuocauerunt.* Cyprianus ve. o l. 1. ep. ſt. 3. ex 2. c. libri primi Machab. citat, & vocat Scripturam diuinã; & l. 4. epiſt. 6. ponit Martyrium Machabæorum; & multo prolixius l. de exhortatione martyrij, & libro de Duplici martyrio, ſi tamen eius ſit liber ille. Tertio producimus Gregorium Nazianzen. qui orationem habet elegantem de ſeptem fratribus Machabæis. Quarto Hieronymus in Prologo in hos libros ait: *Machabæorum libri licet non habeantur in Canone Hebræorum, tamen ab Eccleſia inter diuinorum voluminum annotantur hiſtorias.*

Tertium argumentum a teſtimoniis.

Tertul. ca. 1. ante medium 2 Mach. 10

B. Cyprian

Greg Nazianzen c. 2.

Hieron apud gloſ. ordin.

Demum Auguſtinus epiſt. 9. ad Hieronymum, contra eum agens, Machabæorũ hiſtoriam producit & l. 18. de ciuitate Dei c. 36. *Quorum temporum*, inquit (ſcilicet à reſtituto templo ad Ariſtobulum) *ſupputatio in Scripturis ſanctis, quæ appellantur Catholica non inuenitur ſed in aliis inuenitur, in quibus ſũt Machabæorum libri, qu s non Iudæi, ſed Eccleſia pro Canonicis habet, propter quorundam Martyrum paſſiones vehementes atque mirabiles, qui antequã Chriſtus veniſſet in carnem, v. q. ad morte*

Aug to 2. Idem to. 5.

Libri Machabæorũ ab Eccleſia cur in Canonem ſint recepti teſte Auguſtino.

pro

2.Mach. 7. Leuit. 11.

Eos libros non recipiẽtes, qua eſſe prodaut miſeri

Idem Aug. tom. 4. & 7

pro lege Dei certauerunt. Hæc ille. Ex cuius verbis infertur, non eſſe Eccleſiæ filium, ſed Iudaizare, qui libros Machabæorum, vt Canonicos non accipit. Idem lib. 2. de doctrin. Chriſt. c. 8. cum Cathalogum facit Canonicorum librorum, inter diuinos libros receſſet, ſicut & li. 2. contra epiſtolam Gaudentij ca 23. Idem facit Rabanus lib. 3. de Inſtitutis Clericorum, c. 6.

Quartum argumentum pro Machabæorum libris ab autoritate Eccleſiæ.

Conc. Carth. III.

Quarto, tam producimus illam hiſtoriã Iudæ Machabæi ab Eccleſia vt diuinam receptam, quia illam legere conſueuit in ſacrificio pro defunctis. Nam 47. Canon Concilij Carthaginen. tertij præcipit ne quicquã non Canonicum in Eccleſia decantetur. Eandem hiſtoriam ante quadringentos annos Petrus Cluniacenſ. contra Petrobruiſianos, hanc veritatem Purgatorij pernegantes, venerabiliter producit.

Hæc gloſſa Lutheri Machabæorum libri mores tantum, non autem fidẽ ædificare valent, impugnatur dupliciter.

Gloſſa autem Lutheri, qua in Lipſienſi diſputatione recipit hos libros tanquam Canonicos, ad firmandos, & ædificandos mores, non autem ad firmanda Dei dogmata, quem poſtea alij ſecuti ſunt: infirma eſt. Tum quia indiſtincte à tot Conciliis cum aliis Canonicis enumerantur iſti libri: tum quia Auguſtinus ad firmandum, ac ſtabiliẽdum dogma Purgatorij, hunc librum producit l. 1. de cura pro mortuis agenda, ca. 1. in fine: ſicut etiam in epiſtola ad Hieronymum iam producta, vbi contra eum diſputans, eo eo comprobat dogmata Fidei. Quã quam autem Eccleſia plus autoritatis non poſſit tribuere, quam liber ipſe per ſeipſum habeat, & non faciat eſſe de Scriptura quod non ſit: facit tamen nobis ſcripturam eſſe ſacram, & diuinam, vt eam cogamur vt ſacram recipere. Et ita euacuata eſt prima Lutheri euaſio.

Aug. to. 4. circa med. Idem epiſt. 9 à medio

Quid Eccleſia libris illis vt cæteris omnib. autoritatis poſſit adferre.

Lutheri quoque illa obiectio diluitur. In l. Machabæorum, 2 verbum eſt de Purgatorio nullũ *2. Mach. 2.*

Ad ſecundam vero illam, quod in eo libro non ſit vlla vox Purgatorij, dicendum, quod etſi non ſit vox, eſt tamen res ipſa. Nã illa ſacrificia cum non ſint oblata pro iis, qui tunc erant in limbo, quia tales nulli peccato erant obnoxij, à quo ſoluerentur, nec pro damnatis & impiis qui iuuari non poterant, reliquum eſt, illa ſacrificia fuiſſe oblata pro iis, qui erant in loco, vbi pœnas pro peccatis ſuis luebant, ſecundum diuinæ Iuſtitiæ debitum. Quod ſi non probatur ex eo loco Purgatorium, quia hæc vox ibi non exprimitur; nec profecto Chriſtus reſurrectionem probaſſet ex illo loco: *Ego ſum Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Iacob*, vbi nulla eſt mentio reſurrectionis.

Illa quicquam ſi valeret obiectio, quæ tamen Domini corrueret. *Matt. 22. Exod. 3.*

Qua de reſurrectione tantum

Quod vero hoc loco dicatur; *Iuſte, & religioſe de reſurrectione cogitans*, quaſi hæc hiſtoria ad reſurrectionem ſit referenda, ipſum textum eſt viciare atque corrumpere. Non enim pro reſurrectione oramus, quæ non minus continget malis, quam bonis. Vnde Chriſtus apud Ioannem dixit: *Venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei. Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerint, in reſurrectionem iudicij.*

modo Machabæus Iudas iuſte & religioſe cogitaret: contra Lutherum *Ioan. 5.*

Qualis apud Ioannem reſurrectio prima. *Ioan. Clithoue. Apocal. 6.*

Reſurrectio ergo hoc loco capitur pro liberatione à peccatis, in quibus iacere ſolet peccator, vt etiam explicat Clicthoueus quod & oſtendit quod ſequitur: Vt à peccatis ſoluantur. Et hæc eſt illa prima reſurrectio, de qua Ioannes cap. 20. Apocal. loquitur. Secunda vero eſt reſurrectio corporũ. de qua idem Ioannes: *Beatus, & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima.* Et reuera qui pie & religioſe de reſurrectione ſecunda, quæ corporum eſt, cogitat, ille eſt qui animabus in Purgatorio degentis ſuffragatur. Fruſtra enim hæc ſuffragia illis impenderẽtur, ſi non eſſet reſurrectio mortuorum.

Ibidem.

Iuſte & religioſe de reſurrectione Iudæ inſtar, Machabæi, qui cogitẽt Iudæ Machabæi pro mortuis offerentis factum, vt Lutherus mẽtitur, ſuperſtitioſũ minime fuiſſe.

Ad tertiam euaſionem reſpondendum, quod etſi pro damnatis, & in peccatis lethalibus defunctis Iudas obtuliſſet Machabæus, non tamen ſequeretur, factum illud fuiſſe ſuperſtitioſum, aut ex eo non educi euidenter purgatorium locum. Quod enim non ſequatur factum fuiſſe ſuperſtitioſum, probatur manifeſte: quia cum homini non poſſit citra reuelationem conſtare ſtatus mortuorum, an ſcilicet hinc in gratiã migrauerint, an vllo mortifero delicto inquinati; debet ſemper in meliorem partem interpretari, & de diuina miſericordia præſumere, & omnibus quibus poteſt modis, ſuffragia illis impendere. Deinde multæ actiones priuatæ fidelium orantium pro defunctis redderentur modo ſuperſtitioſæ, imo et à Eccleſiæ ipſius ſacrificia, quæ pro mortuis offeruntur, ſi illi, pro quibus fiunt, in inferno detinerentur. Tertio, quia in genere, & in vniuerſum dicitur, ſanctam eſſe & ſalubrem cogitationem, orare pro mortuis, vt à peccatis ſoluantur. Nam etſi illi peccatis magnis implicarentur; quia id tamen ignotum erat Iudæ, ſancte idcirco & ſalubriter cogitauit orando, & ſacrificando, vt à peccatis ſoluerentur. Præterea credibile non fuit quod illi pro quibus offerri iuſſit Iudas, lethali delicto eſſent implicati: quoniam habetur in textu, quod ij qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Qui autem in ira Dei dormitionem accipiunt, cum pietate non dormiunt, nec habent optimam gratiam repoſitam, ſed potius dormitionem cum impietate apprehendunt, & manet illos ſupplicium æternum.

Secunda. ratio.

Tertia.

Quarta.

Minime cum pietate qui dormiant.

Quid peccauerint Iudæi

Quod vero ſub eorum veſtibus inuenta fue-

idolorum contra legẽ in bello accipientes donaria. 2.*Mach.12.* *B.Thom. in 4. qu. 2.*

fuerint donaria Idolorum, non arguit illos mortifero crimine Deum offendiſſe: quia non fecerunt in reuerentiam Idolorum, ſed ea acceperunt vt victores, quibus iure belli debebantur, ſed tantum per auaritiã venialiter peccarunt, vt docet B. Thomas in Quarto, Diſtinctio.45.

Altera ſol. *Pſalm.77.* *D.Hieron. tom 6.* *Gen.7. Exod.14.*

Vel aliter dicendum, quod in pugna ipſi animaduertentes periculum imminere, de peccato pœnituerant, ſecundum illud; *Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebãtur.* Quemadmodum & B. Hiero. ſcribens in c.1. Nahum, teſtatur, non omnes, qui in diluuio perierunt, aut in mari Rubro ſubmerſi ſunt, ad gehennam damnatos fuiſſe; quod valde probabile eſt. Vnde ſuffragia illis impenſa, qui pœnitentiam egerant, nec etiam plene ſatisfecerunt, fructuoſe applicari potuerunt.

Qua ratione Catholici firmiſſima ex Iudæ Machabæi orantis pro mortuis facta confirmẽt Purgatorii veritatem. *Luc 16.* *Apoc.21.*

Ad quartam euaſionem dicendum, Catholicos eiuſmodi friuolis conſequentiis, & inualidis nequaquam niti. Non enim valet: In peccatis aliquis mortuus eſt, ergo in Purgatorio eſt. Nam diues Epulo, de quo Luc.16. in peccatis mortuus eſt, & in inferno ſepultus. Sed nos alia ratione fortius colligimus; In peccato aliquis mortuus eſt, ita vt hæc ſibi remitti poſſint, ergo eſt in Purgatorio. Nam talis peccatum adhuc habens, cœlum non ingredietur, quia nihil coinquinatum intrabit in illud: nec in inferno ob veniale detineri põt, vbi nil remittitur: ergo erit locus aliqs medius, in quo remittatur.

Recte conſequitur: Iudas Machabæus pro defunctis orauit, ergo credidit Purgatorium eſſe.

Secunda etiam conſequentia minus ſolida eſt: Pro aliquo oratur, ergo eſt in Purgatorio: quia ſæpe precationes fiunt pro eo, qui iam regnat in cœlis: quandoque pro eo qui punitur in gehenna: quandoquidem animarum ſtatus & conditio incerta nobis relinquitur. Sed firmum eſt, ſi quis argumẽtũ conflet, Iudas Machabæus pro defunctis orat: ergo credit eſſe Purgatorium, nec enim oraret, niſi certa fide is crederet locũ purgatorium eſſe.

Ad illud impij Lutheri, Cur ex Iudæ Machabæi facto pro mortuis orantis vos Catholici Purgatorii articulum conſtituitis.

Ad quintam euaſionem reſpondẽdum eſt, Eccleſiam non tradere hunc articulum Fidei ex ſolo illo textu credendum: nam & alij ſunt permulti. Et vel ſola Eccleſiæ vniuerſalis conſuetudo ſatis eſt ad obligãdum omnes ad illum tanquam ex fide recipiendum. Deinde non propterea Iudaizamus, ſi credamus purgatorium, aut ſi pro eis qui ſunt in eo oremus, & ſacrificemus: quamuis iudaica, & ceremoniæ Moſis deſierint, non tamen ad Moyſem ſpectantia: nam talia & ante legem, in lege, & in Euangelio eadem ſunt. Credere ergo Purgatorium, non eſt typicum, & vmbratile præceptum, ſed maxime diuinum, & antiquius ipſa lege; & ideo in lege ſcriptum, vt eſſet nobis ad doctrinam vt ait Apoſtolus. Nam quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Quamuis ergo Iudaizaremus, ſi pro animabus defunctorum agnos, & hircos, & boues, & alia quæ in lege offerebãtur immolaremus, non tamen credendum eſſe Purgatorium, aut ſi animis, qui in eo expiantur ſacrificio altaris, oratione, eleemoſyna, & ieiunio opem feramus.

Pro mortuis orantes Iudaizare. Fidei Purgatorii qua ratione præceptum ſit. *Rom.15.* Quomodo pro mortuis orando, Iudaizare cõtingeret.

Tertio dicendum, eo exemplo ſatis colligi, doceri, ac præcipi nobis ſalutare illud, & ſanctum officium non negligere. & contra pietatem agere eos, qui non ſubueniũt defunctis, cum ad id maxime in nouo Teſtamento vrgeat fraternæ charitatis præceptum tantopere à Chriſto Domino prædicatum, & commendatum. Quarto, falſum eſt, quod dicitur de non imitandis exemplis ſanctorum Patrum. Nam quod Iudæi filios ſuos immolarent per ignem, non eſt ad Abrahæ imitationem factum, ſed ex abuſu & impio Idololatrarum more; quandoquidem præcepto Domini voluit immolare filium ſuum vero Deo: Iudæi vero filios ſuos contra præceptum Domini, atq; adeo ipſis dæmoniis, & ad imitationem colentium idola, illos ſacrificabant.

Quid nos Iudæ ſanctum Machabæi doceat pro mortuis deprecantis. *Ioan.13.* Lutherani fmus, & ſic ſceleſtitur: Exempla ſanctorum patrũ non ſunt imitanda. *Gen.22.* Aliter Abraham filium ſuum Iſaac immolauit, aliter impij Iudæi filios ſuos immolabant. *Deut.12.* *Pſal.105.*

Cautum eſt enim Deut.12. *Caue*, inquit, *ne imiteris Gentes, poſtquam te fuerint introeunte ſubuerſæ & requiras ceremonias earum dicens &c. Omnes enim abominationes quas auerſatur Dominus fecerunt diis ſuis offerentes filios & filias & comburentes igni.* Et Dauid; *Commiſti ſunt inter Gentes & didicerunt opera eorum, &c. immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis,*

Iudic 8. Iudæ tantum Machabæi orantis pro mortuis cui factum laudabile, Gedeonis vero ſibi Ephod facẽtis damnabile.

Exemplum quoq; Gedeonis non eſt ad rem; quia ille Ephod, & omnem ſacerdotalem ornatum parauit contra Dei mandatũ, in quo Hebræis, & Chriſtianis doctoribus conſentientibus, peccauit Gedeon. At vero Iudas Machabæus nullam habuiſſe legitur facti ſui prohibitionẽ; & ideo de facto ſuo commẽdatur, ſicut Gedeõ de ſuo vituperatẽ

In illud, Ante Chriſti mortem tantummodo fuit Purgatorium. *Dan. 9.* *1.Cor.3.* Vnde Purgatorium vim habeat remittẽdi, atque delendi peccata.

Nec valet quod quidam ſine ratione aſſerunt, ante Chriſti mortem fuiſſe quidem Purgatorium: quia nondum fuerat conſummata iniquitas, nec finem acceperat peccatum; verum poſt Chriſti paſſionem, ac mortem ſublatum eſſe de medio. Hoc enim infringit Paulus, cum mortuos, qui ſuper ædificauerunt, lignum, fœnum, ſtipulam, vult expiatorio igni manere obnoxios. Tum quia eccleſia corde credit, & ore confitetur locum expiatorium manſiſſe vſque ad iudicium. Mors vero Chriſti, & ſanguinis non tollit illũ ignẽ, ſed potius illi virtutẽ tribuit vt poſſit delere peccata, ſeu pœnas peccatis debitas: niſi enim eſſet vis paſſionis Chriſti,

illi igni communicata, non purgaret: pœnæ enim illæ patienter toleratæ, per ſanguinē Chriſti expiant animas noſtras, vt ſine macula, & ruga appareant ante Deum.

Epheſ.5.

Ochini Bernardini, in ſignis apoſtatæ in id, Bona eſt oratio pro defunctis, vt à peccatis ſoluantur, commentum vaniſſimū.

Luc.16.

Secunda ratio confutationis.

Bernardinus Ochinus, olim ex Catholicis, poſtea transfuga ad caſtra hæreticorū eo poſito quod hic liber Machabæorum ſit Canonicus, interpretatur bonum fuiſſe orare pro mortuis, id eſt, orare vt Chriſtus veniat, qui liberat mortuos, qui in gratia Dei exceſſerunt, & in limbo patrum verſabantur. Nam illi qui in ſinu Abrahæ erant, ſeu in limbo, in refrigerio erant, & conſolabantur vt habes Luc.16. Deinde nec erant ibi vlla peccata, à quibus ſpiritus ſoluerentur: atque in eo loco exiſtētes viuētium orationibus adiuuari non indigebant, ſed potius viuentes eorum qui in limbo erant ſanctorum orationibus iuuabantur. Vnde 2. Mach.15. inſtanter pro populo Dei orabant Onias, & Ieremias.

2 Mach. vlt.

Quintum argumentum pro Purgatorij veritate.

Tob. 4.

Ethnicorū de mortuis vana ſuperſtitio.

Quintus locus ſit apud Tobiam c.4. vbi habetur: *Panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.* Quis hic non videat, ad eleemoſynam adhortari Spiritum ſanctum in ſalutem iuſti ſepulti. Nec enim veriſimile eſt, Tobiam ſanctum præcepiſſe filio, vt poneret panem, & vinum ſuper ſepulturam iuſti, quod exiſtimaret mortuos indigere cibo, aut potu, more Gentilium. Nec etiam iuxta legem Moyſi, cum ſanctus eſſet, & de ea re nihil tradiderit Moyſes, ſed hoc à Spiritu charitatis accepit.

Panem, & vinum (vt dixit ſanctus Tobias) ſuper ſepulturam iuſti conſtituere; quid impio Mūſterò, atque mendaci.

Alter eius ſenſus ineptiſſimus.

Pſal.13.

Matth.15.

Vterque confutatur

Sed videntes hæretici ſe hoc teſtimonio premi, conati ſunt hoc telum nobis de manibus eripere. Nam inter alios Munſterus qui Tobiam nobis Hebræum reddidit, ita hunc locum conuertit ex Hebræo: *Neque durum ſit tibi effundere panem tuum ſuper ſepulchra iuſtorum.* Quem locum explicans ait: *Quaſi dicat; ſi non paueris, occidiſti. Suppeditabis de tua iuſtitia pauperibus iuſtis, ne ob defectum victualium veniant ad portas mortis.* Et cum videret hanc ſolutionem nō poſſe conſiſtere addidit aliam interpretationem priore deteriorem. *Vel capitur,* inquit, *hic ſepulcrum pro ore iuſtorum, iuxta illud; Sepulchrum patens eſt guttur eorum, hoc eſt, inſatiabiles ſunt, aut ſicut fœtor exhalat de ſepulchro ſic per guttur illorum aſcendit immundicia. Non enim quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod egreditur.* Hæc ille, quæ falſa ſunt, inania, & omnino ridicula. Nam in primis literam, & voces à propria ſignificatione detorquet. Deinde vult intelligi de pauperibus viuentibus, de quibus tamen in eodem c. paulo ante dixerat: *Panem tuum cum eſurientibus, & egenis comede, & de veſtimētis tuis nudos tege.* Et modo ſubdit: *Panē tuum; & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue.* Id eſt, Eris miſericors erga viuentes, eris etiam erga mortuos, dando panem, & vinum pauperibus, qui pauperes orationē fundant ad Deum pro defunctis iuſtis: nec enim ſuffragia poſſunt infidelibus, & iniuſtis. Conſulit ergo Tobias filio ſuo qui curā habebat ſepeliendi corpora mortuorum vt pro animabus mortuorum ſit ſolicitus, & pro illis eleemoſynas eroget. Certe hæc conſuetudo vſque in hodiernum diem ſeruatur per multas Catholicorum Eccleſias tam in Hiſpania, quam in Gallia, vt ponant ſuper ſepulturas panem & vinum, vt ſacerdotes ꝓ mortuis preces fūdāt. Apoſtolorū etiam habet traditio, q̄ vſque in hodiernū diē durat, vt inuitarēt homines ad cōuiuiū funerale, vt cibū ſumerēt in memoriā defūcti: de qua egregiam facit mentionē Clem. in Apoſtolicis diatax. b.c.44.l.8. *Qui vero,* inquit, *in exequiis mortuorum ad epulum funebre inuitati eſtis ordine & cū ratione Dei epulamini, vt poſſitis preces pro defunctis adhibere Deo. Qui enim presbyteri & diaconi eſtis, debetis ſemper ſobrij eſſe, tū vobis, tum aliis vt poſſitis eos qui incōpoſite, & immoderate viuūt, monere. Ait enim Scriptura: Qui poteſtatē gerūt, iracundi ſunt, ne bibant vinum, ne bibendo ſapiētiæ ſuæ obliuiſcātur, & incorrupte iudicare non poſſint.* Hæc ibi.

Tob.2.

Panem ſuū & vinum ſuper ſepulchra iuſtorum conſtituant qui hodie populi Chriſtiani.

Clem.Rom

Explicatur illud, Noli ex eo (ſcilicet pane & vino) manducare, & bibere cū peccatoribus.

Ac proinde ſubdit Tobias: *Noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.* Id eſt, Ne abſumas facultates tuas cum helluonibus, & aleatoribus, & id genus nequiſſimis hominibus, qui mortuis prodeſſe nequeunt. Nā cum videret Tobias ſenior, complures Iudæorum exemplo Gentilium facultates ſuas expendere, aut potius diſſipare cum meretricib. & lenonib⁹, & helluonib⁹; docet vt in vſū pauperū iuſtorū, & q defūctis opitulari poſſint, eas inſumat: rari. n. iuſti ſūt, q nō aliquas leues culpas contrahant, quas expiare debeāt poſt mortē. Vnde Salomō; *Gratia,* inquit, *dati in conſpectu omnis viuentis, & mortuo ne prohibeas gratiam.* Vbi ad eleemoſynas littē et impēdēdas viuentib. hortatur, & ſimiliter mortuis nō denegādas nō ſolū proſpiciēdo corpori de ſepultura, ſed etiā animæ de precib. & eleemoſynis, & poſteris eorum fouendis, ſi pauperes ſint.

Eccl 7.

Quam exhibeas gratiam vt ait Sapiens, mortuis debeamus.

Sextum argumentū ex Scripturis pro purgatorio.

Sextus locus ſit ille ex ſecundo c. Actuū, vbi Petrus loquens de Chriſto ait: *Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta q̄ impoſſibile erat teneri illum ab eo.* Græce modo legimus. *Solutis doloribus mortis quatenus impoſſibile erat eum ab ea teneri.* Tamē cōſtat aliquot codices Græcos, & nonnullos ex antiquis patrib. legiſſe inferni, vel inferorum, vt ſuo loco oſtēdi. Quare hac lectio. vt vera poſita, explicādū eſt, qua ratione ſoluerit do-

Li 12. in Euangelia

Qua ratione Chriſtus non

ſoluerit dolores inferni quidam ſomniarunt. *Heb.10.*

lores inferni. Et ſane de cruciatibus, & doloribus qui ſunt in gehenna, ſiue in inferno proprie dicto, accipi nequit: quia illi nec laxati ſunt, nec vnquam relaxandi. Neque anima Chriſti, quæ vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos, dicenda eſt pœnas illius loci ſuſtinuiſſe, vt quidã dicere auſi ſunt. Et horrendum eſt dicere, quod ſolus Chriſtus inter Patres omnis doloris expertes in Limbo exiſtentes doleret, quodque latro, & fideles ante plene exhibitam per Chriſtum ſatisfactionem beati videndo Deum extiterint, ſi tunc etiam dolebat, & ſatisfaciebat.

Quorum Chriſtus non ſoluerit dolores

Poſtquam ergo de doloribus propriis exprimi nõ valet, videndũ eſt an ſoluerit aliorũ dolores. Et ſane de dolore ſanctorũ Patrũ, qui erant in ſinu Abrahæ, nõ poteſt intelligi, quia illi doloris omnis exortes erant. Adhæc mora illa in inferno, improprie dicitur dolor inferni, quia infernus fere ſẽp in malã partẽ accipitur. Quare Auguſt. ait; *Quomodo enim aliter accipiendum ſit quod dictũ eſt Quem Deus ſuſcitauit ex mortuis, ſolutis doloribus inferorum: quia nõ poterat teneri ab eis:* nõ video, niſi vt quorundam dolores apud inferos eum ſoluiſſe accipiamus; ea poteſtate qua Dñs eſt, cui omne genu flectitur cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorum, per quam poteſtatem etiã illis dolorib. quos ſoluit, nõ potuit teneri. Intellexit ergo Aug. Apoſtolicum illud verb. *Inferni*, referẽdũ eſſe ad eos, qui cruciantur in Purgatorio, & quos Chriſtus ſuo ad illos aduentu ſoluit: nã illi ſoli poterant prompte & alacriter genua Chriſto flectere, & lingua eorum confiteri Dñm Ieſũ. Quod & Ioan. Apo. 5. indicauit, & confirmauit, cum dixit: *Quis eſt dignus aperire librum & ſoluere ſignacula eius? Et nemo poterat neq; in cœlo, neq; ſubtus terrã aperire librũ, neq; reſpicere illum.* Et poſt multa ſubdit, *Et omnẽ creaturã quæ in cœlo eſt, & ſuper terrã & ſubtus terrã, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo; oẽs audiui dicẽtes, Sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum.* Hic triplicẽ ordinẽ bẽedicẽtiũ, & laudãtiũ Agnum ſedẽtem in throno aſſignat, nimirũ beatos in cœlo, deinde in terra iuſtos, tertio animas, qui in Purgatorio expiantur. Nã ad dãnatos non poteſt aptari hic textus, cũ nulla dignitas illis inſit aperiendi libri, cũ ſint digniſſimi; Deinde neque illi dant benedictionem, aut laudem Deo, ſed, ſicut ſcriptum eſt; *Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper;* & iterum, *Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum ſed nos qui viuimus, & benedicimus Domino:* quem locum de reprobis interpretatur B. Auguſtinus.

B. Aug. l. 12. de Geneſi ad literã c. 33. t. 3.

Philip. 2.

Verus ſenſus loci huius ab Aug. traditus. *Ibidem.*

Apo. 5.

Ibid.

Triplex ordo benedicentium Deum atque laudãtium teſte Ioan. Damnatos, ac reprobos ab eo penitus excludi. *Pſal. 73.* *Pſal. 113.*

Nequit etiam intelligi de Patribus qui erant in Limbo, duplici de cauſa: altera, quia tempore quo Ioannes hanc habuit viſionẽ in Inſula Patmos, iam totus Limbus à Chriſto ſpoliatus fuerat, & illa prophetia impleta, quando aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Altera eſt, quia qui in Limbo detinebantur, nullis dolorib. cruciabantur, à quib. per Chriſtum ſolui poſſent.

Non eſt de patribus in Limbo manentibus ... duo illa ... annis ... rum, & P... ti teſtim... nia intelligi poſſe ... pliciter. *Pſalm. 67.* *Epheſ. 4.* De quibus intelligenda tantum modo. *Aug. epiſt. 99 ſub init. t. 2.*

Supereſt igitur, vt de ſpiritibus rationalibus, qui in Purgatorio dabant pœnas ſuorum peccatorum, & per Chriſtum fuerunt ſoluti, & liberati, hic locus intelligatur. Quod etiam confirmatur Auguſtini ſententia ad Euodium, vbi habet: *Poteſt & ſic* (intelligi) *vt eos dolores eum ſoluiſſe credamus, quibus teneri ipſe non poterat, ſed quibus alii tenebantur, quos ille nouerat liberandos.* Et infra: *Sed quia euidentia teſtimonia & infernum commemorant & dolores, nulla cauſa occurrit, cur illo credatur veniſſe Saluator, niſi vt ab eius dolorib. ſaluos faceret: ſed vtrum oẽs, quos in eis inuenit, an quoſdam quos illos beneficio dignos iudicauit, adhuc requiro fuiſſe tamen eum apud inferos, & in eorum doloribus conſtitutis hoc beneficium præſtitiſſe non dubito. Vnde illis iuſtis, qui in ſinu Abrahæ erant, cum ille in inferna deſcenderet nondum quid contuliſſet inueni, à quibus eum ſecundum beatificam præſentiam ſuæ diuinitatis nunquã video receſſiſſe.* Gregor. item homil. 22. in Euangelia ponderans illud; *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Omnia etenim traxit,* inquit, *qui de electis ſuis apud inferos nullũ reliquit. Omnia abſtulit, vtique electa.* Hæc ille, in quib. teſtatur, nullum ex electis reliquiſſe in inferno. Ergo cum illi, qui ſunt in Purgator. ſint electi, oẽs tales liberati sũt à Dño

Greg. to. 2. *Ioan. 12.* Chriſtus à terra exaltatus quæ omnia traxerit ad ſeipſum.

Septimus locus occurrit ex priori Ioannis epiſtola Canonica c. 5. *Qui ſcit,* inquit, *fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem; non pro illo dico, vt roget quis: omnis iniquitas peccatum eſt & eſt peccatum ad mortem.* Quem locum tam martyr Roffenſis, quam Ioannes Faber Epiſcopus Viennen. ſecuti gloſſam Interlin. & Lyranum, pro ſtabiliendo Purgatorio produxerunt: quos & alij etiam ſecuti ſunt.

Septimus locus pro Purgatorij veritate. *1. Ioan. 5.*

Cum igitur hic Apoſtolus diuidat peccatum in illud, quod eſt ad mortem: & in illud quod eſt non ad mortem: ſi peccatum ad mortem eſſet, fidem ad finem vſque vitæ deſerere, quemadmodum Auguſt. l. de corrept. & grat. cap. 12. docet; à contrario ergo ſenſu peccatum non ad mortem, erit quodcunque aliud delictum à prædicto. Ponimus enim, quod de eo quis ante mortem pœnitentiam agat: & pro tali ait preces fundi, & Deum eas exaudire, etiam ſi ſit pecca-

Quale peccatum ſit ad mortẽ, pro quo orandum non eſt, quale vero peccatum non ad mortem, pro quo precandũ eſt nobis. *Aug. to. 7.*

Pro quib. orare, vel max mis peccatoribus debeamus.

peccatum in fi Jem, aut in mores, aut in præcepta Dei. Pro mortuis ergo, qui dũ viuerẽt peccarunt ad mortem, & minime illos pœnituit, non eſt orandum. Pro his vero, qui aliter peccarunt, & in vita, & poſt mortem orandum eſt, & Deus paratus eſt ad exaudiendum. Non autem prohibet orare pro obſtinato, dum viuit, ſi Eccleſia pro hæreticis, & perfidis Iudæis viuentibus orat in die Paraſceues, & Petro præcepit Dominus cõdonare fratri peccanti non ſolum ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Pro peccantibus ergo alio genere peccati, ſiue viuant, ſiue mortui ſint, orantes exaudiri poſſunt. Et hic eſt verus ſenſus, & germanus Apoſtolicæ ſententiæ, & Eccleſiæ praxi conſonus, quæ pro hæreticis, aut Apoſtatis à Fide, aut impœnitentib. defunctis orare nõ cõſueuit. Cui quadrat Canon 34. Concil. Bracaren. primi, vbi legimus: *Qui ſibi ipſis quolibet modo culpabili inferunt mortem, nulla pro illis fiat commemoratio, nec cum pſalmis ſepeliantur.*

Matt. 18.

Pro quib. Eccleſia de ſu ctis nõ oret.

Conc. Brac.

Illud. B. Ioan. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortẽ. &c. quam habeat difficultatem.

Sed iam nonnulli argumentantur. Aut hoc loco, inquiunt, mors intelligenda eſt corporis, aut ſpiritus. S. corporis, peccatum ad mortem, tantum erit finalis impœnitentia: ſi ſpiritus, peccatum quodlibet mortiferum erit ad mortẽ, veniale autẽ erit non ad mortem. Primum dici non poteſt, nã ea ratione nullus in vita peccaret, ad mortem; cum tamen aperte textus dicat: Qui ſcit fratrem ſuum peccare, de præſenti, non peccaſſe, de præterito. Ad hæc impœnitentia, aut infidelitas, vſque in finem, oculis non cernitur, vt intelligamus, an pro tali ſint fundendæ preces. Qui etiam peccat per infidelitatem, non eſt amplius frater. Secundum etiam dici non poteſt: nam ita non eſſet orandum pro eo, qui in peccato mortifero verſatur: quod eſſet tamen contra innumeros Scripturæ locos, & Eccleſiæ praxim, quæ pro omnibus peccatoribus, adulteris, fornicatoribus homicidis, & rapacibus precari ſolet. Deinde quæ, quæſo, eſſet illa vita, quæ reſtitueretur peccanti non ad mortem, id eſt, venialiter peccanti? cum per eiuſmodi leuia peccata mortem nemo incurrat.

Quæ nã illa mors peccantis ſit peccatum. ad mortẽ.

Re ponderemus tamen, mortem hoc loco accipi pro ſpirituali & corporea. Eſt enim peccatum ad mortem, ſine pœnitentia vlla ad finem vſq; vitæ permanere: & dicimus, nullum, quamdiu viuit, proprie peccare ad mortem, ſed dum moritur, peccat ad mortem, Et ideo non dicit de præſenti, Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatũ non ad mortem, ſicut dicit de non peccanti ad mortem, ſed abſolute ait, Eſt peccatum ad mortem. Nec infidelitas hæc, & impœnitentia peccantis ad mortem, adeo ignota eſt, vt non poſſit multis indiciis, & coniecturis cõgnoſci: Apoſtol. enim docet, illud poſſe cognoſci; alias non diceret, vt pro tali peccante non oraremt. Et licet qui ſic peccat, non ſit amplius ex ſe frater; tamen ob baptiſmi characterem, & profeſſionem Chriſti, quã aliquando vna nobiſcum ſeruauit, frater dici poteſt. Si etiam damemus, quodlibet mortiferum peccatum, de quo minime vnquã pœnitentiam egimus, eſſe peccatũ ad mortẽ & minuta, & leuia peccata eſſe peccata non ad mortem, adhuc ex hoc loco poſſemus colligere Purgatorium. Si enim pro illo precantem Eccleſiam (quia ille incapax eſt beneficii) non exaudiret Dominus; exaudiret tamen pro aliis leuioribus eorum, qui in gratia decedunt. Et datur illis vita, quando tollitur pœna expiatoria, quæ mors quædam eſt diu crucians, ac torquens.

Peccans peccatum ad mortẽ, vt ſit frater noſter.

Orantium pro peccãtibus, peccatum ad mortem, preces quibus pro ſiut tantũmodo.

Quod ſi quis ignoret, an frater ſit defunctus in peccato, non prohibetur pro eo orare, ſed tantum illis qui nouerunt peccatum fratris ad mortem, conſulit, ne precentur nec dat fiduciam impetrandi. Et hactenus dictum ſit de argumentis ex Scriptura petitis.

Quib. non conuenit pro fratrib. orare peccatum ad mortem peccantib.

Secundo loco ſolide argumentamur ex traditione non ſcripta, quam innumeris, & mirificis modis nobis Eccleſia ante oculos propoſuit, atq; hunc cultum orandi pro defunctis religioſum eſſe, & Deo gratum, oſtendit: ita vt qui hoc negare velint, videantur oculos veritati ſponte claudere, prorſus inſanire, & Deo, ac toti Eccleſiæ bellum indicere. Quod ſi Deo hic cultus non placeret; certe iam diu Eccleſiæ ſuæ per aliquẽ bonum Angelum reuelatum eſſet. Nam ſi pro Agar ſitiente DEVS Angelum miſit, vt oſtenderet fontem aquæ; & pro ſalute Cornelii Centurionis alterum deſtinauit; & pro Tobia iuniore, qui eum dirigeret in Rages ciuitatem Medorũ, Raphaelem Angelũ amandauit: quãto eſt probabilius, & rationi magis conſentaneum, quod pro Eccleſia inſtituẽda in vero cultu Dei, & ab omni errore, & hæreſi liberanda, non vnum, aut duos ſed innumeros Angelos ad illam miſiſſet.

Eadẽ Purgatorii veritas multiplici Eccleſiæ traditione confirmatur.

Quam ſuerit conueniens rem tãtam Eccleſiæ à Domino reuelari

Gen. 21.

Act 10.

Tob. 5.

Eſt ergo in primis validiſſima Eccleſiæ vniuerſalis conſuetudo in Miſſæ ſacrificio celebrando, pars quædam deputata orationi pro mortuis in Chriſto quieſcentibus, tã in ritu Eccleſiæ Romanæ, quam Græcæ, vt tradunt patres, & præſertim Iacobus frater Domini in ſua Liturgia, & Baſil. & Chryſoſtom. in ſuis. Miſſale quoq; Ambroſianum & ritus Aethiopicæ Eccleſiæ idem teſtãtur. Deinde inſtitutum eſt offi. ium mortuorum, quod pro defunctis in Eccleſia cani

Primum argumentũ à Miſſæ ſacrificio.

Secundum argum. ab officio mortuorũ.

conſueuit; Miſſæ quamplurimæ, & Orationes, ſeu Collectæ, & Sequentiæ, cum reliquis ornamentis huic cultui accommodatis. Accedit tertio dies peculiariter inſtitutus ſecunda Nouembr. in qua Eccleſia ſuffragatur piis defunctorum animis. Eſtque hic ritus antiquiſſimus, ita vt Auguſtinus nonnullis ſermonibus ad populum habitis excitauerit omnes ad ſuffragia illis impendenda. Quarto, à tempore Apoſtolorũ in nunc vſque diem inſtituta ſunt cœmeteria, ſiue monumẽta orationis gratia, vt teſtatur Auguſtinus: de quibus Clemens libr. 6. Diataxeon, ca. 30. in initio: *Conuenite*, inquit, *in cœmeteria, ſacros libros in ijs legentes, & pſallentes pro iis, qui dormierunt, Martyribus, atque omnibus ſanctis, qui à ſeculo fuerunt, proque fratribus noſtris qui in Domino obierunt, & antitypum regalis corporis Chriſti, acceptabilemq; Eucharistiã offerte in Eccleſiis, & ceremoniis veſtris Atq; in exitu mortuorum pſallentes, eos deducite, ſi mortui fuerint in Domino.* Quinto, inſtitutio ipſa ſacerdotii Euangelici hoc ipſum firmiſſimum reddit. Nam hac forma ſacerdotes ab Epiſcopis conſecrantur, ac promouentur: *Accipite poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia Dei pro viuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Sexto, nemo fidelium ignorat, Pontifices Romanos pro cura paſtorali, & Apoſtolica benignitate plerunq; ex theſauro Eccleſiæ indulgentias tam pro viuis, quam pro mortuis impartiri pro cauſis legitimis, & iuſtis, ad ſtudia fidelium excitanda ad pœnitentiam, & remiſſionẽ peccatorum tam pro ſe, quã pro ſuis impetrandam. Hoc autem fit non ſolum nemine in Eccleſia reclamante, aut dãnante, ſed ſumma cum alacritate, & ſpirituali exultatione, ac iubilo amplectente. Quomodo igitur falſum eſſe poteſt, quod tota Eccleſia tanta veneratione, ac pietate ſuſcipit? Imo priuati multi ad huiuſmodi gratias obtinendas, ad Pontificem ſupplices, & humiles occurrũt: & pontifices piis eorum votis & ex fide ortis annuentes non raro conſolari ſolent. Septimo, Patres primarii, & antiquiſſimi vtriuſque Eccleſiæ, Orientalis, & Occidentalis id ipſum docent, & inter eos quidam peculiares libros, & tractatus de hac ipſa re ediderunt, vt Dionyſius c. vlt. de Eccl. hierar. Damaſcenus ſermo. de ijs, qui in fide hinc migrarunt, & Auguſt. lib. de cura pro mortuis gerenda; Gregor. Niſſen. in Dialogo de ſtatu animarum, & Gregor. Romanus in libris Dialogorum. Idem poſſemus comprobare à Doctoribus, & Concilijs Græcis, Latinis, Africanis, Hiſpanis, Gallis, Germanis, Italis: vt admirandum ſit, homines tam imprudentes, & impudentes inueniri, qui torrenti totius orbis ſe audeant oponere.

Tertium ab anniuerſario die defunctorũ.
Aug ſer. 38 39. 40 & 41. de temp. to. 10.
Quartum argum. à cœmeteriis.
Clem. Ro.
Quintum argumentum ab inſtitutione ſacerdotii Euãgelici.
Sextum ab indulgẽtiis.
Septimũ argumẽtum à dictis sãctorum.
Aug. to. 4. Greg. li. 4. potiſſimum to. 2. Idem.

Adde etiam nonnullas magni momenti rationes, quas inter illa ſit prima. Status medius poteſt eſſe inter perfectam puritatem, quæ eſt per fidem, & charitatem, & inter ſummã impuritatem, quæ eſt per crimina, & mortifera delicta: ergo & locus medius Purgatorii dari poteſt, & debet. Sic enim argumentatur Aug. libr. 3. de libero arbitrio, c. 13. quemadmodum etiam inter Aegyptum, & Terram promiſſam interſtabat deſertum, in quo omnibus moribus Aegyptiis Iudæi ſpoliarunt ſeipſos.

Purgatorium eſſe multis rationib. oſtẽditur.
B. Aug. to. 7.

Secunda: Homo eſt tantæ æquitatis, vt non condonet culpam interdum etiam ſine pœna; vt patet in ſeruo fugitiuo redeunte, & confitente damnum, ſeu furtũ: in Dauid remittente Abſaloni peccatum, nolente tñ vt coram ſe poſtea cõpareret. Deus ergo, cuius miſericordiæ in immenſum ſunt maiores idem efficere poterit. Quia melior eſt dulcis ſeueritas, quam remiſſa quædam bonitas, & dulcedo: eſſet ergo contra iuſtitiã, ſi quiſquam qui peccauit, impunis redderetur: vel contra miſericordiam, ſi pauciſſimi recedentes omnino ab hac vita mundi, ac puri, (qui rariſſimi ſolent eſſe) in regnum cœleſte admitterentur.

Secunda ratio.
2. Reg. 14.
Purgatorio ſublato vnde diuina iuſtitiã, ac miſericordia lædetur.

Tertia: quoniam natura noſtra minus amans puritatem, omnino tepida efficeretur ad vitanda venialia, ſi nõ eſſet locus poſt mortem, in quo illa miſericorditer expiarentur. Quod ſi diligenter non vitamus venialia peccata, confeſtim feruorem charitatis amittimus, & poſtea lenti m ipſam gratia. Deus qui totus eſt ſapiẽtia, nequaquã decreuit. vt ſine Purgatorii fide hic ageremus.

Tertia rat.

Quarta ratio ſit: Poſt Adæ peccatum ſtatuta eſt nobis via tribulationum. Ita enim illi dictum fuit; *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, & Paulus in Actis; *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Cũ ergo multi ſint, qui vel in vita, vel in morte probati non ſunt pro meritis; demus ergo locum pro mortuis, in quo probentur, vt mundi, & pacificati Deum videre poſſint. Ablato igne expiatorio, regula Scripturæ non ſeruaretur, quæ habet: Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit; tantum date illi tormentũ, & luctum; cum ſæpe contingat peccatores vſque ad extremum vitæ ſpiritũ in peccatis perſeuerare, & tunc per pœnitẽtiam conuerti ad Deum, & ſtatim decedere abſque debita ſatisfactione. Et ita tam cito bearentur atque alii, qui de leuioribus peccatis longam egerunt pœnitentiam; quod abſurdum videtur, & parum conſonum diuinæ iuſtitiæ.

Quarta ratio.
Gen. 3.
Act. 14.
Illud, Quãtum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantũ date illi tormẽtum, & luctum, vbi compleatur.
Apoc. 18.

Quinta: Dei decretum eſt: Non intrabit

Quinta ratio.
Apoc. 21.

in œ-

in cœleſtem ciuitatẽ aliquod coinquinatũ, aut abominationẽ faciẽs, aut mẽdaciũ, quoniam illa eſt, vt aurũ mundũ; ſed opus eſt, vt
Ephes.5.
ſine macula, & ruga ſint ij, qui in eã ingreſſuri ſunt. Cũ igitur multi in venialibus ſine debito pœnæ tẽporalis hinc decedant, vel trade:ẽt in gehennã ignis, q eſſet cõtra rationẽ, cũ ſint in charitate, & amici Dei, vel ſtatim ad beatitudinẽ admitte:ẽtur. Et cũ nihil maneat impunitũ apud iuſtũ Iudicẽ: pars aliqua gloriȩ illis detraheretur pro peccatis leuioribus, & pro debitis tẽporalibus, quæ nondum exoluerant. At priuatio illa diuinæ viſionis peior eſt omni pœna ſenſibili, cum ſit pœna damni. Et cum ſit æterna, aliquis iuſtus pro veniali peccato in æternum puniretur, & grauius, quem ſi pœnam ſẽſibilem in Purgatorio luiſſent.

Pœna dãni quanta

Sexta ratio

Sexta ratio: Dei miſericordia extenditur vſq; ad mortuos, ſicut ẽt Dei iuſtitia: anima ſiquidẽ ex charitate poteſt eſſe capax miſericordiæ: ex debito vero pœnæ; vel ex veniali peccato obnoxia redditur iuſtitiæ Dei; decedẽs ergo in veniali, vel debito pœnæ, pro lethali peccato tẽporaliter puniretur. Multa prætereà virtutũ pia exercitia viuentibus ſubtraherẽtur ſublato Purgatorio. Vt, fides reſurrectionis, Sanctorũ communio, opera charitatis, ſubuẽtiones pauperũ Dei amore factȩ merita, & ſatisfactiones, & cultus Dei amplificatio ex legatis, quæ pro Eccleſiæ ſacellis inſtituuntur. Conſtat etiam ex Euangelio, & Act. Apoſtolicis, multos fuiſſe ad vitã reuocatos, vt puellã filiã Archiſynagogi, adoleſcentẽ filiũ viduæ, & Lazarũ à Chriſto Dorcada à B. Petro, Eutychẽ pueriũ à B. Paulo. Iſti aũt mortui ab inferno non ſunt reuocati quia ab illo loco nullus euadit: nõ eſt. n. qui agnitus ſit reuerſus ab inferis, nec etiam ſunt à beatitudine iam adepta excitati, quia tũc reſurrectio non eſſet beneficium, quod à cœleſti gloria deſſceret, vel deturbaret. Dicendum ergo eſt, locum medium Purgatorii fuiſſe in quo poſt mortem ad tẽpus manſerunt, donec redirent ad viuos poſt reſurrectionem.

Purgatorium negantes, idem omnino quæ pernegent.

Mat.9.
Luc 7.
Ioan. 11.
Act.9.
Infra. 10.
Sap.2.

Septima ratio, & vlt.

Poſtrema ratio ſit ex communi, & indita notione omniũ Gentium, apud quas ſẽper obtinuit fides Purgatorii: & ſemper in cõſuetudine poſitum fuit, vt viuẽtes mortuis ſuffragia impẽderent. Vnde apud Iudæos hæc fide fuit, vt patet 2. Mach. 12. & ex his quæ B. Hier. à quibuſdã citatus in Hæreſiũ cõſcripſit: *Synagoga*, inquit, *habuit cõſuetudinẽ exequias celebrandi, & orãdi pro vita defunctis.* Hanc ẽt fidẽ vel impurus Machom. in Alcorano, in 10. artic. fidei teſtatur, *Credo, quod omnes tranſibunt per Purgatoriũ, & ibi ſtabũt, alij plus, alij minus.* Arabs quoq; Algazel Purgatoriũ ſtatuit li. 2. philoſophiæ ſuæ, tract. 5. c 5.

2.Mac.12.

Non ſolũ Iudęos, ſed etiam Gentiles Purgatorium agnouiſſe.

Adde etiã Græcos Gentiles, & ſapientiȩ titulo illuſtres. Plat. n. in Phædone, vel de anima, ſub finẽ ita loquitur: *Cum vero hæc ita natura diſpoſita ſint quãdo in eũ locum defuncti peruenerint, quo dæmo vnumquẽq; perducit, primo illic iudicantur, & qui honeſte, ſancteq; & qui aliter vixerint. Itaq; quicunq; in vita quodãmodo tenuiſſe mediũ quoddam cõperiuntur, ad Acherontẽ profecti vehiculis, quæ vnicuiq; adſũt, cõſcenſis, in paludẽ perueniũt Acheruſ. ibiq; habitãt purgãturq; pœnas dantes iniuriarũ. Et cu purificati ſunt, abſoluũtur, rurſusq; pro merito ſinguli beneſactorũ præmia reportãt. Qui vero ob ſcelerũ magnitudinẽ inſanabiles eſſe videtur, qui vide. ſc. ſacrilegia multa & magna, vel cædes iniquas, vel alia horũ ſimilia perpetrauerint, hos oẽs conueniens ſors mergit in tartarũ, vnde nũquã egrediuntur. Qui aũt ſanabilia quidẽ peccata, ſed ingẽtia commiſerit, veluti, ſi contra patrẽ, vel matre irati per vim aliquid fecerint ſed pœnitentia ducti eos in cætera vita coluerint, vel qui ſimili quodã pacto fuerint homicidæ, eos in tartarũ quidẽ neceſſe eſt cadere: ſed ibi per annum cõmorati à fluctu eiciũtur, homicidæ quidẽ per Cocytũ, parentũ vero violatores per Pyriphlegethontem. Poſtquã vero ab his delati fluminibus ad paludẽ Acheruſiã peruenerũt, clamant illic, vocitãtq; eos, quos vel necauerũt, vel iniurijs affecerũt, ſupplicuerq; rogant, atq; deprecantur, vt eos permittant ingredi in paludẽ, ibiq; recipi: ac ſi impetrauerint, penetrant illuc, finẽq; malorum accipiunt, ſin minus, referuntur in tartarum, atq; inde rurſum in flumina, neq; per hæc mala deferri prius ceſſant, quam ab his, quos affecerant iniurijs, impetrauerint. Hæc enim pœna illis à iudicibus eſt impoſita. Qui autem pie præ cæteris vixiſſe inueniuntur, hi ſunt qui ex his terrenis locis, tanquam à carcere ſoluti atq; liberati, ad altiora tranſcendunt puramq; ſupra terram habitant regionem. Inter hos autem quicunq; ſatis per philoſophiam purgati ſunt, abſq; corporibus omnino totũ per tempus viuunt, habitationesq; his etiam pulchriores nanciſcuntur.* Idem lib. 4. de legib. circa med. *Mortuorum vero parentibus ea pulcherrima eſt ſepulturæ forma, quæ moderatiſſima eſt. vt neq; conſuetam tumulorum magnitudinem excedat, neq; ab ijs deficiat, quos maiores noſtri ſuis parentibus poſuerunt. Annuas porro vitæ defunctorum procurationes, quæ decẽt, & conſentaneæ ſunt, inſtaurare ius eſt, & prout maxime quadrat, reddere, perpetuaq; memoriæ commemoratione parentes ſummopere honorare, neque hoc erga manes officio ſumptibus parcere, quantum, & facultatum ratio, & moderationis leges patientur.* Omitto alios locos Platonis, vbi id ipſum non obſcure inſinuat.

Plato interprete Marſilio Ficino

Platonis de Purgatorio apertiſſima teſtimonia.

Fabula Platonis.

Idem. Ioan. Serrano interprete to. 2.

Moderata ſepultura, quę forma Platonis: Annuæ quoque mortuorũ procurationes ab eodẽ indictæ.

M. Tull.

Cice. quoq; de ſomnio Scipionis in fine: *Nam eorum animi qui ſe corporis voluptatib. dederunt, earũq; ſe, quaſi miniſtros præbuerunt, impulſuq; libidinũ voluptatibus obedientiũ Deorum,*

& homi-

& hominum iura violauerunt, corporibus elapſi, circũ terram ipſam voluntantur nec in hunc locũ niſi multis exagitati ſeculis reuertuntur. Sen. li. de cõſolatione ad Martiã, aut quiſquis au tor eius lib. fuit, ca. 25. mediũ ſtatuit locum, poſt mortẽ malos purgantem.

Plinius.

Plin. itẽ: *Vulgata priſcis temporibus opinio obtinuit, februa eſſe omnia quibus malefactorũ conſcientiæ purgarentur &c. delerenturq; peccata, aut manes animab. defunctorũ placidi redderentur.*

Februarius vnde dictus.

Hinc Veteres Februariũ dixiſſe videntur, quod eo menſe per duodecim dies huiuſmodi ſacrificiis intenti eſſent. Hæc de Gentilibus, qui ſicut in fide inferni, aut cœleſtis Paradiſi non errarunt, ita nec etiã in veritate Purgatorii tenenda. Et vt magis ſciolos noſtros hæreticos confundamus; producemus teſtimonia Poetarum, qui hanc veritatẽm non tantũ crediderunt, ſed etiã prædicarunt, & ſcriptis prodiderũt.

Vir. procul. à medio.

Virg. enim in ſexto li. Aeneid. cecinit:

Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit,
Non tamẽ omne malũ miſeris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes: penitusq; neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum
Supplicia expendunt. Aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Quiſq; ſuos patimur manes. Exinde per amplum
Mittimur Elyſium, & pauci læta arua tenemus.

Ouidi. fere à princ.

Ouid. quoq; li. 2. Faſtorum ita de menſe Februario ſcriptum reliquit:

Februa Romani dicere piamina patres.
Nunc quoq; dant verbo plurima ſigna fidem.

Et infra:

FebruaRomanis quid & cur huius nominis Ouid.

Deniq; quodcunq; eſt, quo corpora noſtra piantur,
Hoc apud intonſos nomen habebat auos.
Menſis ab his dictus: ſecta quod pelle Luperci
Omne ſolum luſtrant, idq; piamen habent.
Aut quia placatis ſunt tempora ſepulchris,
Tum cum ferales præteriere dies.
Omne nefas, omnemq; mali purgamine cauſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.

A quib. accepta eodẽ teſte.

Græcia principium moris dedit: illa nocentes
Impia luſtratos ponere facta putat.

Claud. li. 2. in Ruf. ſub fin.

Claudianus quoq; nonnihil de Purgatorio dixiſſe videtur, cum ſcripſit:

Quos vbi per varios annos, per mille figuras
Egit lethæo purgatos flumine, tandem
Rurſus ad humanæ reuocat primordia formæ.

Suffragia mortuorũ probantur.

Ex his igitur iã diſputatis, & teſtimoniis productis colligimus, varia fuiſſe ſuffragia, & ſubuentiones, quas viuẽtes in defunctos conferebant. Nam de ſacrificio Euchariſtiç quod primariũ habet locũ inter alia omnia ſuffragia, habemus figuram Iudæ Machabæi, qui in ſacrificiũ pro multis duodecim millia drachmas miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum.

2. Mach. 12.

De eleemoſyna habes Eccl. 7. & Tob. 4. de ieiunio vero producimus, quod habetur 2 Re. 1. Nam Dauid, & qui cum eo erant, audita morte Saulis, ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt, & fleuerunt & ieiunauerunt vſque ad veſperã ſuper Saul, & ſuper Ionathan filiũ eius, & ſuper populum Domini, & ſuper domum Iſrael eo quod cecidiſſent gladio.

Eccli 7. *Tob. 4.* *2. Reg. 1.*

Et 1. Reg. vlt. habitatores Iabes Galaad audita morte Saul, & filiorum eius, tulerunt cadauera eorum de muro Bethſan, & combuſſerunt ea igni: & tulerunt oſſa eorum, & ſepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

1. Reg. 31.

Quid fletus atque ieiunium Dauidis & ſuorum pro Saul & Ionat. intell... indicaue.

Hic autem planctus, & ieiunium nõ tam triſtitiæ ſeruiebant, quam ad ſuffragia mortuis conferenda ſpectabãt: alioquin vitioſum, & ſuperfluum videri poſſet ieiunium ſeptem dierum. Et hæc eſt potiſſima cauſſa, vt docet Armacanus libro 13. in quæſtionib. Armeniorum, cur videlicet Patriarchæ illi ſanctiſſimi, qui mortui ſunt extra terram promiſſam, vt Iac. & Ioſeph, ſoliciti fuerint, vt eorũ corpora transferrentur in Chanaam ibi ſepelienda, vt habes Gen. 47. & 50. nimirum ob beneficia; & ſuffragia, quæ ſperabant à filiis, & poſteris ſibi impendenda; non autem ob reſurrectionem ſimul cum Chriſto, de qua Matthæi 27. *Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt*: quoniam illam in ſe pſis implendã ignorabant. Deinde illa reſurrectio ad tempus fuit, vt B. docet Aug. & Tho.

Armacan.

Gen. 47. *Infra. 50.* Iacob & Ioſeph Patriarchæ in terra promiſſa ſepeliri mandauerint. *Matt. 27.*

De orat. vero pro mortuis, habes illuſtre illud teſtim. *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare.* In genere: ũt habem. teſti. Apoſtoli dicentis: *Quid facient qui baptizãtur pro mortuis ſi omnino mortui nõ reſurgũt.* quod ſuperiori diſput. oſtendimus ſpectare ad eos, qui afflictiones, & tribulationes ſuſtinent pro defunctis per ieiunia, preces, peregrinationes pro mortuis ſuis. Eſt & teſtim. Chriſti Luc. 16. *Facite, inquit, vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cũ defeceritis recipiãt vos in æterna tabernacula.* Qui.n. viuunt, curare debẽt, vt iuſtos ſibi faciãt amicos, vt cũ defecerint per mortẽ vt explicat Lyrã. & alii, à præſenti ſcilicet villicatione, & negotiatione, illi ã mortuo ſuffragari poſſint, ſiue hi viuentes, ſiue ſint mortui cũ Chriſto iã regnãtes. Vnde Hier. in epitaphio Fabiolę: *Quodã, inquit, præſagio futurorũ ad multos ſcripſerat monachos, vt venirẽt & ſe graui onere liberarẽt ab ſolutẽ faceretque ſibi de iniquo mãmona amicos, qui eã reciperent in æterna tabernacula. Venerunt, amici facti ſũt; dormiuit illa, quomodo voluit; & depoſita tãdẽ ſarcina, leuior volauit ad cœlũ.* Hęc ille. Vbi defectũ declarat fuiſſe p mortẽ, & ipſã p eleemoſy. in monachos reos Dei factas, eorũ precib. ſubleuatã fuiſſe, vt citius volaret ad

Aug. epiſt. 99 to. 2. *Tim. 3. Pa. q. 43.* *Tom. 13.* Fidelium orat. omb. pro defunctis quæ in Scriptura rum teſtimonia ſuffragentur. *Luc. 16.* Amici qui facti nobis de mãmona iniquitatis, recipiant nos in æterna tabernacula. *Lyran. in Luc. Hiero. epiſt. 30 in fi. to. 3.* Eius rei in Fabiola moriente exemplum illuſtre.

cœlum,

II. genus teſtimoniorũ pro ſuffragiis mortuorum. Gal. 6.

cœlũ. Eadẽ ſuffragia, docẽt ſacrificia, & ritus Eccleſiæ precandi pro viuis, & mortuis, Tradunt etiam omnes Patres, & ipſa lex charitatis, quæ dicit; *Alter alterius onera portate; & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Nam ſi in lege veteri Deus prouidit de remedio cõtra immunditias legales, & omnibus proſpexit de medico chirurgo cõtra vulnera corpori illata; quanto magis credendum eſt, Deum electis ſuis contuliſſe remedia vulneribus animæ, & immunditiis eius, quæ plus nocent, & magis Deum offendunt.

III. genus.

Idem porrigit articulus fidei, qui eſt Sanctorum communio. Conſtat enim vnã eſſe Eccleſiam, & vnum corpus conflari ex electis omnibus, tam beatis, ac viatorib. quam exiſtentibus in purgatorio: erit igitur mutua communicatio eorum, qui ditiores ſunt & fortiores, in ſubleuandis infirmis, & pauperibus.

Ratio Petri Cluniacẽſ. haud ineſficax pro ſuffragiis mortuorũ. Matt. 9. Luc. 7. Ioan. 11. Zach. 9. Oſee. 13. Greg. hom. 22. in Euangel. to. 2. Eph. 1 & Coloſ. 1.

Adhæc ratio illa, quam producit Petrus Cluniacenſis, negligenda non videtur. Talem enim collectionẽ facit: Chriſtus dum vixit, ſuffragatus eſt viuentibus, & mortuis nonnullis, quos ad vitam reuocauit: Mortuus etiam Dominus ſuffragatus eſt defunctis, educendo omnes electos de limbo, & purgatorio, vt ait Greg. Profuit etiam viuis mortem eorũ occidendo: Ergo etiam Eccleſia ſancta, quę corpus Chriſti eſt, & caput ſuum debet imitari, idem præſtare debet. Nam viuentium hominum opera, & orationes ad multos effectus proſunt viuentibus Mortui etiam ſuffragantur his, qui ſunt in purgatorio: nam ideo Eccleſia petit ſuffragia Sanctorum, qui cum Chriſto regnant, pro fidelibus mortuis: Mortui quoque ſuffragãtur viuis: nam Sancti, qui in cœlo sũ interpellãt pro nobis: & Ieremias, & Onias preces fundebant pro populo Deo viuẽte. Ergo illud tantum supereſt, viuentes etiam mortuis ſuffragari poſſint, ac debeãt, vt ſit plena atq; perfecta beneficiorum, & operum inter ipſos communicatio.

Sancti qui iam mortui Iudæis viuentibus opitularẽtur tamen. 2. Mach. vlt.

Vltimum argumentum pro Purgatorii veritate, ab eleemoſynis fideliũ.

Denique ſi nullum eſſet viuentibus ius ſuffragandi defunctis, dicendum eſſet, Eccleſiam vniuerſam in maximo, & pernicioſo errore verſatam à tempore Apoſtolorum in hunc vſq; diem: quia multas facultates, opes, & eleemoſynas opulentas ſemper ſuſcepit à viuentibus, & ab his, qui deceſſerũt per mortem, ea tantum ratione, vt Sacerdotes in hoc templo, vel in hac Eccleſia, aut Sacello pro illis mortuis preces funderent, & frequenter ſacrificia Miſſarum pro illis offerrent: quod nihil aliud fuiſſet, quam horrenda, ac publica latrocinia & depredatio, ac rapina in meridie commiſſa, & fraudes intolerabiles, à quibus nũquam reſipuit, donec iſti Euangelici, & boni viri nos de tanto errore admonendos eſſe putarunt. Quod ſi forte non agnoſcis, intellige illos eſſe filios Aerii, vt ſcribit Epiphanius, & Auguſtin. Sunt etiam ſucceſſores Vigilantii illius dormitantis, de quo ſcripſit B. Hieronymus: *Dicis in libello tuo, quod dum viuimus, mutuo pro nobis orare poſſumus; poſtquam autem mortui fuerimus, nullius ſit pro alio exaudienda oratio.* Sunt etiam alumni petrobruſianorum, & Henricianorum: contra quos B. Bernardus ſermonem 64. in Cantica, & Petrus Cluniacen. doctam ſcripſit epiſtolam. Præterea ſunt ſectatores Vvaldenſium quos Lutherus (cum à principio nondum inſaniret) accuſauit, & damnauit, vt hæreticos: quãquam poſtea receptui cecinit, & cũ eis iũxit dexteram, & illorum errorem amplexatus eſt. Diſcipuli quoque Græcorum quorundam recentiorum, & Armenorum quibus B. Thomas, in errores Græcorum ſcribens, hanc impingit hæreſim. Et conſulto dixi, *Recentiorum*: quia omnes veteres Græci Patres, & Doctores, & agnouerunt purgatorium locum, & ſcriptis ſuis, & liturgiis, quæ in ea Eccleſia frequentantur, lucuientiſſime prodiderunt. Vt ita agnoſcãt lectores, quos magiſtros, ac Doctores Lutherus, Caluinus, & eius diſcipuli ſectati ſint, & quam ſint indigni, quibus fides ab vllo ſani capitis haberi debeat.

Hæretici purgatorium negantes, quorũ mala ſoboles, & peius ſint illorũ incrementum.

Epiph. in hæreſ. 35. Aug. li. de Hæreſib. c. 37. to. 6. initio Hieron. to. 2. ſub initium Li. 1. epiſt 2.

Lutheri inconſtantia ac perfidia

D. Tho. opuſ. 1. c. 1. to. 17.

Græci qui tantum pũr gatorium pernegauerint.

DISPVTATIO XXVI.

In qua quædam obiectiones hæreticorum contra ſuffragia defunctorum refelluntur: ſed maxime id quod Eccleſia in ſacrificio Miſſæ pro defunctis legit explicatur nempe: *Domine Ieſu Chriſte Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorũ de pœnis inferni & de profundo lacu: Libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas Tartarus, ne cadant in obſcurum*, & reliqua.

I. argum. Lutheri cõtra purgatorium.

NOnnulla in veritatem Purgatorii, & ſuffragia, quę mortuis exhibemus obiicere ſolent hæretici, & inprimis Lutherus qui quidem dicere auſus eſt infelix, reliquias omnes peccatorum plene per mortẽ purgari, & nullum ſupereſſe debitum pœnæ temporalis amplius, quia qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Per mortem ergo quiſq; (inquit) ab omni peccati debito liberatur vt expiante igne ãplius non egeat Reſpondemus tamen, quod etſi mortem

Rom. 6.

violen-

Apoc. 14.

Nec obſtat illud: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodo enim iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos*, ex quo nimirum loco Ioannis arguntur, ſtatim promitti mortuis in Chriſto æternam requiem. Reſpondemus enim; ſatis illos requieſcere, qui in via proxima ſunt, vt ad quietem perueniant; quod tamen non fit niſi per purificationem, & expiationem per ignem. In die prætereà iudicii omnes electi iam erunt purgati, & in iudicio finietur ignis Purgatorii, non quantum ad ſubſtantiam Purgatorii, ſed quãtum ad purgationem, quia locus ille ad tempus tantum poſitus eſt.

In Domino morientes, quando requieſcant à laborib. ſuis.

Qualis erit Purgatorii finis poſt iudicium.

V. argum. contra Purgatorium.

Quinto turbantur quidã ex Catholicis, cum in Miſſæ ſacrificio pro defunctis illud legitur: *Domine Ieſu Chriſte Rex gloriæ, libera animas fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo Lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas Tartarus, ne cadant in obſcurum, &c.* Et videntur hæc confirmari poſſe ex aliis Eccleſiæ orationibus. Nam in illa: *Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, &c.* dicitur in die Depoſitionis: *Et quia in te ſperauit, & credidit, non pœnas æternas ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat*: In alia vero quæ incipit: *Abſolue quæſumus Domine animas famulorum tuorum, &c. vt in reſurrectionis gloria inter Sanctos & electos tuos reſuſcitati reſpirent.* In his orationibus & aliis ſimilibus precatur Eccleſia Deum Opt. Max. vt animas ab æternis pœnis liberare velit.

Illud vnde confirmetur magis.

Obiiciunt ergo, ſuffragia Eccleſiæ non tantum prodeſſe ſpiritibus, qui expiantur in Purgatorio, ſed etiam animis, qui in gehennæ flammis cruciantur. Hæc autem verba tantum ſcrupulum quibuſdam iniecerũt vt putarent è re Eccleſię eſſe, ſi de Miſſa defunctorum illa expungerentur, & vt inepta reiicerentur.

De verbis illis: Domine Ieſu Chriſte Rex gloriæ, libera animas omniũ fideliũ defunctorum de pœnis inferni, &c. indocta quorũdam opinio atque temeraria.

Verum quo melius propoſito dubio reſpondeamus, ſtatuendum eſt, ea prima verba precantis Eccleſiæ vere eſſe, nec caſu aliquo, aut ſupina oſcitantia in Miſſale inuecta, & inſerta fuiſſe cum in antiquiſſimis, & manuſcriptis omnibus Miſſalibus legantur; ac proinde pium, & orthodoxum intellectum habere, etiamſi ille minus ſit cuiq; obuius. Namquid oremus, vt Apoſtolus ait ſicut oportet, neſcimus. Multa namq; ſunt in precibus Sanctorum, quæ prima facie duriora videri poſſent: vt quod Moyſes dixit; Aut dimitte illis hanc noxam; aut ſi nõ facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti; & quod Paulus ſalutis Iudæorum ſitientiſſimus Romanis ſcripſit; *Optabam ego enim ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*; & quod Dauid prenũtiauit: *Non intres in iudicium cũ ſeruo tuo: quia nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens.* Qui quidem loci obſcurum, & reconditum ſenſum præſeferunt; nec tamen propterea ſentiendum eſt, illos ab Spiritu ſancto profectos non eſſe. ſed laborandum eſſe pro aſſequenda eorum intelligentia, vt eo magis ſapiat, quo cum maiori labore fuerit inuenta. Cum enim, teſte Apoſtolo, quid oremus; ſicut oportet, neſciamus; adeſt Eccleſiæ ſuæ Spiritus ſanctus, eã docens quid, & quomodo à Deo petendum ſit, noſtraſque preces minus nobis cognitas, ſibi autem compertiſſimas, pro immenſa ſua beneuolentia exaudire dignatur. Sæpe etiam deprecantes ea verba fundimus, quæ, quorſum tendant, & quid poſtulẽt; ipſi prorſus ignoramus, Deus autem nouit quid poſtulet pro ſanctis Spiritus, & in quem colliment ſcopum ſanctorum deſideria. Dumque in ſimilibus precibus exaudimur; ſpirituali quodam furto diuina chariſmata impetramus: non quidem ignaro, aut inuito Domino, qui enim id fieri queat? ſed nobis ignorantibus, & interdum minime deſiderãtibus. Ita popul⁹ Hebræorum, dum Dei legem ferentis maieſtatem, & terrificam vocem ſuſtinere non poſſet; conuerſus ad Moyſen dixit; *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Quo verbo audito, Moyſes dixit, (vt eſt in Deuteronomio) explicans Dei reſponſum: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies: vt petiſti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata eſt atque dixiſti: Vltra non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi: Bene omnia locuti ſunt. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturq́; ad eos omnia quæ præcepero illi.* Et tamen, ſi conſulas Scripturam nullibi legitur quod Prophetam petierint in Horeb; ſed dum populus poſtularet, ne per ſe Dominus loqueretur ad eos, ſed per Moyſen prophetam, & miniſtrum ſuum, intelligi voluit Spiritus ſanctus in illis præcibus latenter poſtulatum fuiſſe Meſſiam omnium Prophetarum ſummum, qui cum ſimul Deus eſſet & homo, gratiſſimis aurib. erat excipiendus. Vnde & Iudæi in Euangelio admirabantur de verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipſius. Sicut igitur alias noſtris precibus fide, & pietate coniunctis, vim facimus Deo, iuxta illud: *Regnũ cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* ita etiã nõ occultis & furtiuis dolis, ſed ſalutaribus

Non temè te neque inconſulto Eccleſiam eiuſmodi precationẽ ſemper vſurpaſſe. *Rom. 8.*

Quædam, etſi illa quidem non videantur, prudenter tamen & dicta & facta ſanctorũ. *Exod. 33. Rom. 9.*

Pſal. 142.

Vnde illa tandem emanauerint.

Rom. 8.

Ibid. 27.

Quanta in ſe deprecãtes diuina benignitas

Exod. 20.

Quib. verbis Iſraelitæ tacite Meſſiam à Deo poſtulauerint. *Deut. 18.*

Chriſtus Meſſias quam fuerit à Iudæis audiẽdus.

Luc. 4.

Matt. 11.

& ab Spiritu ſancto profectis, dona Dei impetramus.

Illud idem Libera animas omnium fideliũ defunctorum de pœnis inferni, quomodo ſecundum aliquos, cõueniat agonizantib. 1 Petr.5.

Deinde præmittendum eſt, extitiſſe quoſdam, qui, vt hunc nodum ſoluerent dixerunt Eccleſiam illis verbis precari Deũ pro agonizantibus, & morti proximis, cũ cuius aculeis & ſtimulis colluctantur, & ita rogare Deum, vt liberentur de ore leonis, id eſt, Satanæ, qui tanquam leo rugiẽs circuit, quærens quem deuoret: & ne abſorbeantur à Tartaro, & cadãt in obſcurum, & profundum lacũ, in quo ſempiternas gehẽnæ pœnas luunt damnati. Cum enim qui in agone mortis verſantur, adhuc viatores ſint, & de admiſſis culpis pœnitentiam agere valeant, Dei miſericordiam & gratiam per illam deprecationem impetrant, vt Deus ea ratione ęternas pœnas in temporarias commutet.

Hic ſenſus refellitur.

Verum hæc interpretatio, ſi attente expendamus, conſiſtere minime poteſt. Agonizantes enim non ſunt inter defunctos de putandi, ſed inter eos qui adhuc viuunt. Miſſa vero tota pro iam mortuis, & vita defunctis celebratur. Nam peculiariter ibi præmittitur: *Libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni*: quo in loco potiſſimum de pœnis & cruciatibus illis poſt mortem remittendis ſermo eſt, non autem de culpis, aut mortiferis peccatis condonãdis, à quibus qui in extremo agonizãt, liberari poſſunt, non autem qui purgantur: prę ſertim cum Miſſa peculiaris pro iis qui agonizant, in quibuſdam Miſſalibus circũferatur, & in omnibus peculiares orationes pro infirmis aſſignentur. Nec cenſeo eſſe operę pretium, in re aperte falſa confutanda, plura verba profundere.

Eam preca tiunculã alii cur dãnatis accõmodent.

Venio ad alios qui has preces ab Eccleſia fundi arbitrati ſunt pro his qui iam vita functi, ad ſuſtinendos æternos gehennæ cruciatus adiudicati ſunt; atq; illis proprie conuenire, vt liberentur à pœnis inferni; & de profundo lacu, & ne abſorbeat eos Tartarus. Poſſentq; iſti, ad huius ſententiæ corroborationem, Ioannem Damaſcenũ in teſtẽ producere, qui in ſermone illo inſigni de iuuãdis fidelibus in Chriſto mortuis, inducit Gentilem fœminam, & idolorum cultricẽ Falconillam oratione protomartyris ſanctæ, hoc eſt B. Theclæ, vitam æternam conſecutã & B. Gregorii Romani Põtificis exemplum, qui ſuis precibus Traiani animam in gehenna cruciatam eripuit: & Auguſt. recenſet Dinocratem B. Perpetuæ adhuc viuentis ſupplicationibus ſeptennem fratrem, ab inferni flammis liberatũ fuiſſe.

Ab inferno qui eruti precib. Sãctorum.

Aug. de Orig anima ad Renatũ. c.8. to.7. Nullo modo damnatis poſſe congruere.

Sed in hunc ſenſum militat Eccleſiæ Catholicæ traditio, quæ in inferno nullã eſſe redemptionem docet, & pro fidelibus, & piis vita functis, non pro infidelibus impiis & flagitioſis precari ſolet: quemadmodum etiam veteres Patres teſtantur, vt Dionyſius in Eccleſiaſtica hierarch. & Auguſt. lib. 21. de Ciuit. Dei, ca. 24. & ſerm. 32. de Verb. Apoſtoli, vbi legimus: *Qui ſine fide, quæ per dilectionem operatur, eiuſq; Sacramentis de corporibus exierunt, fruſtra illis à ſuis huiuſmodi pietatis impenduntur officia, cuius, dum hic eſſent, pignore caruerunt, vel non ſuſcipientes, vel in vacuum ſuſcipientes Dei gratiam, & ſibi non miſericordiam theſaurizantes, ſed iram.*

Dionyſ. Areo. Part. 1. c. 7. Aug. to 5.

Galat.5.

Et in Enchiridio, cap. 112 *Fruſtra itaque nonnulli, imo quam plurimi, æternam damnatorum pœnam & cruciatus ſine intermiſſione perpetuos, humanos miſerantur affectu, atque ita futurum eſſe non credunt: non quidem Scripturis aduerſando diuinis, ſed pro ſuo motu dura quæque molliendo & in leniorem flectendo ſententiam quæ putant in eis terribilius eſſe dicta, quam verius Non enim obliuiſcetur, inquiunt, miſereri Deus; aut non continebit in ira ſua miſerationes ſuas. Hoc quidem in Pſalmo legitur ſancto. Sed de his ſine vllo ſcrupulo intelligitur, qui vaſa miſericordiæ nuncupantur, quia etſi non pro meritis ſuis, ſed Deo miſerante de miſeria liberantur.* Hæc Auguſtinus.

2.Cor 6. Rom. 2.

Idem to. 3. Vnde quidam arbitrati ſint dãnatorum pœnam nõ fore ſempiternam, teſte Auguſt. *Pſal 76.* Quorum non obliuiſcetur miſereri Deus iuxta Prophetam. *Rom. 9.*

II. Argum contra dictam ſententiam, de æternaũ fine pœnar[um]

Pugnant etiam ipſa verba Eccleſiæ illis qui in Gehenna cruciãtur; quomodo enim illis quadrabunt: *Nec cadant in obſcurum*, cum iam abſorptæ ſint à Tartaro, & in obſcuro, tenebricoſo loco detineantur? Quæ vero diximus de Falconilla, & Traiano, & Dinocrate, peculiaria priuilegia illorum fuerunt: & idcirco, vt dici ſolet, nõ ſunt in conſequentia adducenda. Quid vero de illis hiſtoriis ſentiendum ſit, atque earum autore Damaſceno, quoniam in controuerſia poſitum eſt, dicam ſequenti Diſputatione, vbi primum pręſentis dubitationis nodum explicuero.

III. Senſu[s] illius prec[a]tionis, modum decla[r]ans quo [a]nimæ Pur[]gatorii de ſua ſalute ſunt certa atque ſec[ur]æ.

Tertio explicari poſſet hæc Eccleſiæ Oratio, aſſerendo quod omnes animi in Purgatorio detenti ſecuri ſint ſuæ ſalutis, ſi in genere loquamur: vnde & apparere ſolent viuentibus, & incruenti ſacrificii ſuffragia vt ſibi adhibeantur, poſtulare: quemadmodum Magnus Gregorius in ſuis Dialogis non raro teſtatur: quod tamen damnati minime faciunt. Adhæc poſt exitum de corpore continuo humani ſpiritus ſiſtuntur ante Chriſti tribunal, vt digna factis ſuis recipiant (eſſet enim præpoſterum, ſi ante ſententiam à Iudice latam quiſque puniretur) confeſtim ergo agnoſcunt, in quem locum ſint deputandi, an in cœlorum regnum, an ad perpetua gehennæ ſupplicia, an in carcerem Purgatorij ad tempus plectendi, & à

D. Greg I[i]. Dialo to. 2. Cor. 5.

Fideles defuncti in quo ſomno pacis requieſcant.

à reliquiis, & ſordibus peccatorum expiandi. Cum igitur hæc poſt exhalatum ſpiritũ fieri, certa fide teneamus; animæ à corpore ſeparatæ, quæ hinc deceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiũt in ſomno pacis, id eſt charitatis, quæ eſt ſymbolum pacis, & vnionis; non poſſunt non eſſe de ſua ſalute certæ, & ſecuræ. Vt mirum ſit, Lutherum hunc errorem imbibere potuiſſe; præſertim cum ipſe in ea fuerit hæreſi, vt quicunque in hoc ſeculo per fidem fuerit Chriſti membrũ; omnino ſuę ſalutis certus ſit: quo modo ergo animus à corpore exutus illam perdere cognitionem, ac certitudinem potuit?

Mira Lutheri ſtupiditas.

Quare ſecundum iſtos, animæ quædã Purgatorii ſuã ſalutẽ ignorent.

Diõ. Carth.

Etſi igitur hæc in vniuerſum vera ſint; ſentiunt tamẽ quidam, aliquos defunctos peculiariter ea ſalutis ignoratione puniri, & illo vehementiſſimo dolore, qui inde ſurgit, affligi, quia ita illis expedire putant. Quod & cõfirmat Dionyſij Carthuſiani teſtimonio, qui libro de Quatuor nouiſſimis capit. 47. exempla quædam ex ſanctorum quorundam reuelationibus producit, quæ docent, interdum animos ipſorum fidelium ita cruciari, vt neſciant, ſaluandine ſint, an damnandi in perpetuum. Poſſetque iſta deprecatio de ijs, qui dubij & incerti ſunt ſuæ ſalutis, commode intelligi vt liberentur de ore leonis, & de Tartari abſorptione.

Impugnatur hæc ſẽtentia.

Sed contra hanc explicationem aſſerimus in primis, Leonem, X contra Lutherum noſtri ſeculi hęreſiarcham, hũc articulum 28. numero, ſub his verbis conceptis damnaſſe: *Animæ Purgatorij non ſunt ſecuræ de ſua ſalute, ſaltem omnes.* Quibus in verbis etiam iſta exceptio quorundam damnatur. Deinde huiuſmodi Reuelationes non ſunt confeſtim, aut paſſim vt veræ recipiendæ, ſed cum iudicio diligenter expendendæ, & quatenus Fidei, vel Traditioni Eccleſiæ aut Doctoribus congruant, examinandæ.

Precatio eccleſiæ illa pro defunctis quam communis ſit atque generalis.

Et vt, diſputationis gratia, demus ita aliquando contigiſſe, vt aliquos, qui purgantur, contingeret, de ſua ſalute ambigere; non tamen propter iſtos ſolos, & paucos, Eccleſia incruentam hoſtiam, aut preces, & ſupplicationes Deo offerre ſolet, ſed propter omnes qui purgantur, ita precatur: *Domine*, inquit, *Ieſu Chriſte, Rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum.* Cum ergo ait, *Omnium*: oſtendit, ad omnes qui purgantur, & non ad aliquos priuatos tantum, eam precationem extendi. Præterquã quod cum nobis ignotum ſit, & occultum qui ſint qui tali ſalutis ambiguitate affligũtur, & qui ſint illi, qui aliter puniantur, incerti eſſemus an hac, vel alia precandi ratione nobis eſſet vtendum.

Pro quib. tãdem Eccleſia tantum deprecetur: Domine Ieſu Chriſte rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, &c.

Si igitur, vt ad rem redeã, neque viuis cũ morte luctantibus, neque impiis ad gehennam damnatis, neque quibuſdam defunctis qui de propria dubitant ſalute, ea Eccleſiæ Oratio conuenire poſſit: reliquum eſt, vt de piis ac fidelibus hominibus iam vita functis accipiatur, qui ob id quod charitatis opera integre non exercuerunt: aut à leuioribus, & quotidianis delictis non abſtinuerunt; aut pro peccatis, quæ admiſerunt plenam ſatisfactionem dum viuerent, non perfecerunt, ſed ſuper fundamentum Chriſti ligna, fœnum, ſtipulam ſuperædificarunt; nec propterea digni inuenti ſunt, qui aut cum flagitioſis, & fide carentibus in gehenna plectantur; aut cum perfectis, & ſanctitate vitæ conſpicuis, ad cœleſtes cum Angelis admittantur manſiones; merito ad tempus in carcere purgatorio detinentur, ac pro his precatiuncula illa ab Eccleſia funditur: *Libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu.* Nomine enim Inferni in ſacris literis, non tantum locus damnatorum, ſed etiam carcer ille Purgatorius venit, & pœnæ illæ, quibus expiantur fideles; & inferni ſunt, quod attinet ad locum ſubterraneum, qui creditur in mediis terræ viſceribus ſitus: ſupra locum damnatorum tamen: vnde & porta inferi ab Eccleſia vocatur, à qua erui animas defunctorũ deprecamur: propterea quod ad illarum ſpectat ſubſtantiam, etiam inferni pœnæ dicuntur. Nam communis eſt ignis & iis qui purgantur, & ijs qui plectuntur in inferno. Vnde & Gregorius libr. 4. Dialogorum ait: *Sicut ſub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat ita ſub eodẽ igne peccator crematur, & electus purgatur* Hæc ille. Nec aliter differunt, quam quod electus ſpe certa euadendi, & patiẽti animo illum ignem tolerat, reprobus vero peccator cum impatiẽtia; & deſperatione inuitus illum ignem ſuſtinere cogitur.

Triplex cauſa purgationis animarum poſt hanc vitam.

1. *Cor.* 3.

Purgatorium cur infernus quoque appelletur, & Porta inferi.

Iſai. 38.

Hoc dictũ Gregorii e legitur ex c. 43. li. 4 Dialog. & ita citatur à Patribus.

Tom. 2.

Purgatorii & inferni pœnarum diſcrimen

Purgatorium cur lacus nominetur profundus.

Zach 9.

Vocatur etiam lacus profundus illa pœnarum officina, & fortaſſe fit alluſio ad verba Zachariæ, qui dixit de Meſſia; *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua*: quæ verba magis ad eos, qui tunc purgabatur, & pœnis vincti erant, & qui aquã conſolationis non habebant, & non ad ſanctos patres, qui erant in limbo detenti, ſpectare videntur. Nam qui in limbo tenebantur, non ita vincti erant, neq; deerat eis aqua refrigerii, & conſolationis. Vnde Abraham de Lazaro dixit ad Epulonem; *Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris.*

In lacu illo, iuxta prophetã, qualis non eſt aqua

Luc. 16.

Animi qui purgātur, cum in dæmonis non ſint poteſtate iam amplius, cur eo Deum precamur vt eruat de ore leonis. *Ibid. 26.*

Quod vero ſequitur. *Libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas Tartarus, ne cadant in obſcurum*: diligenter eſt excutiendum. Nam cum leonis diaboli tales præda eſſe non poſſint, neque abſorberi à Tartaro, neque in obſcurum cadere, cum magnum Chaos (ſiue vt Græca litera habet, magnus hiatus, ſiue magna vorago) firmatum ſit inter damnatos, & electos qui erant in limbo, vel in Purgatorio, ita vt non ſit vllus acceſſus ab vno loco ad alterum: difficultatem nō vulgarem facit, quomodo id precetur Eccleſia Dei, quod certo nouerat Deum omnino facturum.

I. Solutio quæſtionis propoſitæ.

Sed ad huius difficultatis diſſolutionem tria ſe mihi offerebant, quæ lumen aliquod intelligentiæ pollicerentur, & quæ dubitationi euacuandæ inſeruirent. Primum eſt vt illis vocibus nihil aliud intelligamus quam ipſas Purgatorij pœnas, quibus fideles expiantur. Nam non ſolum ſunt pœnæ inferni, & lacus profundus, vt explicuimus, ſed caſus in obſcurum, & abſorptio quædam tartari, & Satanæ tanquam leonis rugientis deuoratio. Vt non deſint quidam ex Noſtris, qui aſſerant, dæmones aſſiſtere his qui purgantur, partim vt pœnis illorum ſatientur, partim quia ipſis impellentibus peccata quędā admiſerūt, à quibus ibi expiantur, & ideo vt victores illis inſultāt. Quam tamen ſententiam alii forſitan melioribus rationibus reſpuunt, vt minus probabilem, qua de re nunc diſputandi tempus non eſt.

Animę (vt quidam opinantur) Purgatorii cacodæmones cur habeant aſſiſtentes.

Creare, & conſeruare tantū quid differāt.

Precatur ergo Eccleſia Deum, vt fideles ſuos inde liberare velit, ne amplius ſint prędą dæmonis, vel maneant in Tartari abſorptione, & in caſu illo in loco tenebrarū. Quamdiu enim Deus illos in Purgatorio detinet, quaſi ſemper de integro in illum carcerem detrudere videtur. Hoc enim eſt diſcriminis inter creare, & cōſeruare: quod creare, ſit ex nihilo producere, ſiue dare nouum eſſe, ſiue ex non eſſe ad eſſe deducere: conſeruare autem, nihil eſt aliud, quam eſſe ſemel comparatum, & habitum, ſeruare ne pereat, & facere ne in nihilum, vnde effluxit, redeat; vt per ſe omnis creatura faceret, niſi omnipotens Dei virtus impediret, quæ in conſeruando, id eſt, eſſe datum ſeruando, ſemper permanet. Et Deus eadē virtute, & operatione & rem producit, & productā conſeruat: vt magnus docet Thomas. Vt propterea iure dictum ſit à quodā Gentili poeta.

B.Th.1.p.q. 95.ar.1. 4. co.ro.

Oui. 2. de Art.

Non minor eſt virtus, quam, quærere, parta tueri.

Pſal.130.

Id etiam egregie docuit Dauid, cum dixit: *Dante te illu, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, &c.* Quo in loco conſeruationem rerum omnium naturalium, de quibus ibi erat ſermo, vt præcedentia, & ſubſequentia indicant, creationem appellauit Propheta.

Illud creandi, & conſeruandi diſcrimen quam recte agnouerit regius Propheta.

Animos qui purgātur, quo modo Tartarus abſorbeat.

Mat. 27. Pſal 21 Eſa. 53. Rom 8

Eſt ergo ſenſus: Libera animas, ne abſorptas eas amplius teneat Tartarus, ne ve in loco horrido, & tenebricoſo diutius mořentur. Quemadmodum enim Chriſtus à Patre derelictus, vt ipſe in cruce teſtatus eſt, & percuſſus à Deo, ab Eſaia, & à Paulo Patrem illi non pepercisse: non quod ipſe ſe Filio ſuo ſubtraxerit, eumque ſolum dimiſerit quemadmodū cōtingit, cū homines hominem deſerunt (ſolent enim retrocedere, vel ab eo ſeiungi) ſed quod fauorem, quem Chriſto impendere poterat, non præſtiterit, aut in aduerſariorum manus venire permiſerit. Neq; rurſus dicitur à Deo percuſſus quod propriis manibus illum percuſſerit, & afflixerit; ſed quod percutientes eum non abegerit, neque coercuerit, cum integrum illi hoc eſſet, imo etiam conſueuerit iuſtis afflictis patrocinari; quod tamē Chriſto non fecit. Dicitur etiam Deus à Paulo illi non pepercisse; qui tamen parcere poterat. Iudæos compeſcendo.

Chriſtum vt Pater ête reliquerit, Non ei pepercerit, vt ſcripturæ teſtantur

Ad hanc loquendi rationem aſſerit Eccleſia, anima Purgatorij à Deo non liberari à dæmonis faucibus, aut à Tartaro abſorberi aut à loco tenebrarum, quamdiu eas ab illis cruciatibus, & pœnis, vt poſſet, non liberat. Poſſet enim Deus ad earum liberationem, aut tempus abbreuiare, aut pœnas imminuere, aut per ſe ipſum, aut per Angelos eas conſolari, aut viuentibus inſpirare, vt ad eas è loco illo eruendas, ſuffragia impertiant; aut Eccleſiæ ſuggerere, vt pro eis ſacrificium incruentum offerat; aut vt ſummus Pontifex ex Eccleſiæ theſauro aliquam indulgentiæ portionem diſpēſet. His enim & ſimilibus rationibus, quibus pœnæ mitigantur, liberare eas poſſet.

Quam multa ſuppetant illarum animarum Diuina ſubſidia

Quid quod animæ Purgatorii à Tartaro abſorberi dicūtur. *Luc. 16.*

Et ad ſignificandam ignis cruciantis vehementiam, à Tartaro abſorberi cenſentur Nam acutus dolor ſenſuum ſtuporem, ac proinde rationis abſorptionem efficit: non quod in iis quæ purgantur, abſorbeatur ratio: quandoquidem & Epulo ille Euangelicus qui in gehennæ flammis cruciatus, hortabatur Abraham vt mitteret Lazarum ad quinque fratres ſuos, vt cito pœnitentiam agerent, ne & ipſi deſcenderent in locum illū tormentorum; intellectu ſano atq; ratione vigebat. Quod ſi ratio in Epulone

dam-

damnato abſorpta nõ fuit; multo minus erit in his qui purgãtur; in quibus pœna dãni retardatio eſt à conſecutione ſuę felicitatis:

Vnde illis animis tantum deſiderium ſuæ liberationis, de ſua nihil ſalute dubitantib. *Prouer.13.*

Damni, ſẽſusq; magnitudo pœnarum.

Quamuis autem incertæ ſalutis timore non affligantur: quia tamen certo neſciunt quanto tempore in illis pœnis ſint permanſuri, grauiſſime torquentur. Nam etſi adſit ſpes vitæ æternæ, tamen vt ſcriptum eſt, *Spes quæ differtur, affligit animam*: & eo magis, quo id quod diligitur, & ſummum, & æternum bonum, ad quod naturalis, & vehementiſſima eſt hominis propenſio: maxime quando exuta eſt corpore, quia ad illum finem poſſidendum, à Deo condita fuit. Pœna vero ſenſus tanta eſt ac talis, quam quiſque patitur in eo loco, vt homo dum viuit, eam citra mortem tolerare non valeat. In Purgatorio vero multo eſt acrior, & intolerabilior. Vt idcirco Eccleſia de ſuis filiis ſolicita anxie petat: *Sed ſignifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam quam olim Abrahæ promiſiſti, & ſemini eius.* Hoc eſt, Chriſtum Abrahæ promiſſum, qui lux eſt mundi, liberans à tenebris peccati, & inferni, & vita æterna ſeruans ab omni eo, quod poſſet conſcientiam inquietam reddere, ac remordere. Vnde & Dilectus diſcipulus dixit: *Beati mortui qui in Domino moriũtur, amodo enim iam dicit Spiritus vt requieſcant à laboribus ſuis.* Nulla autem maior requies, quam à ſtimulis, & aculeis conſcientiæ, qui vera ſunt carnificina, & vermis qui nunquã moritur, liberum euadere. Et hactenus dictum ſit de primo capite.

In quam lucem ſanctam Abrahæ promiſſam ſignifer angelus Michael animas fidelium repræſentet. *Ioan. 8. Apoc.14. Eſa. vlt. Marc.9.*

II. Solutio dubitationis de liberatione animarum de pœnis inferni.

Secundum eſt. Eccleſiam illis verbis fidẽ ſuam profiteri, quam de ſuprema, & abſoluta Domini habet poteſtate. Nam etſi exploratum habeamus. Deum pro inſigni aduerſus nos pietate ſtatuiſſe, animos fideliũ ab ore leonis, & ab abſorptione Tartari ſeruare; non tamen ſe ſuis legibus, ac promiſſionibus ita arctauit, vt nõ poſſit per ſuam abſolutam potentiam, quæ illi natiue ineſt, & quam nos agnoſcere & prætertim noſtris precibus confiteri plurimum conducit, aliter facere, & contrarium eius quod promiſit, operari. Nam vt ſummus Rom. Pont. de iure ſupra omne ius à ſe conditum poteſt, vel abrogando legem, vel in eam diſpenſando, & aliter faciendo pro ſua voluntate: & Rex, qui ſupremus eſt princeps, & dominus in regno ſuo, præter leges ſuas, & ordines inferioribus magiſtratibus traditos, quibus iuſtitiam populis ſuis adminiſtrat, habet alios ordines ſuperiores, quibus multa præſtare poteſt, quæ inferiores efficere nequeunt, Ad eum modum immenſus Deus, qui non tantum eſt Rex, & Princeps, ſed etiã omni iure dominus omnium, & cuius potentia nullis limitatibus à ſeipſo vel ab alio circũſcripta eſt, poteſt ſuapte natura ſupra, & præter leges, quas inditas ab ipſo natura ſeruat, operari, & denique, Omnia quæcunque voluit, fecit in cœlo, & in terra; in mari, & in omnibus abyſſis. Hinc vim ignis in fornace ardenti Chaldæorum ſuſpendit, ne tres pueros exureret, & Petro corporis grauitatem ambulãti ſuper aquam, ad tempus abſtulit, ne ſubmergeretur; & Ezechiæ Regi prædictam mortem è propheta, ſupra quindecim annos produxit, iuxta illud: *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*: quod erat ſecũdum leges, & ordinẽ, cauſarũ naturaliũ & inferiorum, intelligendum; ac de quibus ſanctus Iob dixit; *Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt*: reuocauit tamen, & adiecit Ezechiæ ſupra illam legem totidem annos. Neq; quod Deus ſupra leges ſuas, & promiſſiones poſſit aliter agere, vel aliquando agat, arguit vllam in Deo mutationem: non ita tulit leges, ita promiſit quæ voluit, vt tamen quod per abſolutam ſuam potentiam aliter potuerit agere, vel interdum egerit, ab æterno decreuerit. Cũque Dei libertas ſumma naturæ Diuinæ dignitas, atque perfectio ſit, non debet propter nos, aut ꝓpter creaturas vllas illa ſpoliari, vt non poſſit efficere quæ velit, vel non poſſit velle quæcunque poteſt, modo in illis non ſit contradictio: nam illa potius tollit, ne res, vt ſic dicam, creabilis, aut factibilis ſit non autem imminuit Dei potentiam. Poteſt enim, ſi ad eius potentiam ſpectes, mundum vniuerſum in nihilum redigere, & poſt eius omnimodam deſtructionem, de integro creare. Docet. B. Hilarius li.11. de Trinitate in fine, Deum per incarnationem in nobis profuiſſe, vt nihil ſibi, aut naturæ ſuæ diuinæ nocuerit. Et reuera minimũ Dei detrimentum, peius eſſet (quia eſſet malum infinitum) quam ſit bonum omnis mundi redemptio, & glorificati fructus. Quamobrem per aſſumptionẽ carnis, non eſt inquinatus peccato vllo, aut Filius Dei quicquam in morte paſſus eſt; nam impatibilis eſt Dei natura. Simili ratione aſſerimus, Deum Benedictum, per hoc quod nobiſcũ pacta multa iniit, aut ſe legibus, aut iureiurando nobis alligauit, & plurima pollicitus eſt, permulta quoque comminatus, non propterea tamen potentiſſima ſua libertate aut liberrima ſua potentia, quæ nobiliſſima eſt & ſumma perfectio ſeipſum ſpoliauit, qua ſuapte natura præditus eſt, vt ita poſſit quæcunque velit, iuxta illud Sap.12. *Subeſt enim tibi cum volueris, poſſe.* Nec eſt aliud dicere, Deum ſe legi-

Duplex Dei poteſtas, vt regum omnium ac principum, ordinaria, & abſoluta.

Pſal. 134. Extra ordinariæ & abſolutæ Dei poteſtatis ſymbola. *Dan. 3. Mat.14. Eſa.38.*

Iob.14. Deus naturæ leges, ac promiſſiones violans ſuas, quomodo immutabilis.

Diuinæ perfectio libertatis quãta

Contradictionis natura.

Deus homo factus cur tamen ſibi nil nocuerit, ſecũdum Hilarium. *Hilarius.*

Cum ſe pactorum vinculis adſtrinxerit nobiſcum Deus; qui eſt ſumme liber ac potens. *Sap.12.*

bus, aut iureiurando, aut pollicitationibus, aut pactis ſeipſum nobis alligaſſe, quã ſecundum potentiam, quam vocant ordinariam, operari, ſupra quam tamen eſt abſoluta, cui repugnat poſſe arctari, aut limitari: quæ ob id abſoluta vocatur. Siquidem obligatio omnis ſeruitutis, & ſubiectionis ſpeciem quandam habere videtur.

In quo agnouerit abſolutum quoq; Dei potentiam Paulus. *Rom 9.*

Simili quoque ratione, cum ad Rom. 9. dixiſſet Apoſtolus: *Cui vult, miſeretur, & quem vult indurat: Dicis itaque mihi, Quod ad huc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit? O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum, ei qui ſe finxit, Qui me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* In quibus vltimis verbis, vt veteres Patres acute annotarunt, non tam quid Deus nobiſcum faciat ſecundum potentiam ſuam ordinariam, quam quod facere poſſet vt abſolutus, & merus omnium dominus, & cuius voluntati nemo valet ſe opponere, Paulus indicauit. Ita enim Græci patres Chryſoſtom. Theodoritus, & Theophylactus dictum Pauli de figulo, & luto explicarunt. Veram autem propoſiti dubii ſolutionem inferius produxit, dicens; *Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, &c.* Explicat enim non poteſtate, ſed ſumma æquitate, & iuſtitia nobiſcum agere ſolitum. Deus enim non facit nos vaſa iræ, & contumeliæ, vt aduerſus ea oſtendat iram ſuam, ſed indicat quemlibet peccando aptare, & facere ſe vas iræ, quod magna Dei patientia ſuſtinetur, & ad pœnitẽtiam expectatur: Et tunc, ſi obſtinate perſiſtat in peccato, à Deo iuſte punitur. Vide quoque quid in libro Sapientiæ Salomon dicat: *Agnoſcens enim hanc inuictam Dei potentiam, orabat: Quis enim dicet tibi, Quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum? aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominũ? aut quis tibi imputabit, ſi perierunt nationes quas tu feciſti? Non enim eſt alius Deus quam tu, cui cura eſt de omnibus. Vt oſtendas, quoniam non iniuſte iudicas iudicium: neque rex, neque tyrannus in conſpectu tuo inquirent de his quos perdidiſti. Cum ergo ſis iuſtus; iuſte omnia iudicas: ipſum quoque, qui non debet puniri, condemnas, & exterum æſtimas à tua virtute.* Hæc ille proponens eminentem Dei poteſtatẽ, qua ea quæ non facit, nec facere conſueuit, facere tamen poteſt, vel ſi facit, raro tamen fecit; vt perdere omnes nationes, quod fecit in diluuio. & cum ſeptem Gentes de Terra Sancta exterminauit. Illum quoque, qui debitum punitionis non habet, condemnare tamen ac repellere, ſi vellet, poſſet. Ita igitur, ſi quis ſpiritu impulſus diuino, pro iis, qui ad cruciatus inferni tolerandos adiudicati ſunt, Diuinam clementiam precaretur, Deus ſane pro ſua immenſa poteſtatis magnitudine eripere poſſet, vt actu cum Traiano, & Falconilla fecit: Similiter eos, qui Purgatoriis pœnis exercentur, in barathrum gehennæ detrudere valet, neque quiſquam illi dicere poteſt, Cur ita facis?

B.Chryſ.ſer. 16.to.4. Theodo. p. 2.Theoph.

Vaſa iræ vt facit benigniſſimus Deus.

De eadem abſoluta Dei potentia egregiũ ſane teſtimonium Sapientis. *Sap.12.*

Deus quando omnes perdiderit nationes. *Gen 7.*

Deũ vn… conſtet… natos, q… que ip… ſi vel e… poſſe … re

Huius ergo tam immenſæ diuinę poteſtatis fidem, in propoſitis illis Eccleſiæ precibus profitemur, vt à Rege potentiſſimo, & ſalutis noſtræ ſitientiſſimo exaudiri magis valeamus: neque Eccleſia Dei in ſuis precationibus, quas ſupplex, & gemebunda pro mortuis filiis ſuis Deo efferre conſueuit, tam reſpicit ad gratiam ſolitam & promiſſam, qua nobiſcũ miſericorditer agere conſueuit, quam ad omnipotentem ſuam virtutem, qua ſuper omnia quæ facere conſueuit, exaudire poteſt. Et quẽadmodum in precibus noſtris, oculos noſtros ad id quod gratia Dei ſumus, non conuertimus, ſed ad naturæ noſtræ vilitatem, & imbecillitatẽ, & ad id, quod nos ipſi per nos ipſos ſumus, nempe peccabiles ac peccatores: vnde & Paulus ſe ipſum peccatorum omnium primum vocat, & iuſtus præcepit Dominus: *Cum feceritis omnia quæcunq; dicta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus:* Et recens baptizati, atque innocentes, qui nullo peccato ſordidati ſunt, iubentur dicere, *Dimitte nobis debita noſtra*, quam etiam Orationẽ ſanctiſſima Virgo, & omnis peccati expers frequentabat: ita è contrario, cum Deum alloquimur, aut ad illum preces fundimus, non tam ad id, quod ipſe eſt per ſolitam miſericordiæ ſuæ gratiam, intueri par eſt, ſed ad id, quod Deus eſt ſuapte natura, & quanta, & quali poteſtate ſit præditus, vt multa poſſit facere, quæ non facit, & non facere quæ facit. Recte ergo Propheta dixit de Chriſti cultoribus: *Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur.* Facit & ad hoc quod Dominus Luc. 12. dixit; *Timete eum; qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennã.* In quæ verba ita ſcripta Theophylactus: *Vide enim quod non dixit, Metuatis eum, qui poſtquam occiderit, mittet in gehennam; ſed habentem poteſtatem mittendi. Non ſemper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, ſed in poteſtate ſunt Dei, vt etiam eo mitti poſſint. Hoc autem dico propter oblationes, & diſtributiones, quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam his qui in grauibus peccatis mortui ſunt. Non omnino igitur poſt-*

Eccleſia Deum o… rans, qu… reſpiciat primis.

Pii quoq… Deum d… precante… quem p… tiſſimum debean… bere reſp… ctum. *Luc 17.*

Mat.6.

Pſal.144

Luc.12.

Theophy. In illo Chriſti v… bo qu… ex… penden… Timete … qui poſt… quam oc… derit, h… bet poteſ… tẽ mitter… in gehen…

quam

quam occidit, mittit in gehennam. ſed poteſtatem habet mittendi. Ne igitur ceſſemus per eleemoſynas, & interceſſiones propitium reddere eum, qui poteſtatem habet mittendi: non ſemper autem poteſtate hac vtentem : ſed & valentem remittere quiddam. Hæc ille. Videtur enim loqui de poteſtate abſoluta. Et quod ait, ſuffragia, & orationes Eccleſiæ defunctis prodeſſe, qui in grauibus delictis deceſſerunt, iam per pœnitentiam, dum viuerent, quantum ad culpam deletis, intellige. Et Theophylactus tenet, & concedit locum Purgatorij: nam aperte dicit, defunctos nonnullos, quos De' non mittit in gehennam, quodque pro illis orandum eſt. Hoc ſpiritu Eccleſia decorata proteſtatur per hanc precatiunculam, Deũ pro magnitudine ſuæ potentiæ pios fideles in Purgatorio exiſtentes, in Tartareos cruciatus conjicere poſſe, ſi vellet. Quæ qdem cõſideratio & humiliores, & alacriores, & in deprecãdo exauditione digniores reddere ſolet. Gaudeo aũt hãc ſoluẽdi rationem ſecutos fuiſſe quoſdam noſtri ſeculi ſcriptores, nempe Doct. Medinam in Cod. ſuo Theologico de Oratione, Ambroſium Catharinum, & Mart. Nauar. l. de orat.

In delictis grauibus mortuis, vt eorum ſuffragia (vt iſti dicunt) proſint tantummodo quibus.

Poſteriorẽ hanc qui agnouerint ſoluendi rationẽ.

III. Solut. quorundã quid ſcilicet oremus, dicẽdo, Domine libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & reliq.

Tertium quod occurrebat propoſitæ difficultati euacuandæ, iam aperiam. Audiui virum quendam noſtri Ordinis atque inſtituti virum, religione, & doctrina inſignem, nouam rationem excogitaſſe, qua hæc plane elucidari poſſent. Dicebat enim his verbis Eccleſiam certam quandam precandi rationem complecti, qua videlicet nihil noui à Deo petamus, ſed ea tantum, quæ iam actu facit Deus, & quæ ſemper faciet, & quę aliter efficere non poteſt, etiamſi maxime velit, tamen vt illud faciat, ſerio rogamus. Ecce exempli gratia, petimus vt Deus ſe ipſum amet, vt immortalitatem ſeruet, & æternitatem, vt rerum omnium habeat prouidentiam, vt gloriam ſuam illuſtret: quæ tamen Deus nunquam non facit, nec aliter facere poteſt pro naturæ ſuæ diuinæ ratione. Deinde precamur, vt Angeli benedicãt Dominũ, & vt omnia opera illũ benedicant & exaltent. Benedicite, inquiunt, omnia opera Domini Domino. Benedicite omnes Angeli Domini Domino. Et dicũtur in Scripturis requiem non habere die ac nocte, ſed ſemper clamare, Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus omnipotens, qui eſt & qui erat, & qui venturus eſt: quod tamen præconium, ac benedictio Dei à beatis Angelis, & creaturis ratione præditis deficere vnquam non poteſt. Adhæc oramus in precatione Dominica; *Sanctificetur nomen tuum; & Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc, & vſque in ſeculum* : quod tamen nunquam non ſanctificatur, & in æternum laudatur. Vnde & ipſe Deus per Ezechielem pronunciat; *Non propter vos ego faciam, domus Iſrael, ſed propter nomen ſanctum meum quod polluiſtis in Gentibus, ad quas intraſtis.* Et apud Danielem orabat Azarias; *Ne confundas nos, ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinem tuam, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ, & erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine.* Vbi rogamus Dominum, vt ipſe clarificet nomen ſuum. Tale eſt & illud *Non nobis Domine, non nobis. ſed nomini tuo da gloriam*; & Chriſtus orabat: *Pater, clarifica nomen tuum*; Precamur item; *Exaudi Domine, placare Domine: attende & fac ne moreris propter temetipſum Deus meus.* Hoc tamen, quod eſt operari propter ſemetipſum, nunquam non facit, neq; aliter facere poteſt, ſecundum illud: Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.

Deumquę precemur vt faciat, eadem tamen ſemper illa facientem.

Dan. 3. ibidem 58. Apocal. 4. Eſa. 6.

Alterum exemplũ eius rei. Matth. 6.

Pſalm. 112. Pſal. 71. Ezech. 36.

III. exemplum. Daniel. 3.

IV. exemplum. Pſal. 113. Ioann. 12.

Dan. 9.

Prou. 16.

Eſt ergo hæc Eccleſiæ precatio iis omnibus ſimilis: precamur enim, vt id quod decreuit de ſpiritibus humanis, qui in Purgatorio expiantur, nimirum vt liberi ſint ab ore leonis rugientis, & abſorptione tartari atque à præcipitio in obſcurum locum, atque horrendo caſu in profundum lacum, facere dignetur pro ſua bonitate, vt & ipſe facit, & ab eo tempore, quo in Purgatoriũ deſcenderunt, fecit: qua profeſſione, & precatione affectum noſtrum erga Deum iudicamus, & erga omnia eius opera: & à Deo obtinemus, vt omne beneficium ſpirituale illis largiatur, & vt celerrimam à pœnis, quibus vrgentur liberationem accipiant.

Qualis in quam, illa Eccleſiæ precatio pro defunctis.

Hæc ſolutio etſi videtur ad proxime præcedentem explicationem accedere; reuera tamen ita non eſt. Nam in illa ſpectatur potentia Dei abſoluta, in hac autem vtimur precatione gratulatoria, qua precibus inſtamus apud Deum, vt quoniam nos in laudãdo Deo, & benedicendo multum deficimus, & pares illi gratiarum actiones referre pro innumeris beneficiis & maximis quæ in nos contulit, non valemus, ipſe pro magnitudine ſuæ naturæ, & perfectionum, & operationum ſuarum, condignas, & meritas ſibi rependat gratiarum actiones. Ita etiam interdum orare ſoliti ſumus, vt ſanitatem, pacem, diuitias, honorem, gratiamq; largiri velit, quæ tamen nobis cumulate largitus eſt, & iam poſſidemus. Et, quoniã hæc deprecandi ratio, diuinam gloriam, & bonitatem maxime illuſtrat; eliciamus, Deum in omnibus, quæ propter nos facit, magis feciſſe propter ſe, & propter bonitatem ſuam quam propter nos, aut bonitatem noſtram.

Huius ſolutionis diſcrimen à ſuperiori traditur

Quæ nos interdum à Deo poſtulemus, ab eo beneficia conſecuti.

Vtilis admodum Deum precandi ratio

Quare vt hunc orandi modum vtiliter frequentare valeamus, debemus naturam Dei conſiderare cum omnibus perfectionibus, quæ attributa vocantur, & cum operationibus tam internis & immanentibus, in quibus productiones diuinarum perſonarum conſiſtunt; & externis, per quas nobis magis fit conſpicuus, Angelos, Homines, Mũdum, & vniuerſas creaturas condendo, & illarum omnium certiſſimam, & admirabilem prouidentiam habendo; vt in his omnibus complaceamus, & Deo ipſi, qui nobis tantam contemplandi materiam præbet congaudeamus, & acquieſcamus, & omnia quæcunque in ſalutem noſtram, vel aliorũ, pro quibus preces fundimus, ſua munificentia operari voluit, boni conſulamus, & amore grato complectamur.

Duplices Dei operationes, quæ nam illæ.

DISPVTATIO XXVII.

Quid ſentiendum ſit de anima Traiani & an precibus B. Gregorij Romani Pontificis, pœnis gehennæ liberata ſit.

Huius cauſa Digreſſionis quæ fuerit.

AD hanc diſceptionem vocamur propter ea, quæ paulo ante de Traiano, & Falconilla, & Dinocrate attigimus: quæ propterea quod ſingularia, & rara extiterũt digna mihi viſa ſunt, de quibus hic labor inſtitueretur. Nonnulli enim, extiterunt, qui hanc hiſtoriam inter fabulas reponendam iudicarent: Hæretici quoque libenter nobis inſultant, & virulentam linguam exercent, quod ſimilia credamus, Vt igitur rectius procedat hæc Diſputatio, & lucem diſtinctionis aliquam accipiat, duplex nobis dubitatio diſſoluenda occurrit: prior eſt de re ipſa, an videlicet eiuſmodi hiſtoria certæ, & conſtantis veritatis ſit, ac proinde nõ ſine pietate recipienda; an vero falſa ſit, & incerta, ac per hoc reiicienda. Altera dubitatio eſt, an vere Ioannes. Damaſcenus inclytus Eccleſiæ Doctor, ſcriptis ſuis nomen Gregorij I. illuſtrare potuerit: quia multi hoc aperte negare videntur; & potius Damaſcenum ante B. Gregorium extitiſſe tradunt.

Eius ordo qualis erit.

De Traiani hiſtoria per D. Gregor. ab inferno liberati quid ſentiendũ.

Ad priorem difficultatem explicandam accingimur. Et ſane, vt hinc exordiar, hiſtoriam hanc tam compertæ, & exploratæ veritatis eſſe, atque illæ ſunt, quæ in ſacris litteris expreſſe continentur, affirmare non poſſumus: nam quæ ſic tradita ſunt in libris Canonicis tantum autoritatis pondus habent, vt ea negare, nemo, niſi aperte hæreticus poſſit. Sed præter illum ſupremum veritatis, & autoritatis gradum, multa alia in Eccleſia Dei cum pietate, & ratione coniuncta ſunt, & ad ædificationem noſtram conſcripta, vt etiam ſuum locum habeant, vel ob id quod à ſanctis Patribus tradita ſunt, vel Eccleſiarum conſenſu recepta, vel nobilium ſcriptorum narrationibus commendata. Certe Ioannes Damaſcenus, vir magnæ ſanctitatis, & grauitatis, & qui tum vita, tum doctrina magnam ſibi autoritatem apud omnes comparauit; per doctoillo ſermone de mortuis in Chriſto opera viuentium iuuandis, dubiam, & minime certam hiſtoriam minime protul iſſet ad dogmatis fidei corroborandum, quod in eo ſermone confirmare volebat. Hæc igitur ſunt eius verba: *Cæterum hic & aliarum hiſtoriarum meminiſſe operæpretium fuerit. Gregorius itaque, qui Dialogos à Noſtris dicitur veteris Romæ Epiſcopus, vir (quod teſtantur omnes) ſacrarum diſciplinarum intelligentia celebris, cui etiã (vt ferunt) ſacra facienti cæleſtis Angelus ſocium ſe addidit ſimul ſacrificans, cum per forum Traiani lapidibus ſtratum iter faceret, validas preces ad miſericordem, animabuſq; propitium Dominum habuit vt Traiano regi peccata dimitterentur. Et confeſtim vox diuinitus allata, audita eſt, in hunc modum dicens: Preces tuas audiui, & veniam Traiano do: tu vero deinceps pro impio hoſtiam mihi ne offeras. Teſtatur autem oriens, & Occidens totus, miraculum hoc germanum, & irrefutabile. Ecce amplius hoc eſt, quam quod de Falconilla traditur. Hæc. n. vnius, nempe idololatriæ; & nullius præter id criminis rea erat. Ille vero multos etiam Martyres non raro morti condemnauit.* Hactenus Damaſcenus.

Illuſtre B. Io. Damaſceni, Doctoris celeberrimi, de illa teſtimonium.

Gregorius Rom. quãtus ille Damaſceno.

Illud Gregorii miraculum enarratum cui præponendum alteri.

Quam celebre idem ac vulgare

Quibus in verbis primum expende, quãta conſtantia, & animi aſſeueratione hoc miraculum aſſerat, quod germanum, & irrefutabile eſſe tradit, totique Orienti, atque occidenti cognitum atque compertum, quodque maius extiterit, quam illud de Falconilla Idolorum cultrice, quæ precibus protomartyris Theclæ ſalutem eſt conſecuta, atque à gehenna liberata.

Gregorius idem quare Dialogus appellatus.

Deinde perſpice, Gregorium Romanorum cognominari à Græcis Dialogon: ita enim poſterioribus Eccleſiæ Græcæ Doctoribus, vt ab Euthymio in c.16. Lucæ, & hic à Damaſceno, & Hugone Aetheriano, ca.15. ab aliis cognominari conſueuit: non ſolum vt diſtingueretur à Gregorio Theologo, & à Greg. Nyſſeno B. Baſilij fratre, ſed præſertim, quod liber Dialogorum, quem B Greg Romanus ſcripſit, ex Latina lingua in Græcam fuerit conuerſus; & proinde ex libro eius cognito ſic eum appellare conſueuerunt.

II. Ratio.

Tertio expendendum eſt dictum Angeli ad Gregorium: *Tu vero deinceps pro impio*

n miæ Traiani Gregorius obtulerit.

hoſtiam mihi ne offeras. Vt intelligas B. Gregorium non tantum precibus, & lacrymis, ſed etiam incruentæ hoſtiæ oblatione (quod eſt omnium ſuffragiorum efficaciſſimum) ſalutem Traiani à Deo obtinuiſſe. Etſi orare pro Paganis defunctis, vt etiam pro illis incruentam offerre hoſtiam; non ſatis fuerit fidei regulis conſonum, ſed inſolidum remedium & extraordinarium: quod Dei inſpiratione tactus Beatus Gregorius animæ illi ab inferno liberandæ adhibuit. Niſi quis velit intelligere preces & orationes, quæ ſpirituales ſunt hoſtiæ, iuxta illud; *Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum* Atque hunc ſenſum porrigit Hugo AEtherianus, qui referens hanc eadem hiſtoriam, dixit: *Tu amplius abſtineas pro impiis orare.*

Alter ſignificatus hoſtiæ. *Pſalm. 140.*

II. Teſtimonium.

Etſi vero ſolus Damaſcenus dignus erat cui fides haberetur: hanc tamen hiſtoriam voluit Deus à nonnullis aliis enarrari, vt fidem indubitatam inueniret. Adiungimus ergo ſecundum teſtimonium Ioan. Diaconi, qui vitam Gregorij Romani quatuor libris conſcriptam, ad Ioannem IV. huius nominis Pontificem Rom. deſtinauit, qui claruit ſub Carolo Imperatore anno Dom. 870. Hic ergo l. 2. c. 44 apud Eccleſiam Angelorum hoc miraculum de Traiani ab inferni cruciatibus liberatione orationibus Gregorij recenſet fuiſſe celebratum, atque illud vt geſtum fuit, lato ſermone conſequitur.

Ioan. Diaconus, Gregorianæ ſcriptor vitæ, quando floruit.

Tertius teſtis ſit Hugo Ætherianus mediæ ætatis Theologus, ſub Emanuale Conſtantinopolitano, & ſub Fred. Auguſto I. & Papa Alexan. IV. Hic ergo in libro ſuo quem inſcripſit de regreſſu animarum ab inferis, quem ad Piſanum Clerum, qui eum ſuper quæſtione de Chriſtianorum defunctorum ſuffragiis conſuluerat, conſcripſit. Vbi poſt multa alia c. 15. circa medium ita loquitur: *Num ignoratis quid Dialogus Gregorij* (ego, Dialogos Gregorius) *cui ſummi Angeli in ſolennitatibus ſacrificiorum famulabantur, fecerit? Hic aliquando per lapideum põtem, quem Traianus Imp. extruxerat, gradiens, modicum tardato eundi officio, ex induſtria ardentem orationem ad Dominum pro remiſſione peccatorum Traiani fudit: Et continuo vox ad eum cœlitus facta eſt, dicens; Orationem tuam audiui, indulgentiã Traiano donaturus; Sed tu amplius abſtineas pro impiis orare. Nolite quæſo ducere in cordibus veſtris, falſum hoc, aut fictum eſſe. Quærite ſi placet apud Græcos Græca certe omnis teſtatur hæc Eccleſia. Et quanquam multorum Martyrum ſanguinem effuderit Traianus: oratione tamen ſancti viri coactus eſt illum reddere Tartarus, alioqui implacabilior.* Hæc ille: quæ omnia vide ut ex Hiſtoria Damaſceni ſumpſiſſe.

III. Teſtimonium, Hugonis AEtheriani: hic quo tempore vixerit.

Habetur in Bibliotheca SS. Patrum. t. 8 circa med.

Quartus teſtis ſit Vicent. Bellouac. in Hiſtoriali p. l. 10. c. 48. ait enim: *Statua eius in foro Traiani in hoc habitu poſita eſt, repræſentans quomodo in expeditione poſitus, viduam liberauit Quod B. Gregorium poſtea mouit ad compaſſionẽ. Vnde & pro eo tantum ploraſſe dicitur, vt animã eius ab inferno obtinuerit liberari.* Hæc ille.

IV. Teſtimonium Vincentij Bellouac.

Quintus teſtis ſit Singibertus monachus Gemblacenſis in chronico ſuo, dicens: Gregorius Romanæ Eccleſiæ ſexageſimus ſecũdus præſidet. Hic inter cætera pietatis opera animam Traiani, Romanorum quondam Imperatoris, quamuis Pagani, liberari, miſerando & orando à Deo obtinuit.

V. Teſtim Singiberti Gemblacẽ

Sextus erit teſtis B. Brigitta, quæ li. 4. 13. ſub finem loquens de Orationibus viuentium pro defunctis, dixit: *Quicunque offert pro anima alterius vnum Pater noſter, acceptius eſt Deo pondere magno auri. Sicut patuit in illo bono Gregorio, qui oratione ſua etiam infidelem Cæſarem eleuauit ad altiorem gradum.* Vocat hæc Beata altiorem gradum, quia ex infimo inferorum gradu, vbi pœnas æternas pro peccatis debitas luebat, precib. Greg. ſuſcitatus eſt ad vitam: in qua agendo pœnitentiam, & ſalutis ſacramento ſuſcipiendo, altiſſimum æternæ ſalutis gradũ eſt cõſecut⁹.

Teſtimon. Brigittæ.

Quam ſit accepta pro animis defunctorum oratio.

Ad hos teſtes reliqui accedunt, qui vitas SS. Patrum ſuis ſcriptis illuſtrarunt. Et B. Thom. & B. Bonauentura, & reliqui omnes ad vnum ſcriptores ſcholaſtici, qui de eiuſmodi miraculo, non ad illud negandum, ſed corroborandũ, & explicandum ſubtiliter diſſeruerunt, viaſque & rationes excogitarunt, quibus ſalua diuina iuſtitia, atque etiam æterna Dei prædeſtinatione, & reprobatione, illud contingere potuerit. Nam B. Thomas cum multis aliis, qui eum ſequuntur, egregie interpretatur, animam Traiani precib. Gregorij ad vitam reuocatam fuiſſe vbi eius obſtinatione iam remota per diuinum impulſum pœnitentia, & Baptiſmi ſacramento primum peccatorum remiſſionem, & gratiam, deinde etiam æternam vitam eſt conſecutus.

Idem ſcholaſticorum teſtimonii confirmatur.

D. Tho. 1. ſent. diſt. 43. q. 2. 2. 5. & 4. diſt. 45. q. 2 ar. 2 q. 1. 5 verit. q. 6 6 8 t. 6 7 8. B. Bonau. in 4. diſt. 45.

Quod ne quis ſingulare, & inſolitum factum eſſe putet; oſtendam illud idem contigiſſe aliis multis Paganis, & ſimulachrorũ cultoribus, qui dum in inferno torquerentur, legimus tamen per Apoſtolos, ſiue Apoſtolicos viros ad fidei corroborationem miraculo fuiſſe ad vitam excitatos, in qua ad Chriſtum conuerſi ſunt, fideque, & ſacramentis, ac bonis operibus ſeruatos fuiſſe. Idem atteſtatur Ambroſius ſermon. 90. præſtitiſſe B. Agnetẽ. Nã cum ducta eſſet in turpitudinis locũ, præfecti filium, q eã in ſponſã poſtulabat, & ingreſſum ad eã violandam

Quo & à quibus cõſtet præter Traianum ab inferni cruciatib. liberatos.

Ambr. s. 3.

landam, confeſtim mortuum, rurſum precibus ſuis B. Agnes excitauit ad vitam. Qui vbi in publicum prodiiſſet, cœpit exclamare, Templa deorum eſſe dæmonum domicilia. Quis vero negauerit, hunc in ſimulachrorum cultu, & in mortifero delicto fuiſſe extinctum, & mox precibus vt dixi, prædictæ Virginis ſuſcitatum, & ad veram fidē fuiſſe conuerſum?

II. Exemplum. *Aug. to. 7.*

Simile quid narrare videtur Auguſt. l. de origine animæ ad Renatum. ca. 10. vbi habet: *De fratre S. perpetuæ Dinocrate, nec ſcriptura ipſa canonica eſt, nec illa ſic ſcripſit, vel quicunque illud ſcripſit, vt illum puerum, qui ſeptennis mortuus fuerat, ſine Baptiſmo diceret fuiſſe defunctum: pro quo illa imminente martyrio, creditur exaudita, vt à pœnis transferretur ad requiē. Nam illius ætatis pueri, & mentiri, & verum loqui, & confiteri, & negare iam poſſunt. Et ideo cū baptizantur, iam & ſymbolum reddunt, & ipſi pro ſe ad interrogata reſpondent. Quis igitur ſcit, vtrum puer ille poſt baptiſmum perſecutionis tempore à patre impio per idololatriam fuerit alienatus à Chriſto, propter quod, in damnationem mortis ierit, nec inde niſi pro Chriſto moritura ſororis precibus donatus exierit?* Hæc Auguſt. diſputās contra Pelagianos, putantes infantes ſine Baptiſmo ad Dei regnum poſſe peruenire: atque hoc comprobantes exemplo Dinocratis, quem obiiciebant ſine Baptiſmo defunctum. Sed hoc negat Aug. & eodem modo reſpondet l. 3. c. 9.

Pueri quādo primū, vt docet Auguſt. bonum à malo diiudicent.

Pelagianorum error de infantibus ab eodem confutatus.

Quod igitur ſingulare videbatur in Traiano, & Falconilla, propter B. Gregorij ſupplices preces, commune illi fuit cum omnibus, qui per Apoſtolorum orationes ab orco ad vitam ſunt reuocati, cum infideles eſſent, & idololatræ, & gehennæ ſuppliciis excruciarentur. Neque vero mihi quiſquam obſtrepat, aſſerendo Traianum impium, & infidelem, & quod grauius eſt, Eccleſiæ Chriſti perſecutorem extitiſſe, & infami pæderaſtiæ vitio notatum; ac proinde tanto Dei beneficio indignum fuiſſe. Nam quo minus ille pignus extitit, & atrocibus criminum notis iniuſtus, eo maior ſe prodidit Chriſti beneficentia, & ſaluandi virtus, qui ſicut Paulo infideli, & Eccleſiæ ſuæ perſecutori pepercit, & eum ad Apoſtolatum vocauit, ita impium, & Eccleſiæ perſecutorem Imperatorem à mortis interitu ad æternam vitam reuocauit. Quanquam multa illuxerunt in eo bonitatis, & iuſtitiæ ornamenta: nam & ipſe Gregorius ad preces pro eo fundendas excitatus fuit, & permotus à facto illo, & inſigni pietatis argumento, quo iam ex vrbe recedens, & equo inſidens, viduam audiuit, ius ſibi reddi de filio iniuſte interfecto poſtulantem. Eutrop. quoque libro 8. eius inſignes, & Principe dignas virtutes referens, inter cætera ſcripſit: *Amicis cum culpantibus quod nimium circa omnes comis eſſet, reſpondit ſe talem Imperatorem eſſe, quales eſſe ſibi imperatores priuatus optaſſet.* Et addit: *Huius tantum memoriæ delatū eſt, vt vſque ad noſtram ætatem non aliter in Senatu Principibus acclametur, niſi felicior Auguſto, Melior Traiano: adeo in eo gloria bonitatis obtinuit, vt vel aſſentantibus occaſionem magnificentiſsimi præſtet exempli.* Hæc ille.

Quo ſuo merito Traianus tantus nimirū Eccleſiæ perſecutor & infamis ab inferni poterit cruciatib. liberari. *Eutrop.*

Quod autem quidam affirmant, animā Traiani non fuiſſe per Iudicis definitiuam ſententiam, ſed tantum ſecundum præſentem iuſtitiam ad gehennam damnatam: ſolide dictum ab eis non videtur. Quia qui deceſſerat in peccato mortifero, maxime in infidelitate, & qui Eccleſiam perſecutus fuerat, qui fieri potuit, vt eius animus non fuerit ad mortem æternā obligatus? Quod ſi ad mortem æternam obligatus non fuiſſet, certe ipſi Traiano iniuria fieret, quod cum ipſe damnatus non fuiſſet, in gehenna loco damnatorum, detineretur. Præterquā quod abſurdum eſſet ſentire reum peccati leth. fieri ac proinde in odio Dei conſtitutū, non fuiſſe ad æternam mortem damnatū.

Impugnatur hæc ſ[…] lut. Anima Traiani ſ[e]cundum præſentē tantum i[…]ſtitiam fu[…]it ad gehē[n]nam damnata.

Quod vero alij ſentiunt, ſimpliciter ad pœnam æternam non fuiſſe damnatum, ſed cum limitatione hac, vt maneret in gehenna, vſque quo oraret pro eo B. Greg. qui eum liberaret, conſiſtere etiam non poteſt. Quia neceſſario ad mortem æternam per peccatum lethale obligatus eſſet; aut ſi obligatus non eſſet ad illam mortem, ſed ad pœnam temporalem, iniuria ei illata fuiſſet. Vt interim non diſſimulem, quod ſi non erat ſimpliciter damnatus, ſed poſitus in inferno, donec pro eo oraret Gregor. iam priuilegium eius non fuiſſet vllum propter preces B. Greg. qui iam illas anteceſſiſſet.

Refellitur & illa ſolu[…] : Anim. Traiani v[ſ]que ad Gregorium pro ea deprecantem æterna debuit ſuſti[…]nere tormēta. II. Argum.

Ad hæc quod Traianus precibus Gregorij non à pœna damni, ſed à pœna ſenſus liberatus ſit, ſiue ad poſtremum iudicium, vt exiſtimat Ioannes Diaconus in vita Gregorij, vel in æternum, vt pueri parui exiſtentes in limbo, qui ſola damni pœna puniuntur: firmum & ſolidum nequaquam videtur. Quia æterna pœna decedenti in mortifero peccato, intermiſſionem non habet: quemadmodum & culpa illam non habet. Deinde Gregorium non eſt probabile preces effudiſſe pro Traiano, vt ad diem vſque iudicij non puniretur: ſed rationi potius conſonum eſt oraſſe, vt in æternum, & omnino liberaretur. Et cum dicitur exaudita oratio Gregorij pro Traiano liberando, nō ad aliquod tempus illa liberatio accipienda eſt, ſed à perditione ſimpliciter. Nec. n. tam parcus fuit Gregorius in petendo,

Neque illam ſolet poſſe conſiſtere: Anima Traiani vſque ad iudicium tantummodo fuit ad gehennam damnata. *Ioan. Diac. li. 2 ca. 44* II. ratio.

aut

Ephef 3. Dei munificen ia. Luc. 23.

autDeus tam auarus in exaudiendo, de quo tamen ait Paulus: *Qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus, aut intelligimus* Nam & latroni petenti ſui memoriam à Chriſto in regno; reſpondit ille ſupra vota, *Hodie (inquit) mecum eris in Paradiſo.*

Aduerſariorum argumenta proponuntur breuiter, ac diluuntur.

Iam igitur confirmatam reliquimus hanc hiſtoriam vt veram, teſtimonio Damaſceni, & aliorum Patrum: exemplo etiam aliorum, qui eodem priuilegio liberati fuerunt: explicatione quoque, & declaratione quomodo id contingere potuerit: ſupereſt iam vt pauca argumenta, quæ in contrarium fiunt, diſſoluamus. Primo ergo quidam argumentantur, qua ratione Traianus fuerit ſuſcitatus, & quanto tempore vitam protraxerit apud nos, aut quibuſcum vixerit, & an ad Imperium redierit.

De modo & tempore reſurrectionis Traiani, quod ſit opinandum. Matth. 13. 1. Tim. 6 Apocal. 17. Matth 27.

Dicendum eſt, non eſſe neceſſarium, vt ille ſuſcitatus, diu, aut cum aliis conuixerit, aut ſe ipſum detexerit, nec amplius curauerit de Imperio, Chriſto cognito, tanquam pretioſiſſimo theſauro, & Rege regum, ac Domino dominantium. Potuit enim vel occultus viuere non ſe cuiquam detegendo: vel poſtquam fidem in Chriſtum, & remedia ſalutis aſſumpſit, corpus terræ pro Diuina voluntate iterum reddidiſſe quemadmodum nonnullis ſanctis contigiſſe legimus. Nam illi qui cum Chriſto ſuſcitati ſūt & venientes in ſanctam ciuitatem, apparuerunt multis, ac teſtimonium de Chriſto ſuſcitato tulerunt, paulo poſt corporibus depoſitis euanuerunt, & eorum animi Chriſtum aſcendentem in cœlos comitati ſunt: vt B. Aug. in epiſt. ad Euod. & B. Thom. in 3. p. & alij plerique docuerunt.

Aug epiſt. 99. to. Thom. 3. p. q. 43. art. 3. ad 2. to. 13.

I. Argum. epiſc. Abulen. de autoritate huius hiſtoriæ. Gelaſ. Papa. Quod non niſi temere, ac periculoſe ita repudietur

Deinde Epiſcop. Abulen. q. 57. in 4. l. Reg aſſerit, magnum non eſſe inconueniens, hanc totam Traiani ſuſcitati hiſtoriam negare: quod in vitis S. patrum quædam non ſatis exploratæ veritatis legantur: vt Gelaſius Papa diſt. 15. c. S. Rom. Eccleſia, tradidit. Sed certe non video, quomodo magnum non ſit inconueniens, cum Hiſtoria hæc à Ioan. Damaſc. magno in Eccleſia viro, & credita, & conſcripta ſit, cum vocet eam germanum, & irrefutabile miraculum, & à Ioann. Diacono commendata ſit, & aſſerat eam in Eccleſiis Anglicanis peruulgatam fuiſſe: cuius etiam extat inſigne Romæ monumentum lapidi antiquiſſimo inſcriptum in æde ſacra ipſius Gregorij Romani, de qua paulo poſt dicemus? Quomodo etiam id negare audebimus, quod tot ſcholaſtici Doctores communi conſenſu receperunt, ac de eo diſputarunt, vt merito dici poſſit communi conſenſu in Eccleſia traditum?

II. argumētum eiuſdē Huius rei Gregorius ipſe in Dialogis quare non meminit. Greg. l. 4. c. 2. Prouerb. 27. II. ratio.

Secundo idem Abulenſis obiicit: *Cur, inquit, ipſe Greg. in lib. Dialog. hoc miraculum non recenſuit, cum multa alia huic ſigno proxima referat?* Reſpondemus non ſine cauſa fuiſſe ab eo ſuppreſſum: nimirum quia res hæc in ſui gloriam, & commendationem propriā tendebat, & ſcriptum ſit: *Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua*, Nouerat etiam alios honeſtius ad Dei gloriam, eam hiſtoriam ſuo tempore enarraturos, præſertim cum res eſſet valde inaudita, & admiranda, & quæ non omnimodam apud omnes fidē eſſet habitura; ſi hodie poſt tot ſcriptores qui eam tuentur, Melch. Canus l. 11. de locis Theolog. ſcribere audeat, aures Latinorum hoc ſignum vix penetraſſe: quod certe non eſt aliud quam ſapere pluſquam oportet ſapere. Quomodo. n. aures Latinorum non penetraſſe dicemus id, quod, teſte Damaſceno, totus Oriens, & Occidens teſtabatur, & (vt ait Io. Diacon.) apud Eccleſiam Anglicanam celebratum erat, & Anglia ex Britannis cōſtet, de quib. poeta dixit *Et penitus toto diuiſos orbe Britannos?*

Cani Melch. hac de re incredibilis opinio. Rom. 12.

Io. Diac. l. 2. c. 44. Virg. Eclog 1. ſub fin. III. Argu.

Addit hic idem Autor, hanc ſententiam Damaſcenum B. Thomæ iuueni perſuaſiſſe. Sed quando quæſo B. Thomas illam retractauit? aut quando dictum ſuum recantauit? aut vnquam de hac re dubitauit, cum idem conſtanter in Primo, & Quarto libris ſententiarum, & in quæſtionibus de veritate perpetuo docuerit? Nec poteſt aſſeri, niſi diuinando; quod ipſe aliquando retractaturus eſſet, quod tamen ſenior multis in locis opportune efficere potuiſſet ſi mentem ſuam in contrariam ſententiā mutaſſet.

D Thom. 1. ſent. diſt. 43 q. 2. a. 5. to. 6 & 4. d. 45 q. 2. ar. 2. q. 1. 5. t. 2. 2. Veri. q 6. 6. 8. tom 8. Nullibi Thomam illam hiſtoriam Traiani in dubium reuocaſſe.

IV. argum. Epiſcopi Abulen. B Dionyſ. Greg to. 2. B. Gregor. pro Traiano iam damnato Deum orādo, minime peccaſſe.

Quarto, eodem loco obiecit Abulen. Gregorium peccaſſe peccatum mortiferū, pro eo fundendo preces, quem nouerat eſſe in gehenna, cum ſciret, aut ſcire deberet, pro iis qui in inferno detinentur, precandū non eſſe, cum id alienum eſſet à more & regula Eccleſiæ. Nam Dionyſ. c. 7. Eccl. Hierar. parte 3. ſcriptum reliquit: *Summus ſacerdos pro immundis* (id eſt infidelibus defunctis) *non orat, quia in hoc ab ordine auerteretur Diuino*: & ipſemet Gregorius in Quarto Dialog. c 44. idem docere videtur. Sed profecto ſatis admirari nequeo tam promptā quorundam hominum ad damnanda geſta ſanctorum, quæ admiratione, & prædicatione digniſſima ſunt, leuitatem, ne dicam temeritatem. Nam qua ratione, quæſo, Gregor. peccare potuit in eo, quod ex radice charitatis profectum eſt; aut in eo, quod Spiritus S. impulſu poſtulauit, vt piū eſt, & rationi conſonum credere? aut in eo petendo, quod Deus per miraculum exaudire dignatus eſt? aut in eo denique, propterquod

apud

apud totam Eccleſiam inſignem laudem,& commendationem promeruit?

Ioan 9.

Oſtendit igitur Dominus, eiuſmodi, preces ſibi per quam gratas extitiſſe; cum tamē alioqui, vt dixit cæcus illuminatus, peccatores Deus non audiat, ſed ſi quis cultor eſt Dei, & voluntatem eius facit, hunc exaudit Et paulo poſt. *Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquam.*

Ibid. 33.

V. argum. Abulenſis Epiſcopi.

Quinto adiungit Abulen. Epiſc. Angelū Gregorio dixiſſe, Pro eo quod pro Pagano precatus, atque exauditus fuiſſet, optionē ſibi à Deo datam, vt aut eius anima in purgatorio per biduum puniretur, aut perpetua corporis ægritudine, dum viueret, affligeretur: atque hoc ſecundum Gregorium acceptaſſe. Vnde acuto ſtomachi dolore, atque podagra perpetuo laborauit. Sed ſimpliciter negandum eſt, in eo facto Gregorium deliquiſſe; quin potius in eo fuerit admiratione, laude, & commendatione dignus, vt in charitate; & patientia ſuſtinendo eiuſmodi dolores propter alios, magnū ſibi meritum compararet. Vnde & impleſſe videtur verbum Apoſtolicum; *Alter alterius onera portate; & ſic adimplebitis legem &* alterum, *Omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur.* Et imitatus videtur Paulinam charitatem, de qua dicebat, *Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis qui ſunt cognati mei ſecundum carnem.* Quod igitur Apoſtolo propter aliorum ſalutem optabile fuit; quid mirum, ſi Gregorius ardenti charitate præditus, pœnitentiam illam à Domino impoſitam (ſi tamen pœnitentia ſit appellanda, aut talis vnquam fuerit illi pœnitentia impoſita) libenti animo amplexus fuerit?

Mag. Gregorius pro liberatione Traiani cur pœnam ſibi ab Angelo impoſitam acceptauit

Galat. 6.

Gregorianæ exemplum charitatis inſigne.

Rom. 9.

An recipiē dum illud de Angelo quod dicitur, Gregorio ob preces pro Traiano duplicis pœnæ optionem proponenti.

Certe hoc Angeli dictum, neque B. Damaſcenus, neq; Ioan. Diaconus, neq; Hugo AEtherianus, in hoc miraculo enarrando commemorarunt, etiamſi Abulen. Epiſ. prædicto loco, & Petr. de Natalib. l. 3. c. 192. Catalogi Sanctorum, illam hiſtoriæ circumſtantiam producant. Audiui tamen ab his, qui oculis ſuis perſpexerunt, in æde D. Gregorio dicata in alma Vrbe, extare lapidē antiquiſſimum literis ſculptum, & eiuſmodi opinionem ab Angelo ſibi datam continentem, quam etiam ego proprijs oculis poſtea hauſi: quare reijcienda, aut omnino contemnenda eſſe non cenſeo, quæ tantæ antiquitatis ſunt, & per nullum hactenus Pōtificē Rom. vel ſublata, vel delata: q; facere obſtrictus fuiſſet, ſi illa falſa eſſe nouiſſet.

Ioan. Diaco. l. 2. vita Greg. c. 44. Hugo Ætherian. li. de Regreſſu animarum c. 15. & 8. Biblioth.

Poſtremo obiicit ſibi ipſi Ioann. Diaconus ſcriptor vitæ Gregorianæ lib. 2. cap. 44 *Quomodo*, inquit, *tantus Doctor pro pagano preces orare præſumpſit; qui quarto dialogorum ſuorum libro docuit, eandem cauſam eſſe, cur non orentur à ſanctis in futuro iudicio pro peccatoribus æterno igne damnatis quæ nunc eſt etiam cauſa, vt non orent ſancti homines pro hominib. infidelib. impijſq; defunctis?* Et reſpondet, eos, qui hæc obiiciunt, non aduertiſſe, quia non loquitur pro Traiano Gregorium exoraſſe, ſed tantum fleuiſſe. Sic enim cum non orauerit Greg. plangendo potuit exaudiri Sicut Moyſes cum dolendo taceret, potuit clamaſſe videri, cui Dn̄s tacendi alias: *Quid clamas*, inquit, *ad me*, Nimirum Deus omnipotēs corda reneſque ſcrutatur; & frequenter ea miſertus concedit, quæ homo quamuis vt carnalis deſideret, ea tn̄ petere non præſumit. Vnde Pſalmiſta; *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum exaudiuit auris tua.* Hæc ille excuſādo Greg. docet.

Quare cū, pro infidelibus im-

Quæ mihi magis piè, quam ſolide dicta videntur. Quia in perſona Dn̄i Angelus, vt teſtatur Damaſcen. illi dixit; *Preces tuas exaudiui, & veniam Traiano do: tu vero deinceps pro impio hoſtiam mihi ne offeras.* Vbi non tantùm preces, ſed etiam hoſtiam incruentam obtuliſſe videtur. Deinde fletus ipſe & luctus pars bona ipſius precationis eſſe ſolet, & magnam vim, & efficaciam impetrandi habet: Vnde Dauid: *Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo*; & Propheta ad Ezechiam. *Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: Ecce ego adijciam ſuper dies tuos xv. annos; & de manu Regis Aſſyriorum eruam te, & ciuitatem iſtam: & protegam eam.* Vides igitur quanta ſit lacrymarum potentia? Vt enim filij paruuli, cum ea quæ à parentibus deſiderant, verbis obtinere non poſſunt, ad fletum ſe conuertunt & quicquid volūt, à parentib. conſequuntur. Ita nos, quæ ſimplicibus verbis orantes non impetramus, lacrymis à Deo extorquere enitamur. Quoniam vero Lazarus nonniſi lacrymis ſororum, & Chriſti ſuſcitatus eſt ad vitam, & adoleſcens extra portam ciuitatis Naim nonniſi fletu matris ad vitā eſt reuocatus, & vitæ ſuæ redditus; & puella filia archiſynagogi importunis precibus parentum ſuorū vitam recuperauit, & diſcipulam nomine Tabitham Petrus orationibus excitatus viduarum, quæ flentes oſtendebant ei tunicas & veſtes, quas faciebat illis Dorcas, ſuſcitauit: colligimus proinde, viuentes mortuis ſuis ſuffragari poſſe, & falſum eſſe dogma hæreticorum, qui inficiantur, defunctis eos qui viuunt, ferre opem nō valere. Quod ſi ad corporis reſurrectionē impetrandam, & vitam naturalem recuperandam eorum preces valent, maxime ſi admixtæ ſint, lacrymis, vt Gregor. fecit, quid ni etiam valeant ad hoc quod magis refert, & in quo libentius Deus exaudire conſue-

uit, vt mortui citius ad æternæ vitæ regnum euolent? Et quia, vt ſuperius diximus, violentia, & furto dona Dei extorquemus. Nā Chananæa vim Chriſto intuliſſe videtur, dum filiæ à dæmone vexatæ liberationem importunis, & arguris precationibus obtinuit. Hæmorroyſſa vero Euangelica, quæ clam, & furtim veſtimentum Dn̄i tetigit, donum liberationis à fluxu ſanguinis, quo laborabat, ſurripuit: Ad eum ſane modum Magnus Grego. & pro fluuio lacrymarum, quas pro Traiano effudit apud S. Petrum, vim Deo feciſſe videtur, vt extorqueret eius ſalutem: clam, & occulte deprecans, nec audēs aperte petere quod deſiderabat (quia ſcriptum eſſe nouerat; Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis) ſpirituali quodam, & laudabili furto, quod ſuper te petere non audebat, adeptus eſt, dum ſupra vota ſua eum exaudiuit Deus, & adiecit quod oratio eius non præſumebat, & oſtēdit ſe illum eſſe, quem Apoſtolus docet potentem eſſe omnia præſtare ſuperabundanter, ſiue vltra, vel cumulate, quam petimus aut intelligimus. Certe hac tanta, & tam inſolita exaudiendi ratione detexit Dn̄s theſauros bonitatis, & charitatis ſuæ; & perfectam Gregorij charitatem toti mundo patefecit, atque illuſtrem, & ſpectabilem reddidit; quanta etiam ſit vis, & energia orationis in fide effuſæ ad omnia etiam quæ impoſſibilia videntur, aut propter naturam aut leges ab omnipotenti Deo inditas nobis indicare voluit. Et hæc de primo.

Matth. 15. — *Supra 9.* — Quorum inſtar Gregor. pro Traiano Deum orās, eius ſalutem eſt conſecutus. — *1. Ioan. 5.* — *Epheſ. 3.* — Gregoriū cur exaudierit Deus pro Traiano, impio homine deprecātem.

Iam ſecundum venit excutiendum: q̄ vt magis apertum reddatur, præmitto, quoſdam Scriptores tradidiſſe, Io. Damaſce. claruiſſe ſub Theodoſ. Imp. Io. vero Trithem. in l. de Scrip. Eccleſ. duos Damaſcenos recenſuiſſe: priorem quidem in vno loco ante Ticon: Afrū, ætate Theodoſii, anno dom. 309. cui adſcribit l. de fide orthod. & hiſtoriam præclaram de Barlaam, & Ioſaphat: poſteriorem vero longe poſt, tempore videlicet Leo Iſaurici (qui & Leo III. dictus eſt, fautor hæreſis Iconoclaſtarum (& tempore Gregorij III. Rom. anno 730. atque huius Pont. authoritate, & literis animatus Io Damaſcen. duos contra Leonem Imp. ſiue, vt alij volunt, tres libros pro tuendis imaginibus conſcripſit, qui noſtro ſeculo è tenebris eruti, & ex Græco in Latinum ſerm. per Pet. Franciſcum Zinum Veron. interpretati in lucem prodierunt.

Duo Io. Damaſceni Trithemio quales.

Addit præterea Trithemi⁹, habuiſſe Damaſcenum cognomentum Chryſorroas, non tam profecto, vt mihi videtur, ab aureo dicēdi genere, in quo hic S. & ſoluta oratione, & carmine præcelluit quam quod inſtar amnis Chryſorroæ, qui vicinas ciuitatis Damaſci partes lambit, & qui pene totus deriuationibus exhauritur (vt teſtis eſt Strabo (aureas planæ Scripturæ diuinæ & SS. Patrum ſententias in vndas auriferas fūdere ſolet. Ita vt prior Ioan. Damaſc. poſteriorem p̄ tria ſecula, & amplius excelſerit.

Ioan: Damaſcenus vnde Chryſorroas cognomen habuerit. — *Strabo l. 16 geograph. ante med.*

Sed reuera ſi rationem rectam ſubducamus, germanus Io. Damaſc. autor eorum librorum, qui apud nos circumferūtur ætate Theodoſij viuere non potuit: & Ioan. Trithem. duos illos Damaſcenos conſtituēs, vehemēter eſt hallucinatus, & ex vno duos cōfecit: q̄ nōnullis rationibus euinco In primis, quod Hieron. in l. de ſcript. Eccl. vel in additamentis, quibus ipſe, tum Proſper Aquit. Chronicō Euſeb. locupletarūt, nec vllam prioris illius mentionem fecerūt feciſſet aūt haud dubie. Hieron. ſi tā inſigne opus, quale eſt illud de fide orthod. 4. libris cōprehēſum, agnouiſſet; cū tamē aliorū autorū, quæ ſynchroni & æquales fuerūt Theodoſij, honorificā fecerit mētionē. Deinde Suidas, non contemnendæ autoritatis hiſtoricus, in verbo Ioan. vnius tantum Ioannis & in Damaſco nati, & cognomentum Manzur habentis meminit; qui tamen, ſi plures extitiſſent, illos pro ſua conſuetudine expreſſiſſet. Id enim in more habet Suidas, vt oēs eiuſdem nominis præclaros viros, ac ſcriptores, peculiariter, & aperte diſtinguat, patriam cuiuſque genus mores, libros, & ſcientiam quam quiſque profeſſus eſt, recitando. Ex illo vero cognomine Manzur, agnoſcimus tempore Leonis Iconomachi illum floruiſſe. Nam in 7. Synodo pſeudepigrapha, quæ ſub Leone 3. & Photio in ea præſidente celebrata fuit, dicti Io. Manzuris fit commemoratio, & illi ſimul cum Germano Sacerdote, inſigni dialogorum pro tuēdis imaginib. ſcriptore, & Georg. Cyprio fuit ab illa Synodo anathemā his verbis inflictum: *Germano bilingui, & animo duplici, adoratori lignorū anathema.* Georgio *conſentienti illi, & falſario paternorum dogmatum, anathema: Doctori impietatis, & peruerſo interpreti diuinæ Scripturæ, anathema.* Hæc in illo conciliabulo ſine autoritate Sedis Apoſtolicæ congregato continentur, vt habetur in 6. Act. 7. Synodi OEcu. vbi refutatur p̄ ſingula fere verba falſa præcedens Synodus ante 70. annos celebrata, & ab Epiphanio quodam viro doct. impugnata; qui illos tres viros ab ea anathemate percuſſos, oſtendit fuiſſe Catholicos viros, & orthodoxos, vitæ quoque integritate, & doctrina præſtantes. Vnde aūt Manzuris cognomentū ſortitus ſit Io Damaſcen. indicat Georg. Cedrenus in compend. hiſtoria. *Damaſci inquit*

Io. Damaſcenum vnum fuiſſe tantummodo. — I. ratio. *Hiero. to. 1. poſt med.* — II. ratio. — Propri um Suidæ hiſtoriographi. — Sub quo vixerit Io. Damaſcen & id vnde conſtet. — A quadam natus Synodo illegitima & quam ob cauſam. — *6. Synodo.* — Idem Ioan Damaſc. cur Manzur appellatus ſit.

Georg. Cedren. circa med.

Syriæ fuit Ioannes monachus, & presbyter, Chryſorroas cognomento, Manzuris filius, quod Græce ſonat Leutrabum, quem impius, ſc. Leo.3. Iudaico ſenſu Manzerem appellauit. Hæc ille. Vocabat enim illum ob ſimilitudinem & vicinitaté vocum. Manzerem more Hebræo, hoc eſt, natum de ſcorto (de quo verbo habes mentionem in initio 23.c.Deut.) Manzur vero deſcendit à verbo בער, quod eſt, redemit, vel liberauit. Vnde Mauzur, quaſi diceretur redemptus, vel liberatus. Habes ergo quo tempore fuerit Ioannes Manzur, & quid illo nomine ſignificetur.

Quis eum Imperator impius Mã zerem nominauerit.

Manzur Hebræis vnde deſcẽdat.

Huius aũt Manzuri æqualem, & ſodalé facit Suidas Coſmam Ieroſol. Patriarcham qui hymnos & iambica carmina multa, & præſtantiſſima ſimul cum Ioanne conſcripſit: vnde & inuicem commixta circumferuntur in fine operum Damaſceni.

Idem cuius æqualis Patriarchæ, & ſodalis.

Adiungit præterea Suidas, Ioannem doctiſſimum totius ſui ſeculi virum, & nulli eorum, qui doctrina illuſtres floruerunt, ſecundum: quod plane indicat, illũ ſub Theodoſio non vixiſſe. Quod ſi Theodoſij tempore floruiſſet, plures eius ætatis Doctores præcellebat, quibus æquiparari Ioan. Damaſcen. vix potuiſſet, cum tunc magna in Eccleſia Dei ſumma præfulgerent, Athanaſ. Baſil. Gregor. Theol. Greg. Nyſſ. Chryſ. & Epiphan. qui eo ſeculo ſuperſtites erant.

Quam celebris ſui ſeculi ſcriptor teſte Suida.

Tertio, male aſſignat Trithem. libros de fide orthod. ſeniori illi Ioan. Damaſceno, ſi quis tamen Ioan. Damaſc. eo tempore extitit. Nam totam illam ſuam, præclaram ſane & diuinam Theologiam, ex nonnullorum Patrum, qui forte eo tempore nondum ſcripſerant, aut nondum eorum libri in lucem prodierant, ſententiis, & autoritatibus in vnum veluti corpus compegit, & conſarcinauit. Nam in libris illis frequenter citat Cyrillum, qui poſt Theodoſium floruit: meminit quoque Synodi Chalced. quæ ſub Martiano, & Theodoſio iuniore celebrata fuit: & l.3.c.10. initio, Petri cuiuſdam Gnaphri mentionem fecit, qui ſub Iuſtiniano in 5. Syn. damnatus fuit. Libro item 4. ca. 17. contra Iconoclaſtas egregie pugnat; & in l. aduerſus Leonem Iſauricum imaginum demolitorem, & contemptorem, Iconoclaſtis, Timoleontas appellat, à Leone illo III. qui eius ſectæ fuit promotor. In l. quoque 100. Hæreſ. inter Monothelitas recenſet Cyrum, ac Sergium, qui in 6. Syno. ſub Agathone condemnati ſunt; ſicut etiam l. de fide orthod. c.14. & 15. contra eoſdem glorioſe dimicat, quemadmodum & in l. de duab. in Chriſto voluntatibus, & operationibus. In cathalogo etiam hæreſum, centeſima, ac poſtrema hæreſi, Mamed, ſeu Machometũ commemorat, cuius ſcripturam, quam dixit Alchoran, riſu dignam appellat: & ſectã eius primus omnium (quod ſciam) oppugnat. Non poſſunt illi libri de orthodoxa eiuſmodi Damaſceno adſcribi.

III. Ratio pro vno ſcilicet tãtum Damaſceno

Diuinam ſuã Theologiam Damaſcenus quorum è fontibus hauſerit.

Hæreſ. 99.

7. Synod.

Ioan. Damaſceni de Alcorano iudicium.

Quarto habemus vitam Ioannis Damaſceni per Ioan. Ieroſolymita. Patriarcham editam, & per Ioan. Oecolampadium, cum adhuc eſſet Catholicus, è Græco in Latinũ interpretatam: quam profecto, niſi certam ac veram, & omni acceptione dignam exiſtimaſſet, minime Latinam reddidiſſet. In ea aũt eximiam huius viri ſanctitatem, & libros contra Leonem Iſauricum editos recenſet; & manum, quia libros de Imaginib. conſcripſerat, à Principe Damaſceno, dolo & fraude Leonis dicti ſubornato atque decepto præciſam, & deinde beneficio D. Virginis ipſi ei precanti ac dormienti reſtitutã, & cætera quæ ad opera eius ſpectant, tam philoſophica, quam Theologica, & maxime ſacra ſcripturarum paralela, & Cantic. Canones iambicos. Quæ omnia prædictus autor lata oratione proſequitur. Adde, quod ſermo ille de iis, qui in fide hinc migrarunt, quod ſacris operationibus, ac diuorum beneficiis multum iuuentur, plane eiuſdem ſit autoris, atq; l. de fide ortho. comprobatur: quoniam & dicendi charactere, & ſententiis Patrum quas producit ex Chryſoſt. Gregor. Nyſſ. Pelladio, & B. Ephrem, & aliis antiquis Patribus, quam ſimillimus eſt & qui recte iudicare velit, vnum, & eundẽ autorem aſſeret eſſe illorum librorum.

IV. ratio. Contra duos Damaſcenos Trithemij.

Ioan. Damaſceni opera.

Vnde eius internoſcãtur.

Vnde colligo, vnum tantum fuiſſe Ioan. Damaſcenum, qui tempore hæreſis Iconomachorum floruit. Alter vero, qui fingitur fuiſſe ſub Theodoſio, vel nunquam fuit in rerum natura, vel nihil ſcripſit.

Miratus autem ipſum, quod cum Melchior Canus in ſuis locis Theologicis hæc nõ ignorauerit, & viderit conſiſtere non poſſe nixus tamen ſuo iudicio illam Damaſceni de Traiano hiſtoriam, quaſi incertam, & fictitiam auſus ſit reiicere, & pro mera fabula habere.

Notatur Melchior Canus hiſtoriam Traiani reiiciens.

Fuit autem Greg. Rom. prior Ioanne Damaſceno aliquid amplius quam integrum ſeculum, quantum ſcilicet fluxit à Mauricio Imp. cuius tempore viuebat Gregor. ad Leonem 3. Iſauricum, cuius ætate vixit Damaſcenus. Potuit Damaſcenus noſſe illud miraculum à Gregor. editum, & ſcriptis ſuis poſteritati conſignare.

Greg. Rõ. Pont. quãto ſuperior Damaſceno.

Producit præterea pro ſe Canus Antonium in 3. p. hiſtor. & Vincentium Bellonacenſem, & Raphaelem Volateranum libr. 16. Antropologiarum, qui teſtantur Ioann. Damaſcenum ſub Theodoſio vixiſſe. Sed quic-

Quam infirmis teſtimoniis innitatur Melchior Canus.

Vincen. li. 17. ca. 102.

quicquid illi dicant,& quales ſint iſti autores,&an ex lacunis,an ex verbis fontibus q̃ narrant,hauſerint, certe præferendi non videntur aut Suidæ,aut Ioanni Ieroſolymitano Patriarchæ qui & antiquiores, & grauiores & fideliores ſunt Doctores,

In eos, qui Ioan. Damaſcenũ fuiſſe aiunt Meſuæ Saraceni filium.

Nec mihi veriſimile fit quod iſti tradunt Damaſcenum Meſuæ Saraceni filium fuiſſe qui dum puer eſſet, Conſtantinopolim venit;& grandior factus,monachalem ibi habitum aſſumpſit: Qui cum ſemel in littore maris eſſet;à piratis captus eſt, & poſteà à Theodoſio redemptus fuit, & Magiſter epiſtolarum ab eo nominatus;quæ cætera vt dixi, apud me exiguam fidem inuenerunt. Non enim conuenire videtur,vt tantus vir poſt monachi habitum, à ſecretis eſſet imperatoris,&conſcribendis epiſt. eius deſignatus,vt narrat Volaterranus.

Eidem Damaſceno cur manus amputata.

Cauſam quoque præciſæ manus idem ſecus parare videtur,atque veritas habet. Nã reuera propter cauſam ſacram,quam Ioannes Ieroſolymitanus Patriarcha commemorat,id eſt,Propter libros de colendis imaginibus dextera manu ſua conſcriptos, & nõ propter profanum,nempe ob proditionẽ à ſe in Principem deſignatam, vt alii autores ei imponunt,vt Petrus de Natalibus in catãlogo Sanctorum,probabilius eſt, & magis ipſi Damaſceno honorificum,id ei accidiſſe vt ſolidiores teſtantur autores. Quis enim credere valeat de viro probatiſſimo,& magnæ ſanctitatis,& qui habitum monachalem aſſumpſerat, vllam proditionem contra Imperatorem excogitaſſe?Certe qui his bonis rationibus non perſuadetur , & qui his autoribus productis non acquieſcit, ſatis ſe prodit nec micam quidem aut ſcintillam rationis habere, Verum hic finem noſtræ diſputationi imponam.

Pet. de Natal. 4. c. 135.

DISPVTATIO XXVII.

In illa Apoſtoli verba: *Sed dicet aliquis , Quomodo reſurgunt mortui? quali autem corpore veniunt? Inſipiẽs tu quod ſeminas,non viuificatur, niſi prius moriatur. Et quid ſeminas? non corpus quod futurum eſt,ſeminas, ſed nudum granum,vt puta, tritici , aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus ſicut vult,* & reliqua vſq; in fin.cap.

Quo nunc [illegible] A. poſtolus.

MVltis ſane, & efficacibus argumentis articulum reſurrectionis comprobatum hactenus Paulus reliquit,quibus nõ facile refragari Corinthii poſſent , niſi vellent à fide deſciſcere: nunc vero ſubiungit confutationem argumentorum,quibus negantes reſurrectionem nitebantur, quæ vt plurimum erant ex humana ratione deſumpta:quare in ſequentibus de qualitate , & forma reſurrectionis diſſerit. Eſt enim hic articulus,vt ſæpe dictum eſt, ab humana ratione lõge remot⁹:nã quis alius ita ſibi perſuadeat,corpora,quæ nunc corruptioni sũt ſubiecta,aut vbi computruerit,aut igni abſumpta fuerint,vel à beſtiis diſcerpta & deuorata,non modo in integrum reſtituenda ſed in longe meliorem naturam commutãda? Omnes enim hæc vt fabuloſa,imo & vehementer abſurda reſpuerent.

Reſurrectionis mortuorũ quam ardua & difficilis fides.

Iam igitur in his quæ ſequuntur verbis, primum dubium occurrit,quorſum videlicet hæc tendant. Reſpondeo, vt dictum eſt, vt oſtendat rationes quæ ab aduerſariis fiunt,inanes eſſe ac debiles, Vtitur aũt Apoſtolus antipophara, & induens perſonam aduerſarij,obiici ſibi,quod prima facie repugnare videbatur. Et non ait, Vos dicitis; ſed, *Dicet aliquis* , obiectionem hanc in tertiam perſonam reiiciens , nec, quis ſit ille, explicat. Sed non dubium eſt,quin ſit de illis de quibus paulo ante dixerat: Ignorantiam enim Dei quidem habent,& inducuntur ab humana prudentiã,& ſenſu noſtræ rationis,cui cum iſto articulo nequaquam cõuenit.

Rationes negantiũ Reſurrectionem quales.

Qui dicerent reſurrectionem mortuorũ non eſſe.

Proponit ergo duas quæſtiones. alteram quomodo reſurgunt mortui?alteram quali autem corpore venient,vel redibunt, qui reſurgunt?corruptione corpore illo, & ſoluto,an alio nouo condito(Ratiocinabantur ſi quidem ex eo quod viderant corpora hominum in mari,&fluminibus pereuntia,& à piſcibus deuorata,alia in terra defoſſa,vermibus corroſa & putrefacta , ac in terram demutata,non poſſe eadem redintegrari,& in priſtinum vigorem reuerti: & idem profecto euenit corporibus procerum contra putorem,& tabefactionem iniunctis, quæ integra,quoad cutem & membrorum ſitũ ſeruantur reuiuiſcere vitali humore, venis, ſanguine,ac neruis reſtituta poſſe non facile creditur.

Hæc ratio aduerſariorum Quomodo reſurgunt mortui? diluitur.

Et reſpondens,ait: *Inſipiens , tu quod ſeminas ,non viuificatur,niſi prius moriatur?* Qua ſimilitudine ſuadere vult, quod videtur impoſſibile,vt res ſemel mortua iterum ad vitam redeat,ſed ita apparet in ſemine , quod vt ad vitam redeat,prius opus eſt morte ita: & nos per verbum ſeminatum prius morimur,deinde viuificamur : verbum enim q; manet in æternum,& vitam habet in ſeipſo vigorem habet ad viuificandum. Et ita reſpondet ad 1.q.

Quod ſeminatur, vt ait Apoſtolus,id non viuificari niſi prius moriatur,quo modo verum ſit. *Eſai. 40.*

Qualis erit forma humanorum corporum reſurgentium. ſecundum Apoſtolū Geneſ.1.

Ad ſecundam illam *Quali autem corpore venient?* reſpondet indicans nouam futuram formam reſurgentium, non aliam in ſubſtātia, contra antiquam hæreſim. Et propterea ait, *Quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt ſeminas, Deus autem dat illi corpus ſicut vult, vel, ſicut voluit* Scilicet ab initio naturam rerum inſtituendo. Potuit enim ex ſemine grani facere oriri lactucam, & fuiſſe ſemen lactucæ. Et ſtultum, vel inſipientem vocat, more Scripturarum, eum, qui admiranda Dei opera non iuxta Dei verbum iudicat, ſed iuxta humanæ rationis captum. Deinde ſtultus eſt, qui earum rerum, quas ipſe quotidie facit, nullam prorſus habere rationem poteſt; at eas quas Deus facit, negat poſſe fieri: vt ita ſpecimen luculentum in ipſo naturæ curſu quotidie appareat in fructuum prouentu Nam fructus, quos de terra metimus vnde, niſi ex putredine, naſcuntur? Ideo vtitur verbo, viuificandi, & nouandi.

Inſipiens quis Apoſtolo.

Semina vti à Deo meliora corpora recipiant.

Pro ſecunda ergo quæſtione diluenda, ait Apoſtolus, Deum reddere ſeminibus meliora corpora, quam prius habebant: nā ſemen nudum, & aridum terræ commiſſum eſt, ex quo proueniunt corpora virentia, ac floreſcentia, quæ culmis, floribus, ariſtis, & ſpicis ornatæ ſunt. Et quod ait, non reſtitui illi corpus, ſed ipſum à Deo reddi prout voluerit: non eſt accipiendum quantum ad ſpeciem, ſiue naturam, ſed intellige de qualitatibus, & conditionibus, quæ renouantur in eo quod producitur. Nam ſubſtantia in natura eadem retinetur. Vnde Auguſt. epiſt. ad Conſent. Non, inquit, corpus quod futurum eſt ſeminas. Neque enim non triticum erit ex tritico: ſed quia nemo ſeminat herbam, vel ſtipulam, & multiplicia in palea tegumenta granorum, cum quibus tamen ſemina exurgunt. Ideo ait: Sed nudum granū: hinc volens oſtendere, quia ſi Deus poteſt addere quod non erat in nudo ſemine, multo magis poteſt reparare quod erat in hominis corpore. Ita ille.

Quomodo Deus vnicuique ſeminum det corpus ſicut vult, teſte Auguſtino *Auguſt ep 146 ante med. t. 2.*

Quorſum hoc. Et vnicuique ſeminum proprium corpus Deus dat.

Vnde & ſubdit: *Et vnicuique ſeminum proprium corpus.* Reſtringit Apoſtolus hac particula quod dixerat de corpore taliam: negat ſiquidem tam diuerſum eſſe corpus, quin ſpeciem ſuam retineat. Non enim grano tritici ſeminato reſtituitur corpus fabæ, vel ciceris, ſed ei natura eadem & forma frumenti reſtituitur. Vt ſit ſenſus: Si Deus in his quæ propter nos fecit, & ad noſtri corporis ſuſtentationem condidit, talia, & tanta corpora præſtat; cur noſtris corporibus idem diffidamus concedendum? Quod autem idem omnino corpus cum eiſdem membris reſurgat, etiam in capite noſtro Ieſu Chriſto demonſtratum eſt: niſi enim idem corpus quod crucifixum fuerat reſurrexit, ad quid clauorum in manibus, & pedibus, & in pectore lancea percuſſo veſtigia ſeruaſſet? Et in figura Ionæ idem videmus: non enim alius abſorptus eſt à ceto, alius in terram expoſitus: ſic & idem templum quod ſoluebatur, excitandum tertia die dixit, quod tamen Euangeliſta de Dominici corporis templo explicauit, & Iob diſertis verbis expreſſit, cū dixit *In carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt.*

Ioan.19. Infra 20.

Iona 2. Matth. 16

Ioan 2. Iob.1.

Cadauera ergo quæ in terra deponuntur ſemina ſunt Dei ſuo tempore viuificanda. Videmus etiam Deum eſſe cauſam germinationis. Non enim dixit Apoſtolus, Solem, terrā aut lunā, illam germinationem efficere, ſicut dixit Ariſt. *Sol, & homo generant hominem,* & rurſus *per acceſſum, & receſſum Solis fiunt generationes & corruptiones:* quandoquidem in cauſis naturalibus Deus, qui omnia operatur, latitat. Sed in hoc Pauli argumentum obiici poſſet, quod in propoſito exemplo de grano ſeminato, mortuo, & germinante, nō oſtenditur veritas reſurrectionis in qua idē numero redit; in grano, autem non idem numero, ſed idem tantum ſpecie. Reſpondeo, recte dictum eſſe à Philoſophis. Exemplorum non requiritur veritas: quia nulla ſimilitudo naturalis per omnia ſeruit ad explicanda, & declaranda diuina opera, præſertim in reconditis myſteriis Trinitatis, Incarnationis, & Euchariſtiæ, in quibus exempla, quæ ex creaturis producimus, multo plus habent diſſimilitudinis, quam ſimilitudinis: ita hic ad iudicandam reſurrectionem, grani putrefacti, & reuiuiſcentis exemplum produxit, quod idem numero redire non poteſt, ſi putrefactum fuit, ſed redit idem ſpecie: quod Apoſtolus indicauit, cum dixit, Inſipiens, tu quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt, ſeminas. Nec enim, vt acute ait B. Thomas hoc loco, Apoſtolus reſurrectionē mortuorum comparaſſet germinationi ſeminis, quæ naturalis eſt, vt probaret reſurrectionem naturalem eſſe. Nam pulueres, in quos reſoluuntur humana corpora, non ſūt ſeminales virtutes actiuæ ad corpora ſuſcitanda, quia reſolutio corporis humani fit in elementa, ſicut & aliorum mixtorum; quæ nullam habent virtutem actiuam pluſquam alij pulueres habent tantum ordinem ex diuina prouidentia, vt ex eis humana corpora redintegrentur. Actiua autem cauſa reſurrectionis ſolus Deus eſt, etſi ad collectionem puluerem, opera, & miniſterio Angelorum vtatur. Vnde ſuperius Chriſto reſurgenti, & voci Archangeli, & ſono tubæ,

Deus non Sol cauſa generationis naturalium teſte Apoſtolo *Philoſophus lib. 2. Phyſ. text. in prin.* Cum eadem numero corpora reſurrectura ſint, in iudicio, de ſemine quod idem tantum ſpecie reſurgit, quid probat exemplum? Quomodo ſtatum exemplum deficit.

D. Tho. lect. 5. circa med. t. 16.

Quod reſurrectio non ſit naturalis, ſed diuina, & ſupra naturam.

Reſurrectionis ad miniſterium Angelorum. *Matt. 24. 1 Theſ. 4.*

non

non aũt exiſtenti vlli virtuti in pulueribus reſurrectionem adſcripſit. Apoſt. aũt probare voluit per hæc exempla, quod nõ eſt eadẽ qualitas corporum reſurgentium & corporum morientiũ. Nã cũ idẽ ſit numero corpus quod reſurgit, non eſt tamen idem granum quod per pullulationem redit. Sumitur tamen ex his argumentum ad probandũ reſurrectionẽ non eſſe impoſſibilẽ, & vt inſipiens obiiciebat: quia ſi natura ex eo quod mortuum eſt, idem ſpecie poteſt reparare, multo magis virtus diuina idem numero reſtaurabit, quia, etiã hoc ipſum quod natura facit, opus Dei eſt: habuit enim natura à Deo hoc, quod facere poſſit. Et ideo deſcribens qualitatem pullulationis naturalis, attribuit eam primum Deo deinde proportioni naturæ. Dixit enim primo, Deus dat illi corpus ſicut vult. Ex ordine enim diuinæ voluntatis eſt, quod ex tali ſemine talis planta producatur, quæ planta eſt quaſi corpus ſeminis. Vltimas enim fructus plantæ eſt ſemen. Rurſus, ne quis crederet, eiuſmodi naturales effectus ex ſola Dei voluntate procedere abſque vlla operatione, & proportione naturæ ſubdit. Et vnicuique ſeminum proprium corpus, vt ex ſemine oliuæ oliuam; & ex ſemine tritici ſpicam cum ariſtis, culmo, & reliquis.

Vis exempli Apoſtolici de ſemine ad oſtenſionẽ reſurrectionis corporum in quo ſita ſit.

Res naturales vnde etiam præterquam à Dei voluntate procedãt.

Tertio dubitatur, quid eſt: *Non omnis caro, ſed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia piſcium:* aut quorſum vtitur hac ſimilitudine. Reſpondeo, Apoſtolum apponere exemplum de diuerſitate corporum reſurgentium in diuerſis ſpeciebus. Et primo comparat terreſtria; ad alia terreſtria; deinde terreſtria ad cœleſtia, & tertio corpora cœleſtia ad ſe inuicem, cum ait; Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellarum. Ne enim quis diceret, Quomodo mortui corpus, & carnem reſument, ſi non ſunt habituri eandem carnis, & corporis qualitatem? ideo introducit diuerſas qualitates corporis, & carnis; vt inde appareat, quod non oportet, etiamſi non ſit eadem qualitas, reſumatur idem corpus, vel eadem caro: non enim omnis caro, eadem caro eſt ſecundum ſpeciem, & alia morientis, alia reſurgentis. Et ſicut de ſemine, & germinatione exemplum deficiebat in hoc, quod non eſt idem numero, nec eædem qualitates: ita hæc exempla carnis deficere videntur, quod in his non ſit eadem ſpecies, nec eadem qualitas; at caro reſurgentis eſt eadem numero cum carne morientis; ſed tamen erit alia ſecundum qualitatem, nam erit eiuſdem naturæ, ſed alterius gloriæ, vt Greg. de corpore Chriſti dicit.

Si non eaſdem quas prius habebat corpora qualitates quomodo reſurgunt.

B Greg. hom. 26. ſup. Euangel. tom. 2.

Quod ſi quis cauillo agat, & dicat: Quoniam piſces ſunt caro, ergo in Quadrageſima non licebit eos edere: Reſpondeo, quod alia eſt caro piſcium, alia volucrum; ac per hoc licebit eam edere in Quadrageſima. Et ideo vanum redditur argumentum, Sunt item corpora cœleſtia, vt Sol, & Luna, & Stellæ; alia terreſtria, vt aër, aqua, terra; & alia eſt cœleſtium gloria, id eſt, pulchritudo, & decor, de quo Sapiens, *Species*, inquit, *cæli gloria ſtellarum.* ¶ *Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate.* Ita nimirum in reſurrectione corpora eadem erunt quantum ad ſubſtantiam, non autem eadem quantum ad qualitatem. Et licet in genere vna ſit caro, & maſſa eadem, vt dicta exempla oſtendunt; in ſpecie tamen, & forma, & virtute, & qualitatibus diſtant.

Si piſces ſunt ca[ro] cur eis i[n] diebus ie[iu]nioru[m] vescimu[r].

Eccleſ. 43

Quarto dubitatur circa illud: *ſeminatur in corruptione, ſurget in corruptione. ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria, &c.* quo tendat hæc comparatio: an loquatur de ſemine naturali, an de corpore noſtro ſemini comparato. Dicendum, ſermonem eſſe de corpore noſtro quod ſeminatur, id eſt, in modum ſeminis putrefacti moritur, & fructum adferat, non in modum bruti morientis, quod moriens omnino extinguitur. Et vt corpus non omnino ſibi moritur, ſed in modum ſeminis ita moritur, vt ſibi vitam meliorem acquirat: ita corpora noſtra ſeminantur, ſeu moriuntur ad vitam meliorem.

Quid e[ſt] quod ſe-minatum in corru-ptione, & ignobilit[a]te, ſurget in corru-ptione, & in gloria.

Et ait ſeminari in corruptione, id eſt, corruptione plenum. & ſurgere in incorruptione, id eſt, plenum incorruptione. Non diſputat autem Apoſtolus, qualis futura ſit corruptionis differentia inter ſanctos poſt reſurrectionem, ſed quid nunc differant corpora noſtra ab iis, quæ tunc recipiemus. Et arguit: Solis & Lunæ vna eſt ſubſtantia, dignitatis & excellentiæ magnum diſcrimen: quid ergo mirum, ſi corpus noſtrum excellentiorẽ claritatem induat.

In corruptione ſeminari quid & ſurgere in incorruptione.

Retinens autem ſimilitudinem, præſentis vitæ tempus metaphorice comparat ſationi, tempus vero reſurrectionis meſſi. Cũ de corpore loquitur, ait, ſeminatur: & cum deberet ponere, naſcitur, ponit, reſurgit; ne reſurrectionem, naturæ, aut terræ opus putares; ideo ait, reſurget, quia reſurrectio in ſolo Chriſti ſpiritu poſita eſt, Corruptibile, ergo ſurget incorruptibile, id eſt, non ſolum ſpirituale, totum vegetum, robuſtum; nec cibo, nec potu egens, omni purulentia & purulentia defæcatum.

Quo verbo Apoſtolus reſurrectionem non eſſe naturalem, ſed diuinam inſinuauerit.

Seminatur in ignobilitate, ſeu ignominia, &c. Ponitur, ſeminatur, pro ſepelitur. Eſt enim ignominia, dum putreſcunt noſtra cadauera, eaque nos perferre non poſſumus

Quid eſt ſeminari in ignobilitate, & ſurgere in gloria.

ſumus, niſi terræ infodiantur, aut igni crementur, aut ita abſcondantur, vt ſua corruptione viuentes non lædant: Ideo propter ignominiam & cadaueris turpitudinem, de reſurrectione deſperare non debemus. *Surget in gloria*, pro eo quod eſt glorioſum, & immortale.

Seminari quod item in infirmitate.

Seminatur in infirmitate. Nihil homine infirmius, aut fragilius; vix enim à pediculis pulicibus, culicibus, muſcis, cimicibus, ac minutis beſtiolis, ac vermiculis, nedum à maioribus ſe poteſt defendere, nec à febricula quidem. *Seminatur corpus animale, ſurget ſpirituale.* Corpus, ab animali potentia, quæ eſt vegetans, vel ſentiens, & qua hic indigemus, vocatur animale, in quo videlicet anima imperium habet, & dominationem; ſpiritmale vero, quod ab Spiritu S. gubernatur. Et animale corpus nunc edit, bibit, digerit, dormit, fatigatur, quieſcit, & sēſuum adminiculo opus habet. Surgit ſpirituale, id eſt, nouum, nihil horum opus habens; non craſſum, & ponderoſum, & animæ obſiſtens imperio, vt modo facit, ſed ſubtile, tenue, agile, quod aura vehi poſſit. animæque imperio per omnia parens; cui nil obſtet ſolidum, quodque quaſi inſtanti per longiſſima locorum ſpatia ſe mouere poſſit, vt Chriſtus ſuſcitatus faciebat. Nam erit quidem poſtea ſubſtantia corporis, ſed conditiones, & qualitates meliores, & cœleſtibus corporibus affines aſſumet, quia erunt ſicut Angeli Dei in cœlo: quia reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratū corpori claritatis ſuæ.

Explicatur hoc etiam: Seminatur corpus animale, ſurget ſpirituale.

Spiritualis qualitates corporis.

Matth. 22 Luc. 26. Philip. 3.

Subdit: *Si eſt corpus animale, eſt & ſpirituale.* Bene expreſſit interpres Hebræam phraſim. Eſt corpus animale, eſt & ſpirituale; ac ſi dictum eſſet: Si eſt illud, & hoc eſt. Eſtque argumentum Theologicum, propter perfectionem vniuerſi, ne quid cogitabile deſit vniuerſitati: nam ſi quid cogitabile deeſſet, non eſſet vniuerſum.

Hæc ratio Apoſtoli qualis ſit: Si eſt corpus animale, eſt & ſpirituale.

Et probat id teſtimonio Scripturæ: *Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem* Circa quem locum quinto contigit dubitare, an ille ad rem citetur ab Apoſtolo: deinde vnde acceperit ſecundum membrum: *Nouiſſimus Adam in Spiritum viuificantem*; quia nullibi legitur. Reſpondendum eſt, priori ſententia, quæ ad rem maxime allata eſt, per Paulum ſignificare primum illum hominē ex natura creationis factum fuiſſe in animā viuentem, id eſt, vt eius anima ſit forma cuius gratia eius materia, vt ſic inde vitam accipiat, & fiat corpus animale, quia anima corpori ipſi vitam communicet. Et cum hoc dictum ſit de primo homine; Paulus ſi extendit ad vniuerſum genus hominum ex eo proditurum, vt ſit homo animalis, & terrenus.

Primus homo Adam quare dicitur factus in animā viuentem. Geneſ. 2.

Recte ergo, *In viuentem* dixit, non, in viuificantem: ne putes, animas hominū ex ſemine propagari; ac per hoc intelligamus, alium eſſe hominem ſpiritualem, qui factus eſt in Spiritum viuificantem, vt ab eo verā, & ſpiritualem vitam accipiat, ita vt ſit ſpiritualis, non carnalis vita.

Cur Adam in animā, non viuificantem, ſed viuentem factus eſſe dicitur.

Eſſe aūt, vel fieri in animam, vel ſpiritum phraſis Hebræa eſt, qua ſignificatur quis eſſe anima, vel ſpiritus. Tales ſunt illæ; *Factus eſt mihi Dominus in refugium, &* , *Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij*: ſimiliter *Erunt duo in carnem vnam.* His enim, & ſimilibus phraſibus ſignificatur: Factus eſt mihi Dñs refugium; &, eſto mihi Deus protector, & locus refugij, &. Erunt duo vna caro

Pſalm. 93. Pſalm. 30. Geneſ. 2. Matth. 19

Quod vero Subiungit: *Nouiſſimus Adam in Spiritum viuificantem*, quod tamen nullibi legitur: intelligendum eſt, Apoſtolum de ſuo per Antitheſim ſubieciſſe, & Chriſtum Adæ opponere vt etiā opponit Rom. 5. Lōge autem præcellit Spiritus viuificans animā viuētē. Et licet Chriſtus inſtar noſtri fuerit in animam viuentem; præter naturā tamē fuit in eū infuſus Spiritus Dñi, cuius virtute reſurgeret ipſe primus à mortuis, & alios ſuſcitaret: nō autē quod Spiritus eſſet loco animæ, vt Apollinaris dixit.

Nouiſſimus Adam Chriſtus vbi factus legitur in ſpiritum viuificantem. Rom. 5.

Contra Apollinarē.

Et cum dicitur corpus ſpirituale, non intelligas, in reſurrectione corpora noſtra cōuertenda in ſpiritum; ſed, ſicut animus, cū dicitur carnalis, non ſignificat conuerſum in carnem, ſed quod ab effectibus carnis ſe trahi ſinat: ita corpus ſpirituale à ſpiritu regitur, & inſtauratur vſque ad indiſſolubilitatis perpetuitatem.

Quomodo reſurget corpus ſpirituale.

Porro Chriſtus dicitur nouiſſimus Adā, quod vt in primo conditum fuit humanū genus, ita in Chriſto inſtauratum fuit. Et vt in primo conditi ſunt omnes homines, vt quicquid ille haberet, haberent omnes; ita in Chriſto habemus, quicquid ad corporis, & animæ perfectionem conueniebat nos habere. Et ita Chriſtus, & Adam, ſunt duo principia, ſiue duæ radices humani generis, vt habes ad Rom. 5.

Nouiſſimus Adā quare Chriſtus appelletur. Gen. 2.

Cum vero de Chriſto ait, quod factus eſt in Spiritum viuificantem: non ſic accipias, quaſi ſecundus Adam caruerit gratia Dei, & Spiritu S. fuerit deſtitutus; quia gratiam, & dona ſpiritualia habuit ipſe ex ſe, & ex natura ſua,

Rom. 5. Quo ſenſu Chriſtus dicitur factus in ſpiritum viuificantē. Eccleſ. 17.

Sextum occurrit dubium circa id, quod ſubiungit: *Sed non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale; deinde, quod ſpirituale. Primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de cælo cæleſtis*, vel , vt Græca habent, Secundus homo

Primum dubium in illud. Primus homo de terra terrenus, ſecun-

dus homo de cœlo, cœleſtis *Geneſ. 2.*

homo, ipſe Dominus de cœlo. Dubium ergo eſt, ſi primus homo intelligitur ſecundum corpus, & animam, & magis ſecūdum animam, non ergo de terra eſt, nec terrenus dici poteſt; ſed cœleſtis, quia, vt Poeta dixit,

Animi eſt cœleſtis origo.

Vir 6. Æneis circa fi. II. dub. *Pſal 74.* *Eſai. 4.*

Secunda difficultas eſt: quia ſecūdus homo Chriſtus de terra fuit, ex Virgine, ſicut ſcriptum eſt: *Veritas de terra orta eſt*, & iterum, *Terra noſtra dabit fructum*, & Eſaias, *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Alioquin in errorem incideremus Valentini, qui dixit, Chriſtum attuliſſe corpus de cœlo, propter has ſententias: *Secundus homo de cœlo; cœleſtis, &*; *Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginē cœleſtis*: quas ille ſententias monitus noluit intelligere.

Caro Chriſti vnde ſūpta ſecundum Valentinum. Adam primus homo quomodo terrenus, cum potius propter animam fuerit cœleſtis *Supra. 2.*

Reſpondendum tamen eſt, quod homo ex humo dictus eſt, & Adam ex adama terra rubra. Idem ſecundum hanc partem conſideratus, dicitur eſſe de terra, & quam nos experimur, ſcimus, quia ex limo, & terra ſumus, cum ſcriptū ſit: *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ*, & poſtea, *Et ſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo animam viuentem*: quia propter ipſam animam eſt corpus, & ipſum corpus per illam animatum viuit. Vt ſicut corpus terrenum eſt, ita & anima terrena ſit, velut immerſa corpori terreno, cui aptata debeat æquari. Et ita dicitur terrenus, non cœleſtis, quia nunquam ille primus homo fuit cœlo. At ſecundus Homo, qui eſt Chriſtus, de cœlo venit, quia verbum Dei ibi ſemper erat: & cum venit, & coniunctum eſt animæ, & carni, nec primus ſcopus fuit à Deo ſpectatus, vt anima carnem viuificaret, ſed vt anima, & caro viuificarentur ſpiritu, & ſpiritui ambo ſeruirent, ad hoc factum eſt homo Verbum, & ita factus eſt in ſpiritum viuificantem. Etſi veriſſimum ſit, quod per eius animam viueret corpus eius, vt ad ſe potius traheret corpus, & faceret ſpirituale, quam è conuerſo, vt ſolum corpori daret eſſe viuens. Et tamen propter diſpenſationem redemptionis dimiſſa eſt caro Chriſti paſſionibus minime illi naturalibus ſecundum modum naturæ ſpiritualis.

Chriſtus vero ſecundus homo quare cœleſtis, cum de terra virgine natus ſit. *Ioan. 1.*

Idem ſi cœleſtis erat, cur eſt paulus, mortuſque.

Ideo ſubiungit: *Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtis. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni portemus & imaginem cœleſtis.* Portauimus imaginem terreni, per peccatum enim propriis naturalibus redditi ſumus, & terrenis operam dedimus, ſicut Adam. Portamus vero (Græca habent, portabimus) imaginem cœleſtis: nam ſicut in hac vita propter neceſſitates, & conditiones naturæ noſtræ corruptibilis variis expoſiti laboribus, doloribus, ac morti, portauimus imaginem terreni, ſic poſt mortem portabimus imaginem cœleſtis; id eſt, ad imaginem, & ſimilitudinē erimus in gloria perfecta per glorificationem corporis noſtri.

Quemadmodum portauim⁹ imaginem terreni, & portemus imaginem cœleſtis.

Rom. 8.

Tertio petere quis poſſet: Qui fit, vt in præſenti vita ſpirituale corpus non habeamus, ſed corpus animale geſtamus? Reſpōdeo, quia hic ſtatus noſter præcedit reſurrectionem, & corpora noſtra prius debent ſeminari, quam reſurgere. Nec mirum, ſi incipimus ab anima viuente: ſicut enim prius eſt naſci, quam renaſci, ita prius viuere, quā reſurgere.

Cur modo non ſpirituale ſed corpus animale geſtem⁹.

Quartum dubium circa hanc ſententiam: *Sed non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale.* Obiici enim poſſet, quia Adam qui præceſſit Chriſtum, in gratia conditus fuit: vnde & cum tranſgreſſus eſt mandatum Dei, gratia, & donis aliis ſupernaturalibus ſpoliatus fuit. Nam ille fuit, qui deſcendit ab Hieruſalem in Iericho, & incidit in latrones ſpoliatores, &c Sed facile reſponderent quidam Doctorum ſcholaſticorū, conditum fuiſſe Adam prius in natura; deinde paulo poſt cum induxit illum Deus in Paradiſum voluptatis, adiūxit illi gratiam.

Quam verum illud, Non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale. *Luc. 10.*

At reſpondetur verius ſecundum ſententiam B. Thomæ, qui ſcripſit, tam Angelos, quam primum hominem, cōditos fuiſſe in gratia, in ipſis tamen ſemper prius natura eſt, illos conditos in eſſe naturali, deinde etiam in ſupernaturali, & gratuito: & ita etiam ſuo modo in illis præceſſit natura gratiā; & vt dixit Hieronymus, Ruſticum eſt omne quod naſcitur. Portat ergo homo prius veterem hominem ante baptiſmum; poſt baptiſmum vero portat imaginē noui hominis Ieſu Chriſti.

Angeli, & primus homo, ſecundum Thomam, an prius conditi in gratia, an vero in natura. *B. Tho. 1 p. q. 62 art. 3. & alibi paſſim. 10. 10.* *Hier.*

Græce legimus: *Secundus homo de cœlo, ipſe Dominus.* Putarunt autem nonnulli ob antitheſim perfectā legendum eſſe. *Secundus homo de cœlo, cœleſtis*, & inde corpus ſuum attuliſſe: vt Valentinus, & Marcion, & Manicheus delirantes dixerunt; quibus ſe & quartū addidit Velſenchius, inſignis noſtri ſeculi hæreticus. Sed hic non eſt ſermo de corporis ſubſtātia, ſed de qualitate & habitu. Et ſicut Adam animam immortalē, & minime de terra ſumptam accepit, ſapiebat tamen terram: ex qua ſumptum eius corpus fuerat; ita Chriſtus è cœlo viuificum corpus nobis attulit, quo nos in vitam meliorē regeneraret, & terra ſublimiorem. Et vt Adam primum fuit principium, & autor vitæ huius, ita & Chriſtus vitæ ſpiritualis & cœleſtis primus eſt autor.

Chriſtum è cœlo qui dixerint corpus ſuū attuliſſe.

Quid illud tantum ſit Apoſtolo, Secundus homo de cœlo cœleſtis.

Quam proprie imaginem hoc loco portemus terreni, & cœleſtis. *Geneſ.3. Rom.5.*

Hic autem non videtur eſſe ſermo de honeſta & praua vita, vel, ſi malis, de peccato quod Adam inuexit in mundum, vel de iuſtitia, quā Chriſtus attulit, ſed de vita animali, & terrena, vel ſpirituali, & ſupernaturali. Vel, quod idē eſt, agit de præſenti vita, vel futura in reſurrectione. Et vt animalis natura, quæ in nobis, præcedit, imago eſt Adæ: ita in cœleſti natura erimus Chriſto conformes à morte ſuſcitati. Et nunc ex parte cœleſtis imaginem geſtamus in anima, plenius autem reſtaurati; portabimus glorificati imaginem cœleſtis.

Huius dicti: Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebūt &c. variæ ſententiæ proponuntur.

Septimo loco dubitatur de his verbis: *Hoc autem dico fratres quia caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, neque corruptio incorruptionem poſſidebit.* Nam huic loco ſenſus quidā minus Catholici dati ſunt, ideo danda opera, vti Catholicus, & germanus adhibeatur. ¶ In primis ergo quidam putarunt, reſurrectionem nō ſpectare ad naturā carnis & ſanguinis, ſed tātum ad animam ſeiūctis corporibus in alia vita. ¶ Alii vero tantum in hac vita reſurrectionem fieri concedūt, accipientes reſurrectionem pro liberatione à peccato, quod mors quædam ſpiritualis eſt, ſecundum illud; *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur:* vt ſit ſermo de reſurrectione prima, de qua dixit Dilectus: *Beatus, & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima.*

I. ſenſus minime recipiendus.

II. etiam ineptus.

Ezech. 18.

Apoc 20.

III. hæreticus Origeniſtarū.

Alii vero, vt Origeniſtæ, corpora vtcūq; reſurrectura dixerunt, ſed carnē, & ſanguinē ab æterna vita excludunt: & alia corpora non accepturos; quàm quæ hic nunc habemus. Quod tamen eſt in Scripturas ipſas, vt paulo ante probatum fuit. Eſt etiam in ipſū Iob, qui dixit; *In carne mea videbo Deum quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius, & oculi mei cōſpecturi ſunt.*

Iob.19.

III. & vlt. huius loci proprius.

Dicendum ergo, carnem, & ſanguinem ab Apoſtolo vocari hominem, quatenus ex Adā terreno imaginem geſtat. vt intelligamus, nos hic habere imaginem cœleſtis id eſt, carnem ſeruientem ſpiritui, vt filiis Dei congruit: & caro hæc merebitur immutari, & poſſidere regnum Dei, vel hæreditare vt Græca vox ſignificat; quia hæreditate capiemus terram vt filii Dei; & fratres Chriſti. *Hæredes* inquit Apoſtolus, *quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.*

Pſal. 36. Mat. 5. Rom. 8.

Reſurrectio ſeu vita æterna quare ſupernaturalis, & diuina ſecundū Apoſtolū. *Mat.17.*

Neque corruptio incorruptionem poſſidebit. Æterna ergo vita non eſt naturalis dicenda, quia caro & ſanguis poſſideret eam. Neque ait, abolendam eſſe carnis, & ſanguinis ſubſtantiam; ſed tantum contendit, nouas qualitates, & conditiones, acceſſuras: vt in Domini transfiguratione carnis, & ſanguinis natura non fuit extincta, ſed adiuncta illi incredibilis gloria. Et corruptionem, vocat carnem noſtram peccato corruptam, ſiue homines vitiis corruptos cum omnibus quæ peccatum conſequūtur, niſi tamen corruptionē exuant. Porro incorruptionē, vocat reſurrectionē, & omnis mortalitatis præſeruationem, ſtatum illum Beatorum incorruptū, & omnis paſſibilitatis expertem. Quare impii, & peccatores ad hanc reſurrectionem non pertinent: de quo dicet Apoſtolus inferius, *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Impij autem licet non ſint in perpetuum morituri, & extinguendi; non tamen ſpiritu Chriſti ſuſcitabantur: quia Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam, efficiet tamen Deus ſuā potentia, ne eorum corpora corrumpantur, ſicut faciet de multis inſenſibilibus, quæ in æternum durabunt.

Corruptio quæ incorruptionem non poſſidebit, & quam incorruptionem.

Pſal 1.

Impii poſt iudiciū vt erunt incorrupti. *Ioan.16.*

Octauo dubitatur circa ſequentia verba: Ecce myſteriū vobis dico: Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur quæ ſit vera lectio huius loci inter tres quæ adferuntur: deinde quis ſit verus, & legitimus ſenſus. Reſpondeo, B. Hieronymū in epiſt. ad Minerium, & Alexandrum, duas lectiones tantum ponere. Idem tamen in Commentariolis ſuis in Paulum, vel potius Pelagius autor illorū ſcholiorum, producit varias lectiones. Prima eſt noſtri textus. Secunda; *Omnes quidem moriemur: ſed non omnes immutabimur.* Tertia, quæ communiter nūc habetur in textu Græco; *Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur.*

Huius loci variæ lectiones. Omnes quidē reſurgemus, ſed nō omnes immutabimur. *Hier. epiſt. 152.3 par. à medio. Idem to. 9.*

Sed in primis præmittendum; hactenus Apoſtolum propoſuiſſe articulū reſurrectionis, & illum multis rationibus, & argumentis corroboraſſe. Deinde adiungit, quomodo futura eſſet reſurrectio. Et reſpondit: Quemadmodum granum ſeminatum in terra reuireſcit. Tertio interrogatū fuit, Quali corpore mortui eſſent reſurrecturi? Reſpōdit, Eodem ſane, quod ad ſubſtantiam, & naturam attinet, ſed qualitatib. atque dotibus longe melius perornato. Nūc in hac quarta parte capitis penitiuſ in deſcriptionem modi reſurgēdi ingreditur. ¶. Et vocat Myſteriū; quod nullo adhuc oraculo tā clare explicatū fuerit: quod facit, vt ipſos Corinthios attentiores efficiat. Myſterii autem nomine admonet, vt diſcant rē ſibi incognitā. Cum ergo dixiſſet, homines carnales, & corruptibiles incorruptionis ſtatum non poſſeſſuros, niſi exuant corruptibilitatem; ſubdit: *Omnes quidem reſurgemus ſed non omnes immutabimur.* Hanc enim noſtram lectionem ſequitur Ambroſius, & interpretatur, ſenſum eius eſſe: Omnes

Verba illa quomodo ſuperioribus reſpondeāt.

Cōmune reſurrectionē omniū, immutationē autem tantum aliquorum, cur myſteriū vocet Apoſtolus

Quid ſit Apoſtolo Oēs quidē reſurgemus, ſed nō omnes

immutabimur. Amb to. 5o

enim homines reſurgemus; ſed ſoli qui regnaturi ſunt in gloria, mutabuntur. Siue ita: Reſurgemus omnes, qui in aduentu Chriſti mortui inueniemur. nō omnes immutabūtur qui in corpore sūt reperti; quia ſancti ſoli beatitudinis gloriam conſequentur. Hæc eadem ad verbū habentur in Hieronymi commentariolis; vt proinde merito ſit ambigendū de his duobus autoribus & an re vera hæc vtraque Commentaria, eorum, qu b. tribuuntur, extiterint. Ac ſubdit eo loco Hieronymus: *Aliter in codicibus quibuſdam Græcis habetur: Omnes enim dormiemus, non omnes immutabimur; in alijs autē: Omnes enim non dormiemus; omnes autem immutabimur. Quod quadrat, inquit, magis ad ſenſum Apoſtoli: quia hic ſermo non de omnibus generaliter dicitur, ſed de ſolis ſanctis.* Hæc ille.

Hier. to. 9.

Allatæ ſuperius variæ lectiones proponuntur de nouo, atque carpentur à Hier.

In citata autem epiſtola, verus Hieronymus duas tantum poſuit lectiones, in Græcis repertas codicibus, & tertiam, quæ eſt in textu Latino. Si igitur vna per alteram eſt emendanda, cur potius corrigenda Latina per Græcam, & non per Latinā Græca alia, quæ antiquata erat, & à nobis prorſus ignorabatur, ſi emendatio facienda erat per eam, in quam plures codices Græci cōſentirent? Certe B. Hieronymus in dicta epiſtola recenſet illam Græcam, quæ habet; *Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur*, cōmunē omnibus lectionē fuiſſe, quæ à noſtrā parum differre videtur. Auguſtinus libr. 20. de Ciuitat. Dei capit. 20. recipit vtramque lectionem; *Omnes reſurgemus*, &, *Omnes dormiemus*. Etſi noſtram lectionem ſequatur in libr. de Fide ad Petrum, cap. 3. & 19. vel potius Fulgentius. Et lib. de Fide, & ſymbolo, capit. 6. ait: *Omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur quam immutationem non in deterius, ſed in melius fieri docet idem, cum dicit; Et nos immutabimur.*

Idem to. 3. epiſt. 3.

Aug to. 5.

Idem to. 3. circa finem Idem eodē tomo ſub initium.

Origenes vero, licet illam lectionem non ſequatur ſenſum tamen ſequitur noſtrum, altero reprobato ¶ Quidā tamen Theodorus Heracleotes, & Apollinaris alia lectionem magis probant. Sed tradit B. Hierony. hos autores non magni fuiſſe momenti, qui bus tamen Chryſoſto. fauere videtur, falſa lectione deceptus, & rem, vt ſæpe contingit non exacte conſiderauit. Et Acacius qui fuit Cæſareę Epiſcopus in quæſtione hac quam ſibi propoſuit, ſic ait: *Dicamus*, inquit, *de eo, quod magis in plurimis codicibus inuenitur: Ecce myſterium dico vobis; Omnes quidem dormiemus non omnes autem immutabimur.* Hæc ille, qui ſentiebat; in aduētu Domini quoſdam viuos inueniendos, quibus cō igit nō mori: quod falſum eſt, & contra Scripturas. Nam ipſi legunt: Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα:

Grecorum quorundam hæc lectio impugnatur. Non quidē omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. Chryſ. ho. 42. to 4.

quod ad verbū eſt: *Omnes quidem non dormiemus*: quod, iuxta verborū proprietatem perinde eſt ac dicere, nullos dormituros. Non enim Græce dicitur ſic, Non omnes dormiemus quo declararet aliquos nō morituros, id eſt Omnes non dormiemus, quod ſignificat, Nulli dormiēt. Eſt autem grāde diſcrimen apud Logicos, Non omnes dormiemus, & omnes non dormiemus, quare ſenſus erit, nullos morituros: quale illud eſt, Non erit impoſſibile apud Deū omne verbū; id eſt Nullū verbū eſt Deo impoſſibile; & illud; *Non iuſtificabitur omnis caro coram illo*, id eſt nulla. Et quomodo Paulus diceret, *Non omnes dormiemus*, cum Dominus dicat, *Dormitauerunt omnes, & dormierunt*, & multæ Scripturæ affirmant mortē vniuerſalē; quæ nulli parcet? Adde, ſi orbis cōflagratio iudiciū præceſſura eſt, quis tāto incendio viuus valeat ſupereſſe? Et quomodo verū erit: *Nō omnes dormiemus, & oēs immutabimur*, cū non ſit futura omnium immutatio teſte Apoſtolo, qui habet: *Et mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi, & omnes immutabimur*, & nō dixit, Immutabuntur? Nec etiā Omnes immutabimur, quoniā nec illud verū erat. Præterea, ſi de iis, qui non morientur, dixit Apoſtolus: *Et nos immutabimur*, quomodo verum erit de ipſo Paulo Apoſtolo, quod non ſit mortuus, cum ſe inter eos enumeret, qui immutabuntur, & non morientur? Et quomodo hanc anſam prudens dediſſet exiſtimandi vicinū iudicium, & diem Domini imminere, cum ipſe ſui corporis reſolutionē ſciret, & de illa interdū loquatur? Quid etiā reſpōdebūt ad verbū Apoſtoli. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur? Item qui non moritur, non reſurgit.* Denique quis auſit, vllum hominē à communi mortis debito eripere, ſi nec Chriſtus, nec B. Virgo, nec Ioannes Baptiſta, nec Apoſtoli ab ea excepti fuerunt? ¶ Quod ſi quis excipiat Henoch, & Eliam, & dilectum Ioannē facile reſpondebimus; tales nondum mortuos eſſe, morituros tamen ſuo tempore, & quidem morte illuſtri, & pretioſa.

Quid ſit dicere, Omnes quidē non dormiemus.

Luc. 1.

Rom. 3.

II. Ratio. Mat. 25.

III. ratio. Pſal. 69. Quarta.

Ratio V.

VI. & VII. 1. Cor. 15. VIII. & vlt.

Mat. 14. Si omnes dormiem' Henoc, Elias, & Ioannes Euangeliſta quare non ſūt mortui? Gen. 5. 4. Reg. 2. Ioan. 21. Apoc. 11.

Contra noſtrā vero lectionē obiici poſſet illud Dauidis, *Ideo nō reſurgūt impij in iudicio?* falſa eſt ergo lectio: *Omnes reſurgemus.* Reſpondemus, ex ſequentibus verbis declarari quid eſt impios non reſurgere: ſubdit enim; *Neque peccatores in concilio iuſtorum*: de qua reſurrectione ait Apoſtolus: *Mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Reſurgent ergo impii, & peccatores ad reſurrectionis incorruptionem, non autē ad immutationem iuſtorū. ¶ Noſtram ergo lectionē magis probat Hier. & Cyr. in hunc locū, vt producūt eum ſcho-

Cum oēs reſurrecturi ſint, cur ait Dauid, Non reſurgunt impii in iudicio. Pſal. 1. Cyril. Alex.

lia Gręca apud Gagnęum his verbis: *Reſurgēt autem indubie omnium corpora immortalitatis induta gratiam: at non omnes immutabuntur, ſed in honori permanebunt impij ſoli vero immutabuntur iuſti, nimirum ad immortalitatis conmodū immutati, & diuinæ gloriæ indumēto ditati* Sicille. Probat & vſus Eccleſiæ Latinæ, & Paulin. Epiſcopus Nolanus, qui in Panegyrico de Celſu puero alludens ad lectionem noſtram dixit: *Namq; reſurgemus, ſed non mutabimur omnes.*

B. Paulin. Epiſcopus.

Quid in momento, & in ictu oculi reſurgere.

Hoc eſt diſcrimen Gentibus ante Deum. Nono dubitatur circa illa verba: *In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba: canet enim tuba, etc.* in finem, circa iſtas circunſtantias reſurrectionis quædam ſunt, quæ lumen explicationis aliquod deſiderāt. Et in primis quid eſt in momēto, & in ictu oculi reſurgere; & quomodo dicitur mors abſorpta in victoria; & quis eſt ſtimulus mortis, & quæ peccati lex; & an locus Oſeæ recte citetur. Reſpōdemus, oſtendi hoc loco reſurrectionis, & mutationis futuræ maximam celeritatem. Nam elegit motum, qui omnes alios celeritate ſuperare ſolet ad id ſignificandū. Oculi enim agitatione nihil agilius, aut velocius: ſimul et ā ad dormitionem alluſit, cui ictus opponitur. Ecce quanta eſt Dei potentia, quæ in momento temporis tanta efficiet. Magnū eſt mortuos reſurgere; maius ſi eadē habeant corpora; multo maius, ſi meliora. ſed illud longe maius, quod omnia ſuperat, ſi hæc omnia in puncto temporis, vel in momento, quod eſt quadrageſima pars horæ vnius, vt quidam volunt, alii, breuiſſimum tempus, perficiantur. Vnde Horat.

Oſe. 13.

Quantę erit diuinū ſymbolum poteſtatis reſurrectio mortuorū.

Hora lib. 1. ſer ſaty 1 in princ.

Quia enim concurritur hora
Momento cita mors venit, aut victoria læta.

In qua tuba omnes reſurgemus.

Et dicitur à motu lancis, ſuæ libræ, Græce ἐν ἀτόμῳ *In ictu oculi, vel iactu.* Tranſlatio eſt ab ictu teli, vel fulminis. Græce dicitur, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. *In nouiſſima tuba.* De qua in Apocalypſi dicitur; *Septimus Angelus tuba cecinit.* Et metaphorice videtur quibuſdam dictum, non enim erit ænea, vel cornea, vel argentea, pro præcepto Chriſti: quoniam ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo. Et præter iuſſum, & vocem Archangeli, videtur externum aliquod ſignum vehemens, & horribile ſignificar; Paulus enim meminit vocis Archangeli, & tubæ Dei; & Dominus Matth. 24. *Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis.* Et cap. 25. *Media autem nocte clamor factus eſt Ecce Sponſus venit, exite obuiam ei.* Item Ioan. 5. *Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei.* Et quemadmodum Imperator tuba conuocat exercitū ad prælium; ita ſonoro præconio, & vocaliſſima tuba per totum mundum exaudietur, quæ mortuos excitabit: vt Deus in monte Sina populū conuocauit vniuerſum ad legis lationem, & vſus eſt buccina. Ideo tuba cogē di erunt ante tribunal Chriſti, & bellum gerendū contra Antichriſtum, quē Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & illuſtratione aduentus ſui. Neque tantū viuentes ſed etiam mortuos è terræ puluere vocabit, vt habes Dan. c. 12. imo aridis oſſibus & pulueribus imperabit Ezech. 37.

Apoc. 11. 1. Theſſ. 4. Mat. 24. Infra. 25. Ioan. 5.

Quanta erit illa tuba Chriſti iudicis. Exod. 19. Infra 20. Apoc 17. 2. Theſſ. 3 Eſai 11. Dan. 12.

Mortui quare reſurgent incorruptibiles cum D. Apoſtolum.

Et ſubdit: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem.* Reddit rationem, cur mortui reddēdi ſunt incorruptibiles, & ratio eſt: quia *Tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt, Abſorpta eſt mors in victoria.* Fiet, inquit, ſermo, id eſt, implebitur. Et neſcitur qui Propheta producatur, cū multæ propheticæ voces occurrāt, an videlicet Eſai. c. 25. Mors à Domino fuit, & in perpetuū deſtruetur; an ex Oſea c. 13. vbi Hebræa habē: *De poteſtate inferni redimam eos: ero, mors, venenum tuum, ero peſtis tua, inferne.* E. ſignifi. at ſe demum ſeruare ſeruos fideles, cum mors, & infernus in nihilum redigūtur. Cum ergo hic mors dicatur abſorpta, extremus eius interitus deſignatur. Et cū talis mortis interitus adhuc non cernatur; ſequitur nondum plena ſalute nos potiri, quam Deus populo ſuo promitit; & ideo illum diem differri.

Eſai 25. Vnde illud Abſorpta eſt mors in victoria, ſumptū ſit. Oſea 13. Quid ſignificet.

Et forte alluſit ad illam maledictionem: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſe vulnerabit tem capite & tu vulnerabis eos in calcaneo.* Ita enim habent 70. Quibus in verbis victoria Chriſti in Satanam mortem, & infernum prædicitur: qui etſi Chriſtū perdere aggreſſus eſt, nihil tamen in ipſum potuit, niſi morſum plantę eius infigere, quia ventre per humū repebat. Septuaginta dixerunt, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Inſultat ergo morti dicēs: *Ero mors tua o mors, vbi eſt mors victoria tua?* Et inſultat ex perſona ſua, & iuſtorum hominum. Deinde inſultat ſtimulo, vel aculeo mortis, hoc eſt peccato. *Vbi eſt mors ſtimulus tuus? vel aculeus?* Vt enim ſcorpius exile eſt animal, & tamen vim habet in aculeo pta & mors abſque peccato nullam habet energiam. Sicut & mors ab ira Dei eſt, Deus autem non iraſcitur niſi peccato. Tertio inſultat legi, quæ virtus eſt peccati: quia vbi non eſt lex, nec præuaricatio; &, concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Ad hæc comparatur aculeo peccatum, quo ſolo armatur ad lethalem punctionem nobis infligenda: eo ſublato, exarmata eſt mors ne amplius noceat. ¶ At peccatum vocat Apoſtolus non

1. Geneſis. In inimicitias ponam inter te, & mulierem & c. ipſe conteret caput tuum, & c. explicatur breuiter Geneſ 3.

Qui inſultet morti, ſtimulo mortis, & legi. Quemadmodum ſtimulus mortis peccatū ſit.

Virtus peccati cur lex. Rom. 4. Infra 7. Exod 20 Cur ſimile peccatum aculeo & quod ſtimulus ſit peccati Apoſtolo.

tam

tam actum peccandi, quam concupiſcentiã ſiue fomitem, ſiue naturam deprauatam, & ſuis affectibus legi Dei repugnantem.

Rom. 7. Vnde mortis victoria *Sap. 2.*

Et vnde virtus tanta peccato? Reſpõdet: A lege, quia lex accuſat, & pœnam exigit, imo etiam peccatum auget. Victrix ergo mors facta eſt ex peccato, quia habuit imperium in omnes homines. Hæc autem victoria tunc auferetur, quia nõ erit vlterius neq; lex, neq; peccatum, neq; mors *Stimulus autem mortis peccatũ eſt:* Quia per illud mors nos pungit, & vrget nos tanquam ſtimulus quidam, dicens; Merito hæc pateris, quia peccaſti: peccato autem ceſſante, mors aculeum non habet, quia qui in Domino moriuntur, beati ſunt, quia non tam moriuntur, quam dormiunt.

Stimulus mortis cur peccatum. *Apoc. 14.*

Vnde iuſtis etiam nũc viuentib. mortis victoria.

Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum. Oſtendit quod etiam in hoc mũdo potimur victoria in mortem, quoniam qui legi parent, peccatum euitant, ita vt Paulus cuperet diſſolui, & eſſe cum Chriſto: quod & multis viris optimis contingit. Et ait, *per Dominum noſtrũ* quia mors erat nobis ineluctabilis, niſi Deus Filium ſuum in hoc certamen deſtinaſſet, qui bellum noſtrum pugnauit, & nos eius victoriæ per fidem redditi ſumus participes. Quia in membris compleri neceſſum eſt, quod eſt in capite iam completum. Inſultare autem licet morti, ſed victoria Chriſti noſtra eſt.

Philip. 1. Quare dedit nobis Deus victoriam mortis per Dominum noſtrum Ieſũ Chriſtum.

Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles, abũdantes in omni opere Domini ſemper, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino. Epilogus eſt exhortans ad conſtantiã fidei circa articulum de reſurrectione; & vt nitantur bonis operibus inſiſtere, cum iam certi ſint de reſurrectione, & retributione futura; ac proinde nullũ laborẽ pro Chriſto aſſumptum ſuo præmio fruſtrandum.

Corinthii cur ſtabiles eſſe debebant in fide, & in omni bono opere ſemper abundare.

DISPVTATIO XXIX.

In Apoſtoli verba. *De collectis autẽ quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam Sabbathi vnuſquiſque veſtrum apud ſe ponat, recondens quod ei bene placuerit, vt non cum venero, tunc collectæ fiant,* & reliqua in finem vſque c. 16. & totius epiſtolæ.

Scopus Apoſtoli.

HActenus Apoſtolus de dogmatib. diſſeruit: hoc poſtremo capite agit de largitate in pauperes, præcipue vero in eos, qui ob Chriſti fidem rebus ſpoliati, & extores facti exulabant, & inopia laborabant. Lucas etiã Agabi vaticiniũ recẽſet, quo famẽ ſub Claudio Cæſare futurã prædixerat: vnde occaſionẽ dedit Apoſtolis colligendi eleemoſynas ex Gẽtib. quib. fratres in Ieruſalem habitã es iuuarẽtur Act. 11. Nam etſi malũ hoc cõmune vniuerſo, orbi denũciauerat Propheta; q̃a tamẽ maiori inopia premebãtur Ieroſolymitæ, & oẽs Gẽtiũ Eccleſiæ, niſi vellẽt nimẽ ingratitudinis dãnari, ſubuenire, debebãt loco illi ſancto, Vnde Euãgeliũ acceperãt; idcirco ſinguli ſui ipſorũ obliti, de ſubleuãda Ieroſolyma cogitabãt, Paulus autẽ ſolicitus erat huius rei, nã ipſe cum Barnaba fidem ſuam obſtrinxerat cum Petro, Iacobo, & Ioãne, vt ipſe cum Barnaba inter Gentes, reliqui vero tres inter Iudęorum Eccleſias extra Ieroſolymam operam darent, vt Ieroſolymitanis, qui Chriſto nomen dederant, opitularentur.

Act. 11.

Cur fierẽt collectæ ab Apoſtolis.

Quid Paulo curæ de collectis. *Galat. 2.*

Deinde in medio capitis promittit Apoſtolus aduentũ ſuũ Corinthiis, & commendat eis miniſtros verbi ad ſe vẽturos, quoſdam vero fratres iã apud illos commorãtes laudibus celebrat. Poſtremo ſalutationes, & cõmẽdationes de more annectit, quibus Eccleſiã inuicẽ vnire, & agglutinare ſtudet.

Si ergo quæritur, quorſum tendat Apoſtolus, iã explicatũ eſt. ¶ Si quæras, cur ordinauit Eccleſiis Galatię collectas? Reſpõdeo id nõ ſine cauſa factũ, vt zelo quodam illos ſtimulet exemplo eorũ, qui prę cęteris barbari videbantur. Nã Galatæ à Gallis originẽ duxerunt: Vult autẽ, vt per vnã Sabbati fiant collectæ, hoc eſt primo die hebdomadæ, ſiue Dominico, in quo Deus mundum cõdidit, & eſſe dedit omnib. creaturis, & in eodẽ genus humanũ reſtaurauit, à mortuis reſurgẽdo, & Spiritũ ſanctum Apoſtolis in eadẽ die de cœlo miſit, vt tantę Dei miſericordię in eo die acceptę memores, ipſi quoque fiãt miſericordes, & in fratres indigẽtes liberales, vt recte annotauit Chryſoſtom.

Quamobrẽ Eccleſiis Galatiæ ille ordinauit collectas. Quare per vnam Sabbati fieri debebant. *Geneſ. 2. Act. 2.*

Chryſ. ho. 43 to. 4.

Nomẽ collectæ homonymũ eſt in Script. ſignificat. n. & cõuentum ad orãdum collectũ, Leui. 23 Deu. 16. & 2. Para. 7. Deinde q̃a in ea celebrabãtur laudes Dei, vt in dicto capite Paralipo. habes, Oratio quoq; dicitur Collecta. Rurſus quia in eleemoſynæ erogabãtur, ꝓpterea eleemoſynæ collectæ dicebãtur: quo in ſignificatu hic accipitur nomẽ Collectę. q̃ Paul' λογίαν & 2. Cor. 9 εὐλογίαν vocat. Et metaphora sũpta à fętib. arborũ, & terrę, q̃ legi dicũtur, vnde & legumina. Et vult vt vnuſquiſq; apud ſe ponat, recondẽs (ſiue vt Græca litera habet, theſaurizãs) q̃ ei bene placuerit. Dare .n. proximo propter Chriſtũ, nihil eſt aliud, quã theſaurizare in cœlo, vt Dominus, & Apoſtolus docuerũt. Vnde & Poeta quidã Ethnicus dixit

Vnde ſumptum nomen collectæ. eleemoſyna cur ſignetur hoc nomine. *Leuit. 23. Deut. 16. 2. Paral. 7. 2. Corin. 9.* Dantes proximo eleemoſynam, quid faciãt *Mat. 6. 1. Tim. vlt.*

Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis *Mart. li. 5.*

Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

Prima ratio, in aduētu Pauli cur fieri nō debebant collectæ.

Verat autem, ne, cum venerit, fiant collectę ſeu collectiones tum ne res tumultuaria eſſet, quicquid enim ſubito fieri ſolet, non recte fit. Deinde vt pauperibus melius conſuleretur: nam paulatim ſeponendo ſingulis diebus, ſatis honeſtum eleemoſynæ pōdus poterat conflari: nam præcedebat illo die prędicatio verbi Dei, participatio corporis Chriſti, & preces communes: quę omnia, & ſingula hortabantur ad vberiores eleemoſynas ſuppeditādas. Tertio volebat, ne hoc negotio diſtracti inuenirentur, quo minus verbo Dei ex ore Pauli audiendo, aliis grauioribus negotiis incūbere poſſent. Mirū autē eſt, Paulū nihil à Corinthiis pro ſuo victu exigere, qui ei debitus erat ex Chriſti ordinatione, & tamē pro aliis diligēter mendicauiſſe. Quo ſane Pauli exēplo punguntur noſtri ſeculi prædicatores, qui pro ſe ipſis amplas collectas diligentiſſime faciunt; pro aliis autem pauperibus, aut pro operibus piis tenues & exiguas; parumque aut nihil ſolicitudinis gerunt: cum tamen pro aliis magis rationi conſonum videatur opulentas, & abundantes, quam pro ſe facere: Quæ autem ad ſe ſpectant, non per ſe ipſos, ſed alios eleemoſynæ expetendæ eſſent, & procurādæ, vt omnem auaritiæ ſuſpicionem præciderent.

Secunda.

Tertia.

Pauli Apoſtoli cura de collectis in ſanctos quid doceat noſtros concionatores. *1.Cor.9. Mat.10. Luc.10.*

Subdit: *Cum autem præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas hos mittam perferre gratiam veſtram Ieruſalem.* His verbis addidit calcaria Corinthiis, vt liberaliter erogent. Prius dixit, vt apud ſe ipſos ſeponerent, ſi forte aliorum fidem ſuſpectam haberent. poſtea pecuniam illā nō per quoſuis, ſed per quoſdam, quos ipſi delegiſſent eſſe diſpenſandā nec enim vult, vt ſibi ſoli credatur.

Apoſtoli prudentia in collectis procurādis in ſanctos.

Quod ſi dignum fuerit (vel opera pretiū (vt ego eam, mecum ibūt. Omnia proponit, quæ fideli diſpenſationi cō noda erant: & præcauet, ne qua ſanctæ diſpēſationi oboriatur ſuſpicio. Et ait: *Quod ſi dignū fuerit:* Non enim omnia decent omnes. Ideo videbatur Apoſtolicū manus talia exequi, ob dignitatem & decorum officii, quod ſeruandū eſt, quāquam pro loco, & tempore humilitatis gratia dimittendum eſt. *Veniam autem ad vos, cū Macedoniam pertranſiero.* Pollicetur aduentū ſuum ad eos, quem ſuperius capite quarto comminatus fuerat, cum dixit in virga ſe venturum, & viſurum eos, qui ſuperbe inflabātur in alios: & placidiorem modo pollicetur aduentum, vbi Macedoniam pertranſiſſet.

Quid cauēdum Corinthiis in hoc opere.

Ratio decori quid poſtulet.

Qualem nunc Paulus ad Corinthios promittat aduentum. *1 Cor.4.*

Fuit autem hæc epiſtola miſſa è Philippis vt quidam volūt, & Græca habet inſcriptio in hæc verba, ſed probabilius eſt illam fuiſſe ex Epheſo ſcriptam, vt ſupra à principio dixi, quia in hac ait; *Salutāt vos omnes Eccleſiæ Aſiæ.* Et Epheſus, metropolis eſt minoris Aſiæ Philippen ſiū vero nomen penitus ſubticet, & rurſus, *Permanebo autē Epheſi vſque ad Pentecoſten.* Et in ſequenti epiſtola aperte dicit, ex quo loco epiſtolam hanc miſerat, in Macedoniā ſe tranſiſſe: & poſt tranſitū Macedoniæ cū remotus fuiſſet ab Epheſo, Achaiæ, autē vicinus, proinde dubiū non eſt, quin Epheſi tū fuerit: & inde recto itinere nauigare poterat in Achaiā, Macedoniā autem viſenti, erat lōgus circuitus, & via moleſta. Admonet ergo ſe nō recta via ad eos, ſed per Macedoniam iter eſſe facturum: vnde ait: Apud vos enim forſitan manebo, vel etiam hyemabo. ¶ Licet prophetico ſpiritu Paulus eſſet præditus; tamen quia non ſemper Prophetæ ſpiritu diuino impelluntur, & Paulus volēs venire Romā, ſæpe fuit impeditus; ideo dixit forſitan. Et ex hypotheſi loquitur, quæ ſubaudienda eſt, ſcilicet ſi Deus voluerit, vel ſi Deo placuerit, &c. Quin & ſecunda epiſtola c.13. cogitur Paulus apologiā facere, quod ad eos non acceſſerit condicto tempore.

Hanc epiſtolam nō è Philippis ſed ex Epheſo vnde cōſtet miſſam fuiſſe.

Quare Paulus dubitanter dixerit ſe mā ſurū apud Corinthios cū aliter poſſit. *Rom.1.*

2.Cor vlt.

Et pollicetur ſe velle apud eos aliquā diu morari, neque obiter velle eos inuiſere: quod argumentū eſt vehementis ſitis, & deſiderii illorum ſalutis. Atq; per Macedonas vt pote morigeros, & bene inſtitutos volebat tranſire. Apud Corinthios autem morari vult, quia multa erant corrigēda: quare vt prudens medicus ſuam præſentiam illis exhibet, vbi morbus eſt vehementior. *Vt vos mi (inquit) deducatis, quocunq; iero.* Id eſt Prębeatis mihi ex vobis ipſis comites: quod non vulgare amicitiæ, & familiaritatis eſt ſymbolum, *Nolo enim vos in tranſitu videre* Hic tranſitus eſt ille, de quo Lucas Act.20. Et hac moderatione ſua omnia debent ſancti concludere; ſi Dominus permiſerit. nam cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius, vt ait Salomō Eſt enim magnę temeritatis in futurū multa proſpicere, cum nec momētum quidem in poteſtate noſtra habeamus.

Quæ cauſa huius moræ Apoſtolicæ apud illos, & tranſitus per Macedoniam.

In quo trāſitu Paulus nolebat videre Corinthios. *Act 20.*

Prou.16.

Permaneo autem Epheſi vſque ad Pentecoſten Dies feſtus eſt, & ideo ſine cauſa aliqui verterūt quod Epheſi vellet manere per quinquaginta dies. Aliqui interpretantur de Pētecoſte Chriſtianorum, quod probabile eſt nihil autem refert, ſi de Iudæorum Pentecoſte acciperetur, quia non repente abolitę fuerūt Iudæorū ceremoniæ, imo aliquādiu Eccleſia retentæ, non ad neceſſitatem, ſed vt cum honore ſepeliretur Synagoga. Paulus autem ad eius religionem nō tenebatur tamen quia in Pentecoſte conuentus maior

Ad quam vſque Pentecoſten Paulus Epheſi permanere volebat.

Cur eo tēpore volebat Epheſi permanere.

futu-

Hieron. in fine Proœmii to. 9.

Act. 20.

Quod oſtium Paulo apertū erat magnum & euidens.

Oſtiū cur euidēs appelletur.

Aduerſarii multi quinam erant Apoſtoli.

Scorpii ingenium.

Quare Timotheum Paulus ad Corinthios mittere deſtinabat.

Idem cur ſine timore eſſe debebat apud eos.

futurus erat, & putabat ſibi occaſionē oblatam Euangelii propagandi, libenter eo die feſto Epheſi morari quærebat, & ſperabat nouum aliquem aduētum Spiritus ſancti in eos, qui audituri erant verbum. Vnde Hieronymus in Proœmio Commentariorum in epiſtolā ad Epheſ. *Permanſit autē Epheſi vſq; ad Pentecoſten: tempus lætitiæ atq; victoriæ, quo non flectimur genua, nec curuamur in terram, ſed cum Domino reſurgentes, ad cælorum alta ſuſtollimur.* Hæc ille. Quare etiam cū Ieroſolymam proficiſceretur, tanquam cauſam feſtinationis produxit, vt illuc appelleret vſque ad Pentecoſten: *Oſtium enim mihi apertum eſt magnum, & euidens, & aduerſarij multi.* Duas rationes affert hærendi Epheſi in die Pentecoſtes: primam, quo daretur illi cauſa promouendi Euangelii, quam promotionem explicat pulchra metaphora. *Oſtium enim*, inquit, *mihi apertum eſt magnum, & euidens.* Id eſt, complures Epheſi ſunt parati non ſine ſiti ingenti, audire verbū Dei; ac proinde multi per fidem Euangeliū amplectētur. Addit, *Euidens*, id eſt, efficax: quia Dominus labori eius benedicebat, ac doctrinam eius potentia ſignorum reddebat efficacem. Ideo Eccleſiæ miniſter non debet eligere locum pro commodo ſuo, ſed oportet vt occurrat eo, vbi ſua præſentia magis deſideratur.

Secunda ratio eſt, quia erant aduerſarij multi; id eſt, lupi iam aderant ad gregem Domini deuorandum. Et vbi pugnandum eſt, paſtores à grege, vel duces à ſuo exercitu abeſſe non debent. Neque mirari quis, aut offendi debet, ſi, vbi quiſquam bene rē Chriſti, & Eccleſiæ gerat, ei à multis contradicatur: quia ſcorpius dum non tangitur, non ferit: ſi autem lædatur, aculeum exerit.

Tertium dubium eſt circa Timotheum, & Apollo. Sed nihil fere difficultatis eſt in his, quæ de illis ſcribit. Ait ergo: *Si autem venerit Timotheus, videte vt ſine timore ſit apud vos. Opus enim Domini operatur ſicut & ego.* Quia enim ipſe non poterat accedere, & malum Corinthiorum diſſationem non patiebatur, Timotheum ad illos mittere propoſuit, vt per eum Eccleſia eorum viſitaretur. Sed de eius aduentu loquitur, ac ſi adhuc non eſſet certus de eo ad ipſos deſtinando: nam multa poterant accidere, quæ profectionem eius impedirent. Rogat igitur, vt abſque timore ſit apud eos, erant enim plures aduerſarii, qui ſe ſe opponebant: atque eius prædicationi obſtrepebant: & ideo ait, quod opus Dei operatur in Euangelii propagatione, in qua Deus ipſe prædicandi dicenda, & modum di-

Pauli charitas, & modeſtia. *1. Tim. 3.*

Quorſum id, Ne quis eum (*1. Timo.*) ſpernat.

Luc. 10.

Qui minime ſint ſpernendi. *1. Tim. 5.*

Timotheū Corinthii ad Paulum vti debebant deducere.

Quis ille Apollo ad Corinthios qui venire nolebat. *Act. 16.* *Ibidem.* Eius virtutes. *1. Cor 3.*

Pauli circumſpecta charitas.

Corinthiis quare vigilandū, & quomodo. *Matth. 24.*

1. Pet. 5. Vigilandū quibus. Iidem cur ſtare debebāt in fide.

Omnia noſtra quomodo in charitate fiant. *1. Cor 13.*

cendi ſuppeditat; & per ſe ipſum illuſtrat mentem, & fidem infundit. Appellat autem fratrem, quem diſcipulum quotidie à ſe diſcentem nouerat, & qui eius opera pro ipſo præſtabat. Ac ſubdit: *Ne quis ergo illum ſpernat.* Vel quod eſſet iuuenis: vnde alibi dixit; Nemo adoleſcentiam tuam contemnat; vel quod eſſet Pauli diſcipulus, quem Pſeudoapoſtoli oderant: & qui Timotheū ſpernebat, Paulum ſine dubio ſpernebat, mittentem: qui vero Paulum ſpernebat, etiam Chriſtum ſpernere videbatur. Et ſane qui negotium Chriſti agūt, minime ſunt ſpernendi, ſed duplici honore digni habendi ſunt.

Deducite autem illum, inquit, *in pace; vt veniat ad me.* Id eſt, Incolumem cum omnibus charitatis, & humilitatis veſtræ officiis deducite ad me. De Apollo autem ſubiungit, quod multum rogauit eum, vt veniret ad eos cum fratribus: & vtique non fuiſſe voluntatem eius, vt tunc veniret. Hic Apollo erat Alexandrinus genere, vir eloquens, vt ait Lucas, & potēs in Scripturis, eruditus ab Aquila & Priſcilla. Hic ſucceſſerat Paulo in ædificandis Corinthiis, & verbo Dei conſolandis, vt habes 1 & 3 ca. huius epiſtolæ, cui partes rogandi attribuit. Charus hic erat etiam Corinthiis; & quia non poterat obtineri reditus eius Corinthum (ſiquidem omnes tunc Apoſtolo non morigerabātur) conſolatur tamen eos; & ſpē facit eius reditus ad eos, cum ei vacuum, ſiue opportunū iudicauerit. Et ita ſe Apoſtolus excuſauit, vt interim tamen Apollo fratrē non accuſauerit: probabile enim eſt, illos rogaſſe Paulū, vt daret operā, vt Apollo ad ſe remitteret.

Quartum dubium eſt circa illam exhortatiunculam quam adiicit: *Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini*, & reliq. Admonet enim eos ne dormiant, aut ſomno pernicioſo ſe dedant, ſed vigilent: quod & præceptum fuit Domini, & non abre ſæpius repetitum; nā debet quiſq; circūſpicere, & ſenſus vigiles habere, quoniam aduerſarius noſter diabolus tanquā leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Debet etiam quiſque pro ſua familia vigilare inſtar paſtoris pro grege ſuo, tum ad vitādum malum, tum ad operandum bonum, ne vllæ ſordes illum contaminent. Monet etiam, vt fide ſtantes, viriliter agant, & confortentur. Et ſitus ille, ſtandi ſcilicet, mundo aduerſatur: nam illi conuenit iacere, aut ſedere in vitiis, & peccatis ſuis. Ac ſubdit, quod culmen eſt: *Omnia veſtra in charitate fiant.* Eſt enim charitas moderatrix, & gubernatrix omnium operū veſtrorum. Quæ verba Apoſtoli ſi ſeruarentur, nihil fieret perperam,

ſe ſ omnia cum ordine ad Dei honorem, & proximi ædificationem tenderent.

Stephana, Fortunatus, & Achaicus quales Apoſtolo.

Quintum dubium eſt de Stephana, Fortunato, & Achaio, qui erant primitiæ Achaicæ, id eſt primi, qui venerant ad Chriſti fidem. Et domum vocat familiam, quæ ſe totam dediderat ad Sanctos, id eſt Chriſtianos officiis ſuis ſubleuandos. Vnde ait, *Et in miniſterium Sanctorum ordinauerunt ſeipſos.* Sed hæc prima ratio nulla eſſe videtur: quid enim prodeſt primum veniſſe ad fidē, ſi Iudas primus venit ad Apoſtolatum & periit? & Paulus vltimus acceſſit, & ſaluus factus eſt, & qui cæteros anteuertit, & abundantius illis omnibus laborauit? Reſpōdeo, quod vt hæc laus vera eſſet, & integra; conſtantiam adiungi oportuit, quæ illi familiæ non defuit. Etſi ergo nō melior ſemper ſit, qui tempore præcedit; vbi tamen accedit perſeuerantia, merito illis honor magnus habendus eſt: nam alios ſuo exemplo vrgēt, & hortātur ad Chriſtum venire. Sunt enim tales velut aliorum duces in militia. Et medici, qui artem medicinæ diuturnis experimentis comprobarunt.

Illorum charitas in Sanctos. *Luc 6. Act. 9. 1. Cor. 15. Ibidem 10.* Quo loco proinde à Corinthiis habēdi erant.

Iidem in quale miniſterium ſanctorum ordinauerāt ſeipſos.

Subdit alteram rationem: *Quoniam in miniſterium Sanctorum ordinauerunt ſeipſos.* Non explicat de quo miniſterio hęc intelligenda ſint: ſed videtur de illo intelligendum quod Sanctis in neceſſitatibus adminiſtrabant, & ad hoc munus miniſterii ſe conſecrauerant. Et vult eis eſſe parendum, & adiuuandos in his quæ poſtulant, quæ rationi ſunt conſona, & charitati.

Stephana item. Fortunatus & Achaicus quā chari, & familiares Apoſtolo.

Subdit: *Gaudeo autem in præſentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quoniam id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerunt. Refecerunt enim (ſiue refocillarūt) & meum ſpiritum, & veſtrum.* Gratiſſima erat Apoſtolo inter tot aduerſarios & inſidiatores præſentia fratrum, atque ex illorum conſpectu magnam conſolationem captabat: præterquam quod ſuppleuerunt illud, quod ipſi præſtare debebant. *Refecerunt*, inquit, *& meum ſpiritum, & veſtrum.* Videtur loqui de temporalibus quę ſubminiſtrabant. Eodem enim verbo vtitur ad Philippen. cum dicit de Epaphrodito Philippenſium Apoſtolo; *Quoniam propter opus Chriſti, vſque ad mortem acceſſit: tradēs animam ſuam, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obſequium.* Nam quod attinet ad ſpiritualia, longe opulentior erat Apoſtolus, ac paratior ad corroborandum illos circa ea, quæ ſunt ſpiritus, & ad ſpiritualia reddenda pro temporalibus.

Eorundē in Paulum & Sanctos obſequia. *Philip 2.* In quo maior Pauli charitas erga eos.

Quomodo illi, & illorum ſimilesà Corinthiis erant cognoſcendi.

Subdit: *Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt.* Id eſt, in honore habetote, & amore proſequimini eos, qui veſtros defectus officiis charitatis ſupplent. Id enim eſt cognoſcere in Scripturis, vt alibi diximus.

Non diligentes Dominum Ieſum, qui ſint Anathema Marā tha.

Poſtremo dubium eſt circa illud: *Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum ſit anathema, Maran-atha.* Hæc omnia in finem, manu ſua ſcripſit Apoſtolus. Et hanc tanti pōderis ſententiā contra omnes, qui ex animo non diligunt Dominum Ieſum, vt ſunt extranei, & hypocritæ, qui ventris, & inanis gloriæ cauſa Eccleſiam turbabant, manu propria exarauit.

Anathema quæ vox ſit, & quid ſignificet. *Num 21.*

Primum verbum, Græcum eſt, anathema, quod Hebræa lingua dicitur חרם. Vnde Num 21. de Iſraele dicitur quod Chananæum interfecit ſubuerſis vrbibus eius: & vocauit nomen eius Horma, id eſt, Anathema eſt autem idem cherrem & horma. Significat autem illa vox Hebræa excidium, ſiue internecionem. Alibi ſæpius dixi quid ſit Anathema: nam de ea Paulus fecit mentionem Rom. 9. & ad Gal. 1. Et ſpecies quædam erat execrationis, & abominationis. Vnde putauit Oecolampadius in Malachiā Prophetam, quod hic legatur Cherrem Maran-atha, corrupte ſcriptum מחת morte, vt ſit anathema mortis. Verum hoc merito reprobatur ab aliis, & melior eſt noſtra lectio, & magis ad rem. Et Maran-atha duplex eſt dictio, teſte Hieronymo in epiſtola ad Marcellam. Maran enim dictio tota eſt Syriaca, & idem quod Dominus noſter: atha vero & Hebræa vox eſt, & Syriaca, & ſignificat, venit, de prę terito, vt ſit ſenſus, Dominus noſter venit. Vel eſt præteritum pro futuro, vt ſignificet; Reprobabitur in aduentu Domini; & percutiet terram anathemate in aduentu ſuo, vt ait Malachias capitulo 4. quaſi dicat, Immineat illi grauiſſimum iudicium. Si autem ſit præteriti temporis, ſenſus eſt, ſit anathema Maran-atha non diligenti Ieſum: quia ſcilicet Dominus noſter iam diu venit cum omni benignitate, & charitate, non ad iudicandum, ſed ad ſaluandum & cibādum, vt nulla penitus ſit excuſatio eorum, qui non diligunt eum. Cuius vocis Syriacę vſum fuiſſe in myſterio ſacræ Euchariſtiæ, tradit Clemens libro 7. Conſtitutionum Apoſtolic. cap. 22. & quidem in ſignificatione præteriti temporis, ait enim: *Nunc ipſe memento te Deum huius ſanctæ Eccleſiæ, quam ſanguine pretioſo Chriſti tui acquiſiuiſti, eamq́; ab omni malo erue, ac eam in tua charitate, & tua veritate perfice, noſq́; omnes in regnum tuum quod præparaſti congrega. Hoc Maran-atha, Oſanna filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne.* Hæc ille, ex quibus conſtat, vſum huius vocabuli fuiſſe in primitiua Eccleſia, & ſignificare idem, quod, Dominus noſter venit, non

Rom. 9. Galat. 1.

Oecolampadii de voce ista Maran-atha, confutatur opinio. *Hiero. epi. qua incipit Nuper cū pariter eſſemus, tom 3.*

Maran-atha quod verbum ſit, & quid ſonet hoc loco. *Malac. vl.* Qualis prior Chriſti aduentus in carne, & finis eiuſdem. *Ioan 3.*

Clem. Ro.

tantum

Eius charitas in homines quanta. 1.Cor.6. 1 Pet.1. Coloſſ.1. Galat.3.

tantum in carne, ſed etiam in Euchariſtia, & ita fere interpretatur Chryſoſt. & Theophyl. Venit autem, deregẽs per crucem & mortem, ſummum ſuum & incredibilem erga nos amorem, dandoq; ſanguinem redemptionis noſtræ pretium, & eripiendo de poteſtate tenebrarum: ita vt ipſa ſit factus anathema, & maledictum pro nobis, vt ab anathemate quo alligati eramus, & percuſſi, atque damnati ad perpetuas gehennæ pœnas, nos liberaret, & eriperet. Quare merito Iudęos, qui eum noluerunt agnoſcere, ſempiterno anathematis vinculo innodauit.

Iudæi cur à Deo excommunicati.

Qualis hęc phraſis Qui non diligit Dominum Ieſum, ſit anathema Maran-atha.

Cum ergo Paulus excommunicaſſet nõ diligentem Dominum Ieſum, rei grauitate permotus, quaſi ſibi nõ ſatisfeciſſet, vocem aliam addidit inter Iudęos vulgarem, & quam ſoliti erãt adhibere in anathematis ſententia. Vt ſi quis Latine diceret, Ego te excommunico, & adderet, & anathema in te pronuntio, certe hæc additio expreſſio eſſet vehementioris affectus. Neq; ſuberat vlla ratio cur Corinthios alloqueretur Syriace, niſi vocabulum hoc fuiſſet Eccleſiis familiare, vt alia pleraque, qualia erant Hallelula, Sabaoth, Raca, Mammona, & reliqua. Ac mirantur quidam, cur non poſteriori loco poſuerit Anathema, Syriaci videlicet vocabuli explicationem, vt alibi dixit, *Abba Pater*, vbi prius per poſterius explicatur. Sed huius rei cauſa potuit eſſe, quia proprie anathema non eſt idem quod Maran-atha, ſed aliud longe diuerſum, etſi ad eundem finem tendant. Aliud autẽ eſt, quod dicitur, Abba Pater, quia ſunt diuerſa nomina. Poteſt etiam non incommodũ pręteritũ poni pro futuro, more Hebræo, quia ita videtur interpretari Clemẽs epiſt. 2. cum in calce epiſtolæ ait: *Hæc frater Iacobe, de ore S. Petri iubentis audiui: Si quis præcepta hæc integra nõ cuſtodierit, ſit anathema, vſq; ad aduentũ Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Hęc ille monẽs excommunicatos eſſe, & ſeparatos in ſecundo Domini aduentu, cum ſeparabunt Angeli malos de medio iuſtorum, & diceretur illis, *Ite maledicti in ignẽ æternum.* An vero ab iſta voce Maran atha deſcẽdat Marrani vocabulum, vt dixit VVolfcangus Muſculus homo hęreticus, ſignificãs: Qui credunt Chriſtum nondum veniſſe, aliis diſputandum relinquo.

Cur hoc verbum maran-atha Apoſtolus vſurpauerit. Tob.12. Matth.5. Infra 6. Rom 8. Galat.4. An idem ſit quod ſimplex vox anathema.

Maran-atha quid Muſculo.

Duplex ſalutatio Apoſtoli cur adhibita.

Concludit Apoſtolus: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum, Charitas mea cũ omnibus vobis in Chriſto Ieſu, Amẽ.* Duplici vtitur hic ſalutatione, priori illa ſolita: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum; altera peculiari, & ſingulari huius epiſtolæ: Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu. Excommunicauit non diligentes Ieſum, ne minus videretur iuſt⁹ benedicere, quã malis imprecari: iam votũ ſuum producit, quo omnes, qui amabant Ieſum, benedicit. Potuiſſet etiam Paulus hac epiſtola videri nonnihil Corinthios offendiſſe, & acerbius aliqua ſcripſiſſe: nunc iſta coronide demulcet eos, ac placatos ſibi reddit. Perinde ac ſi diceret: Volo vt ſtatuatis, me vos omnes ex animo diligere, & veſtram ſalutem quærere: nam talem dilectionem vocat, quæ eſt in Chriſto Ieſu, id eſt, quę ſit ſyncera, & non ficta; ſed, vt Paulus alibi ait, De corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.

II. Ratio.

Quid eſt: Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu. 1.Tim.1.

DISPVTATIO XXX.
Ac poſtrema.

In qua diſſeritur, num expediat ſacros & canonicos libros in linguam maternam, & vulgarem conuerti, vt omnibus etiam ſimplicibus, & idiotis communes eſſe poſſint: Et an conueniat, Miſſæ ſacrificium, & alia diuina Officia non Latina, ſed vulgari, & omnibus communi proferri, & decantari.

Hæc diſputatio cur ſuſcepta.

AD Decimiquarti capitis verba in quibus ſermo eſt de dono linguarum, plenius, ac luculentius explicanda, vtile fore putaui, ſi illam hoc noſtro ſeculo ſatis agitatam controuerſiam attigero, Num expediat ſacras literas, & Eccleſiaſtica officia, quæ in ſacris Templis peraguntur, in linguam vulgarem, & cuique propriam transferri, & ita celebrari, quo rudibus, & idiotis communiores eſſe poſſint. Nam non deſunt, qui hoc magis expedire contẽdant, in hunc modum ratiocinantes: Diuina, inquiunt, Scriptura nihil eſt aliud, quã animæ quædam præſentanea medela, & lex fidẽ, & opera præſcribens; noſtrorumque ſpirituum cibus, & refectio. Et cum non ſit apud Deum acceptio perſonarum, & omnes facti ſimus per Chriſtum θεοδίδακτοι, hoc eſt, docibiles Dei, ſiue à Deo docti, nec in Chriſto ſit barbarus, aut ſapiens, ruſtic⁹ aut nobilis; ciuis, aut plebeius; ſeruus, aut liber; mas aut fœmina: non videtur negandum, id ad gloriam Dei illuſtrandam, & ad vtilitatem noſtram magis promouẽdam conferre, ſi interpretatæ, & communes omnibus fiant, ita vt omnium manibus terantur. Adhęc Scripturæ in vetus & nouum Teſtamentũ diſtinguuntur, in quibus homines regenerati, & filii à Do-

I. Argumentum eorum, qui Scripturas, & diuina officia in linguam vulgarem ac maternam afferunt debere conuerti. Eſa.54. Ioan.6. Galat.3. Coloſſ.3.

II. argum. Rom.8.

mino inſtituti ſunt, ac proinde hæredes: at indignum profectò videri poſſet, ſi ipſis hę ædibus clauſæ & abſconditæ teſtamentorum horum ſemper tabulæ ſeruarentur.

III. argum.

Act. 2.

Qui populi diuinas Scripturas in proprio legant idiomate, ac verſent.

Præterea, exemplum eſt Apoſtolorũ, qui omnino vt poſſent à vulgo intelligi, varijs vtebantur linguis, vt vnuſquiſq; in lingua ſua agnoſceret Chriſti myſteria, & ita Eccleſia ædificabatur: cur igitur, quod olim fiebat diuino miraculo, id nunc prohibeatur humana ſolertia per verſionem Scripturarum fieri? Nam & Arabas, & Armenos, & Æthiopes eas tráſtuliſſe in ſuas maternas linguas legimus? Vt ſileã Hieronymi, qui in patriam linguã, hoc eſt, Dalmaticam, eas interpretatus eſt, exemplum; & Epiſc. Gothi, qui eas in ſuam Gothicam (vt tradit hiſtoria Tripartita) linguam conuertit.

Hiſt. Trip li. 5. c. 13.

IV. argum.

Adiungunt præterea qui hoc dogma tuentur, teſtimonia tum ſacrarum literarum, tum veterum Patrum, quibus ad ſtudium, & ſcrutinium Scripturarum omnes adhortantur: quod tamen omnes notitia illa trium linguarum, in quibus primo cõſcriptæ ſunt, carentes præſtare non poſſũt. Ideo conduceret plurimum, illas in vulgarem linguam conuerti, vt libere omnes illis vacare poſſent. Hæc, & alia pleraque his ſimilia argumenta, quę ſpeciem pietatis, & veritatis habere videntur, faciunt, qui illã opinionem tuentur.

Scripturæ cur egeant interprete.

Ad huius ergo controuerſiæ maiorem diſcuſſionem, in primis quædam ſunt præmittenda, quæ lucem diſputationi noſtræ inuehant. Primum eſt, Scripturas in pleriſque locis perdifficiles eſſe, & perobſcuras, & non ita cuiuis obuias & planas, vt nõ indigeant & Spiritu ſancto interius vngente, ac docente, & externo etiã magiſtro explanante, ac viam præmonſtrãte. Satis docuit Eunuchus Candacis Reginæ Æthiopum; qui cum legeret Prophetam Eſaiam, interrogatus à Philippo Diacono; *Putaſne intelligis quæ legis?* reſpondit: *Et quomodo poſſum* (ſcilicet intelligere) *ſi non aliquis oſtenderit mihi?*

Act. 8.

B. Hieron. epiſt. 1. paulo ante medium to. 1. initio.

In eos, qui Scripturas aſſerunt abſque duce, & præceptore intelligi poſſe, Hieronymi inuectiua.

Horat. li. 2.

Vnde Hieronymus epiſtola ad Paulinum: *Hæc à me breuiter perſtricta ſunt, (neq; enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in Scripturis ſanctis, ſine præuio, & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi.* Et infra: *Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorũ, lignorũue ceſoros, lanarij quoq;, & fullones, & cæteri, qui variũ ſupellectilem, & vilia opuſcula fabricãtur, abſq; doctore non poſſunt eſſe, quod cupiunt. Quod medicorum eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturarum ars eſt. quam ſibi omnes paſſim vindicant. Scribimus indocti, doctique poemata paſſim. Hãc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant.* Hæc ille egregie, & ad noſtri ſeculi hæreticos confutandos aptiſſime & acute. Nemo enim niſi deſipere velit, hoc negare poterit; cum ipſæmet Scripturæ aperte ac dilucide hoc conteſtentur. Vnde de Pauli epiſt. dixit Petrus: *In quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.*

Petri Apoſtolorum principis de Pauli epiſtolis iudicium. *2 Pet. vlt.*

Vides igitur Pauli epiſtolas difficiles, quæ ab indoctis, & inſtabilibus detorqueantur: & idem eſſe ſentiendum de reliquis Scripturis, quæ ſimilibus difficultatibus, & obſcuritatibus ſcatent, & à quibuſuis indoctis, etiam ruſticis, & artificib⁹, vel etiam ab hæreticis, qui vocantur inſtabiles (quia cantant, & recantant) & in quod quiſque vult, Scripturas deprauant, deflectunt, ac detorquent.

Hæretici cur inſtabiles eiuſdem teſtimonio.

Vides etiam Apoſtolos plures Chriſti ſententias, atq; eas quidem planas, & apertas minime intellexiſſe. Videmus magna tum veterum Patrum, tum recentiorum ingenia in eis explicandis laboraſſe, & adhuc laborare. Vt hac parte hæretici ſe prodãt aut ſtupidiſſimos, aut maligniſſimos & fraudulentos, qui ſecus ſentire videntur, ac lucidas, ac apertas Scripturas eſſe pronunciãt. Tales ſunt Brentius in confeſſione (dicas, confuſione) VVittembergenſi, Caluinus lib.3. Inſtitut. c.20. Kemnitius in Examine quartæ Seſſ. Conc. Triden. & pleriq; alii ex Sectariis, qui ſacra Biblia in Germanicũ idioma conuerterũt, vt Lutherus, & Zuingli⁹, & alii complures

Idem, faciles, ac perſpicuas intellectu Scripturas dum nugantur, quales ſe prodant infelices. Huius dogmatis autores præcipui quinam.

Scripturæ quando primum Hebræorum, Græco, poſtea Latino fuerint ſermone conſcriptæ, à quibus, & quare.

Secundo præmittendum eſt, ſacras literas ab initio Hebręo idiomate conſcriptas fuiſſe: dein per 72. Interpretes doctiſſimos & vtriuſque linguæ ſcientiſſimos, in Græcum idioma fuiſſe conuerſas fere per trecentos annos ante Chriſti aduentum: inde tertio ex illis fontibus Hebraicis, & Græcis in Latinam linguam fuiſſe trãsfuſas per multos quidem, ſed præcipue per B. Hieronymũ, virum doctiſſimum, & trium linguarum peritiſſimum. Iſtæ enim tres linguæ præcipuæ ſuis ſeculis ſingulæ floruerunt, & communiores extiterunt, & vniuerſaliores.

I. Ratio ab vniuerſali illarũ linguarum notitia.

Ita vt prima Orientem totum obtinuerit: tertia vero Occidẽtem: ex quo cœpit Romanum imperium propagari. Solent enim populi illam diſcere linguam, quam tenent Principes illi, ſub quorum viuunt imperio: propter commerciũ etiam cum Populo Rom. quamplurimi illam didicerant. Secunda vero, ſiue media, hoc eſt, Græca, mediam partem orbis occupauerat, quanquam temporis progreſſu Gręca lingua, Alexandro regnante, in omnes mũdi partes ſe extẽderit, ac propagauerit.

Sub quo potiſſimũ Græca lingua toti pene orbi cœperit eſſe notiſſima.

Hinc

M. Tull. Hinc Cicero in orat. pro Archia Poeta affirmat Græcam linguã per totũ Orientem intelligi. II. Ratio. Adde, has tres linguas cęteris eſſe perferendas, quia in eis cõſcriptæ ſunt oẽs ſcientiæ diſciplinæ, liberaleſq; artes, Philoſophia naturalis, & moralis, Mathematica, Medicina, Iura, leges imperii, Canonũ decreta, ius ciuile, & eccleſiaſticũ, vel Pontificium, & maximè Theologia ars artiũ. & ſciẽtia ſcientiarũ. Et hæ tres linguæ prælegũtur, & addiſcũtur in Academiis benè inſtitutis ex præcepto ſummi Eccleſiæ Paſtoris: Miſſa etiam & Officia diuina in illis tantum celebrari ſolent. Alias aũt inſignes editiones, aut nobis in Eccleſia cõmendatas verſiones in alias maternas, & vulgares linguas redditas, nullas legimus, quę alicuius autoritatis põdus ſibi cõparauerint. Nã illa in Chaldæã, ſiue Syriacã linguã, quam Chaldęus paraphraſtes Ionathã edidit; etſi apud Hebræos aliquam authoritatem promeruerit, & nobis in nonnullis locis ad reuincendos Iudæos tela ſuppeditet; certam tamen aliquam fidem apud Eccleſiam Catholicã nunquã habuit: cum magna ex parte ex cæcorum Rabbinorũ ſenſibus, & ſententiis concinnata ſit, vt conſtare cuiq; faciliè poteſt, ſi attentè legat Pſalmos, & Prophetas. Apud Hebræos autem illa in templo, & Synagogis nõ legebatur, & magna ex parte poſt Chriſti aduentũ introducta fuit.

Chaldæa paraphraſis apud quos olim fuerit in pretio.

Cur modo illa minimum autoritatis habeat.

Reliquæ verò translationes ex Hebræorum fontibus in Græcum idioma factæ, vt ſunt Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, Quinta, & Sexta, cum Iudæis Rabbinizantibus poſt Chriſti aduentũ editæ ſint, & ſpiritu detrahendi doctiſſimæ 72. Interpretũ editioni, & ſtudio occultãdi Chriſti aduentũ, exiguam & ferè nullam autoritatem habent; atq; ita ea à noſtris relectas & reprobatas legimus, præter vnũ Origenem, virũ laborioſiſſimũ (quinq; Adamantii cognomentũ ſortitus fuit, ꝙ vt adamas quidam, improbo labore omnia peruicerit) hexapla aut heptapla cõgeſſit, id eſt, editionem Hebræam, cum ſex illis, vel ſeptẽ interpretationibus Græcis, & in vnũ veluti corpus concinnauit: ille tamen labor, & fructus, ſi quis erat in eo, nobis pręreptus eſt, quoniã hexapla, aut heptapla nobis omnino cõciderunt, & amplius non extant. Etſi negare non debeamus, tempore Hieronymi, & ſeculo illo florentiſſimo adhuc extitiſſe illa exemplaria: vnde nonnulli eruditiores ex Patribus permultas voculas variè interpretatas ab Aquila, Symmacho, Theodotione, & aliis, interdum producere ſolent, vt Hebræas dictiones, vel editionem ſeptuaginta duorum aut illuſtrent, aut ſolidius comprobent, aut vt myſteria Chriſti plenius reſonent.

Quamobrem Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, ac ſimiles Scripturarum editiones Eccleſia non receperit. Origenes cur Adamantii cognomẽ ſortitus ſit. Virgi. 2. Georg inter med. & init.

Quem vſum editiones illæ interdum antiquis præſtiterint.

Has prætereà tres linguas ob ſanctiſſimę Trinitatis gloriam, in Crucis Chriſti titulo illuſtratas & ſanctificatas legimus, atq; in eis tantum nouum Teſtamentum conſcriptum nõ ignoramus. Nam Matthæi Euangeliũ tantum Hebræa, ſiue Syriaca lingua conſignatũ eſt: Marci verò Euangeliũ Romana lingua conſcriptũ, tradunt ex Græcis Patribus, nõnulli, ac Damaſus in vita B. Petri. Ex multis etiam Latinæ linguæ vocibus, quas Euãgeliſtę, & Apoſtolus Paulus vſurparunt, deprehendi poteſt. Reliqua autem noui Teſtamenti volumina, Græco idiomate cõſcripta eſſe, omnes vno ſenſu teſtificantur. Et ita habes, has tres linguas Scripturę tradendę, & literis concinnandæ ancillatas fuiſſe. Non eſt etiam negandum, paucos libros, vt Tobiam, Iuditham, Iobẽ, Danielem, Eſdram, Chaldaico ſermone fuiſſe exaratos: ſed cùm illa lingua ab Hebræa non multum diſtet, Chaldaicè conſcriptos cum Hebraicis libris coniungamus.

III. Ratio, Trilinguis duntaxat, Scripturæ verſionis. Ioan. 19.

B. Damaſ.

Sacri codices qui fuerint Chaldaicè conſcripti, exaratique.

Tertiò prætermittendum eſt, quid in hac controuerſia & ſenſerit, & obſeruauerit Eccleſia Catholica, vt ex eo hæreticorum calumnia magis detegatur, & argumentorum infirmitas, quibus in eam pugnant, agnoſci poſſit. Nam in primis Catholici nõ prohibent in vniuerſum omnem Scripturam in vulgarem linguam translatam, vt Kemnitius more ſuo illi affingit: nec enim talis translatio eſt per ſe mala, aut à doctis viris Theologis, aut Epiſcopis interdicta, quemadmodum conſtare poteſt ex quarta Indicis librorum prohibitorum regula, in qua traditum eſt Catholicos ſentire, expediens non eſſe, vt omnibus hominibus promiſcuè, & indifferenter Scriptura vulgari lingua conuerſa proponatur, ob plurima, & grauiſſima incommoda, quæ inde oriri poſſent. Poſſunt tamen Epiſcopi quique in ſua diœceſi facultatem fidelibus vtriuſque ſexus impertiri, quos in fide, & bonis moribus roboratos agnouerint, cum nihil periculi probabiliter inſit ex lectione ſacrorum librorum lingua vulgari editorum: imò potius eos inde ædificari magis, & in Chriſti, & Euangelii cognitione promoueri poſſe crediderit: niſi alicubi ſuperiori prohibitione ſit interdictum.

Scripturarum in linguam vulgarem ac maternam verſionem quatenus Eccleſia non omnino damnet, nec improbet. Contra Kemnitiũ hæreticũ.

A quibus permittẽda, & quatenus eiuſmodi Scripturarum translatio.

Prohibet tamen Eccleſia, ne diuina Officia, & præſertim Miſſæ ſacrificiũ vulgata lingua celebretur. Nam poſtremum Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. & cap. 9. tradit, aliter docentes, anathemate eſſe percellendos, & vt tribus linguis ſanctificatis in Cruce Domini contenti ſimus. Quę quoniam ſapientiæ

Officia diuina, & Miſſæ ſacrificium lingua vulgari, & materna nullo modo celebrari fas eſt. Syno. Trid.

pientiæ maxime, prudentiæq; diuinæ niti videntur, & cum ratione, & æquitate coniuncta ad omnium ſaluti proſpiciendum; danda eſt opera, vt illa Scripturis, & Patrũ documentis, & rationum momentis ſolide comprobemus. Quoniam vero non expedire, vt Miſſæ ſacrum, & alia diuina Officia vulgari lingua celebrẽtur, aut vt Scripturæ lingua patria conuerſæ tradãtur, aut iam in lucem editæ, & impreſſæ inuulgentur, in idem fere recidere videtur: non putaui neceſſarium, diſtinctè contra hoc, vel illud potius dogma probationes afferre: etiamſi quædam ſunt, quæ primum illorũ caput magis petant, quam alterum, aliç vero ex oppoſito magis ſecundum, quã primum impugnent.

Triplex probationum via.

I demonſtratio.

Prima ergo probatio deſumpta ſit à veteris Teſtamenti exemplo. Nemo namq; ignorat, à reditu Eſdræ Sacerdotis, & populi Dei ex Babylonia, defeciſſe ex illa Eccleſia Hebraicę linguæ cognitionem: ita vt iam Hebręa lingua deſierit illis eſſe materna, & propria; & tamen diuina Officia ſemper Hebraico idiomate & decantarunt, & celebrarũt. Quod inde probatur: quia per illos 70. annos verſati in Chaldæa, Hebręa illis deſierat, & Chaldaicam linguam Babyloniis vulgatam imbiberãt. Quamobrẽ legimus apud Eſdram libr. 2. c. 8. de Eſdra, & Leuitis: *Et legerunt in libro legis Dei diſtincte, & aperte ad intelligendum: & intellexerunt cum legeretur.* Hebræa autem habent: *Et legerunt in libro legis Dei declaratio,* (hoc eſt interpretato) *& appoſito intellectus*: id eſt, addita eſt declaratio, & interpretatio, vt intelligerent audientes. Et ſequitur: *Dixit autem Nehemias (ipſe eſt Atherſatha) & Eſdras Sacerdos & Scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerſo populo.* Vides igitur Hebræos audientes librum legis, illã non intellexiſſe, niſi interpretantibus Leuitis: quod ſignum erat, linguã Hebręam iam illis excidiſſe. Tempore etiã Chriſti erat linguæ Chaldaicæ, ſiue Syriacæ vſus, vt patet Mar. 5. Thalitacũ: nã ſaltem vox Thalita, non eſt vox Hebræa, ſed Chaldaica, vel Syra: ſicut etiã apud eundem Euangeliſtã legimus: Ephpheta, quod eſt, Adaperire; & Aceldema, & Golgotha, Paſcha etiã, Gabbatha: quæ in Hebræo ſunt ephtach, ſadehdam, Gulguleth, & peſach, & gabah pronuntiãtur. Quod vero populus nõ intelligeret Hebręũ idioma, ſatis indicat Ioan. c. 7. cũ ait: *Turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt*: non ergo nouerant legẽ, aut Prophetas Iudæi. Hodie etiã Iudæi cum habeant maternã & propriam linguã illã, quæ eſt patria & materna eius prouinciæ quã inhabitant, idem oſtendit. Nã Moſen, Pſalmos, & Prophetas celebrãt linguã Hebræa, nota tamen Rabbinis, & Sacerdotibus, ſed populo ignota, & peregrina, & idcirco eam populo interpretatã tradunt.

Quod Iudæis Hebraica lingua non fuerit vulgaris, & propria. *Eſdr. 8.*

Marc. 5.

Infra 7.

Hebræa lingua cũ Prophetis ...ibus Iudæorũ incognita. *Ioan. 7.*

Quod vero ait Kemnitius, Chriſtum, cũ produceret ex Scripturis teſtimonia, ſemper Chaldæo, aut Syriaco idiomate protuliſſe, falſum eſt. Solus eſt enim ille locus, Matth. 27. & Mar. 15. Etſi prior Euangeliſta dixit Ἠλὶ ἠλὶ, vnde putarunt Hebræi quia dicerant, inuocare Eliã, alter vero, Ἐλωὶ ἐλωὶ, reliqua eodem modo Syriace dicunt λαμμασαβαχθανί. Quod Dauid teſtimonium ſolis Hebræis vocibus expreſſerat, Eli, Eli, azapthani. Neque conſtat Chaldęam paraphraſim ſic Iudæos aliquando acceptaſſe, vt publice legerent in templo, vel ſynagoga, ſed tantum à priuatis, & doctis legebatur, & legitur.

Quod ſolum teſtimonium Chriſtus Chaldæo ſermone de ſcripturis protulerit, cõtra Kemnitiũ. *Matth. 27. Marc. 15. Pſal. 21.*

Secunda probatio ab exemplo Apoſtolorum accipitur, qui toto orbe Euangeliũ diſſeminarunt. Vnde ad Rom. 10. legimus; *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*; & Marcus, *Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Sed Apoſtoli cum omnibus linguis maternis earum regionum, quibus prędicabant, vſi fuerint, nihil tamen ſcripſerunt in illis linguis vulgaribus, neque Euangelia, nec Epiſtolas, vel vllos actus, aut reuelationes, niſi Hebraice tantum, vel Græce, & vt quidam volunt, etiam Latine, vt ſupra dixi de B. Marco.

II. demõſtratio.

Rom. 10. Pſal. 18. Mar. vlt.

Quod ſi dicas, Matthæum nõ Hebræo, ſed Syriaco ſermone, qui erat eo tempore vulgaris in Terra ſancta, ſcripſiſſe: non refragabor: ſed progreſſu temporis, quę tũc erant linguæ vulgatæ, factæ ſunt non vulgares, & non maternæ, ſicut à principio Hebræa lingua Moyſis & Prophetarum erat vulgaris, poſtea facta eſt non materna, aut vulgata, ſed Latina, & literata, vt ita dicam: ſicut etiam Græca in Græcia, & Latina in Italia fuerunt patriæ, & linguæ vulgares: nunc vero vtraque lingua eſt literata, & ad doctos tantum ſpectans. Ita etiam dicendum de lingua Syra, quæ aliquando materna fuit: modo autem eſt literata lingua, & in ea legũt Syri Scripturas, & Officia eccleſiaſtica celebrant, & habenda eſt pro Hebręa, quia Euangelium, quoties ait, Hebraice autem, Syras voces producit, id eſt Hebræas, ſed aliquo modo corruptas, & varie terminatas, quam in Hebræo habeantur.

Soluitur hoc. Matthæus non Hebræo, erudito ſcilicet, verum Syro, & vulgari ſcripſit Euangelium.

Paulus autẽ etſi ſcripſit Romanis Græce, non tamẽ erat lingua Gręca Romæ materna, & vulgaris: & Paulus cum prædica-

Quo idiomate Epiſtolas ſcripſerit, quo vero E-

uerit

Euangeliũ prædicauerit Apoſtolus.
B Theod. tom 2.

uerit Græco vulgatæ linguæ idiomate, vt libro 9. de Græcarum affection. curatione docet Theodoritus; tamen non ſcripſit niſi Græco idiomate literato, & grammatico: & Epiſtolam ad Hebræos Græce potius conſcripſit, quam Hebraice, vt alibi comprobatum reliquimus. Ad hæc Apoſtoli Petrus, Iacobus, Iudas, & frater Iacobi Iudæis diſperſis per Pontum, Galatiam, Cappadociam Aſiam, Bithyniam, &c. Græca lingua, & literata ſcripſerunt ſuas Epiſtolas. Apoſtolus quoq; Ioannes, & Euangeliſta priorem Epiſtolam ſcripſit ad Parthos, vt teſtatur Igynius, & Ioannes II. Põtifices Romani, & Idacius Hiſpanus libro de Trinit. & Auguſtinus lib. 2. quæſt. Euangel. quæſt. 39. ſub initium. Et tamen illam Epiſtolam Græca lingua literata, non Parthica conſcripſit, ſicut & Apocalypſim. Græca etiam lingua non poteſt dici omnibus vulgata, & patria, quia Act. 2. dicitur: *Quomodo nos audiuimus vnuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſimus, Parthi, Aelamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, &c* B. Thomæ Apoſtolo forte contigit Parthia, vt Euſebius lib. 3. cap. 1. teſtatur: iuxta vero Hieronymum in Catalogo ſcriptorum Eccleſ. & Sophronium, & Dorotheum Tyrium, fuit Germaniæ etiam Apoſtolus, vt teſtantur vetuſtiſſimæ Eccleſiæ in Germania, vt Oid traiecti ad Rhenum, & Argentinæ, & aliæ per Germaniam illi dedicatę: nihil tamen fuit ab eo vel Parthice, vel Germanice ſcriptum, vel ab eo præceptum vt Germanice celebrarentur Officia diuina. Neque B. Paulus in Hiſpania, in qua fuit, quicquam Hiſpanice ſcripſit, aut Iacobus Maior, etiamſi demus, eum adhuc viuentem in Hiſpania prædicaſſe. Bartholomæus itẽ non Indica lingua tradidit Indis ſcriptum Euangelium, ſed in Hebræa lingua ſecundũ Mattheum, vt teſtis eſt Euſebius. Præterea Apoſtoli per totum orbem prædicãtes non dederunt credentibus Scripturas Hebraicas, cũ nullus poſſet eas legere, aut intelligere, ſed dabant illis vetus Teſtamẽtum per 70. Interpretes conuerſum, hoc eſt, Moſen, Pſalmos, Prophetas vniuerſos, nihil patrio idiomate ſcriptum.

Lib pene poſtremo enarrationum in Paulum.

Epiſtolæ Canonicæ Apoſtolorum, qua lingua fuerint exaratæ.
Igynius. Ioan II. Idacius. Pontifices Roman. B. Aug l. 4
Græcam linguam vnde conſtet non omnibus fuiſſe maternam, & vulgarem.
Act. 2.
B. Thom. Apoſtolus vbi prædicauerit ſecundum Euſebium.
Euſeb. to. 1. Hiero. to. 1. Sophr. Epiſ.
Vbi ſecundum alios, & vnde probetur.

Euſ. Cæſar.
Apoſtoli Gentibus, & populis quibus prædicabant, qua lingua ſcriptum traderent Euangeliũ

III. Demõſtratio.

Aug. epiſt. 118. c. 5. t. 2.
Idem to. 3.

Tertium argumentum ducimus ab vſu & conſuetudine totius Eccleſiæ. Nam dicere aliquid contra id, quod vniuerſa Eccleſia ſentit, vel obſeruat, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt, vt teſtis ampliſſimus eſt Auguſtinus Epiſtola ad Ianuarium: ſed tota Eccleſia iam ab annis mille vſa eſt linguis illis in cruce ſanctificatis. Nam à tempore Apoſtolorum vſque ad Auguſtini ſeculum non erat conuerſa Scriptura niſi in Græcũ Latinumque ſermonem, vt ipſe teſtatur li. 2. de doct. Chriſt. ca. 11. & tamen Auguſtini tempore plures populi & nationes erãt, quarum lingua vulgata non erat neq; Gręca, neq; Latina: ergo iſti qua lingua vel Scripturas legerint, vel diuina Officia celebrarent? Regula quoque vere aurea nobis tradita à B. Auguſtino lib. 4. contra Donatiſt. c. 24. & à Leone Papa ſer. 2. de Ieiunio Pentecoſtes vſurpata: Id quod in Eccleſia ſeruatur, & eius non extat principiũ, aut quãdo ſumpſerit initium, ignoratur, certiſſime de Apoſtolica veniſſe traditione: cuius hæc ſunt verba: *Dubitandum non eſt, quicquid ab Eccleſia in conſuetudinem eſt deuotionis retentum, de traditione Apoſtolica, & ſancti Spiritus venire doctrina.* Sic Leo. Tale ſane eſt hoc, quod vbique obſeruatum cernimus, nec tamen vllum hactenus huius rei potuit inueniri principium.

Idem to. 4. Leo Papa.
Sacri Eccleſiæ ritus & conſuetudines de traditione Apoſtolica, & de ſancti Spiritus prodiere doctrina.

IV. Demõſtratio.

Quartum argumentum etiam à Conſuetudine Orientis, & Occidentis, & Africæ deducitur: In toto Oriente legebantur Scripturæ in lingua Græca ſecundum editionem Luciani, aut Heſychii, aut Origenis, vt docet Hieronymus Præfat. in librũ Paralipomenon. A Conſtantinopoli vero Antiochiam vſque omnes vtebantur editione Græca, quæ nõ erat vulgata in Galatia, cuius lingua erat ſimilis linguæ Treuerenſium, vt docet Hieronymus in Epiſtolam ad Galatas. Pontus quoque, Cappadocia, Aſia & Bithynia, Lycia, & Pamphylia, & Creta, linguas habebant diuerſas, vt patet Act. 2. quare Mithridates rex Põti gloriabatur ſe tenere viginti duas linguas, quibus iura dabat Ponticis. De Ægypto conſtat ex Athanaſio, qui cõſcripſit vitam S. Antonii, illum diſputaſſe cum Philoſophis Græcis per interpretem, & Hieronymus lib. de viris illuſtrib. teſtatur eundem B. Antonium ſcripſiſſe Epiſtolas Ægyptiaca lingua, quæ poſtea conuerſæ ſunt in Græcum ſermonem. In Africa etiam fuit vſus Latinæ linguæ in Scripturis, vt teſtatur Auguſtinus libr. 2. de doctr. Chriſt. ca. 12. Cyprianus item ſer. de oratione Dominica, vbi ait, ſacerdotem dicere; *Surſum corda,* & reſpõderi; *Habemus ad Dominũ.* Quod autem in Africa Latina lingua non fuerit vulgaris, docet Auguſtinus in expoſitione Epiſtolæ inchoatę ad Roman. Vbi ait, nomen ſalutis Punica lingua ſignificare tria: additque, quoſdam ſciuiſſe ſolam Punicam linguam, alios etiam Latinam. Et lib. 2. contra liter. Petiliani Donat. c. 104. & in Pſalmum 127. circa finem, docet, linguam Afrorum fuiſſe ſimilem Hebraicæ, & vocem Mammona ſignificare lucrum. Hieronymus

B Hier. t. 3. ante med.

Qualis Galatarũ lingua, teſte Hieronymo.
Idem in Præfa libri in ep. ad Gal. in fin. tom. 9. Act. 2.
Memoria Mithridatis Pontici regis.
Hier. to. 1. à medio.

Aug. to 3. Cypria.

Quid arguat, linguam Latinam Africanis non fuiſſe maternã.
Aug. to. 3. circa fin. Idem to. 7. Idem to. 8.

Hiero. to. 1. Latinam linguam in Hiſpania, Gallia at reliquis prouinciis Occidētis fuiſſe peregrinam.

ronymus lib. 2. in Epiſtolam ad Galat. linguam Afris vulgarem Phœniciam (quæ erat in Syria) vel paulo mutatam affirmat. Idem quoque de Occidente, & eius præcipuis prouinciis, Hiſpania, Gallia, Germania, Bohemia, Italia ſentiendum eſt.

Iſid. Hiſpa. li. 1. diuin. Offic. c. 15. Conc. Tol. 4. Hiero. ep. 125 inst. tom. 3. Beda to. 3. in princ.

In Hiſpania namque vſus fuit linguæ Latinæ teſte Iſidoro, qui librum ſcripſit de Diuinis officiis, & Concilio Tolet. 4. capit. 2. ſtatuitur, vt omnes eadem forma vtantur; quam fuiſſe Latinam collige ex Capite 12. & aliis ſequentibus, at Hiſpani à Gothis, VVandalis, Mauriſq; oppreſſi non vtebatur Latina lingua pro ſua vulgari, vt etiam teſtatur Hieronymus in Epiſtola ad Suniam, & Fretelam. In Anglia quoque teſtatur Beda lib. 1. inſtitut. gentis ſuæ, capit. 1. quatuor extitiſſe linguas vulgares, & quintam fuiſſe Latinam, propter diuinas Scripturas: quod poſtea fuiſſe obſeruatū, docet Thomas VValden. Anglus tom. 3. de Sacramentalibus tit. 3. & 4.

Tho. VVal.

Alcuin.

Apud Gallos fuiſſe vſum linguæ Latinæ in Diuinis Officiis, docet Albinus, ſiue Alcuinus Caroli Magni præceptor; qui etiam librum edidit de Diuinis officiis. Et Amalarius Treuerenſ. ante annos 800. qui ſimiliter ſcripſit de diuinis Officiis. Quod vero Gallis Latina lingua non fuerit vulgaris, docent Franchi, quos propriam linguam habuiſſe docet Hieronymus in vita Hilarionis, & in Præfatione ſecunda in Epiſtolam ad Galat.

Hiero. to. 1.

Rabanus.

At in Germania ante annos 700. vſum fuiſſe celebrādi diuina officia, Latina lingua teſtatur Rabanus lib. 1. de inſtit. cleric. vbi hoc idē aſſerit de toto Occidente ca. 9. Porro Germanos locutos eſſe propria lingua, autor eſt Hieronymus in Epiſtola prædicta ad Suniam, & Fretelam.

Hieron. ...ictus ep. ...s. inst. Greg. VII.

Bohemi vero, & finitimæ prouinciæ ante 500. annos, vt teſtis eſt Gregorius VII. Epiſtola ad Ladiſlaum Ducem Bohemorum libr. 7. Epiſtol. petierunt ab eodem Pontifice, vt celebrarent in lingua Sclauonica: quod ipſis, iuſtis de cauſis aſſerit non fuiſſe conceſſum.

...iuinorū ...us offi... ...orum in ...cleſia ...atina vn... ...ſumpſit ...ordium. ...dor.

De Italia certum eſt, vſum, quem ſeruat Eccleſia Latina, cœpiſſe à B. Petro, vt refert Iſidorus libro 1. de Diuinis offic. cap. 15. Deinde conſtat, Gelaſium Papam ante mille annos Diuina Officia redegiſſe ad meliorem formam, vt habetur in capite Sancta Rom. Eccleſia, diſtinct. 15. Gregorius præterea Primus adhuc aliquid innouauit, vt patet ex libro ſacramentorum Gregorii. Gregorius quoque VII. legitur reſtituiſſe in priorem formam: quod etiam fecit noſtro ſeculo piæ memoriæ Pius Quintus.

...tinus ...mo toti ...liæ non ...t cōmu... ...ſimus, propti.

Porro Latinam linguam non fuiſſe vniuerſæ Italiæ vulgarem, & maternam, præter experientiam, docet Thomas in Commentariis prioris Epiſtolæ ad Corinthios capit. 14.

B. Thom. lect. 3. to. 16.

Denique, omnis religio externa, etiam Idololatrum, minime propria lingua, & vulgari vtebatur in ſacrificiis, ſed aliena, & externa.

I Ratio ad probandū Diuinum cultum apud Gentes peregrina ſemper lingua celebrari ſolitum. 4 Reg 17.

Nam in primis, vt habetur 4. Regum 17. gentes miſſæ à Nabuchodonoſor ad inhabitandas ciuitates Samariæ, cum à leonibus lacerarentur propter neglectam religionem Dei terræ illius: iuſſit, vt vnus de ſacerdotibus captiuis mitteretur ad illos, vt doceret eos religionem Dei terræ. Cum autem ille eſſet Hebræus, & alii Babylonii, oportebat eos in lingua Hebræa, hoc eſt, in aliena, legitima Dei terræ celebrare.

II. Ratio, & à quibus Romani religionē ſuam mutati ſint. Druydæ qui, & vnde oriūdi. Cæſar. Græci quā lingua ſacrificarēt. Euſ Cæſar. li. 10 cap. 2.

Deinde Romana religio vtebatur Hetruſca lingua, & peregrina, à qua habuit cultum ſuum, & religionem: at illa lingua Græca erat. Olim etiam Gallia ante Chriſti aduentum Druydas habebat magiſtros religionis, quam ex Britannia, vnde venerant, acceperunt, vt teſtatur Cæſar libr. 6. Comment. de bello Gallico. Græca non patria lingua ſacra celebrabat, ſed Phœnicum, à quibus & literas acceperat, vt conſtat ex nominibus ipſius alphabeti Hebraici, & Græci: quod etiā ante nos Euſebius Cæſar. in libris de præparat. Euang. demonſtrauit.

Lutherani quare ſchiſmatici.

Non igitur noſtri ſeculi Germani debebant ſchiſma condere, aut ſciſſurā in Eccleſia facere, legēdo Scripturas in lingua Germanica vulgari, & diuina & eccleſiaſtica officia eadē lingua in templis celebrando: quia nō debet totum cedere parti, ſed pars toti, id eſt, particularis Eccleſia vniuerſali.

Idem dogma rationibus confirmatur.

Quinto, hoc etiam ſolidis rationibus euincere poſſumus: quadruplex namque fidelium vnitas periret, ſi illud dogma Hæreticorum verum eſſet: nimirum Fidei Religionis, Charitatis, ac morum, & ſocietatis ipſius, & quod maius eſt, in ipſo Charitatis Sacramēto, quod eſt Euchariſtia.

I. Ratio, quod ſcil. vnitas fidei periret, ſi diuina officia vulgari celebrarētur lingua.

Primo namque vnitas Fidei periret. Nam ex diſſimili loquendi genere in diuerſis prouinciis illud conſequeretur, vt neque in Miſſa, neque in Diuinis Officiis, quæ eſſet illorum fides, aliæ nationes omnino ignorarent. Nam is qui ex vna prouincia in aliā migraret, tanquam ad alterius Fidei, & religionis populum accederet, eſſentq; ſibi ipſis inuicem barbari. Nunc vero vbi in diuerſis prouinciis vbi eadem officia, & idē ſacrum celebramus, conſolationem, & cōfirmationem in Fide accipimus? Si autem in aliena lingua id fieret, ſcinderemur prorſus, ac deſolari maneremus.

Deinde periret quoque vnitas diuini

cultus

Quod vnitas quoq; Religionis interiret.

cultus, ac Religionis. Nam quæuis Prouincia diuerſis ceremoniis vteretur in ſacro, ac diuino Officio: breui tempore paulatim diuerſi, & varii ritus in adminiſtrandis ſacramentis obreperent, ſingulæq; prouinciæ varias falſi cultus mutationes, & ſuperſtitiones admitterent: & ita actum eſſet de vnitate Chriſtianæ Religionis. Quod proſpiciens, & ſperans futurum humani generis capitaliſſimus hoſtis diabolus, hac via totam religionem Chriſtianam euertere conatus eſt. Nam hi non eundem in hac re morem ſeruant, ſed quotquot ciuitates ſunt apud illos, tot rituum, & religionum diuerſitates eſſent; & vt vno verbo dicam, quot capita, tot ſenſus. Alii enim Hæreticorum vno modo cœnam Domini celebrant, alii longe diuerſo; Alii vernacula lingua omnia decantant, & Latine nihil; Alii denique veluti Macheroneum quendam modum obſeruant, & variis linguis cum Latina admiſtis: adeo vt etiam hi non minus differant inter ſe religionis cultu, quã ſectis.

Dæmonis aſtutia.

Huius exemplum rei in Lutheraniſmo perſpicuum.

Charitatẽ quoque mutuam ac beneuolentiam interituram fore. Demum & morum diſſimilitudinem, & diſcordiam animorum neceſſario conſecuturam.

Adhæc interiret Charitatis, & mutuæ beneuolentiæ vnio. Certum eſt enim, ſermonis, & linguæ ſimilitudinem amorem, & beneuolentiam mutuam conciliare, vt teſtatur experiẽtia. Nam qui ſunt eiuſdem patriæ ciues, maiori ſe mutuo complectũtur amore. Morum etiam diſſimilitudo conſequeretur, & animorum abalienatio, & ſocietas, vitæq; communitas diſſolueretur, vnitate Religionis ſublata.

II. Ratio ab incommodis, quę conſequerentur.

II incommodum.

Secundo erroribus, ac hæreſibus magna feneſtra aperiretur: in graues namq; errores inciderẽt homines tum ipſa verſione ex Latina in vulgarem linguam, tum etiam poſt illam tranſlationem factam. Non enim in primis in tot, ac tam diſſimilia regionum idiomata ſacræ literæ abſque graui erroris periculo conuerti poſſent, vel ſaltem ob cuiuſque linguæ proprietatem non leui Fidei iactura verterentur. Item huius verſionis nullus idoneus iudex eſſe poſſet, ſed nec ſupremus quidem Eccleſiæ vniuerſalis Paſtor, cum linguam illam ignoraret, ac de illa verſione iudicium ferre non poſſet: nullus inquam, vel tunc primo, vel poſtea, cum pro libito mutaretur, iudicare valeret, an in ea proprius, & genuinus ſenſus Scripturarum redderetur.

III. incommodum.

Nullus etiam conueniens, & idoneus iudex eſſe poſſet, qui errores, & abuſus, qui in vna lingua acciderent, & quotidie ſubreperent, deprehẽderet: ſed nec in quibus ab aliis prouinciis differrẽt, & quibus cum illis conuenirent, niſi vtramque linguam perfectè agnoſceret. Nec tãtum in verſio-

V. incommodum.

ne, ſed etiam poſt verſionem; quoniã multa ſunt difficilia intellectu in Scripturis, quę indocti, & inſtabiles deprauant; & Euangelium in iis qui pereunt, eſt opertum, & quidem aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Nam ſacræ literæ, etiam Euangelicæ, doctorem requirunt, de quo; *Poſuit Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertio doctores, &c. quoſdam habentes donum interpretationis, quoſdam genera linguarũ, &c.* nec ſunt omnes doctores, aut apti vt Scripturas interpretentur. Quędam etiã ſunt, quæ doctiſſimi viri vix aſſequuntur: quod ſi periti, & ſapientes hallucinantur, quid de imperito, & rudi vulgo ſentiendum? Tertiò conſtat idiotas in multos interdum errores, & hæreſes incidiſſe, vt VValdenſes, qui Pauperes de Lugdunodicti ſunt, quorum caput VValdus fuit: qui cũ curaſſet ſibi aliquot ſacros libros transferri in linguam maternam Gallicam, legens eos, & non intelligens, in fœdos, & varios errores prolapſus eſt. Tales etiam fuerunt Begardi, & Turrelupini, & Albigenſes noſtro ſeculo ex Lutheranis orti, Anabaptiſtæ & Adamitæ: qui omnes ferè idiotæ fuerunt. Non enim ex Scripturis hæreſes, ſed ex ſenſibus, quos illis non damus, ortæ ſunt. Vulgus enim indoctum eſt, & multi ſunt in eo ignorantes, multi maligni & carnales: tropos, metaphoras, & parabolas non aſſequũtur: neſciunt diſtinguere inter locutiones figuratas à non figuratis: præcedentia cũ conſequentibus, & media cum vtriſque conferre non nouerunt: pugnantes cum Scripturis locos cõcordare neſciunt: vt v. g. quod dicitur: *Non eſt regnum Dei eſca, & potus*, cum illo diſſentire videtur: *Ego diſpono vobis, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam.* Rurſus: *Creſcite & multiplicamini*; &, *Beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt.* Multa etiam in ſacris literis reperiuntur, quæ poſſent vulgus ad malum pellicere, vt ſunt Cantica Canticorum, & quædam quæ populus Dei ſibi imitanda proponeret, vt fornicationem Thamar, mendacium Ruth, & illud Oſeæ dictum; *Sume ſibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum.* Et Hæretici vulgus ipſum & plebem in re dubia iudicem facerent, & mellitis verbis venenum propinarent, dicentes: *Omnes ſunt docibiles Dei*, & illud ſapientiæ; *Cum ſimplicibus ſermocinatio eius*: item; *Vnctio eius docet nos de omnibus* & Apoſtolus Thimotheo diſcipulo, *Dabit tibi Dominus in omnib. intellectum*: Tu potes habere Spiritum ſanctum, & gratiam

2. Pet. vlt. 2 Cor. 4.

1. Tim. 1.

Scripturas, etiam euãgelicas, egere doctore & interprete, tria in primis teſtãtur.
1. Cor. 12. Epheſ 4.

Quibus, & quam perniciosa hominibus extiterit abſque doctore, & interprete tractatio Scripturarum.

Quas ſectas pepe rit Lutheraniſmus. Vnde hære ſes ortæ.

Quos locos Scripturarum Lutherani ſuo malo conciliare neſcierint, noluerint ve.
Rom. 14
Geneſ. 1.
Luc 22.

Quæ Scripturę ſacrę vulgari lingua redditæ peccãdi eſſent hominibus occaſio.
Geneſ. 38.
Ruth 3.
Oſea 1.

Blandi & dulces qui ſermones hæreticorum, ſed ſeductores animarũ.
Eſa. 54.
Ioan. 6.
Prou. 3.
1. Ioan 2.

intelligendas Scripturas pertinent, atque Apoſtolorum & ſua facerent idiomata; his etiam & ſimilibus blandis verbis, & adulatoriis, ſeducunt corda innocentium.

III. Latinæ linguæ incommoda ac artium & ſcientiarũ.

Tertio, hæc translatio in vulgares linguas, magnæ imperitiæ in Eccleſia eſſet cauſa. Nam ſi hodie patria lingua eſſent aut legenda Canonica ſcripta, aut celebranda Eccleſiaſtica officia, deſiderarentur tot ſcientiæ, diſciplinæ, bonæ artes, maxime vero ipſa cæterarum ſcientiarum regina Theologia, vniuerſique Sacerdotes inſcitia laborarent, & populus Chriſtianus ignorantia earum rerum, quas ſcire tenetur, premeretur. Quod liquidum redditur, quia tunc nemo eſſet, qui linguas, aut literas, aut ſcientias addiſcere vellet, in quibus tamen ſunt artes, aut diſciplinæ conſcriptæ, ſed lingua vulgari eſſent contenti, in qua & ſacras literas legerent, & diuina Officia celebrarent: vt experientia oſtra docet. Nam in Occidente, etſi elegans, & vtilis eſſet linguæ Græcæ cognitio, eam tamen nemo, aut quam pauciſſimi addiſcebant, quod eſſet rarus eius vſus.

Græca lingua in Occidente cur minime floreret.

Tolle enim vrgentem neceſſitatem ſcientiæ alicuius, tolle vtilitatem; quis volet aut linguis, aut ſcientiis operam dare? Quare qui doctiores eſſent, linguas non attingerent, nec ad præbendas, canonicatus, & Epiſcopatus aptiores cognoſcerentur, & vix vnus, aut alter linguæ Latinæ incumberet: ablata enim linguæ Latinæ notitia, quis ex Auguſtino, vel Hieronymo, vel Ambroſio, aut Oecumenicis Conciliis, aut ex Canonibus, & decretis aliquid proferret in medium? tantum ſuas quiſq; cogitationes, & ſomnia produceret.

II. incommodum.

Deinde ſi Miſſæ ſacrificium, & diuina officia patria lingua peragantur, omnes Libri ſacri, Theologicæ diſputationes, Canones, & inſtitutiones ſacerdotum ad vulgarem ſermonẽ traherentur, & materna lingua omnia cõſcriberentur; cum myſticum ſacrificium finis ſit omnium eorum, quæ in Eccleſia fiunt.

III. Incõmodum.

Vellet præterea populus citari ſibi Scripturam eadem lingua qua ſcripta eſt, vel qua canitur; ne alia lingua citata fucum ſibi fieri, aut à concionatore, aut à presbytero celebrante exiſtimaret.

IV. Incõmodum.

Imo omnes Scripturæ interpretationes eſſent vertendæ in vulgarem linguam, vt illis commode vti poſſent ad illius intelligentiam: nam id vſu factum videmus, vt vniuerſi Theologi, tam Latini, quam Græci, & Hebræi, in ea lingua ſcripſerint, & diuina officia peregerint: quemadmodum etiam hodie nouatores faciunt: atq; in eum finem opus eſſet vniuerſos ſacros Doctores in vulgaribus, & patrias linguas interpretari ipſas Scripturas.

V. incommodum.

Opus etiam eſſe omnes ſacros Doctores in patrias linguas conuerti, quia & omnes artes, & ſcientiæ in Academiis tradi, ac prælegi eadem lingua deberent. Et ita magna ignorantia illos conſequeretur, quia aut non eſſet qui verteret, aut ſaltem qui recte interpretaretur: quia in quacunque lingua vulgari cuiuſuis prouinciæ, vel vrbis non poſſent viri docti inueniri, qui tam multos libros Latino ſermone cõſcriptos interpretari, aut excudere poſſent. Quæ enim prouincia ad hoc non ſufficeret, nec tot viris doctis abundaret, vt poſſet interpretari, ſcribere, aut excudere tot libros, quot ſunt in religione vtiles, & neceſſarii.

VI. Incõmodum.

Adhæc vna prouincia cum ſibi ſufficiens eſſe nequeat, ab exteris tamen linguæ ſcriptis, & excuſis libris ob defectum vti non poſſet.

VII. Incõmodum.

Certum item eſt, plura in celebrioribus ciuitatibus, & regionibus eſſe celebriora ingenia, & plures in pleriſque viros bonos, & doctos inueniri, quam in vna tantum ciuitate, aut regione, qui poſſint ſacras literas interpretari, populum Dei in fide, & moribus erudire: quæ ſi vna aliqua communi lingua ſcribantur, ad omnium Fidelium vſum, & ſingulorum poterũt pertinere. Secus vero eſt, ſi ſinguli ſua quiſque lingua ſcripſerint; nam tunc alterius linguæ hominibus certe non proderunt; & ita imminueretur doctrina, & pietas, omnis eruditio, & ſciẽtiarum communicatio, & immiſcerentur tenebræ, & ignorantia, & regnaret ruſticitas, & idiotiſmus.

VIII & vltimum.

Quod etiam confirmatur: quia ſingulorum ingenia aliorum ſcriptis perpoliuntur, & exacuuntur. Tandem experientia illud compertum eſt, eas Regiones, quę voluerunt Sacrum Miſſæ, & Diuina Officia in ſua lingua peragere, admirabili, & craſſa laborare ignorantia, eſſeque hodie idiotas, & imperitas, aut certe hæreticas, & ſchiſmaticas, & nullum cum cæteris fidelibus habere commercium. Tales ſunt Ægypti, Armeni, Æthiopes, Bohemi, Ruſſii, Dalmatæ, Moſchi, & ſimiles.

Quæ gẽtes vulgari lingua celebrant officia diuina, ſacrum Miſſæ ſacrificium, leguntque Scripturas, quid mali patiantur.

Id prætere a ſæpe vſu venire ſolet, vt cum aliquid ſtatuitur ad mores corrigendos, & experientia docente, & viſis incommodis deprehẽditur plus nocuiſſe, quam profuiſſe, tunc abrogetur lex in totum: nec tantum in Reipublicæ æternæ gubernatione, ſed etiam Eccleſiæ, & legibus eius, vt accidit in vigiliis nocturnis, quarũ meminit Tertullianus lib. 2. ad vxorem, & Hieronymus aduerſus Vigilantium, & in capit. Matthæi 25. indicat fuiſſe Eccleſiæ traditionem: quæ tamen poſtea in Concilio Elibertino,

Leges quæ ritus, ac conſuetudines, vel Eccleſiaſticæ vel ciuiles, & humanæ ſoleant antiquari.

Tertull. Hier to. 2. in princ. Idem to. 9.

capit

Concil. Eliber.

Euſe.to.1.

capit.35 prohibetur, ne ſcilicet fœminæ ad eas ſe conferant. Euchariſtia olim dabatur manibus, vt Euſebius docet libro 6. Eccleſiaſt. hiſtoriæ, capite 34. Nemo autem diceret, hodie reuocandum eſſe illum moré, aut imitandum. Sic etiam ab Apoſtolis præ-

Act.15.

ceptum fuit pro ratione illius temporis, vt abſtinerent ab eſu ſanguinis, & ſuffocatis, & idolothytis: quod paulo poſt reuocatum

1.Cor.11.

eſt. Præcipit item Paulus mulieres orare velato capite in Eccleſia: quod nunc etiam in multis Prouinciis non obſeruatur, imo etiam ipſum Miſſæ ſacrificium vulgari lingua celebratum apud nonnullos, qui illo vtebantur, in deſuetudinem poſtea venit, vt apud Morauos, & nonnullos ex aliis locis: quod intellexerint nullam vtilitatem, aut fructum oriri, ſed potius varia incommoda. Quare omnes hodie, qui Catholicæ ſunt communionis, eadem lingua, hoc eſt, Latina, rem diuinam Latine faciunt. Quamobrem ſi vſus is eſſet iam receptus, vt patria lingua diuina Officia celebrarentur; tamen eſſet adhuc abrogandus vt noxius; cum experientia docuerit eſſe inutilem, vel incõmodum.

Sacrum vulgari ſermone celebratũ, quibus tandem deſueuerit.

Quarto, probamus non expedire, Officia ſancta, ac Miſſam ſermone materno celebrari, idque inprimis ob incertam varietatem, & multitudinem verſionum. Nã primum præberetur occaſio vt fierent adulterinæ translationes, & incertæ tum à piis, & impiis, tum à doctis & indoctis; & non in vna tantum prouincia, ſed in ſingulis, & diuerſis, vt nunc in Germania videmus. Nam Lutheri verſio in plus quam ſexcentis locis adulterata deprehenditur, neque tantum à Catholicis, ſed etiam ab ipſis Hæreticis. Nam ſi conferas translationem Zuinglij cum illa Lutheri, in pleriſque rebus, & quidem grauibus, diſcrepantiam, & repugnantiam habet. Simile, ſi conferas cum illis duabus reliquas, quæ in illa prouincia hodie extant, certe non minora, aut potiora reperies diſcrimina. Præſtat ergo ab Eccleſia approbatam omnes amplecti. Hinc Hieronymus in Prologo Euangeliorum ad Damaſum, teſtatur, conſcribere fuiſſe coactum verſionem Scripturarum, quę ab Eccleſia comprobata fuit: eo quod tunc tot eſſent exemplaria Latina, quot codices.

Probatur minus expedientem eſſe diuinorum, ac Miſſæ celebrationẽ in lingua materna.

Scripturarum in linguam German cam Lutheri translatio quam mẽdax, atque corrupta.

Hieronymus cur nouam verſionem fecerit Scripturarum, ipſo teſte.

Hiero. to.3. prope init.

II. Ratio.

Deinde diuerſa regna non ſolum in vno idiomate non conueniunt, vt Italia, Germania, Hiſpania cum cæteris, ſed etiam eiuſdem regni ſingulæ fere prouinciæ aliquando ſic differunt, vt nec parum, vel ne verbum quidem aliarum intelligant: vt conſtat de Hiſpanica, & Cantabrica. Imo ipſæ ciuitates dialectis differunt, vt ciuis difficile ruſticos capiat; vel è contrario ruſtici ciues. Quod ſi factum, & diuina Officia materna lingua ſunt celebranda; non tantum in linguas diuerſorum Regnorum eſſent Scripturæ vertendæ, ſed etiam diuerſarum prouinciarum; & non tantum diuerſarum prouinciarum, ſed etiam ciuitatum, & pagorum, & villarum, quæ idiomate differunt: eſſetque illud regnum plus quam Babylonica confuſio, in quo Fides facile periclitaretur. Docti etiam, & prudentes viri aſſerunt linguas mutari ſolere ſingulis trecentis annis, quemadmodum in Hiſpania hodie apparet, & in aliis regionibus, in quibus quædam ante trecentos annos ſcripta vix intelliguntur: idque accidit breuiori tempore, ſi regnum illud bellis agitari contingat, aut externarum linguarum habeat commercium; quia tunc plures in lingua fierent mutationes.

Non eadẽ ſemper lingua in vno regno, vel prouincia, imo etiam ciuitate, ſed interdum, ac diuerſæ reperiũtur.

III Ratio à mutatione linguarum.

Solent etiam linguæ ſingulis viginti annis aliqua ex parte mutationes facere, vt ſex, vel octo vocabula innouentur, phraſes etiam mutentur. Quare cum tale aliquid contingeret, opus eſſet vt hæc iterum atque iterum pro obſoletis vocibus inſtituenda, vel inuocanda eſſent in Miſſa, vel Officio diuino: quod ſine Fidei iactura non fieret, quia fortaſſis ille male verteret, qui nouum vocabulum pro veteri ſubſtitueret: & ita periculum eſſet, ne Fides cum vocabulo innouaretur. Etſi non mutaretur illud vocabulum, is qui audiret, tanquam obſoletum, irrideret & vocabulum, & ſacerdotem ea voce vtentem; & ita obreperet Fidei antiquæ obliuio, & Traditionum Apoſtolicarum. Præſtat ergo vna lingua Latina per totum Occidentem rem Diuinam facere, vt vnitas Fidei ſeruetur, & poſſint omnes intelligere, & intelligi, quam plures vulgares, quæ conficiãt Babylonicam confuſionem.

IV. Ratio à mutatione vocum ac phraſiũ.

Quinto, producendæ ſunt rationes ab incommodis multis quæ ſequerentur, ſi Miſſa celebraretur idiomate vulgari. Primum enim aut parua, aut nulla vtilitas inde ad populum proueniret: non enim intelligeret ſacras literas, etiamſi maxime vulgari lingua ſcriberentur, cantarenturve. Quotus enim quiſque eſt, qui Pſalmos, Iobem, Eccleſiaſten, Prophetas, Epiſtolas Pauli, & Apocalypſin intelligeret, etiamſi in literis humanioribus, linguis, philoſophia, & Theologia exercitatus eſſet? Imo ſi nullæ dicendæ, vel audiendæ preces, niſi quas omnes intelligerent, nullus eſſet amplius in Eccleſia futurus Pſalmorum vſus, cum vix à Doctoribus intelligantur: vix e-

Incommoda re cenſentur, quæ diuini myſterii celebrationem conſequerentur in lingua materna.

I. incommodum.

II. incommodum.

tiam

2.Pet.vl.

tiam Propheta vllus legendus eſſet; nec Epiſtolæ Pauli, in quibus multa ſunt difficilia intellectu: pauciſſimi item intelligunt Dominicam orationem, etiam in vulgari ſermone interpretatam, vt nihil dicam de ſenſu: & ita populi illam contemnerent; Alij rurſus opificiis intenti, vt mercaturæ, agriculturæ, militiæ, minime curarent, atq; negligerent.

III. incommodum.

Adhæc experientia docet, hos, quorum eſt deſiderium legere Scripturas in vulgari idiomate, errore aliquo deprauatos, vel infectos eſſe: & vt errorem confirment, vel videri poſſint coram aliis ſcioli, & Catholicorum contemptores, id appeterre: vnde & populus legeret nonniſi ad cōfirmandas ſuas prauas opiniones.

IV. incōmodum. *Geneſ 3.*

Hæc nimia etiam intelligendi Scripturas pluſquā oportet, curioſitas, non alium fructum noſtro ſeculo peperit, quam quem attulit primis parentibus infelix ille ligni ſcientiæ boni, & mali eſus. Nam vt illi à dæmone decepti, ita iſti per hæreſes à concionatoribus Satanæ organis, ac veluti ſerpentibus ſeducti ſunt.

V. incommodum. *Innoc. III.*

Fac item vt iſti legant, & intelligant; deſiderabunt videri Sacerdotibus doctiores, & illos ſupercilio contemnent, vt dixit Innocentius III. in Epiſtola ad Epiſcopum Metenſem.

1.Cor.12.

Sed nunquid, vt ait Paulus, omnes Apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores?

Lutherani Scripturas in propriū idioma vertendo, quid feciſſe videantur inepti, ac ridiculi.

Hæc tamen Scripturarum profanatio verius quam interpretatio, ſi Deo placet, effecit tot ſartores, & piſtores apoſtolos, & doctores, atque prophetas mirabili metamorphoſi: & quod magis eſt ridiculum, tot ſutrices, ſartrices, & piſtrices in prophetrices, & apoſtolas, atque doctrices conuerti. Quarum cum nuper vetula quædam concionatorem dicentem coram omnibus reprehendere eſſet auſa: reſpondit ei Concionator verbum Pauli: *Mulieres in Eccleſiis taceant: non enim permittitur eis loqui ſed ſubditas eſſe ſicut & lex dicit. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent.*

1.Cor.14. Quid dicendum in Eccleſia docere volentibus. *Hiſt trip. li.7.cap.36. ſub fin.*

Et Baſilius Valentis archimagyro Demoſtheni dicto: *Tuum eſt*, inquit, *de pulmentarijs cogitare, non dogmata diuina decoquere.*

Partes Miſſæ quænam iſtæ.

Et cum Miſſæ partes ſint, Introitus, Doxologiā ſanctiſſimæ Trinitatis, Orationes, Epiſtola, Euangelium, Offertorium, Præfatio, & Miſſæ Canon, Oratio Dominica, Gratiarum actio, & Benedictio: omnia fere ex Scripturis deſumpta: certe verba Conſecrationis aperte dici non decet, vt ait Dionyſius.

Dion. li. de eccl. hierar. c.3. part. 2.

Si Epiſtolam, & Euangelium, & Pſalmos legere volunt, habent illos interpretatos per paſtores ſuos: habent & in ſacris Bibliis proprio idiomate conſcriptis, quæ ordinarii Epiſcopi facultate tutius legere poſſunt, vt habetur in Indice librorum prohibitorum editio Romæ per Pium IV. Pont. Max. ex Concilii Tridentini præſcripto, & voluntate.

Regula 4. indicis.

Reſpondetur dicenti: volo ipſe ſacrū in mea lingua audire non autē peregrina.

Dicet quis, Volo ipſam Miſſam vulgari idiomate audire. Reſpondebitur ubi: Sed non expedit: quia Miſſæ ſacrificio omnes indifferenter intereſſe debent, & illud audire, non tu ſolus: & in populo ſunt multi indocti, impii, idiotæ, imperiti, ſuperſtitioſi, qui illis abuti poſſent.

VI. incōmodum. *At ſi æ vulgaris.* Quid in officiis Diuinis, & in Miſſa peragatur.

Præterea populus in genere nouit quid in Miſſa, & diuinis officiis agatur, nimirum Chriſtum latria coli, & ab eo peti beneficia pro populo, & offerri illi Eucharisticum ſacrificium pro acceptis beneficiis, & pro aliis impetrandis.

VII incōmodum.

Amplius, in Eccleſia, ſi non ſit communis aliqua lingua, ſed ſingulæ prouinciæ ſuis quæq; vulgaribus vtantur, magnum ſequeretur incommodum, nempe concilia Generalia in Eccleſia Dei celebrari non poſſe. Nam quid, quæſo, ibi agerent Patres non communicantes in aliqua lingua, vel Græca, vel Latina, niſi quod olim apud turrim Babel, vbi tot erant linguæ, quot pene homines?

Geneſ 11.

I. Ratio cur Scripturas, Diuinum officium, Miſſæque ſacrificiū in lingua Latina retinere debeamus.

Nam ſi pro Latina, in qua Scripturæ, Miſſa, & diuina officia celebrantur, illam addiſcimus, plane Hæretici nos volunt fieri, & dici barbaros, exploſa lingua Latina. Illam ergo à maioribus noſtris iure traditam tanquam auitam cōſeruemus, ac mordicus retineamus, ad totius Eccleſiæ vtilitatem, in qua quædam antiquitatis grauitas, & reuerentia ſic remanet (quod in ornatum etiam cedit diuini Officii) & maieſtas quædam, quæ diuinis Scripturis conciliatur, diuiniſque Officiis, dum ita conſeruantur, & recitantur in Eccleſia, ſicut tradita ſunt à Deo, & à primis ſcriptoribus Apoſtolis, & Prophetis, iiſdem verbis, eiſdemq; characteribus conſignata, & à primis interpretibus, qui eas in Latinam linguam tranſtulere.

II. Ratio, Latini ſermonis præſtātia.

Eſt etiam illud non diſſimulandum, nullum barbarum idioma extare, quod in elegantia, ornatu, & pulchritudine, & ſermonis proprietate conferri poſſit cum Latino. Nam Occidentis linguæ vulgares adeo ſunt barbaræ, vt quædam præcipue magis ſtridoribus, & ſibilis, quam vocibus articulatis aſſimilentur, ita vix ſcribi, nedum proferri poſſint: quemadmodum de Cantabrica in Hiſpania, & Hybernica in Septentrione perſpici, & intelligi poteſt.

III. Ratio ab eiuſdē communicata.

Eſt autem Latina lingua communis, vniuerſalis, doctiſſima atque elegantiſſima, & quam omnes alterius idiomatis facile addiſcere poſſunt.

Aliis rurſum rationibus.

Sexto enitendum eſt, vt bonis rationibus

bus confirmemus, Sacrum, ac diuina Officia non decere vt vulgari lingua celebrentur. Nam in primis Baſilius libro de Spiritu ſancto, capite 27. & 29. quædam eſſe tradit ſecreta, & non euulganda in diuinis myſteriis: & Dionyſ. libro de Eccleſiaſtic. hierarch. capite primo in princip. Timoth. monet, ne diuina myſteria paſſim rudibus, & profanis euulget; ſed adhibito perſonarum delectu, quibuſdam ſui ſimilibus tantum communicet. Quod videtur ſimile eſſe præcepto Pauli: *Hæc commenda fidelibus hominib. qui idonei erunt & alios docere.* Idem docet in fine ſeptimo capitis eiuſdem libri Efficientes, inquit, conſecrationis preces fas non eſt ſcripto interpretari, neque ipſarum arcanum è ſecreto in publicum efferre Origenes homil. 5. in librum Numerorum, ob id aſſerit, Moſen non eſſe paſſum, vt omnia quæ erant in templo, omnibus eſſent peruia; quod ſciret res vſu tritas expoſitas eſſe contemptui: quod vero ſepoſitum, & rarum, habere admirationem, & reuerentiam. Nazianzenus lib. 1. Theologiæ: *Non eſt omnium,* inquit, *de Deo, deque diuinis rebus diſſerere, quod nec omnia nec omnibus, nec omni loco ſunt propalanda.* Ideo Concilium Tridentinum Seſſ. 22. can. 9. Eccleſiæ ritum probat quo ſecrete Canonis partem pronunciamus, quæ ſecreta in ſecretis vocamus Vnde in Miſſa Conſecrationis tempore Catechumeni à Myſteriis arcebantur, vt ait eodem libro Dionyſius capite tertio parte 11. Chryſoſtomus hom. 24. in Matth. in id; *Ne forte conculcent ea pedibus ſuis, &c.* Nã *& myſteriis,* inquit, *ideo clauſis ianuis celebramus, & eos qui nondum initiati ſunt, adeſſe prohibemus: non quia infirmitatem myſteriorum aliquam deprehendimus: ſed quia ad participationem eorum illi quos arcemus, infirmi ſunt.* Ambroſius vero aliam reddit rationem libro 6. de ſacram. capite 4. *Quia ineffabilibus myſteriis,* ait, *nulla res magis quadrat, quam ſilentium.* Hoc etiam indicabant olim Iudæi: nã Cantica Canticorum, & prima capita Geneſeos, principium & finem Ezechielis, non permittebant legi, niſi ab eo, qui trigeſimum annum expleſſet, vt teſtatur Hieronymus in Ezechielem: eo quod ſint in illis difficilia quædam & ſecretiora diuini amoris myſteria, quæ populus non poſſet capere. Agnus intra ipſas domos, & in noctis ſilentio manducabatur: Moſes ſolus aſcendit in montem, cum legem eſſet à Deo accepturus, & populo Iſrael illam promulgaturus, & eo accedere populus prohibetur ſub intermin atione mortis: & Moſes aſcendit ad verticem montis, vbi ſolus docetur de tabernaculi, & arcæ fœderis conſtructione, Exod. ca. 25. Tabulaſq; lapideas legis bis accepit, Exod. 32. & 33. Neque cuiquam licebat accedere, niſi ſolis Sacerdotibus. Panes Propoſitionis intra tabernaculum poſiti erant, quibus veſci non poterant niſi ſoli Sacerdotes, & Leuit. 24. præcipitur Moyſi, & filiis eius, vt efferrent eos in tabernaculum, ne publicarentur: Ignem intra tabernaculum ſoli Leuitæ & Sacerdotes accendebant. Nomen quoque ineffabile Iehouah, intra Sancta Sanctorum ſummus Sacerdos ſolus proferebat. Multa denique fuerunt populo circa diuina myſteria fuerunt prohibita, quod ſic deceret ipſa diuina myſteria uereri, venerari, & occultari: & legem ab ore Sacerdotum requirendam populus docetur, non autem mittitur ad legendam ſcripturam. Hilarius in Pſalmum 2. & Origenes hom. 5. in Numeros referunt, Moſen non ſolum accepiſſe legem in monte Sinai, ſed etiam eiuſdem legis ſecretiorem enarrationem, & Rabbini hoc idem confirmant. De Gentilibus legimus apud Feneſtellam libro primo capite 13. carmina Sibyllarum tanta religione culta, & aſſeuerata, vt duobus tantum Magiſtratibus prudentiſſimis liceret legere: deinde decem, in quos ille dum magiſtratus fuit mutatus. Cicero lib. 1. de legib. ſacra putat melius in Republica conſeruari, ſi à patribus accepta, ab illis tantum prodantur. Clemens lib. 5. Stroma. ait, Ægyptios non quibuslicet myſteria commiſiſſe, ſed iis qui erant in regnum peruenturi, & qui ex Sacerdotibus educatione, doctrina, & genere eſſent probatiſſimi. Refert etiam Platonem, Pythagoram, Ariſtotelem, & alios Philoſophos, & Poetas, & ipſum Orpheum, multa ſecretioris doctrinæ documenta occultaſſe. Scribunt Hyparcum Pythagoreum de ſchola fuiſſe expulſum, quod aperte ſcripſerit decreta Pythagoræ; & propter ipſum, tanquam propter mortuũ, factam eſſe columnam. Multa ibi Clemens recenſe: de Platone, Epicureis Stoicis, & Peripateticis. Ægyptij etiam quædam occultabant per ea, quæ apud ipſos vocantur Ady a. Hebræi per velum templi innuebant non licere eo adire. Hinc prophetiæ, & reſponſa oraculorum dabantur per ænigmata. Ægyptij literis hieroglyphicis tegebant myſteria, vt Orpheus Linus Muſæus, Eſaias capite 45. prædixit in perſona Dei Patris ad Filium incarnandum *Dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum.* Pyndarus quoque, vt idem Clemens refert: Non licet, inquit, apud omnes veterem aperire orationem, niſi fideliſſimis ſcientiæ viis. Iulianus libro ſeptimo Hi-

idem dogma pro Latina verſione diuinorum officiorum cõſtabilitur. *B. Baſil. t. 2. prope fin.* *Dionyſ. Areopagita.* Quibus duntaxat Dionyſ. diuina myſteria volebat eſſe communia. *2. Timot. 2.* *Idem.* *Orig. t. 1.* Cur Moſes Templi ſecretiora nõ omnibus aperta eſſe voluerit, ſecundum Origenem *Greg. Nazianzen. tom. 1.* De Deo diſſerere, quate non omnium, teſte Nazianze. *Synod. Trid.* *Dionyſ.* *B. Chryſ. t. 2. in princ.* Duplex cauſa adfertur, Chryſoſtomi nimirum & Ambroſij, cur Catechumeni conſecrationis tempore abeſſe debebãt. *Ambr. t. 4.* Qui libri ſacri ſtudioſis nondũ tricenariis apud Iudæos minime permittebantur, & quare. *Hier. in c. 1. Ezech. t. 5.* *Exod. 12.* *Infra. 19.* Non omnibus niſi pauciſſimis, credita fuiſſe diuina myſteria, plurimis Scripturarum exemplis oſtenditur. *Infra. 21.* *Infra 32.* *Supra. 29.* *Matth. 12.* *Leuit. 24.* *Supra. 6* Nomen quod Dei ineffabile ſolus proferret ſummus Sacerdos. *Malach. 2.* Iudæi a quibus legem diſcere debebant tantummodo *Hilarius.* *Orig. to. 1.* *Exod. 19.* *Feneſtella* Romani verſus Sibyllinos quorum tãtum haec & curæ crediderint. *M. Tull.* *Clem. Alexan. inter init. circiter med. tom. 2.* Ægyptij quibus dũtaxat conſignarent myſteria, teſte Clem Hyparchus de ſchola cur Pythagoreorum expulſus.

Velum tẽpli quid innueret Iudæis. *Eſai. 45.* Pyndari, & Iuliani Imp. ſententiæ de ſilẽtio ſecretorum. *Clem. li. 9. Strom.* *Hiſt. Trip. part.*

ſtoriæ Tripart. cap. 2. *Amat natura celari, nec diu nā myſteriā Deus patitur in aures vulgi introire pollutas.* Et Plato Dionyſium monet, vt Epiſtolam continuo conſcerpat, ne in manus vulgi perueniat. Citat Euſebius libro duodecimo de præparat. Euangel. cap. 4. Platonem in Gorgia dicentem: *Caueas, ne rudibus hæc omnibus committas. Hi enim nihil magis, quam has vtiliſſimas narrationes derident quemadmodum è contrario ingenioſi, ac ſapientes nihil magis admirantur.* Sic & diuina Scriptura res myſticas ad multos efferendas prohibet. Rex Tarquinius cum M. Tullium Duumuirum, quod librum ſecreta ſecretorum continentem, eius fidei, & cuſtodiæ commiſſam, Petronio Sabinio exſcribendum dediſſet, culeo ſutum in mare abiici iuſſit: vt docet Valerius Maximus libro primo capite de ſeruanda Religione: quia pari vindicta parentum, ac Dei violatio expianda eſt. Hermes in Aſclepio, cum de Deo, & diuinis tractaturus eſſet, ſic ipſum Aſclepium alloquens, ait; *Nullum voca alterum, ne tanta rei religioſiſſimus ſermo multorum interuentu venientium, præſentiaque violetur. Tractatum autem hunc Numinis maieſtate pleniſſimum, irreligioſæ mentis eſt multorum conſciētia publicari.* Hæc illi, & his ſimilia & ſentiebant, & ſcribebant ſola ducti ratione, & naturæ lumine: quanto magis cœleſti Dei lumine illuſtrati? Vnde Paulus ait: *Sapientiam loquimur inter perfectos*, & iterum: *Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Idem rurſus: *Ego fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus ſed quaſi carnalibus. Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.* Dominus quoque apud Lucam poſtquam legit in libro, poſtea plicuit librum, & clauſit, & reddidit miniſtro: quo facto nos admonuit pauca eſſe populo euulganda de diuinis rebus; multa autem occultanda, quæ captum eius longe ſuperant. *Vobis*, inquit, *datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem non eſt datum* etſi ſeorſum diſcipulis omnia ediſſereret. Sacramentum Incarnationis inter Angelū tantum, & Virginem peractum eſt: natus Dominus, paſtoribus tantum, ac Regibus Magis manifeſtus fuit: poſt duodecimum annum vſque ad trigeſimum domi latuit: contra duodecim Apoſtolis maximū Euchariſtiæ ſacramētum celebratum fuit: Chriſtus item ad diſcipulos: ianuis clauſis ſuſcitatus venit: ſuſcitatus etiam non omnibus apparuit, ſed teſtibus tantum præordinatis à Deo ſuſcitatutus quoque filiam archiſynagogi, præter patrem, & matrem puellæ, tres tantū Apoſtolos admiſit; & coram tribus duntaxat Apoſtolis transfigurari voluit. Denique verbo docuit. Nolite ſanctum dare canibus: neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. Idem etiam indicat nomen Myſterij, quod eſt ſacrum ſecretum vel arcanum. Myſteria autem diuina paſſim euulgata, myſteria eſſe deſinebant. Cum ergo nihil ſacroſanctius, nihil auguſtius Euchariſtiæ myſterio, nunquam decuit ſermone vulgari celebrari.

Plato. epiſt. 1.

Euſeb. to. 1.

Tarquinij regis in quendam, qui librum ſecretorū reuelauerat, ſeueritas.

Valer. Max.

Hermetis documentum ad Aſclepium de cuſtodia ſecreti.

1. Cor. 2.

2. Tim. 2.

1. Cor. 3.

Quare Chriſtus lecto libro illum plicuit, ac reddidit miniſtro.

Luc. 4.

Eiuſdem in ſecreto celebrata myſteria

Matth. 13.

Marc. 4.

Luc. 1.

Infra. 2.

Matth. 2.

Infra. 26.

Ioan. 20.

Act. 20.

Luc. 8.

Infra. 9.

Matth. 7.

Myſterium quid ſit.

Septimo probandum eſt, non opus eſſe vt omnes, quæ in Eccleſia recitantur, intelligant. Docet enim in primis Auguſtinus contra Epiſtolam Fundamenti Manichæorum, capit. tertio. *turbam non intelligendi viuacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit.* Idem ad Euodium: *Si propter eos ſolos Chriſtus mortuus eſt, qui certa intelligentia poſſunt iſta diſcernere, pene fruſtra in Eccleſia laboramus.* Hæc ille. Non quantum intelligas, ſed quantum credas, & quantum credendo ames, quærit Deus. Fit non raro, vt qui intelligunt, contemnant: qui non intelligunt afficiantur. Vnde Deus cor potius, & animum orantis, quam eius intelligentiam intuetur. Hilarius quoque libro 8. de Trinitate: Habet non tam veniam, quam præmium ignorare quod credas: quia maximum ſtipendium fidei eſt, ſperare quæ neſcias: at vero vltimæ impietatis furor eſt aut intellecta non credere, aut intelligentiam corrupiſſe credendi. Clemens Alexandrinus libro quarto Pædagogi: *Fides non ſapientum ſecundum mundum, ſed eorum, qui ſecūdū Deum ſunt ſapientes, eſt poſſeſſio. Illa autem etiam abſque literis diſcitur. Eius autem ſcriptum quod & ad rudes, & ignarosque homines pertinet & eſt diuinum, vocatum eſt charitas, quæ eſt decretum ſpiritale.* Pondera quæſo fidem abſque literis diſci poſſe, & eius diuinum ſcriptum eſſe & vocari charitatem. Auguſtinus quoque libro 6. de Baptiſmo contra Donatiſt. capite 25. *Plerunque*, inquit, *precis vitium ſuperat precantis affectus.* Et infra: *Multi irruunt in preces non ſolum ab imperitis loquacibus, ſed etiam ab Hæreticis compoſitas, & per ignorantiæ ſimplicitatem, non eas valentes diſcernere, vtuntur eis, arbitrantes quod bona ſint. Nec tamen quod in eis peruerſum eſt, euacuat illa, quæ ibi recta ſunt, ſed ab eis potius euacuatur: ſicut in ipſo homine bonæ ſpei, & probabilis fidei, ſed tamen homine, ſi quid aliter ſapit, non inde euacuantur, quæ recte ſapit, donec ei Deus reuelet & quod aliter ſapit.* Hæc ille. Vides ergo, quod ſi quis hæreticas preces recitet per ignorantiam, eas bonas arbitrans; apud Deum nihilominus ex affectu quo dicuntur, & pietate valere, nec vtilitate ſua euacuari? Quanto magis qui certus ſit bonas eſſe preces, quas ignotas recitat, vel

Quod non ſit neceſſarium, preces in Eccleſia, vt exaudiantur, ab omnibus intelligi.

Aug. to. [illegible]

Idem epiſt. 102. ſub init. tom. 2.

B. Hilar. [illegible] *procul à princ.*

Fidei maximum ſtipendium quod.

Clem. c. 4. [illegible] *verſus fi*[illegible] *s. t.*

Fidei diuinum ſcriptumque & quomodo diſcit teſte Cle[illegible]

Aug. to 7

Preces e[illegible] ab Hæ[illegible] cis com[illegible] ſitæ, bo[illegible] fide à ru[illegible] bus, & [illegible] plicibus [illegible] citatæ, i[illegible] valent, ſ[illegible] cundum Auguſt[illegible]

recitantes audit, fructu ſuo non carebit? Origenes item homil. 20. in Ioſue latiſſime perſequitur vtilitatem precum, quas quis dicendo, & audiendo capit, etiamſi minime intelligat. Ait enim illas Deo placere, Angelos iis delectari, qui eas intelligunt, etſi ipſe recitans quid dicat, ignoret: his rurſus deterreri, ac fugari dæmones. Et ſicut incantator arcanis verbis quibuſdam ſerpentes expellit, etiamſi ipſe qui dicit, non intelligat, neque ſerpens, qui audit. Si enim creditum eſt, inquit, à Gentibus, quod per quædam carmina, quas præcantationes appellant, quibus iſtud artis eſt, inſuſurrantes, nominibus quibuſdam compellatis, quæ nec illi quidem qui inuocant, norunt, ex ſolo vocis ſono vel capiantur ſerpentes, vel etiam, de cauernis protrahantur abſtruſi: ſæpe autem & in corporibus humanis tumores, aut alia huiuſmodi voce ſola reprimere dicuntur; interdum etiam animæ ſtuporem quendam ſenius infligere, vbi tamen Chriſti non reſtiterit fides: quanto magis totius præcantationis, & carminis validiorem, & potentiorem ducendam credimus quamcumq; illum Scripturæ ſanctæ, vel ſermonum, vel nominum appellationem? Sicut enim apud Infideles contrariæ virtutes audientes illa vel illa nomina in carminibus, vel præcantationibus, adſunt & exhibent famulatum, & dant operam in hoc, ad quod inuocati ſe ex hoc, vel ex illo nomine ſenſerint, officij ſui rem quodammodo, ac miniſterij, cuius ſemetipſos mancipauerint, dependentes: eo magis vtique cœleſtes virtutes, & Angeli Dei, qui nobiſcũ ſunt, ſicut & Dominus de paruulis Eccleſiæ dicit: Quia Angeli eorum ſemper aſſiſtant in conſpectu Domini, videntes faciem eius libenter gratæ accipiunt, ſi ſemper verba Scripturæ, & horum nominum appellationes velut carmina quædam, & præcantationes ex noſtro ore promamus. Quia etſi nos non intelligimus, quæ de ore proferimus, illæ tamen virtutes, quæ nobis adſunt, intelligunt, & velut carmine quodam inuitatæ, adeſſe nobis, & ferre auxilium delectantur. Et paulo poſt ſubiungit locum Apoſtoli, ac ponderat: *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.* vbi ſpiritus (legit enim in plurali) intelligit virtutes, quæ animæ noſtræ in adiutorium datæ ſunt, & paſcuntur (ait) & reficiuntur ex auditu Scripturæ ſacræ, velut ex diuinis, & rationabilibus cibis. Imo & Chriſtus ipſe reficit, qui venit ad nos cum Patre, & Spiritu ſancto, iuxta id; *Ad eum veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus.* Hactenus Origenes. Ad hæc Matthæi 21. pueri clamarunt in templo, dicentes: *Hoſanna filio Dauid*, non intelligentes quid dicerent, aut quo d regnum peterent; & tamen Deo placuerunt: neque ſolum laudarunt Deum, ſed etiam laudem perfecerunt, vel potius laudem eorũ Deus perfecit. *Ex ore infantium*, inquit, *& lactantium perfeciſti laudem.* Chriſtus quoque dixit, ſi pueri, & rudes populi tacerent, lapides clamaturos. Nam ſi Apoſtoli filij Zebedæi, & Chriſto familiares putarunt Chriſti regnum eſſe carnale, atque terrenũ quid de rudibus populis clamantibus credendum eſt? Præterea ſi linguæ, in qua orationem fundis, neceſſaria eſt cognitio, multo magis rerum, quæ verbis ſignificantur, cognitio neceſſaria erit. At ſæpe contingit, vt pij ita oratione afficiantur, vt & verborum, & rerum obliti, & mente abſtracti, ac rapti, alia cogitent, ac meditentur: qua in re non ſolum non ſunt reprehendendi, ſed etiam ob tantum amoris affectum laudibus cumulandi. Multa item norunt fideles, etiam ruſtici, qui Latinæ linguæ ſunt imperiti, in oratione, quam publice ſacerdos Deo proponit, poſtulari a Deo pro populo; vt veniam peccatorum, pacem, ſanitatem, mentis, & corporis, gratiam, & vitam æternam, & hæc omnia per Chriſtum mediatorem. Nam vt vtilis ſit oratio priuata, vel publica, ſatis eſt, generalis rei petitæ, & eius à quo petitur, & eius per quem petitur, haberi cognitionem, at omnes volunt habere peccatorum remiſſionem à Deo Patre per Chriſtũ mediatorem, & per B. Virginis, & ſanctorum interceſſiones: hæc ergo ſatis erunt, vt ſint fructuoſæ tales preces, etiam non intellectæ. Accedit, quod non omnes preces recitantes, claram, & diſtinctam cuiuſque petitionis intelligentiam habent, ſed communem quandam, & confuſam, & in lege quidem ceremoniis, & ſacrificiis obumbratam & ſatis vtiliter orabant, ſi noſſent in genere illa eſſe ſigna, etſi diſtincte, & in particulari non intelligerent. Vnde Auguſt. li. 3. de doctrina Chriſt. c. 9. *Qui non intelligit quid ſignificet, ſignum*, inquit, *& tamen ſignum eſſe intelligit, nec ipſe premitur ſeruitute. Melius eſt autem vel premi incognitis, ſed vtilibus ſignis, quam inutiliter ea interpretando, à iugo ſeruitutu eductam ceruicẽ laqueu erroris inſerere.* Hæc ille. Perfecta ergo intelligentia verborum non eſt neceſſaria, ſed ſatis eſt generalis illa notitia, vt dixi, ad impetrandum aliquid à Deo.

Nec vero tantum oratio Eccleſiæ à populo non intellecta ſimplicibus prodeſt, ſed

Orig. to. 1.

Precum vtilitas, vel minime perceptarũ à nobis.

Exemplũ Origenis carminibus incantationibuſue.

Matth. 18.

1. Cor. 14.
Pabulum animarum noſtrarum quod.

Earundem paſtor Chriſtus.
Ioan. 14.

Matth. 21.

Pſal. 8.
Matth. 21.
Luc. 19.

Matth. 20

II. Argum. quo etiam probatur, preces etſi minime intellectas, nobis tamen prodeſſe.

III. Argum.

Preces vt exaudiantur, quid tantummodo requiratur.

IV. Argum.

Augu. to. 3.

Preces etiam Eccleſiæ, vel minime auribus perceptas prodeſſe fidelibus.

ſed etiam, quod plus eſt, nec auditum ſei ſu percepta. Nam Leuit. 16. pontifex orabat pro ſe, & pro domo ſua, & pro vniuerſo cœtu (filiorum) Iſrael: & ingreſſus in tabernaculum, iubebat ne quis in tabernaculo maneret. Vnde populus nec videbat, nec audiebat preces quas fundebat in tabernaculo, ſed erat fortis orans hora incenſi. Adhæc primo Paralipomenō 16. & 23. iubebat Dauid Leuitis, & cantoribus ad hoc deputatis, vt canerent, variiſque inſtrumentis muſicis Deum laudarent: nec tamen fit veriſimile, populum omnia illa, aut audiſſe, aut audita omnia intellexiſſe, maxime cum iuxta inſtitutum Dauidis, obſcuriſſimos canerent Pſalmos.

Leuit.16. *Luc.1.* *1.Paral.16.* *Infra.23.*

II. Argum.

Clericus etiam loco à laicis diſtinctus in Nouo Teſtamento, ex veteri, & noua lege multa decantat: at impoſſibile erat, Clerum poſſe audire omnia, etiamſi dicerentur vulgari lingua, aut poſſe intelligere, præſertim in amplis vrbibus, vbi numeroſus eſt populus: nec intereſt populo qua lingua oret, aut ſacrificet ſacerdos, aut quibus verbis precetur Deum: Nec intereſt qua lingua ſcripta ſint Biblia ſacra, cognoſcere, dummodo per concionatorem verba Scripturæ interpretata, & aperta populo impertiantur. Simili ratione nihil refert ſcire, qua lingua mediatores apud Principes agant, vt ab eis beneficium aliquod obtineant, neque qua lingua patronus pro reo veniam impetret, dummodo è carcere emittatur, & abſoluatur. Nec eſt ad rem noſſe qua pecunia, aurea, Gallica an Hiſpanica, Veneta, an Pontificia eiuſdem pretij debitum tunc ſoluatur, tantummodo æris alieni debito libereris. Infirmus quoque pharmaci à medico exhibiti quo ſanatur, virtutes, ac proprietates non callet; & tamen æquo animo patitur ignorantiam virium herbarum, & aliorum ſimplicium in eo contentorum. Quemadmodum etiam qui à Seruatore ſanitatem poſtulabant, non tam verborum intelligentiam curabant, quibus ſanitas donaretur, quam ipſam ſanitatem, quam quærebant. Vnde pro abſentibus, qui audire Chriſti verba non poterant, ſanitatem petebant. Dominus etiam per Iacobum dixit: *Orate pro inuicem vt ſaluemini: & Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.* Paulus etiam pro ſe aliorum orationes poſtulat Roman.15. & 2. Corinth.1. & iubet alios orare pro regibus, & pro iis, qui in ſublimitate conſtituti ſunt; & Dilectus vult orari pro alterius peccato non ad mortem, & dabitur ei vita; quanto magis ergo oratio Eccleſiæ exaudietur? Etſi priuata oratio pro alio facta, licet ignorante pro ſe fieri, multum prodeſt, quanto magis oratio Eccleſiæ publica pro ſuis alumnis & communibus filiis exaudienda eſt? Valeat ergo impium Caluini dogma, neminem dicentis eſſe participem publicæ orationis, niſi intelligat idioma, quo funditur oratio.

Pluribus exemplis ab experientia, & humana prudentia deſumptis Idem oſtenditur.

Iacob. vlt. *Matth.26.* *Rom.15.* *2.Cor. 1.* *1.Tim.2.* *1.Ioan.5.*

Contra Caluinum

III. Argum.

Ad hæc etſi priuata cuiuſque oratio vulgari lingua recte fieri poſſit, & ſit vtilis iis præſertim, qui Latine ignorant; tamen de publica Eccleſiæ oratione alia eſt ratio: populus enim ſcire debet aut Latina, aut vulgari lingua fidei Symbolum, orationem Dominicam, ac decem mandata. Nam ſi corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem; obligatur ſane credenda, quæ in Symbolo continentur, aliquando recitare: & ſi vult ad vitam ingredi, debet etiam ſeruare mandata: & debet non tantum memoria retinere, ſed etiam ſcire, & intelligere, & intellecta obſeruare. Et ſi ad hæc implenda ad vitam æternā adipiſcendam, neceſſaria eſt Dei gratia, obligatur illam à Deo poſtulare. Et ſi oportet ſemper orare, vt ait Dominus, & non deficere; debet etiam, quid petere debeat, & quomodo, & quos deprecatores adhibere, quaue oratione poſtulare, à Domino flagitare: quod Chriſtus in oratione Dominica expreſſit, & docuit. Ideo merito ab omnibus addiſcenda eſt hæc oratio & ab omnibus frequentanda. Hinc 6. Synod. Conſtantinopol. *Niſi quis*, inquit, *duas ſententias* (Symbolum Apoſtolorum, & precem Dominicam) *& memoriter tenuerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione ſæpiſſime frequentauerit, Catholicus eſſe non poterit.* Lege capite primo Concilij Rhemenſis. Hæc autem priuata oratio dici poteſt lingua materna, de qua Auguſtinus ſcribit ad Probam: *Qui igitur verbis orare cupit, verba quæ intelligit, conuenienter adhibet, vt ſeipſum ad orationem internam excitet.* Hæc ille in ſenſu. At oratio publica, quæ à miniſtris fit in Eccleſia, neceſſum non eſt vt vulgari, ac patria lingua dicatur, quia non eſt inſtituta vt à populo ediſcatur, vel recitetur, vel intelligatur, ſed tantum à Chriſti miniſtris, qui laudant Deū & illi gratias agunt, & eum colunt, ac orant pro aliis, atque à Chriſto exaudiuntur. Quamobrem Gregorius VII. ante annos 500. libro ſeptimo Regiſtr. epiſtolam ſcripſit ad Ladislaum Bohemorum ducem, qui petiit vt in lingua Sclauonica celebraretur officium diuinum: *Sciās*, inquit, *nos non poſſe huic petitioni fauere. Ex hoc nempe volentib. liquet non immerito ſacrā Scripturam omnipotenti Deo placuiſſe quibuſdam in locis eſſe occultam: ne ſi ad liquidum cunctis pateret, forte vileſceret, & ſubiaceret deſpectui; aut praue intellecta à mediocri-*

Rom 10. *Matth.19.*

Quæ neceſſaria ſint ad ſalutem populo Chriſtiano *Luc.18.* *Matth.6.*

6. Synod. c. 9. ex us quæ excerpta ſunt ex 2. t. Concil. impreſſo Coloniæ. *Concil. Rh.* *B Aug. ep. 121. c. 9. 10.*

Preces publicæ in Eccleſia à quibus ex officio tantū recitari debent.

Gregorius huius nominis VII. qua duplici de cauſa celebrari diuinum officium non conceſſerit in lingua Sclauonica.

Innoc. III.

bus in errorem induceret. Deinde Innocentius III. ante 300. & amplius annos acriter reprehendit Abbatem Ciſtertienſem, & collegas eius, qui Scripturæ Canonicos libros Gallicè translatos paſſim laicis & mulieribus permittebant: ex qua tranſlatione orta ſecreta conuenticula, contemptus aliorum, etiam Sacerdotum; ſeparatio à cæteris, ac ſui confidentia. Vnde & ſuſpecti de fide meritò habentur, & orta Sedis Apoſtolicæ inobedientia, dicentium ſoli Deo eſſe obediendum. Et in hac re verſari ait vniuerſalis Eccleſiæ negotium, & fidei Chriſtianæ cauſam. Præterea Ferdinandus Catholicus Rex Hiſpaniarum ſacra Biblia in vulgari lingua interdixit publico edicto, ne conuerſi ex Iudæis ad fidem, legendo vetus Teſtamentum, & præcepta Moſaica, facilè redirent ad vomitum. Pius IV. in regula quarta Indicis permittit, vt nonniſi iudicio Epiſcopi vel Inquiſitoris, cum parochi, aut confeſſarii conſilio lectionem librorum ſacrorum, à Catholico tamen interprete conuerſorū laici legere poſſint, & bibliopolæ non poſſint vendere; regularis autem nonniſi facultate à ſuis prælatis obtenta, emere, vel legere poſſint. Concilium autem Trid. ſeſſ. 22. c. 4. de ſacrificio Miſſæ, & can. 9. eiuſdem ſeſſionis, damnat eos, qui dicunt, vulgari tantum lingua eſſe celebrandum.

Sacra Biblia in linguam Gallicam conuerſa quid pepererint olim, teſte Innocentio III.

Quare Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, Scripturarum in vulgarem linguam verſionem prohibuerit.

Pius IV Pontifex Max. Scripturarum eiuſmodi verſionē quatenus, quibuſque conceſſerit.

Trid. Synod

Quibus de cauſis potiſſimum Lutheranis rem ſacram vulgari lingua faciendi poteſtas ſit neganda.

Quare non eſt concedendum, vt ſacrū fiat lingua vulgari. Primùm, quia ipſi hæretici contra ius per fas, & nefas vſurpantes fecerunt, idque ex malè ſano conſilio, nullius legitimæ Eccleſiæ, vel Concilij expectato iudicio. Nam ſi hoc non expedit, nec decet, vt tot rationibus eſt comprobatum, negandum eſt, & dicendum illis: *Neſcitis quid petatis*, &c, *Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis*. Deinde, quia radix petitionis eſt hæreſis, qua intus laborant tam Lutherani, quàm Caluiniſtæ, vt ſciſſuras efficiant in Eccleſia, & vt iuſtas apud populum inueniant querelas contra Eccleſiam illud denegantem. Si verò Eccleſia concederet, vt poſſent petulanter in ſeipſos gloriari, & dicere, ſua tādem contra Eccleſiam reſipuiſſe: quemadmodum de vſu calicis olim negato dicebāt, & de eodem conceſſo in quibuſdam prouincijs dicere cœperunt. Tertiò, aut petunt Catholici, aut hæretici: non ſanè Catholici, qui vſui Eccleſiæ per omnia acquieſcūt: ſi autem hæretici, deberent prius quàm concedatur, de hæreſi integrè reſipiſcere. Sed quomodo volunt iſti id ſibi concedi, quod ſua autoritate iam ſibi vſurparunt? Quare hoc illis concedere, nihil eſſet aliud, quàm eos in errore vel hæreſi confirmare. Adhæc ſancti Patres, Concilia Generalia, atque Eccleſia nunquam conſueuerunt hæreticis aliquid permittere, quod hæreſim ſapiat, ſed contrarijs conſtitutionibus, & decretis illorum morbo mederi voluerunt. Neque tantum hoc, quod leue videri poſſet, ſed multò minus peiora, vt Sacerdotum, & monachorum coniugium, vtriuſque ſpeciei vſum, nec religionis libertatem, nec, quam vocant, neutralitatem. Quemadmodum olim autoritate Apoſtolorum, ne communicarent cum Iudæis Chriſtiani, iudicatum fuit, Sabbati loco Dominicum diem celebrandum: & ex eadem cauſa ab Apoſtolis conſtitutum eſt tempus ad Paſcha ab illo Iudæo diuerſum, vt habes in octauo canone Apoſtolorum; ne cum Iudæis videlicet in Paſchate conuenire videamur. Deinde quamdiu durauit Sacerdotium Iudæorum, qui miniſtri erant reconciliationis, & tempore Apoſtolorum ſacerdotali officio fungebantur, non Sacerdotes, ſed presbyteri vocati ſunt: at ceſſante ſacerdotio veteri, nomē Sacerdotis à noſtris reſumptum eſt. Item, quia Manichæi dicebant, corpus Chriſti non eſſe verum, ſed exangue, & phantaſticum in Euchariſtia; ac proinde nos ſub vna ſpecie tantùm communicare, ob eam cauſam Leo Papa ſerm. 4. de Quadrageſima, & Gelaſius I. proprio decreto ſtatuerunt, vt omnes ſub vtraque ſpecie communicarent. Et quia Neſtorius vocabat Mariam χριστοτόκον, non θεοτόκον, decretum eſt in Concil. Epheſ. vt non tantum Chriſti Mater, ſed etiam Dei Mater appellaretur. Et quia Manichæi dicebant, die Dominico, & Sabbato ieiunandum, B. Ignatius epiſtol. ad Philip. dicit eos, qui hoc facerent, Chriſti interfectores eſſe, cùm tamen meritò ex deuotione peculiari fieri poſſit, & hodie præcepto Eccleſiæ in die Sabbati ieiunetur. Sexcenta huiuſmodi exempla producere poſſemus, ſi opus eſſet: verùm his tantum contenti eſſe voluimus.

Matth. 20.
Iacob. 4.
II. Ratio.

Hæreticorum nequitia, & impudentia.

III. Ratio.

IV. Ratio, ab Eccleſiæ vniuerſalis vſu & conſuetudine

Hæreticis quędam ab Eccleſia negata ob latentem hæreſim.

Quænam Apoſtoli Chriſtianis cum Iudęis noluerint eſſe communia, ſimili de cauſa.

In quibus dogmatis Catholici olim cum hæreticis non communicauerint.

1 de Euchariſtia.

Leo Papa.
Gelaſius I.

Secundum de virgine Deipara.

Tertium, de ieiunio in Dominica, & Sabbato.

Ignat. epiſt. 8. prope fin.

Iam vltimus labor ſupereſt, vt reſoluamus quæ ex Scripturis, & Patribus, vel ab exemplis, & rationum momentis adferri in contrarium poſſent. Primùm igitur illud occurrit ſoluendum ex Apoſtolo deſumptum 1. Corint. 14. vbi ait: *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.* Dicendum eſt, vt iam tetigi, in magna parte capitis huius agi non de lectione Scripturę, ſed de collatione ſpirituali, & exhortatione. Vt enim eremi cultores ſolebant conuenire, & inter ſe conferre aut de ſacris literis, aut de ſpiritualibus rebus, & negotijs; ita ab initio Eccleſiæ Chriſti cultores faciebant, vt conſtat ex Iuſtini Apologia 2. pro Chriſtianis. Ne autem fieret confuſio,

Hæreticorum in contrarium proponuntur argumenta, atque ſoluuntur.

1 Cor 14.

His verbis: Nā ſi orem lingua ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt, quo tendat Apoſtolus.

B Iuſtin. to. 1.

Hiero.to.1. Latinam linguam in Hiſpania, Gallia at reliquis prouinciis Occidẽtis fuiſſe peregrinam. *Iſid. Hiſp.a. li.1. diuin. Offic. c. 15. Conc. Tol. 4. Hiero. ep. 125 init. tom.3. Beda to.3. in princ.*

ronymus lib.2. in Epiſtolam ad Galat. linguam Afris vulgarem Phœniciam (quæ erat in Syria) vel paulo mutatam affirmat. Idem quoque de Occidente, & eius præcipuis prouinciis, Hiſpania, Gallia, Germania, Bohemia, Italia ſentiendum eſt. In Hiſpania namque vſus fuit linguæ Latinæ teſte Iſidoro, qui librum ſcripſit de Diuinis officiis, & Concilio Tolet.4. capit.2. ſtatuitur, vt omnes eadem forma vtantur; quam fuiſſe Latinam collige ex Capite 12. & aliis ſequentibus, at Hiſpani à Gothis, VVandalis, Mauriſq; oppreſſi non vtebãtur Latina lingua pro ſua vulgari, vt etiam teſtatur Hieronymus in Epiſtola ad Saniam, & Fretelam. In Anglia quoque teſtatur Beda lib.1. inſtitut. gentis ſuæ, capit.1. quatuor extitiſſe linguas vulgares, & quintam fuiſſe Latinam, propter diuinas Scripturas: quod poſtea fuiſſe obſeruatũ, docet Thomas VValden. Anglus tom 3. de Sacramentalibus tit.3. & 4. Apud Gallos fuiſſe vſum linguæ Latinæ in Diuinis Officiis, docet Albinus, ſiue Alcuinus Caroli Magni præceptor; qui etiam librum edidit de Diuinis officiis. Et Amalarius Treuerenſ. ante annos 800. qui ſimiliter ſcripſit de diuinis Officiis. Quod vero Gallis Latina lingua non fuerit vulgaris, docent Franchi, quos propriam linguam habuiſſe docet Hieronymus in vita Hilarionis, & in Præfatione ſecunda in Epiſtolam ad Galat. At in Germania ante annos 700. vſum fuiſſe celebrãdi diuina officia, Latina lingua teſtatur Rabanus lib.2. de inſtit. cleric. vbi hoc idẽ aſſerit de toto Occidente ca.9. Porro Germanos locutos eſſe propria lingua, autor eſt Hieronymus in Epiſtola prædicta ad Saniam, & Fretelam. Bohemi vero, & finitimæ prouinciç ante 500. annos, vt teſtis eſt Gregorius VII. Epiſtola ad Ladiſlaum Ducem Bohemorum libr.7. Epiſtol. petierunt ab eodem Pontifice, vt celebrarent in lingua Sclauonica: quod ipſis, iuſtis de cauſis aſſerit non fuiſſe conceſſum. De Italia certum eſt, vſum, quem ſeruat Eccleſia Latina, cœpiſſe à B. Petro, vt refert Iſidorus libro 1. de Diuinis offic. cap. 15. Deinde conſtat, Gelaſium Papam ante mille annos Diuina Officia redegiſſe ad meliorem formam, vt habetur in capite Sancta Rom. Eccleſia, diſtinct. 15. Gregorius præterea Primus adhuc aliquid innouauit, vt patet ex libro ſacramentorum Gregorii. Gregorius quoque VII. legitur reſtituiſſe in priorem formam: quod etiam fecit noſtro ſeculo piæ memoriæ Pius Quintus.

Tho. VVal. — *Alcuin.* — *Hiero. to.1.* — *Rabanus.* — *Hieron. dictas ep. 135. init. Greg. VII.*

Diuinorũ vſus officiorum in Eccleſia Latina vnde ſumpſit exordium. *Iſidor.*

Latinus ſermo toti Italiæ non fuit cõmuniſſimus, ac propriꝰ.

Porro Latinam linguam non fuiſſe vniuerſæ Italiæ vulgarem, & maternam, præter experientiam, docet Thomas in Commentariis prioris Epiſtolæ ad Corinthios capit. 14. Denique, omnis religio externa, etiam Idololatrum, minime propria lingua, & vulgari vtebatur in ſacrificiis, ſed aliena, & externa. Nam in primis, vt habetur 4. Regum 17. gentes miſſæ à Nabuchodonoſor ad inhabitandas ciuitates Samariæ, cum à leonibus lacerarentur propter neglectam religionem Dei terræ illius: iuſſit, vt vnus de ſacerdotibus captiuis mitteretur ad illos, vt doceret eos religionem Dei terræ. Cum autem ille eſſet Hebræus, & alii Babylonii, oportebat eos in lingua Hebræa, hoc eſt, in aliena, legitima Dei terræ celebrare. Deinde Romana religio vtebatur Hetruſca lingua, & peregrina, à qua habuit cultum ſuum, & religionem: at illa lingua Græca erat. Olim etiam Gallia ante Chriſti aduentum Druydas habebat magiſtros religionis, quam ex Britannia, vnde venerant, acceperunt, vt teſtatur Cæſar libr. 6. Comment. de bello Gallico. Græca non patria lingua ſacra celebrabat, ſed Phœnicum, à quibus & literas acceperat, vt conſtat ex nominibus ipſius alphabeti Hebraici, & Græci: quod etiã ante nos Euſebius Cæſar. in libris de præparat. Euang. demonſtrauit.

B. Thom. lect.3. to.16.

I Ratio ad probandũ Diuinum cultum apud Gentes peregrina ſemper lingua celebrari ſolitum. *4 Reg 17.*

II. Ratio, & à quibus Romani religionẽ ſuam mutuati ſint. Druydæ qui, & vnde oriũdi. *Cæſar.* Græci qua lingua ſacrificarẽt. *Euſ Cæſar. li.10 cap.2.*

Non igitur noſtri ſeculi Germani debebant ſchiſma condere, aut ſciſſurã in Eccleſia facere, legẽdo Scripturas in lingua Germanica vulgari, & diuina & eccleſiaſtica officia eadẽ lingua in templis celebrando: quia nõ debet totum cedere parti, ſed pars toti, id eſt, particularis Eccleſia vniuerſali.

Lutherani quare ſchiſmatici.

Quinto, hoc etiam ſolidis rationibus euincere poſſumus: quadruplex namque fidelium vnitas periret, ſi illud dogma Hæreticorum verum eſſet: nimirum Fidei Religionis, Charitatis, ac morum, & ſocietatis ipſius, & quod maius eſt, in ipſo Charitatis Sacramẽto, quod eſt Euchariſtia. Primo namque vnitas Fidei periret. Nam ex diſſimili loquendi genere in diuerſis prouinciis illud conſequeretur, vt neque in Miſſa, neque in Diuinis Officiis, quæ eſſet illorum fides, aliæ nationes omnino ignorarent. Nam is qui ex vna prouincia in aliã migraret, tanquam ad alterius Fidei, & religionis populum accederet, eſſentq; ſibi ipſis inuicem barbari. Nunc vero vbi in diuerſis prouinciis vbi eadem officia, & idẽ ſacrum celebramus, conſolationem, & cõfirmationem in Fide accipimus? Si autem in aliena lingua id fieret, ſcinderemur protſus, ac deſolari maneremus.

Idem dogma rationibus confirmatur.

I. Ratio, quod ſcil. vnitas fidei periret, ſi diuina officia vulgari celebrarẽtur lingua.

Deinde periret quoque vnitas diuini

cultus

Quod vnitas quoq; Religionis interiret.

cultus, ac Religionis. Nam quęuis Prouincia diuerſis ceremoniis vteretur in ſacro, a: diuino Officio: breui tempore paulatim diuerſi, & varii ritus in adminiſtrandis ſacramentis obreperent, ſingulæq; prouinciæ varias falſi cultus mutationes, & ſuperſtitiones admitterent: & ita actum eſſet de vnitate Chriſtianæ Religionis.

Dæmonis aſtutia.

Quod proſpiciens, & ſperans futurum humani generis capitaliſſimus hoſtis diabolus, hac via totam religionem Chriſtianam euertere conatus eſt. Nam hi non eundem in hac re morem ſeruant, ſed quotquot ciuitates ſunt apud illos, tot rituum, & religionum diuerſitates eſſent; & vt vno verbo dicam, quot capita, tot ſenſus.

Huius exemplum rei in Lutheraniſmo perſpicuum.

Alii enim Hæreticorum vno modo cœnam Domini celebrant, alii longe diuerſo; Alii vernacula lingua omnia decantant, & Latine nihil; Alii denique veluti Macheroneum quendam modum obſeruant, & variis linguis cum Latina admiſtis: adeo vt etiam hi non minus differant inter ſe religionis cultu, quā ſectis.

Charitatē quoque mutuam ac beneuolentiam interiturā fore.

Adhæc interiret Charitatis, & mutuæ beneuolentiæ vnio. Certum eſt enim, ſermonis, & linguæ ſimilitudinem amorem, & beneuolentiam mutuam conciliare, vt teſtatur experiētia. Nam qui ſunt eiuſdem patriæ ciues, maiori ſe mutuo complectūtur amore.

Demum & morum diſſimilitudinem, & diſcordiam animorum neceſſario conſecuturam.

Morum etiam diſſimilitudo conſequeretur, & animorum abalienatio, & ſocietas, vitæque communitas diſſolueretur, vnitate Religionis ſublata.

II. Ratio ab incommodis, quę conſequerentur.

Secundo erroribus, ac hæreſibus magna feneſtra aperiretur: in graues namq; errores inciderēt homines tum ipſa verſione ex Latina in vulgatam linguam, tum etiam poſt illam tranſlationem factam.

II incommodum.

Non enim in primis in tot, ac tam diſſimilia regionum idiomata ſacræ literæ abſque graui erroris periculo conuerti poſſent, vel ſaltem ob cuiuſque linguæ proprietatem non leui Fidei iactura verterentur. Item huius verſionis nullus idoneus iudex eſſe poſſet, ſed nec ſupremus quidem Eccleſiæ vniuerſalis Paſtor, cum linguam illam ignoraret, ac de illa verſione iudicium ferre non poſſet: nullus inquam, vel tunc primo, vel poſtea, cum pro libito mutaretur, iudicare valeret, an in ea proprius, & genuinus ſenſus Scripturarum redderetur.

III. incommodum.

Nullus etiam conueniens, & idoneus iudex eſſe poſſet, qui errores, & abuſus, qui in vna lingua acciderent, & quotidie ſubreperent, deprehēderet: ſed nec in quibus ab aliis prouinciis differrēt, & quibus cum illis conuenirent, niſi vtramque linguam perfectè agnoſceret.

V. incommodum.

Nec tātum in verſione, ſed etiam poſt verſionem; quoniā multa ſunt difficilia intellectu in Scripturis, quę indocti, & inſtabiles deprauant; & Euangelium in iis qui pereunt, eſt opertum, & quidem aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant.

2. Pet. vlt. 2 Cor. 4. 1. Tim. 1.

Scripturas, etiam euāgelicas, egere doctore & interprete, tria in primis teſtātur.

Nam ſacræ literæ, etiam Euangelicæ, doctorem requirunt, de quo; *Poſuit Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertio doctores, &c. quoſdam habentes donum interpretationis, quoſdam genera linguarū, &c.* nec ſunt omnes doctores, aut apti vt Scripturas interpretētur. Quędam etiā ſunt, quæ doctiſſimi viri vix aſſequuntur: quod ſi periti, & ſapientes hallucinantur, quid de imperito, & rudi vulgo ſentiendum?

1. Cor. 12. Epheſ. 4.

Quibus, & quam perniciosa hominibus extiterit abſque doctore, & interprete tractatio Scripturarum.

Tertiò conſtat idiotas in multos interdum errores, & hæreſes incidiſſe, vt Vvaldenſes, qui Pauperes de Lugdunodicti ſunt, quorum caput Vvaldus fuit: qui cū curaſſet ſibi aliquot ſacros libros transferri in linguam maternam Gallicam, legens eos, & non intelligens, in fœdos, & varios errores prolapſus eſt. Tales etiam fuerunt Begardi, & Turrelupini, & Albigenſes noſtro ſeculo ex Lutheranis orti, Anabaptiſtæ & Adamitæ: qui omnes ferè idiotæ fuerunt.

Quas ſectas peperit Lutheraniſmus. Vnde hæ ſectæ ortæ.

Non enim ex Scripturis hæreſes, ſed ex ſenſibus, quos illis non damus, ortæ ſunt. Vulgus enim indoctum eſt, & multi ſunt in eo ignorantes, multi maligni & carnales: tropos, metaphoras, & parabolas non aſſequūtur: neſciunt diſtinguere inter locutiones figuratas à non figuratis: præcedentia cū conſequentibus, & media cum vtriſque conferre non nouerunt:

Quos locos Scripturarum Lutherani ſuo malo conciliare neſcierint, noluerint-ve.

pugnantes cum Scripturis locos cōcordare neſciunt: vt v.g. quod dicitur: *Non eſt regnum Dei eſca, & potus*, cum illo diſſentire videtur: *Ego diſpono vobis, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam.* Rurſus: *Creſcite & multiplicamini*; &, *Beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt.*

Rom. 14. Geneſ. 1. Luc 22.

Quæ Scripturę ſacrę vulgari lingua redditæ peccādi eſſent hominibus occaſio.

Multa etiam in ſacris literis reperiuntur, quæ poſſent vulgus ad malum pellicere, vt ſunt Cantica Canticorum, & quædam quæ populus Dei ſibi imitanda proponeret, vt fornicationem Thamar, mendacium Ruth, & illud Oſeæ dictum; *Sume ſibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum.*

Geneſ. 38. Ruth 3. Oſea 1.

Blandi & dulces qui ſermones hæreticorum, ſed ſeductores animarū.

Et Hæretici vulgus ipſum & plebem in re dubia iudicem facerent, & mellitis verbis venenum propinarent, dicentes: *Omnes ſunt docibiles Dei*, & illud ſapientiæ; *Cum ſimplicibus ſermocinatio eius*: item; *Vnctio eius docet nos de omnibus* & Apoſtolus Thimotheo diſcipulo, *Dabit tibi Dominus in omnib. intellectum*: Tu potes habere Spiritum ſanctum, & gratiam intel-

Eſa. 54. Ioan. 6. Prou. 3. 1. Ioan. 2.

intel-

intelligendi Scripturas perinde atque Apoſtoli, nam & illi fuerūt idiotæ; his enim & ſimilibus blandis verbis, & adulatoriis, ſeducunt corde innocentium.

III. Ratio ab incommodis artium, & ſcientiarū.

Tertio, hæc translatio in vulgares linguas, magnæ imperitiæ in Eccleſia eſſet cauſa. Nam ſi hodie patria lingua eſſent aut legenda Canonica ſcripta, aut celebranda Eccleſiaſtica officia, deſiderarentur tot ſcientiæ, diſciplinæ, bonæ artes, maxime vero ipſa cæterarum ſcientiarum regina Theologia, vniuerſique Sacerdotes inſcitia laborarent, & populus Chriſtianus ignorantia earum rerum, quas ſcire tenetur, premeretur. Quod liquidum redditur, quia tunc nemo eſſet, qui linguas, aut literas, aut ſcientias addiſcere vellet, in quibus tamen ſunt artes, aut diſciplinæ conſcriptæ, ſed lingua vulgari eſſent contenti, in qua & ſacras literas legerent, & diuina Officia celebrarent: vt experientia olim docuit. Nam in Occidente, etſi elegans, & vtilis eſſet linguæ Græcæ cognitio, eam tamen nemo, aut quam pauciſſimi addiſcebant, quod eſſet rarus eius vſus. Tolle enim vrgentem neceſſitatem ſcientiæ alicuius, tolle vtilitatem; quis volet aut linguis, aut ſcientiis operam dare? Quare qui doctiores eſſent, linguas non attingerent, nec ad præbendas, canonicatus, & Epiſcopatus aptiores cognoſcerentur; & vix vnus, aut alter linguæ Latinæ incumberet: ablata enim linguæ Latinæ notitia. quis ex Auguſtino, vel Hieronymo, vel Ambroſio, aut Oecumenicis Conciliis, aut ex Canonibus, & decretis aliquid proferret in medium? tantum ſuas quiſq; cogitationes, & ſomnia produceret. Deinde ſi Miſſæ ſacrificium, & diuina officia patria lingua peragantur, omnes libri ſacri, Theologicæ diſputationes, Canones, & inſtitutiones ſacerdotum ad vulgarem ſermonē traherentur, & materna lingua omnia cōſcriberentur; cum myſticum ſacrificium finis ſit omnium eorum, quæ in Eccleſia fiunt. Vellet præterea populus citari ſibi Scripturam eadem lingua qua ſcripta eſt, vel qua canitur; ne alia lingua citata fucum ſibi fieri, aut à concionatore, aut à presbytero celebrante exiſtimaret. Imo omnes Scripturæ interpretationes eſſent vertendæ in vulgarem linguam, vt illis commode vti poſſent ad illius intelligentiam: nam id vſu factum videmus, vt vniuerſi Theologi, tam Latini, quam Græci, & Hebræi, in ea lingua ſcripſerint, & diuina officia peregerint: quemadmodum etiam hodie nouatores faciunt atq; in eum finem opus eſſet vniuerſos ſacros Doctores in vulgaribus; & patriis linguis interpretari ipſas Scripturas. Opus etiam eſſet omnes ſacros Doctores in patrias linguas conuerti, quia & omnes artes, & ſcientiæ in Academiis tradi, ac prælegi eadem lingua deberent. Et ita magna ignorantia illos conſequeretur, quia aut non eſſet qui verteret, aut talem qui recte interpretaretur: quia in quacunque lingua vulgari cuiuſuis prouinciæ, vel vrbis non poſſent viri docti inueniri, qui tam multos libros Latino ſermone cōſcriptos interpretari, aut excudere poſſēt. Quæuis enim prouincia ad hoc non ſufficeret, nec tot viris doctis abundaret, vt poſſet interpretari, ſcribere, aut excudere tot libros, quot ſunt in religione vtiles, & neceſſarii. Adhæc vna prouincia cum ſibi ſufficiens eſſe nequeat; alterius tamen linguæ ſcriptis, & excuſis libris ob defectum vti non poſſet. Certum item eſt, plura in celebrioribus ciuitatibus, & regionibus eſſe celebriora ingenia, & plures in pluribus viros bonos, & doctos inueniri, quam in vna tantum ciuitate, aut regione, qui poſſint ſacras literas interpretari, populum Dei in fide, & moribus erudire: quæ ſi vna aliqua communi lingua ſcribantur, ad omnium Fidelium vſum, & ſingulorum poterūt pertinere. Secus vero eſt, ſi ſinguli ſua quiſque lingua ſcripſerint; nam tunc alterius linguæ hominibus certe non proderunt; & ita imminueretur doctrina, & pietas, omnis eruditio, & ſciētiarum communicatio, & immiſcerentur tenebræ, & ignorantia, & regnaret ruſticitas, & idiotiſmus. Quod etiam confirmatur: quia ſingulorum ingenia aliorum ſcriptis perpoliuntur, & exacuuntur. Tandem experientia illud compertum eſt, eas Regiones, quę voluerunt Sacrum Miſſæ, & Diuina Officia in ſua lingua peragere, admirabili, & craſſa laborare ignorantia, eſſeque hodie idiotas, & imperitas, aut certe hæreticas, & ſchiſmaticas, & nullum cum cæteris fidelibus habere commercium. Tales ſunt Ægypti, Armeni. Æthiopes, Bohemi, Ruſſii, Dalmatæ, Moſchi, & ſimiles. Id pręterea ſæpe vſu venire ſolet, vt cum aliquid ſtatuitur ad mores corrigendos, & experientia docente, & viſis incommodis deprehēditur plus nocuiſſe, quam profuiſſe, tunc abrogetur lex in totum: nec tantum in Reipublicæ æternæ gubernatione, ſed etiam Eccleſiæ, & legibus eius, vt accidit in vigiliis nocturnis, quatū meminit Tertullianus lib. 2. ad vxorem, & Hieronymus aduerſus Vigilantium, & in capit. Matthæi 25. indicat fuiſſe Eccleſiæ traditionem: quæ tamen poſtea in Concilio Elibertino,

Græca lingua in Occidente cum minime floruerit.

II. incommodum.

III. incōmodum.

IV. incōmodum.

V. incommodum.

VI incōmodum.

VII. incōmodum.

VIII & vltimum.

Quæ gētes vulgari lingua celebrant officia diuina, ſacrum Miſſæ ſacrificium, leguntque Scripturas quid mali patiantur. Leges quæ ritus, ac conſuetudines, vel Eccleſiaſticæ vel ciuiles, & humanæ ſoleant antiquari.

Tertull.
Hier to. 2. in princ.
Idem to. 9.

capit

Concil. Eliber. capit.35 prohibetur, ne ſcilicet fœminæ ad eas ſe conferant. Euchariſtia olim dabatur *Euſe.to.1.* manibus, vt Euſebius docet libro 6. Eccleſiaſt.hiſtoriæ,capite 34. Nemo autem diceret, hodie reuocandum eſſe illum moré, *Act.15.* aut imitandum. Sic etiam ab Apoſtolis præceptum fuit pro ratione illius temporis, vt abſtinerent ab eſu ſanguinis,& ſuffocatis,& idolothytis: quod paulo poſt reuocatum *1.Cor.11.* eſt. Præcipit item Paulus mulieres orare velato capite in Eccleſia: quod nunc etiam in multis Prouinciis non obſeruatur, imo etiam ipſum Miſſæ ſacrificium vulgari lingua celebratum apud nonnullos, qui illo vtebantur, in deſuetudinem poſtea venit, vt apud Morauos, & nonnullos ex aliis locis: quod intellexerint nullam vtilitatem, aut fructum oriri, ſed potius varia incommoda. Quare omnes hodie, qui Catholicæ ſunt communionis, eadem lingua, hoc eſt, Latina, rem diuinam Latine faciunt. Quamobrem ſi vſus is eſſet iam receptus, vt patria lingua diuina Officia celebrarentur; tamen eſſet adhuc abrogandus vt noxius; cum experientia docuerit eſſe inutilem, vel incómodum.

Sacrum vulgari ſermone celebratũ, quibus tandem deſueuerit.

Probatur minus expedientem eſſe diuinorum, ac Miſſæ celebrationẽ in lingua materna.

Quarto, probamus non expedire, Officia ſancta, ac Miſſam ſermone materno celebrari, idque inprimis ob incertam varietatem,& multitudinem verſionum. Nã primum præberetur occaſio vt fierent adulterinæ translationes, & incertæ tum à piis, & impiis, tum à doctis & indoctis; & non in vna tantum prouincia, ſed in ſingulis, & diuerſis, vt nunc in Germania videmus. Nam Lutheri verſio in plus quam ſexcentis locis adulterata deprehenditur, neque tantum à Catholicis, ſed etiam ab ipſis Hæreticis. Nam ſi conferas translationem Zuinglij cum illa Lutheri, in pleriſque rebus, & quidem grauibus, diſcrepantiam, & repugnantiam habet. Simile, ſi conferas cum illis duabus reliquas, quæ in illa prouincia hodie extant, certe non minora, aut potiora reperies diſcrimina. Præſtat ergo ab Eccleſia approbatam omnes amplecti. Hinc Hieronymus in Prologo Euangeliorum ad Damaſum, teſtatur, conſcribere fuiſſe coactum verſionem Scripturarum, quę ab Eccleſia comprobata fuit: eo quod tunc tot eſſent exemplaria Latina, quot codices.

Scripturarum in linguam German cam Lutheri translatio quam mẽdax, atque corrupta.

Hieronymus cur nouam verſionem fecerit Scripturarum, ipſo teſte. Hiero.to.3. prope init.

II. Ratio.

Deinde diuerſa regna non ſolum in vno idiomate non conueniunt, vt Italia, Germania, Hiſpania cum cæteris, ſed etiam eiuſdem regni ſingulæ fere prouinciæ aliquando ſic differunt, vt nec parum, vel ne verbum quidem aliarum intelligant: vt conſtat de Hiſpanica, & Cantabrica. Imo ipſæ ciuitates dialectis differunt, vt ciuis difficile ruſticos capiat; vel è contrario ruſtici ciues. Quod ſi ſacrum, & diuina Officia materna lingua ſunt celebranda; non tantum in linguas diuerſorum Regnorum eſſent Scripturæ vertendæ, ſed etiam diuerſarum prouinciarum; & non tantum diuerſarum prouinciarum, ſed etiam ciuitatum, & pagorum, & villarum, quæ idiomate differunt: eſſetque illud regnum plus quam Babylonica confuſio, in quo Fides facile periclitaretur. Docti etiam, & prudentes viri aſſerunt linguas mutari ſolere ſingulis trecentis annis, quemadmodum in Hiſpania hodie apparet, & in aliis regionibus, in quibus quædam ante trecentos annos ſcripta vix intelliguntur: idque accidit breuiori tempore, ſi regnum illud bellis agitari contingat, aut externarum linguarum habeat commercium; quia tunc plures in lingua fierent mutationes. Solent etiam linguæ ſingulis viginti annis aliqua ex parte mutationes facere, vt ſex, vel octo vocabula innouentur, phraſes etiam mutentur. Quare cum tale aliquid contingeret, opus eſſet vt hæc iterum atque iterum pro obſoletis vocibus inſtituenda, vel inuocanda eſſent in Miſſa, vel Officio diuino: quod ſine Fidei iactura non fieret, quia fortaſſis ille male verteret, qui nouum vocabulum pro veteri ſubſtitueret: & ita periculum eſſet, ne Fides cum vocabulo innouaretur. Etſi non mutaretur illud vocabulum, is qui audiret, tanquam obſoletum, irrideret & vocabulum, & ſacerdotem ea voce vtentem; & ita obreperet Fidei antiquæ obliuio, & Traditionum Apoſtolicarum. Præſtat ergo vna lingua Latina per totum Occidentem rem Diuinam facere, vt vnitas Fidei ſeruetur, & poſſint omnes intelligere, & intelligi, quam plures vulgares, quæ conficiãt Babylonicam confuſionem.

Non eadẽ ſemper lingua in vno regno, vel prouincia, imo etiam ciuitate, ſed interdum, ac diuerſæ reperiũtur.

III. Ratio à mutatione linguarum.

IV. Ratio à mutatione vocum ac phraſiũ.

Quinto, producendæ ſunt rationes ab incommodis multis quæ ſequerentur, ſi Miſſa celebraretur idiomate vulgari. Primum enim aut parua, aut nulla vtilitas inde ad populum proueniret: non enim intelligeret ſacras literas, etiamſi maxime vulgari lingua ſcriberentur, cantarenturve. Quotus enim quiſque eſt, qui Pſalmos, Iobem, Eccleſiaſten, Prophetas, Epiſtolas Pauli, & Apocalypſin intelligeret, etiamſi in literis humanioribus, linguis, philoſophia, & Theologia exercitatus eſſet? Imo ſi nullæ dicendæ, vel audiendæ preces, niſi quas omnes intelligerent, nullus eſſet amplius in Eccleſia futurus Pſalmorum vſus, cum vix à Doctoribus intelligantur: vix etiam

Incommodare cenſentur, quæ diuini myſterii celebrationem conſequerentur in lingua materna.

I. incommodum.

II. incommodum.

2. Pet. vlt.

tiam Propheta vllus legendus eſſet; nec Epiſtolæ Pauli, in quibus multa ſunt difficilia intellectu: pauciſſimi item intelligunt Dominicam orationem, etiam in vulgari ſermone interpretatam, vt nihil dicam de ſenſu: & ita populi illam contemnerent; Alij rurſus opificiis intenti, vt mercaturæ, agriculturæ, militiæ, minime curarent, atq; negligerent.

III. incommodum.

Adhæc experientia docet, hos, quorum eſt deſiderium legere Scripturas in vulgari idiomate, errore aliquo depravatos, vel infectos eſſe: & vt errorem confirment, vel videri poſſint coram aliis ſcioli, & Catholicorum contemptores, id appetere: vnde & populus legeret nōniſi ad cōfirmandas ſuas prauas opiniones.

IV. incōmodum. *Geneſ 3.*

Hæc nimia etiam intelligendi Scripturas pluſquā oportet, curioſitas, non alium fructum noſtro ſeculo peperit, quam quem attulit primis parentibus infelix ille ligni ſcientiæ boni, & mali eſus. Nam vt illi à dæmone decepti, ita iſti per hæreſes à concionatoribus Satanæ organis, ac veluti ſerpentibus ſeducti ſunt.

V. incommodum. *Innoc. III.* *1. Cor. 12.*

Fac item vt iſti legant, & intelligant; deſiderabunt videri Sacerdotibus doctiores, & illos ſupercilio contemnent, vt dixit Innocentius III. in Epiſtola ad Epiſcopum Metenſem. Sed nunquid, vt ait Paulus, omnes Apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores?

Lutherani Scripturas in propriū idioma vertendo, quid feciſſe videantur inepti, ac ridiculi.

Hæc tamen Scripturarum profanatio verius quam interpretatio, ſi Deo placet, effecit tot ſartores, & piſtores apoſtolos, & doctores, atque prophetas mirabili metamorphoſi: & quod magis eſt ridiculum, tot ſutrices, ſartrices, & piſtrices in prophetriſces, & apoſtolas, atque doctrices conuerti. Quarum cum nuper vetula quædam concionatorem dicentem coram omnibus reprehendere eſſet auſa: reſpondit ei Concionator verbum Pauli: *Mulieres in Eccleſiis taceant: non enim permittitur eis loqui ſed ſubditas eſſe ſicut & lex dicit. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent.*

1. Cor. 14. Quid dicendum in Eccleſia docere volentibus. *Hiſt. trip. li. 7. cap. 36. ſub fin.*

Et Baſilius Valentis archimagyro Demoſtheni dicto: *Tuum eſt*, inquit, *de pulmentariis cogitare, non dogmata diuina decoquere.*

Partes Miſſæ quę nam iſtæ. *Dion. li. de eccl. hiera. c. 3. part. 2.*

Et cum Miſſæ partes ſint, Introitus, Doxologiā ſanctiſſimæ Trinitatis, Orationes, Epiſtola, Euangelium, Offertorium, Præfatio, & Miſſæ Canon, Oratio Dominica, Gratiarum actio, & Benedictio: omnia fere ex Scripturis deſumpta: certe verba Conſecrationis aperte dici non decet, vt ait Dionyſius. Si Epiſtolam, & Euangelium, & Pſalmos legere volunt, habent illos interpretatos per paſtores ſuos: habent & in ſacris Bibliis proprio idiomate conſcriptis, quæ ordinarii Epiſcopi facultate tutius legere poſſunt, vt habetur in Indice librorum prohibitorum editio Romæ per Pium IV. Pont. Max. ex Concilii Tridentini præſcripto, & voluntate.

Regula 4. indicis.

Reſpondetur dicenti: volo ipſe ſacrū in mea lingua audire non autē peregrina.

Dicet quis, Volo ipſam Miſſam vulgari idiomate audire. Reſpondebitur tibi: Sed non expedit: quia Miſſæ ſacrificio omnes indifferenter intereſſe debent, & illud audire, non tu ſolus: & in populo ſunt multi indocti, impii, idiotæ, imperiti, ſuperſtitioſi, qui illis abuti poſſent.

VI. incōmodum *Miſſæ vulgaris.* Quid in officiis Diuinis, & in Miſſa peragatur.

Præterea populus in genere nouit quid in Miſſa, & diuinis officiis agatur, nimirum Chriſtum latria coli, & ab eo peti beneficia pro populo, & offerri illi Euchariſticum ſacrificium pro acceptis beneficiis, & pro aliis impetrandis.

VII incōmodum.

Amplius, in Eccleſia, ſi non ſit communis aliqua lingua, ſed ſingulæ prouinciæ ſuis quæq; vulgaribus vtantur, magnum ſequeretur incommodum, nempe concilia Generalia in Eccleſia Dei celebrari non poſſe. Nam quid, quæſo, ibi agerent Patres non communicantes in aliqua lingua, vel Græca, vel Latina, niſi quod olim apud turrim Babel, vbi tot erant linguæ, quot pene homines?

Geneſ 11.

I. Ratio cur Scripturas, Diuinum officium, Miſſamque ſacrificiū in lingua Latina retinere debeamus.

Nam ſi pro Latina, in qua Scripturæ, Miſſa, & diuina officia celebrantur, illam addiſcimus, plane Hæretici nos volunt fieri, & dici barbaros, exploſa lingua Latina. Illam ergo à maioribus noſtris iure traditam tanquam auitam cōſeruemus, ac mordicus retineamus, ad totius Eccleſiæ vtilitatem, in qua quædam antiquitatis grauitas, & reuerentia ſic remanet (quod in ornatum etiam cedit diuini Officii) & maieſtas quædam, quæ diuinis Scripturis conciliatur, diuiniſque Officiis, dum ita conſeruantur, & recitantur in Eccleſia, ſicut tradita ſunt à Deo, & à primis ſcriptoribus Apoſtolis, & Prophetis, iiſdem verbis, eiſdemq; characteribus conſignata, & à primis interpretibus, qui eas in Latinam linguam tranſtulere.

II. Ratio, à Latini ſermonis præſtātia.

Eſt etiam illud non diſſimulandum, nullum barbarum idioma extare, quod in elegantia, ornatu, & pulchritudine, & ſermonis proprietate conferri poſſit cum Latino. Nam Occidentis linguæ vulgares adeo ſunt barbaræ, vt quædam præcipue magis ſtridoribus, & ſibilis, quam vocibus articulatis aſſimilentur, ita vix ſcribi, nedum proferri poſſint: quemadmodum de Cantabrica in Hiſpania, & Hybernica in Septentrione perſpici, & intelligi poteſt.

III. Ratio ab eiuſdē communicata.

Eſt autem Latina lingua communis, vniverſalis, doctiſſima atque elegantiſſima, & quam omnes alterius idiomatis facile addiſcere poſſunt.

Aliis rurſum rationibus.

Sexto entendum eſt, vt bonis rationibus

idem dogma pro Latina verſione diuinorum officiorum cõſtabilitur.

B. Baſil. t. 2. prope fin.

Dionyſ. Areopagita.

Quibus duntaxat Dionyſ. diuina myſteria volebat eſſe communia.

2. Timot. 2.

Idem.

Orig. t. 1.

Cur Moſes Templi ſecretiora nõ omnibus aperta eſſe voluerit, ſecundum Origenem

Greg. Nazianzen. tom. 1.

De Deo diſſerere, quare non omnium, teſte Nazianze.

Synod. Trid.

Dionyſ.

B. Chryſ. t. 2. in princ.

Duplex cauſa adfertur, Chryſoſtomi nimirum & Ambroſij, cur Catechumeni conſecrationis tempore abeſſe debebãt.

Ambr. t. 4.

Qui libri ſacri ſtudioſis nondũ tricenariis apud Iudæos minime permittebantur, & quare.

Hier. in c. 1. Ezech. t. 5.

Exod. 12.

Infra. 19.

Non omnibus niſi paucissimis, credi-

bus confirmemus, Sacrum, ac diuina Officia non decere vt vulgari lingua celebrentur. Nam in primis Baſilius libro de Spiritu ſancto, capite 27. & 29. quædam eſſe tradit ſecreta, & non euulganda in diuinis myſteriis: & Dionyſ. libro de Eccleſiaſtic. hierarch. capite primo in princip. Timoth. monet, ne diuina myſteria paſſim rudibus, & profanis euulget; ſed adhibito perſonarum delectu, quibuſdam ſui ſimilibus tantum communicet. Quod videtur ſimile eſſe præcepto Pauli: *Hæc commenda fidelibus hominib. qui idonei erunt & alios docere.* Idem docet in fine ſeptimo capitis eiuſdem libri Efficientes, inquit, conſecrationis preces fas non eſt ſcripto interpretari, neque ipſarum arcanum è ſecreto in publicum efferre Origenes homil. 5. in librum Numerorum, ob id aſſerit, Moſen non eſſe paſſum, vt omnia quæ erant in templo, omnibus eſſent peruia; quod ſciret res vſu tritas expoſitas eſſe contemptui: quod vero repoſitum, & rarum, habere admirationem, & reuerentiam. Nazianzenus lib. 1. Theologiæ: *Non eſt omnium,* inquit, *de Deo, deque diuinis rebus diſſerere, quod nec omnia nec omnibus, nec omni loco ſunt propalanda.* Ideo Concilium Tridentinum Seſſ. 22. can. 9. Eccleſiæ ritum probat quo ſecrete Canonis partem pronunciamus, quæ ſecreta in ſecretis vocamus Vnde in Miſſa Conſecrationis tempore Catechumeni à Myſteriis arcebantur, vt ait eodem libro Dionyſius capite tertio parte 11. Chryſoſtomus hom. 24. in Matth. in id; *Ne forte conculcent ea pedibus ſuis, &c.* Nã *& myſteriis,* inquit, *ideo clauſis ianuis celebramus & eos qui nondum initiati ſunt, adeſſe prohibemus: non quia infirmitatem myſteriorum aliquam deprehendimus: ſed quia ad participationem eorum illi quos arcemus, infirmi ſunt.* Ambroſius vero aliam reddit rationem libro 6. de ſacram. capite 4. *Quia ineffabilibus myſteriis,* ait, *nulla res magis quadrat, quam ſilẽtium.* Hoc etiam indicabant olim Iudæi: nã Cantica Canticorum, & prima capita Geneſeos, principium & finem Ezechielis, non permittebant legi, niſi ab eo, qui trigeſimum annum expleſſet, vt teſtatur Hieronymus in Ezechielem: eo quod ſint in illis difficilia quædam & ſecretiora diuini amoris myſteria, quæ populus non poſſet capere. Agnus intra ipſas domos, & in noctis ſilentio manducabatur: Moſes ſolus aſcendit in montem, cum legem eſſet à Deo accepturus, & populo Iſrael illam promulgaturus, & eo accedere populus prohibetur ſub interminatione mortis: & Moſes aſcendit ad verticem montis, vbi ſolus docetur de tabernaculi, & arcæ fœderis conſtructione, Exod. ca. 25. Tabulaſq; lapideas legis bis accepit, Exod. 32. & 33. Neque cuiquam licebat accedere, niſi ſolis Sacerdotibus. Panes Propoſitionis intra tabernaculum poſiti erant, quibus veſci non poterant niſi ſoli Sacerdotes, & Leuit. 24. præcipitur Moyſi, & filiis eius, vt efferrent eos in tabernaculum, ne publicarentur: Ignem intra tabernaculum ſoli Leuitæ & Sacerdotes accendebant. Nomen quoque ineffabile Iehouah, intra Sancta Sanctorum ſummus Sacerdos ſolus proferebat. Multa denique fuerunt populo circa diuina myſteria fuerunt prohibita, quod ſic deceret ipſa diuina myſteria reuereri, venerari, & occultari: & legem ab ore Sacerdotum requirendam populus docetur, non autem mittitur ad legendam ſcripturam. Hilarius in Pſalmum 2. & Origenes hom. 5. in Numeros referunt, Moſen non ſolum accepiſſe legem in monte Sinai, ſed etiam eiuſdem legis ſecretiorem enarrationem, & Rabbini hoc idem confirmant. De Gentilibus legimus apud Feneſtellam libro primo capite 13. carmina Sibyllarum tanta religione culta, & aſſeuerata, vt duobus tantum Magiſtratibus prudentiſſimis liceret legere: deinde decem, in quos ille dum magiſtratus fuit mutatus. Cicero lib. 1. de legib. ſacra putat melius in Republica conſeruari, ſi à patribus accepta, ab illis tantum prodantur. Clemens lib. 5. Stroma. ait, Ægyptios non quibuslicet myſteria commiſiſſe, ſed iis qui erant in regnum peruenturi, & qui ex Sacerdotibus educatione, doctrina, & genere eſſent probatiſſimi. Refert etiam Platonem, Pythagoram, Ariſtotelem, & alios Philoſophos, & Poetas, & ipſum Orpheum, multa ſecretioris doctrinæ documenta occultaſſe. Scribunt Hyparcum Pythagoreum de ſchola fuiſſe expulſum, quod aperte ſcripſerit decreta Pythagoræ; & propter ipſum, tanquam propter mortuũ, factam eſſe columnam. Multa ibi Clemens recenſet de Platone, Epicureis Stoicis, & Peripateticis. Ægyptij etiam quædam occultabant per ea, quæ apud ipſos vocantur Adyta. Hebræi per velum templi innuebant non licere eo adire. Hinc prophetiæ, & reſponſa oraculorum dabantur per ænigmata. Ægyptij literis hieroglyphicis tegebant myſteria, vt Orpheus Linus Muſæus, Eſaias capite 45. prædixit in perſona Dei Patris ad Filium incarnandum *Dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum.* Pyndarus quoque, vt idem Clemens refert: Non licet, inquit, apud omnes veterem aperire orationem, niſi fideliſſimis ſcientiæ viis. Iulianus libro ſeptimo Hi-

ta fuiſſe diuina myſteria, plurimis Scripturarum exemplis oſtenditur.

Infra. 25.

Infra 32.

Supra. 29.

Matth. 12.

Leuit 24.

Supra. 6

Nomen quod Dei ineffabile ſolus proferret ſummus Sacerdos.

Malach. 2.

Iudæi a quibus legem diſcere debebant tantummodo

Hilarius.

Orig. to. 1.

Exod. 19.

Feneſtella

Romani verſus Sibyllinos quorum tãtum hæc & curæ crediderunt.

M. Tull.

Clem. Alexan. interint. circiter med. tom. 2.

Ægyptij quibus dũtaxat conſignarent myſteria, teſte Clem

Hyparchus de ſchola cur Pythagoreorum expulſus.

Velum tẽpli quid innueret Iudæis.

Eſai. 45.

Pyndari, & Iuliani Imp. ſententiæ de ſilẽtio ſecreto rum.

Clem. li. 9. Strom.

Hiſt. Trip. part.

ſtoriæ Tripart. cap. 2. *Amat natura celari, nec diu ita myſteria Deus patitur in aures vulgi introire pollutas.* Et Plato Dionyſium monet, vt Epiſtolam continuo conſcerpat, ne in manus vulgi perueniat. Citat Euſebius libro duodecimo de præparat. Euangel. cap. 4. Platonem in Gorgia dicentem: *Caueas, ne rudibus hac omnibus committas. Hi enim nihil magis, quam has vtiliſſimas narrationes derident quemadmodum è contrario ingenioſi, ac ſapientes nihil magis admirantur.* Sic & diuina Scriptura res myſticas ad multos efferendas prohibet. Rex Tarquinius cum M. Tullium Duumuirum, quod librum ſecreta ſecretorum continentem, eius fidei, & cuſtodiæ commiſſum, Petronio Sabinio exſcribendum dediſſet, culeo ſutum in mare abiici iuſſit: vt docet Valerius Maximus libro primo capite de ſeruanda Religione: quia pari vindicta parentum, ac Dei violatio expianda eſt. Hermes in Aſclepio, cum de Deo, & diuinis tractaturus eſſet, ſic ipſum Aſclepium alloquens, ait; *Nullum voca alterum, ne tanta rei religioſiſſimus ſermo multorum interuentu venientium, præſentiaque violetur. Tractatum autem hunc Numinis maieſtate pleniſſimum, irreligioſæ mentis eſt multorum conſcientia publicari.* Hæc illi, & his ſimilia & ſentiebant, & ſcribebant ſola ducti ratione, & naturæ lumine: quanto magis cœleſti Dei lumine illuſtrati? Vnde Paulus ait: *Sapientiam loquimur inter perfectos*; & iterum: *Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Idem rurſus: *Ego fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus ſed quaſi carnalibus. Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.* Dominus quoque apud Lucam poſtquam legit in libro, poſtea plicuit librum, & clauſit, & reddidit miniſtro: quo facto nos admonuit pauca eſſe populo euulganda de diuinis rebus; multa autem occultanda, quæ captum eius longe ſuperant. *Vobis*, inquit, *datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem non eſt datum* etſi ſeorſum diſcipulis omnia ediſſereret. Sacramentum Incarnationis inter Angelũ tantum, & Virginem peractum eſt: natus Dominus, paſtoribus tantum, ac Regibus Magis manifeſtus fuit: poſt duodecimum annum vſque ad trigeſimum domi latuit: contra duodecim Apoſtolis maximũ Euchariſtiæ ſacramẽtum celebratum fuit: Chriſtus item ad diſcipulos: ianuis clauſis ſuſcitatus venit: ſuſcitatus etiam non omnibus apparuit, ſed teſtibus tantum præordinatis à Deo ſuſcitaturus quoque filiam archiſynagogi, præter patrem, & matrem puellæ, tres tantũ Apoſtolos admiſit; & coram tribus duntaxat Apoſtolis transfigurari voluit. Denique verbo docuit. Nolite ſanctum dare canibus: neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. Idem etiam indicat nomen Myſterij, quod eſt ſacrum ſecretum vel arcanum. Myſteria autem diuina paſſim euulgata, myſteria eſſe deſinebant. Cum ergo nihil ſacroſanctius, nihil auguſtius Euchariſtiæ myſterio, nunquam decuit ſermone vulgari celebrari.

Plato. epiſt. 1.
Euſeb. to. 1.
Tarquinij regis in quendam, qui librum ſecretorũ reuelauerat, ſeueritas.
Valer. Max.
Hermetis documentum ad Aſclepium de cuſtodia ſecreti.
1. Cor. 2.
2. Tim. 2.
1. Cor. 3.
Quare Chriſtus lecto libro illum plicuit, ac reddidit miniſtro.
Luc. 4.
Eiuſdem in ſecreto celebrata myſteria
Matth. 13.
Marc. 4.
Luc. 1.
Infra. 2.
Matth. 2.
Infra. 26.
Ioan. 20.
Act. 20.
Luc. 8.
Infra. 9.
Matth. 7.
Myſterium quid ſit.

Septimo probandum eſt, non opus eſſe vt omnes, quæ in Eccleſia recitantur, intelligant. Docet enim in primis Auguſtinus contra Epiſtolam Fundamenti Manichæorum, capit. tertio. *turbam non intelligendi viuacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit.* Idem ad Euodium: *Si propter eos ſolos Chriſtus mortuus eſt, qui certa intelligentia poſſunt iſta diſcernere, pene fruſtra in Eccleſia laboramus.* Hæc ille. Non quantum intelligas, ſed quantum credas, & quantum credendo ames, quærit Deus. Fit non raro, vt qui intelligunt, contemnant: qui non intelligunt afficiantur. Vnde Deus cor potius, & animum orantis, quam eius intelligentiam intuetur. Hilarius quoque libro 8. de Trinitate: Habet non tam veniam, quam præmium ignorare quod credas: quia maximum ſtipendium fidei eſt, ſperare quæ neſcias: at vero vltimæ impietatis furor eſt aut intellecta non credere, aut intelligentiam corrupiſſe credendi. Clemens Alexandrinus libro quarto Pædagogi: *Fides non ſapientum ſecundum mundum, ſed eorum, qui ſecũdũ Deum ſunt ſapientes, eſt poſſeſſio. Illa autem etiam abſque literis diſcitur. Eius autem ſcriptum quod & ad rudes, & ignarosque homines pertinet & eſt diuinum, vocatum eſt charitas, quæ eſt decretum ſpiritale.* Pondera quæſo fidem abſque literis diſci poſſe, & eius diuinum ſcriptum eſſe & vocari charitatem. Auguſtinus quoque libro 6. de Baptiſmo contra Donatiſt. capite 25. *Plerunque*, inquit, *precis vitium ſuperat precantis affectus.* Et infra: *Multi irruunt in preces non ſolum ab imperitis loquacibus, ſed etiam ab Hæreticis compoſitas, & per ignorantiæ ſimplicitatem, non eas valentes diſcernere, vtuntur eis, arbitrantes quod bonæ ſint. Nec tamen quod in eis peruerſum eſt, euacuat illa, quæ ibi recta ſunt, ſed ab eis potius euacuatur: ſicut in ipſo homine bonæ ſpei, & probabilis fidei, ſed tamen homine, ſi quid aliter ſapit, non inde euacuantur, quæ recte ſapit, donec ei Deus reuelet & quod aliter ſapit.* Hæc ille. Vides ergo, quod ſi quis hæreticas preces recitet per ignorantiam, eas bonas arbitrans; apud Deum nihilominus ex affectu quo dicuntur, & pietate valere, nec vtilitate ſua euacuari? Quanto magis qui certus ſit bonas eſſe preces, quas ignotas recitat, vel recitan-

Quod non ſit neceſſarium, preces in Eccleſia, vt exaudiantur, ab omnibus intelligi.
Aug. to. 1.
Idem epiſt. 102. ſub init tom. 2.
B. Hilar. nõ procul à princ.
Fidei maximum ſtipendium quod.
Clem. c. 40. verſus fin. t. 1.
Fidei diuinum ſcriptum quod & quomodo diſcitur teſte Clem.
Aug. to. 7.
Preces etiã ab Hæreticis compoſitæ, bona fide à rudibus, & ſimplicibus recitatæ, illis valent, ſecundum Auguſtinũ

recitantes audit, fructu ſuo non carebit? Origenes item homil. 20. in Ioſue latiſſime perſequitur vtilitatem precum, quas quis dicendo, & audiendo capit, etiamſi minime intelligat. Ait enim illas Deo placere, Angelos iis delectari, qui eas intelligunt, etſi ipſe recitans quid dicat, ignoret: his rurſus deterreri, ac fugari dæmones. Et ſicut incantator arcanis verbis quibuſdam ſerpentes expellit, etiamſi ipſe qui dicit, non intelligat, neque ſerpens, qui audit. Si enim creditum eſt, inquit, à Gentibus, quod per quædam carmina, quas præcantationes appellant, quibus iſtud artis eſt, inſuſurrantes, nominibus quibuſdam compellatis, quæ ne illi quidem qui inuocant, norunt, ex ſolo vocis ſono vel capiantur ſerpentes, vel etiam, de cauernis protrahantur abſtruſi: ſæpe autem & in corporibus humanis tumores, aut alia huiuſmodi voce ſola reprimere dicuntur; interdum etiam animæ ſtuporem quendam ſenius infligere, vbi tamen Christi non reſtiterit fides: quanto magis totius præcantationis, & carminis validiorem, & potentiorem ducendam credimus quamcumq; illum Scripturæ ſanctæ, vel ſermonum, vel nominum appellationem? Sicut enim apud Infideles contrariæ virtutes audientes illa vel illa nomina in carminibus, vel præcantationibus, adſunt & exhibent famulatum, & dant operam in hoc, ad quod inuocari ſe ex hoc, vel ex illo nomine ſenſerint, officij ſui rem quodammodo, ac miniſterij, cuius ſemetipſos mancipauerint, dependentes: eo magis vtique cœleſtes virtutes, & Angeli Dei, qui nobiſcũ ſunt, ſicut & Dominus de paruulis Eccleſiæ dicit: Quia Angeli eorum ſemper aſſiſtant in conſpectu Domini, videntes faciem eius libenter gratæ accipiunt, ſi ſemper verba Scripturæ, & horum nominum appellationes velut carmina quædam, & præcantationes ex noſtro ore promamus. Quia etſi nos non intelligimus, quæ de ore proferimus, illæ tamen virtutes, quæ nobis adſunt, intelligunt, & velut carmine quodam inuitatæ, adeſſe nobis, & ferre auxilium delectantur. Et paulo poſt ſubiungit locum Apoſtoli, ac ponderat: *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.* vbi ſpiritus (legit enim in plura li) intelligit virtutes, quæ animæ noſtræ in adiutorium datæ ſunt, & paſcuntur (ait) & reficiuntur ex auditu Scripturæ ſacræ, velut ex diuinis, & rationabilibus cibis. Imo & Chriſtus ipſe reficit, qui venit ad nos cum Patre, & Spiritu ſancto, iuxta id; *Ad eum veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus.* Hactenus Origenes. Ad hæc Matthæi 21. pueri clamarunt in templo, dicentes: *Hoſanna filio Dauid*, non intelligentes quid dicerent, aut quo d regnum peterent; & tamen Deo placuerunt: neque ſolum laudarunt Deum, ſed etiam laudem perfecerunt, vel potius laudem eorũ Deus perfecit. *Ex ore infantium*, inquit, *& lactantium perfeciſti laudem.* Chriſtus quoque dixit, ſi pueri, & rudes populi tacerent, lapides clamaturos. Nam ſi Apoſtoli filij Zebedæi, & Chriſto familiares putarunt Chriſti regnum eſſe carnale, atque terrenũ quid de rudibus populis clamantibus credendum eſt? Præterea ſi linguæ, in qua orationem fundis, neceſſaria eſt cognitio, multo magis rerum, quæ verbis ſignificantur, cognitio neceſſaria erit. At ſæpe contingit, vt pij ita oratione afficiantur, vt & verborum, & rerum obliti, & mente abſtracti, ac rapti, alia cogitent, ac meditentur: qua in re non ſolum non ſunt reprehendendi, ſed etiam ob tantum amoris affectum laudibus cumulandi. Multa item norunt fideles, etiam ruſtici, qui Latinæ linguæ ſunt imperiti, in oratione, quam publice ſacerdos Deo proponit, poſtulari à Deo pro populo; vt veniam peccatorum, pacem, ſanitatem, mentis, & corporis, gratiam, & vitam æternam, & hæc omnia per Chriſtum mediatorem. Nam vt vtilis ſit oratio priuata, vel publica, ſatis eſt, generalis rei petitæ, & eius à quo petitur, & eius per quem petitur, haberi cognitionem, at omnes volunt habere peccatorum remiſſionem à Deo Patre per Chriſtũ mediatorem, & per B. Virginis, & ſanctorum interceſſiones: hæc ergo ſatis erunt, vt ſint fructuoſæ tales preces, etiam non intellectæ. Accedit, quod non omnes preces recitantes, claram, & diſtinctam cuiuſque petitionis intelligentiam habent, ſed communem quandam, & confuſam, & in lege quidem ceremoniis, & ſacrificiis obumbratam & ſatis vtiliter orabant, ſi noſſent in genere illa eſſe ſigna, etſi diſtincte, & in particulari non intelligerent. Vnde Auguſt. li. 3. de doctrina Chriſt. c. 9. *Qui non intelligit quid ſignificet, ſignum*, inquit, *& tamen ſignum eſſe intelligit, nec ipſe premitur ſeruitute. Melius eſt autem vel premi incognitis, ſed vtilibus ſignis, quam inutiliter ea interpretando, à iugo ſeruitutu eductam ceruicẽ laqueu erroris inſerere.* Hæc ille. Perfecta ergo intelligentia verborum non eſt neceſſaria, ſed ſatis eſt generalis illa notitia, vt dixi, ad impetrandum aliquid à Deo.

Nec vero tantum oratio Eccleſiæ à populo non intellecta ſimplicibus prodeſt, ſed

Orig. to. 1.

Precum vtilitas, vel minime perceptarũ à nobis.

Exemplũ Origenis carminibus incantationibuſque.

Matth. 18.

1. Cor. 14. Pabulum animarum noſtrarum quod.,

Earundem paſtor Chriſtus. *Ioan. 14.*

Matth. 21.

Pſal. 8. Matth. 21. Luc. 19.

Matth. 20

II. Argum. quo etiam probatur, preces etſi minime intellectas, nobis tamen prodeſſe.

III. Argum.

Preces vt exaudiantur, quid tantummodo requiratur.

IV. Argum

Augu. to. 3.

Preces etiam Eccleſiæ, vel minime auribus perceptas prodeſſe fideli bus.

Innoc. III.

bus in errorem induceret. Deinde Innocentius III. ante 300. & amplius annos acriter reprehendit Abbatem Ciſtertienſem, & collegas eius, qui Scripturæ Canonicos libros Gallicè translatos paſſim laicis & mulieribus permittebant: ex qua translatione orta ſecreta conuenticula, contemptus aliorum, etiam Sacerdotum; ſeparatio à cæteris, ac ſui confidentia. Vnde & ſuſpecti de fide meritò habentur, & orta Sedis Apoſtolicę inobedientia, dicentium ſoli Deo eſſe obediendum. Et in hac re verſari ait vniuerſalis Eccleſiæ negotium, & fidei Chriſtianæ cauſam. Prætereà Ferdinandus Catholicus Rex Hiſpaniarum ſacra Biblia in vulgari lingua interdixit publico edicto, ne conuerſi ex Iudæis ad fidem, legendo vetus Teſtamentum, & præcepta Moſaica, facilè redirent ad vomitum. Pius IV. in regula quarta Indicis permittit, vt nonniſi iudicio Epiſcopi vel Inquiſitoris, cum parochi, aut confeſſarii conſilio lectionem librorum ſacrorum, à Catholico tamen interprete conuerſorũ laici legere poſſint, & bibliopolæ non poſſint vendere; regularis autem nonniſi facultate à ſuis prælatis obtenta, emere, vel legere poſſint. Concilium autem Trid. ſeſſ. 22. c. 4. de ſacrificio Miſſæ, & can. 9. eiuſdem ſeſſionis, damnat eos, qui dicunt, vulgari tantum lingua eſſe celebrandum.

Sacra Biblia in linguam Gallicam conuerſa quid pepererint olim, teſte Innocentio III.

Quare Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, Scripturarum in vulgarem linguam verſionem prohibuerit.

Pius IV Pontifex Max. Scripturarum eiuſmodi verſionẽ quatenus, quibuſque conceſſerit.

Trid. Synod

Quare non eſt concedendum, vt ſacrũ fiat lingua vulgari. Primùm, quia ipſi hæretici contra ius per fas, & nefas vſurpantes fecerunt, idque ex malè ſano conſilio, nullius legitimæ Eccleſiæ, vel Concilij expectato iudicio. Nam ſi hoc non expedit, nec decet, vt tot rationibus eſt comprobatum, negandum eſt, & dicendum illis: *Neſcitis quid petatis*, &c. *Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis*. Deinde, quia radix petitionis eſt hæreſis, qua intus laborant tam Lutherani, quàm Caluiniſtæ, vt ſciſſuras efficiant in Eccleſia, & vt iuſtas apud populum inueniant querelas contra Eccleſiam illud denegantem. Si verò Eccleſia concederet, vt poſſent petulanter in ſeipſos gloriari, & dicere, ſua tãdem contra Eccleſiam reſipuiſſe: quemadmodum de vſu calicis olim negato dicebãt, & de eodem conceſſo in quibuſdam prouincijs dicere cœperunt. Tertiò, aut petunt Catholici, aut hæretici: non ſanè Catholici, qui vſui Eccleſiæ per omnia acquieſcũt: ſi autem hæretici, deberent prius quàm concedatur, de hæreſi integrè reſipiſcere. Sed quomodo volunt iſti id ſibi concedi, quod ſua autoritate iam ſibi vſurparunt? Quare hoc illis concedere, nihil eſſet aliud, quàm eos in errore vel hæreſi confirmare. Adhæc ſancti Patres, Concilia Generalia, atque Eccleſia nunquam conſueuerunt hęreticis aliquid permittere, quod hæreſim ſapiat, ſed contrarijs conſtitutionibus, & decretis illorum morbo mederi voluerunt. Neque tantum hoc, quod leue videri poſſet, ſed multò minus peiora, vt Sacerdotum, & monachorum coniugium, vtriuſque ſpeciei vſum, nec religionis libertatem, nec, quam vocant, neutralitatem. Quemadmodum olim autoritate Apoſtolorum, ne communicarent cum Iudæis Chriſtiani, iudicatum fuit, Sabbati loco Dominicum diem celebrandum: & ex eadem cauſa ab Apoſtolis conſtitutum eſt tempus ad Paſcha ab illo Iudæo diuerſum, vt habes in octauo canone Apoſtolorum; ne cum Iudæis videlicet in Paſchate conuenire videamur. Deinde quamdiu durauit Sacerdotium Iudæorum, qui miniſtri erant reconciliationis, & tempore Apoſtolorum ſacerdotali officio fungebantur, non Sacerdotes, ſed presbyteri vocati ſunt: at ceſſante ſacerdotio veteri, nomẽ Sacerdotis à noſtris reſumptum eſt. Item, quia Manichæi dicebant, corpus Chriſti non eſſe verum, ſed exangue, & phantaſticum in Euchariſtia; ac proinde nos ſub vna ſpecie tantùm communicare, ob eam cauſam Leo Papa ſerm. 4. de Quadrageſima, & Gelaſius I. proprio decreto ſtatuerunt, vt omnes ſub vtraque ſpecie communicarent. Et quia Neſtorius vocabat Mariam χριστοτόκον, non θεοτόκον, decretum eſt in Concil. Epheſ. vt non tantum Chriſti Mater, ſed etiam Dei Mater appellaretur. Et quia Manichęi dicebant, die Dominico, & Sabbato ieiunandum, B. Ignatius epiſtol. ad Philip. dicit eos, qui hoc facerent, Chriſti interfectores eſſe, cùm tamen meritò ex deuotione peculiari fieri poſſit, & hodie præcepto Eccleſiæ in die Sabbati ieiunetur. Sexcenta huiuſmodi exempla producere poſſemus, ſi opus eſſet: verùm his tantum contenti eſſe voluimus.

Quibus de cauſis potiſſimum Lutheranis rem ſacram vulgari lingua faciendi poteſtas ſit neganda.

Matth. 20.
Iacob. 4.
II. Ratio.

Hæreticorum nequitia, & impudentia.

III. Ratio.

IV. Ratio, ab Eccleſiæ vniuerſalis vſu & conſuetudine

Hæreticis quędam ab Eccleſia negata ob latentem hæreſim.

Quænam Apoſtoli Chriſtianis cum Iudęis noluerint eſſe communia, ſimili de cauſa.

In quibus dogmatis Catholici olim cum hæreticis non communicauerint.

I de Euchariſtia.

Leo Papa.
Gelaſius I.

Secundum de virgine Deipara.

Tertium, de ieiunio in Dominica, & Sabbato.

Ignat epiſt. 8. prope fin.

Iam vltimus labor ſupereſt, vt reſoluamus quæ ex Scripturis, & Patribus, vel ab exemplis, & rationum momentis adferri in contrarium poſſent. Primùm igitur illud occurrit ſoluendum ex Apoſtolo deſumptum 1. Corint. 14. vbi ait: *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt*. Dicendum eſt, vt iam tetigi, in magna parte capitis huius agi non de lectione Scripturę, ſed de collatione ſpirituali, & exhortatione. Vt enim eremi cultores ſolebant conuenire, & inter ſe conferre aut de ſacris literis, aut de ſpiritualibus rebus, & negotijs; ita ab initio Eccleſiæ Chriſti cultores faciebant, vt conſtat ex Iuſtini Apologia 2. pro Chriſtianis. Ne autem fieret confuſio,

Hæreticorum in contrarium proponuntur argumenta, at que ſoluuntur.

1 Cor 14.
His verbis: Nã ſi orem lingua ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt, quo tendat Apoſtolus.

B Iuſtin. to. 1.

Præcipit Apoſtolus, vt tantum duo, aut tres loquerentur. Et quia in Eccleſia Corinthiorum quidam erant, qui donum linguarum iactare volebant, & lingua peregrina ſine fructu loqui; hos Apoſtolus redarguit. Quod autem de huiuſmodi collatione ſpiritualium rerum loquatur Apoſtolus, patet ex Patrum veterum expoſitione, vt Cypriani epiſt. ad Pompeium, & epiſt. ad Quintinum: Quam quidem expoſitionem laudat Auguſt. lib. 2. de Baptiſmo contra Donat. c. 8. cuius hæc ſunt verba: *Nam & illud ſic intellexit, quod ait Apoſtolus: Prophetæ autem duo, vel tres loquantur, & cæteri examinent, ſi alij ſedenti reuelatum fuerit, ille prior taceat. Qua in parte, inquit, docuit, & oſtendit multa ſingulis in melius reuelari, & debere vnumquemque non pro eo quod ſemel imbiberat & tenebat, pertinaciter congredi, ſed ſi quid melius, & vtilius extiterit, libenter amplecti. His vtique verbis, &c. non ſolùm eos admonuit ſibi conſentire, qui melius aliquid non videbant, ſed etiam eos hortatus eſt, ſi qui poſſent afferre aliquid, quo prior conſuetudo ſeruanda potius firmaretur: vt ſi tale eſſet quod refelli non poſſet, etiam ipſe oſtenderet, quam veraciter dixerit, debere vnumquemque non pro eo, quod ſemel imbiberat, & tenebat, pertinaciter congredi, ſed ſi quid melius, & vtilius extiterit, libenter amplecti. Sed quia tunc non extiterant, niſi qui ei conſuetudinem opponerent; defenſiones autem ipſius conſuetudinis non tales adferrent, quibus illa talis anima moueretur, noluit vir grauiſſimus rationes ſuas, etſi non veras (quod eum latebat) ſed tamen non fictas, veraci quidem, ſed tamen nondum aſſertæ conſuetudini cedere.* Hæc Auguſtinus. Eundem ſenſum ſecuti ſunt Ambroſius etiam, & Sedulius, Oecumenius, atq; Theodoritus in hunc locum. Idem colligitur ex verbis Apoſtoli dicentis; Duo, aut tres dicant, & cæteri diiudicent: at diuinas literas nemo diiudicat, nec interpretes: quare videtur loqui de exhortationibus, ſicut ibi: *Quod ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat.* Scripturæ etiam ſacræ tunc non inſpirabantur. Sic etiam habetur: *Mulieres in Eccleſiis taceant.* Mulieres autem nunquam celebrabant ſacrificium, aut preces publicas, aut diuina officia.

Confirmatur hic ſenſus Patrum teſtimonijs.

Auguſt. to. 7

Verba Cypriani in Concilio Carthaginenſi.

Ambr. to. 1.
Sedul.
Oecum c. 8.
Theod. par. 2.
1. Cor. 14.

Ibid. 30.

Ibid.

II. Argum. Caluini, & ſequacium.

Eſai 29.
Matth. 15.

Secundo obijcit Caluinus, ex precibus non intellectis nullam eſſe vtilitatem, ergo & priuatę, & communes orationes fundi debent lingua vulgari, ne de illis dicatur: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lõgè eſt à me.* Et hoc loco: *Si orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.* Reſpondeo, poſſe hoc intelligi vel de oratione alterius, quam vnus pro alio facit, ita vt oratio illius non ſit illi infructuoſa, niſi alter intelligat. Secundò, vt loquatur de oratione propria, ita vt per ſe non ſit vtilis, niſi oratio intelligitur. Primo modo falſum eſt: oratio enim Eccleſiæ facta pro populo, illi valet. Deinde Eccleſia precatur pro infidelibus & peccatoribus, qui tamen nec audiunt, nedum non intelligunt, vt ſuperius probatum reliquimus ex Scripturis, & teſtimonijs Auguſt. lib. de doctrina Chriſt. 3. c. 9. & lib. 6. de Baptiſmo contra Donat, cap. 25. & ex Origenis hom. 20. in Ioſu. Ibi verò: *Populus hic labijs me honorat, &c.* non eſt ſermo de oratione, ſed de ijs, qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et ſi velimus contrahere ad orationem, dico eos reprehendi hoc loco, qui qualibet lingua, etiam vulgata orantes, euagantur tamen animo, & non attendunt ad id, quod orant. Quod verò ait: *Mens mea ſine fructu eſt:* ſignificat, non eruditur intelligentia auditor, vt interpretatur Baſil. in Regul. breuior. c. ſeu interrogat. 278. Et in eis verbis non reprehenduntur ignota lingua vtentes, ſed illi, qui quamuis noto idiomate laudare Deum videbantur, eorum cor tamen longè à Deo erat, quia non amabant ex corde Deum, ſed ore, & ceremonijs tantum. Ideò ineptè hæc in Eccleſiam Latina lingua vtentem retorquentur. Satis enim eſt, quod affectus deuotione nutriatur, & in nonnullis etiam mens erudiatur.

Idem illud: Nam ſi orem lingua, &c. quo ſenſu minime dicatur contra Caluinum.

Aug. to 3.

Orig. tom. 3.

De quibus à Propheta dicitur: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.

Tit. 1.

Quid illud: Mens mea ſine fructu eſt, Magno Baſil.

Baſil. tom. 2.

III. Argum. Brentij Lutheri diſcipuli.

Tertio Brentius in confeſſione Wittemberg. cap. de Horis Canonicis producit Canonem, qui incit: Quoniam in pleriſque, de offic. ordinarij, vbi Innocentius Papa præcipit, vt iis in locis, vbi ſunt populi diuerſarum linguarum, proſpiciantur miniſtri, qui pro diuerſitate idiomatum officia celebrent, & Sacramenta adminiſtrent. Sed illud decretum non agit de quibuſcũque linguis, ſed tantum de Latina, & Græca, quia eo tempore non erant vulgares. Quoniam enim tunc capta fuerat Conſtantinopolis à Latinis, & cœperant eſſe Imperatores, & Epiſcopi Latini; permiſtique erant Græci cum Latinis, ob id in Concil. Lateranenſ. Græci petierunt vt eſſent duo Epiſcopi in vna ciuitate, vnus Græcus, alter Latinus. Pontifex verò reſpondit, non expedire vt duo eſſent Epiſcopi, ſed eſſent contenti vno Epiſcopo, qui proſpiceret ſibi de Sacerdotibus Græcis pro populo Græco, & Latinis miniſtris pro populo Latino, vt habetur in cap. 9 Concil. Lateran. ex quo ſumptum eſt illud caput. Et confirmatur, quia ſi eſſet ſermo de lingua vulgari, ab eo tempore in Italia lingua vulgari ſacrificium celebraretur, quod falſum eſt. Nam Beatus Thomas, qui floruit paullò pòſt, Latinè compoſuit

Innocentij III. Canon vt varij miniſtri ſint in vna ciuitate pro diuerſitate linguarum diuina officia celebrantes, quomodo intelligatur.

Concil. Lateranenſe.

poſuit officium de ſanctiſſ. Sacramento.

IV argument. item hæreticorum.

Quartò obijcitur: Finis præcipuus diuinorum officiorum, eſt populi ædificatio, vt ſæpè ait Paulus: Omnia ad ædificationem fiant: ſed ex lingua ignota nulla capitur ædificatio: vnde & Paulus dixit; *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*, &, *Malo in Eccleſia quinq; verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam; quàm decem millia verborũ in lingua.* Reſpondeo dicendo, non eſſe verũ quod aſſumitur, quod finis proprius diuinorum officiorum ſit populi inſtructio, & ædificatio, ſed potiùs cultus Deo debit⁹, iuxta illud: *Immola Deo ſacrificium laudis.* Deinde ad propoſitionem minorem reſpõdemus, quod qui ſunt capaces inſtructionis, vt plurimum nouerunt Latinè, & ſic aliquẽ fructum percipiunt: qui verò rudes ſunt omninò, etiamſi lingua vulgari dicerentur omnia, nihil vtilitatis caperent: nec propterea remanerent ſine inſtructione, quia tales per conciones paſtorum, & exhortationes frequentes inſtrui poſſunt, & debent.

Rom. 14. *1. Cor. 14.*

Diuina officia quem ad finẽ ſint potiſſimũ inſtituta.

Pſal. 49.

V argument. Kemnitij. *Act. 2.*

Quinto loco Kemnitius obijcit in examine Concil. Trident. Chriſtus prædicauit lingua vulgari, & Apoſtoli in Pentecoſte locuti ſunt varijs linguis, quæ maternæ erant in diuerſis prouincijs; nec tamen propterea verbum Dei per linguam vulgarem fuit inquinatum: nec igitur modò inquinaretur. Reſponſio eſt: Si conſequentia bona eſſet, cur igitur Apoſtoli ſcripſerunt Græcè, & nõ in linguis maternis? Magis tamen directè reſpondendo, dico diſcrimẽ eſſe magnum: quia in prædicatione Scriptura explicatur, & myſteria euoluũtur; ac propterea vt matres præmanſum cibum dant infantibus, & non integrum, eundem tamen panem: ita Chriſtus, & Apoſtoli in prædicatione magna myſteria, & difficilia Scripturæ præmãdunt, & tanquàm lac quoddam populo quaſi infanti porrigunt.

Loquendi, & ſcribendi varijs linguis nõ eadem ratio eſt, ſed diuerſa.

VI argument. eiuſdem.

Sextò, Kemnitius obijcit, Hieronymum teſtari, ſe vertiſſe Scripturam in linguam Sclauonicam: deinde Scripturas Hebræas verſas fuiſſe in Chaldaicam vulgarem, & in Græcam linguam per 70. Interpretes, quando erat vulgaris. Dicimus, Catholicos non aſſerere, periculoſum eſſe vertere Scripturam in linguam vulgarem: ſed tantùm docent non expedire, vt omnibus paſſim permittatur: nec debere publicè, & indifferenter legi. Quare quod dicitur de Hieronymo, fortè verum non eſt: & quanquàm hoc multi dicant, nullum locum tamen Hieronymi deſignant. F. Sixtus Senen. notauit, epiſtolam eſſe ad Sophronium: ſed nihil tale eſt in eo loco. Sed eſto ſit, vt ponitur; hoc tamen dicerem feciſſe Hieronym. ad conſolationem fidelium, & piorum, non tamẽ vt publicè legeretur, & à quibuſuis ſine diſcrimine euolueretur.

Quo ſenſu Scripturarum in linguã vulgarẽ verſionẽ Catholici non recipiant.

F. Sixt. Senen.

Hieronymus vt dicunt Scripturas in linguam Sclauonicam cur verterit.

Quod autem dicitur de lingua Chaldaica, quæ reuera potiùs eſt paraphraſis, quàm verſio: dico Iudæos nunquàm illa publicè vſos fuiſſe: nec apud Catholicos fuit in vllo pretio, propter multas falſas, & fabuloſas Rabbinorum expoſitiones, quas illi ſequũtur. Ad illud verò, quod 72. Interpretes verterunt in Græcam linguam: dicimus hoc magis facere pro Catholicis, quàm pro hæreticis. Quia Rex Ptolemæus Philadelphus non præcepit verti in linguam Ægyptiacam, ſed in Græcam, quæ communis erat omnibus. Quòd autem illa quibuſdam eſſet vulgaris, per accidens fuit: quemadmodum etiam Euangelium, & Epiſtolæ Pauli Græca lingua fuerunt conſcriptæ, etiamſi quibuſdam eſſent vulgares, & maternæ.

Soluitur hoc: Iudæi Scripturas in Chaldæã linguam habuere conuerſas.

Id etiam: Scripturas in Græcam linguam, peregrinam ſcilicet, 70. Interpretes tranſtulere, quàm leue, & infirmum.

VII. argumen.

Septimò, certum eſt, inquiunt, Rhutenos, & Ægyptios, Æthiopes, & Armenos, & quoſdam alios celebrare diuina officia lingua vulgari, & cõceſſum fuiſſe ante 600. annos Morauis, vt lingua Sclauonica diuina officia celebrarent, vt teſtis eſt Æneas Syluius lib. de Origene Bohemorum, c. 13. Reſpondemus, nos non permoueri barbarorum exemplis, quemadmodum etiam exempla Lutheranorum, & Caluiniſtarum non mouent: neque nos negamus id concedi non potuiſſe, maximè in principio, vt tota prouincia ad Chriſti fidem conuerteretur, nec inter eos inueniebantur, qui tam facilè lingua Latina poſſent celebrare. Non tamẽ ſequitur propterea nunc ſimiliter fieri à nobis debere: quemadmodum initio primitiuæ Eccleſiæ promouebantur ad ordines etiam vxorati, eo quòd cœlibes non reperiebantur, quod tamen nunc nequaquàm licet. Ita licuit Morauis olim id concedere, modò tamen non liceret, niſi eadẽ, aut ſimili neceſſitate Pontifices ad concedendum cogerentur.

Æneas Syluii.

Cur olim, & quibus populis conceſſum, lingua materna vt diuina officia celebrarent.

Coniugati cur olim Epiſcopi creabantur, non modò.

VIII. argum. *B. Chryſoſt. to. 3 initio.*

Octauò, permulti producunt Chryſoſtomum paſſim exhortantem laicos, vt legant diuinas Scripturas: quod non poſſent facere, niſi ſcriptæ fuiſſent lingua vulgari. Ita enim docet homil. 10. in Ioan. & hom. 3. de Lazaro, & in Præfat. epiſt. ad Roman. homil. 9. ſuper epiſt. ad Coloſſ. & homil. 3. ſuper epiſt. 2. ad Theſſal. Demùm homil. 2. in Matth. 2. & alibi. Item quod hîc Hieronymus Paulam & Euſtochium fœminas adhortetur ad ſacrarum literarum ſtudium, & lectionem. Reſpondemus, Chryſoſtomi verba non eſſe ita accipienda, vt prima facie ſonant: nam eo tempore populus theatris, & ſpectaculis addictus erat,

Idem tom. 2. *Idem tom. 4. in princip.*

ita vt nec capaces, atque idonei Scripturas legerent. Vnde prædicta homilia de Lazaro ait, non poſſe quenquam ſeruari, niſi Scripturas perpetuò legit, quod falſum eſt, ſi verba eius vt ſonant accipiantur, ſed per exceſſum & hyperbolem dicta intelligenda ſunt. Similiter etiam homil.15. in Geneſ. *Nec in re iuſta, nec in iniuſta iurare licet.* Et homil.17. in Matthæum addit, neque in re neceſſaria eſſe iurandum: cùm tamen certum ſit, poſſe licitè iurari, & ſæpè Paulus iuramento confirmet dicta ſua. Chyſoſtomi ergo verba per amplificationem intelligi debent, quia populus ille Antiochenus aſſuetus erat iuramentis, etiam in minimis quibuſque rebus.

Idem tom.1.

Idem tom.2.

Non aſſerunt autem Hieronymus, aut Chryſoſtomus, vt omnes laici paſſim, & ſine diſcrimine ſacros libros legant, ſed adhibito delectu, vt qui tales ſunt, quales Paula, & Euſtochia, Marcella, Hedibia, Algaſia, & Principia virgines, boni, inquam & pij. Et reſpōdendum etiam, quod B. Bernardus monachis vinum petentibus, & Timotheum allegantibus reſpondit: *Fruſtrà ſibi quidam blandiuntur de exemplo Pauli hortantis diſcipulum non bibere vinum, ſed modico vti vino propter ſtomachum, & frequentes ſuas infirmitates. Qui attendere debent primùm quidem Apoſtolum minimè ſibi ipſi rem iſtiuſmodi ſuadere, ſed nec diſcipulum aquè expoſcere ſibi. Deinde non monacho hoc intimari, ſed Epiſcopo, cuius vita tenera adhuc & naſcenti Eccleſiæ perneceſſaria eſſet. Timotheus hic erat Da mihi alterum Timotheum, & ego cibo eum, ſi vis, etiam auro, & poto balſamo.* Sic ille. Et ego, da mihi alteram Paulam, & Euſtochium, & ſimiles alias, & non tātùm apertiores Scripturas, ſed etiam profundiores, & obſcuriores vulgari lingua permitto. Sicut Romana Eccleſia, & index librorum prohibitorum ex Concilij Tridentini decreto concedit.

Hieronymus laicis & Chryſoſtomus ſaciarum quatenus concedant ſtudium Scripturarum.

Bern ſerm 30 in Cant. in ſi.
Quid Bernardus monachis ſuis vinum poſtulantibus acutè reſponderit.
1.Tim.5.

Regul.4. indicis.

Poſtremò Scripturæ (aiunt) cōditæ ſunt in omnium, & ſingulorum fidelium vtilitatem, vt illis erudiantur, paſcantur, & contra hoſtes, qui ſub ſenſum cadunt, vel non cadūnt, muniantur, & ædificationem, & conſolationem accipiant. Ita enim Paulus dixit: *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem habemus.* Et iterum; *Omnis Scriptura diuinitùs inſpirata, vtilis ad docendum, ad arguendum, & corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia; vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Non eſt autem vtilis populo, niſi in lingua materna, ſiue patria loquatur, quò intelligi poſſit, vt erudiat nos de omnibus. Dicendum eſt, in minori propoſitione falſum aſſumi, non eſſe vtilem Scripturam niſi vulgari lingua ſcriptam, quia etiam Græca, & Latina vtilis, quando per paſtores, & prædicatores proponitur, & explicatur. Non enim vtilis, etiamſi vulgari lingua conſcripta ſit, aut infantibus, vel pueris, vel cæcis qui nequeunt legere, nec infinitis hominibus legendi ignaris, vt ſunt plebeij, ruſtici, & mulierculæ, & alij generis eiuſdem. Et vt infantulis edentulis non datur integer panis, ſed præmanſus, & eſus à matribus & redditus lac, iuxta illud Ieremiæ, *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*: ita Scriptura interpretata, & explanata alendi ſunt, & ita paſcendi omnes idiotæ, & literarum ignari in Eccleſia Dei. Alioqui fruſtrà viderentur eſſe in Eccleſia poſiti Doctores, niſi vt alios doceant, & ſacras literas interpretentur, vt habes Epheſ.4. & Chriſtus dixit: *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi*; quibus iubemur obedire, & quæ dixerunt, facere; & etiam de labijs, & ore Sacerdotum requirendam legem. Cùm enim altum eſt flumen, aut ingens eſt lacus, & ex eo vis ſitim extinguere, periculum eſt ne lapſu pedis incautè demergaris; & conſultiùs eſt hauſtam inde ab alio aquam, & domum allatā tutò habere. Adhæc ſi fons, aut puteus exiſtat, neque funem prælongum habeas, vel non hauries, vel ſi te nimium demiſeris, periculum eſt ne in eum cadas. Præſtat ex paruo fontis foramine, vnde ſcaturierit aqua commodè ad bibendum, vel ex aqua per aquarios, & aquæductores, quos non immeritò dixerim eſſe Doctores, & Paſtores, ſiue eorum ſcripta, bibere. Et certè ridendus eſſet, ſi quis non in poculo accommodo, ſed in dolio ipſo immerſo deorſum capite potare conaretur.

IX. argum. & vltimum.

Rom. 15.

2 Tim.3.

Scriptura quatenus vtilis.

Threnor 4.

1.Cor.12.
Epheſ.4.
Matth 23.

Malach 2.
Rudes ac plebeij homines è quibus fontibus tutò hauriant notitiam Scripturarum ac rerum ſpiritualium.

Neque verum eſt, plures hæreſiarchas natos ex doctis, quàm ex imperitis: quia nō defuerunt ex hac ipſa occaſione nati hæretici; id eſt ex vulgari lectione ſacrorum librorum, vt VValdus, ex quo VValdenſes, Begardi, Turrelupini, Albigenſes, & Anabaptiſtæ. Vanum porrò eſt quod aiunt noſtro ſeculo Lutheri, & Caluini diſcipuli, ſe cōſcientia vrgeri, & impelli ad hoc ſiue petendum, ſiue faciendum, & contra conſcientiam fas non eſſe quicquam facere: quia quod grauius eſt & deteſtabilius, facere nō verētur, quòd ſciſſionem in Eccleſia, & diuiſionem inducant, & ſuperioribus ſuis omni iure debitam, & præceptam obedientiam nō præſtent. Talis fuit illa Iudæorum conſcientia, qui veriti ſunt ingredi in prætorium Pilati vt non contaminarentur, ſed manducarent Paſcha, & non vrgebantur conſcientia homicidij inſontis, & ſan-

Falſum eſſe dictum hæreticorum Hæreſiarchas plures ex doctis quàm Indoctis prodiere. Quàm leue & illud eorundem peccaremus, niſi eiuſmodi verſionem ab Eccleſia peteremus.

Hæreticorum conſcientia qualis.
Ioan.18.

ctiſſimi

ctiſſimi viri, vel potius Deicidii. Dici ergo iſtis iure poteſt, vt deponãt falſam cõſcientiam, & Eccleſiæ ac Oecumenico Concilio ſe ſubdant, illique per omnia obediant. Et hic ſit finis huius cõtrouerſiæ, atque adeo Diſputationũ in priorẽ ad Cor. epiſtolam.

IN POSTERIOREM EPISTOLAM AD CORINTHIOS.

DISPVTATIO I.

In qua, de argumento eius, diuiſione, & vnde, & quando fuerit conſcripta, diſſeritur.

Cur poſteriorem hãc ad Corinthios epiſtolam ſcripſerit Apoſtolus.

PRima occurrit dubitat. quæ fuerit poſt priorẽ tã longã ſecundæ huius epiſtolæ neceſſitas; cum alijs multis Eccleſiis ſcribẽs, ſecũdã nõ addiderit. Hoc aũt in primis ſoluit, aſſerendo trib. de cauſis id factũ fuiſſe. Prima, quod aduentũ ſuũ ad eos in præcedenti fuerat pollicitus, nempe cap. 4. & poſtremo, quem tamẽ magnis neceſſitatibus diſtrictus, & Spiritu ſancto impediente præſtare non potuit: quam aduentus ſui dilationem hac expurgat epiſtola, ſe excuſans, & qua id factum ſit, ratione commemorans. Altera cauſa fuit, cum Corinthii à Paulo reprehẽſi, eius verbis profeciſſent: nam ſcortantem illum, qui vxorem patris ſui habebat, à conſortio ſuo excluſerant: pecuniã etiam pro fratribus, qui in Iudæa erant, collegerãt, & Timotheum à ſe tantopere commendatum, cum omni beneuolentia ſuſceperãt, & ad Paulum remiſerant, æquũ erat, vt illos pro huiuſmodi beneuolẽtia, atque adeo obedientia collaudaret, vt ſic in officio contineret. Non putauit ergo differendam hanc eorum laudem & commendationem vſque ad ſuum aduentum, quem tardiorem futurum conjectabat: ſed cõfeſtim his poſterioribus literis eos admonendos, & ſaluandos eſſe duxit: docens nos, vt officia, quæ præſtare noſtra præſentia nõ poſſumus, literis ſaltẽ datis exhibere nitamur. Tertia cauſa: In tanta multitudine improbi quidam ex illis, contempta Pauli authoritate: & beneuola volũtate, & charitatis plena obiurgatiõe, in ſua adhuc contumacia perſiſtebant, Apoſtolo & eius epiſtolis detrahebant, epiſtolas quidem eius graues, & fortes eſſe, præſentiam vero corporis imbecillẽ, ſermonemq; deſpicabilẽ, & alia his ſimilia. Cum talem igitur Eccleſiæ Corinthiæ ſtatũ apud eos eſſe intelligere; & talem ad eos venturũ ſe noſſet; has literas dedit ex Macedoniç prouincia, ea ratione, vt quod iam cœperat, perficeret, & quo omnia bene inſtituta in ſuo aduentu inueniret. Vnde huius epiſtolç intelligentia ex prioris ad eos miſſæ ſenſibus maxime pendere videtur.

1 Cor. 4.
Infra vlt.
II. ratio.
2. Cor. 5.
Documentũ Apoſtoli
III. ratio.
2 Cor. 10.

Loco autem diuiſionis ſubnectemus quid in ſingulo quoque capite efficiat Apoſtolus. Primo quidem à laude afflictionum auſpicatur, exponens quid in Aſia pertuliſſet, & quomodo dexter, & propitius ſibi adfuiſſet Deus, aduerſa omnia, & laborioſa in bonum ſuum cõuertens. Additque, nec leuitate, nec incõſtantia ſuum ad eos veniendi mutaſſe conſilium, tametſi non venerit vti pollicitus fuerat. Secundo capite oſtendit, qua ratione prçceperit inceſtum illum Satanæ tradi; atq; ita probat ſe ſuo rite per functum fuiſſe iudicio: at vt ex eo tempore cœperat ille ſcortator aliquod reſipiſcentiæ edere ſignum, præcipit, vt in gratiam ſuum illum recipiant, & ne amplius illum vt inimicum perſequantur, ſed ex charitate ſuſcipiant vt fratrem. ¶ Tertio capite, quoniam delicati illi Corinthiorum Apoſtoli ſuas laudes prædicando facile eum ſuperaſſent; ne quid habeat cum illis commune, & ſimul vt refellat ſtultam illorum iactantiam; teſtatur ſe ex re ipſa commendationem ſumere, & non ab hominibus venari, vt illi faciebant. Ideo demõſtrat quanta ſit Euangelii excellentia, ac dignitas, & quanta legis Moſaicæ præ illa imbecillitas. Quarto indicat quanto ſtudio laborauerit in prædicando Euangelio, & quanto cum ſucceſſu ſeminauerit verbum Chriſti. Vbi tacite perſtringere videtur, qui ſibi maligne obloquebantur: & pronuntiat eos à dæmone excæcatos, qui tantum Euangelii ſui ſplendorem nõ cernerent. ¶ Quinto, quia vera Chriſtianorũ gloria extra iſtum mundum eſt cum præſentis vitæ contemptu, & externi hominis mortificatione; ad beatæ & æternæ immortalitatis meditationem toto animi ſtudio progrediendum eſſe illos admonet, oculoſque vt in ea contemplanda defigant. ¶ Sexto capite, vbi demõſtrauit quam fideliter ſuas egerit partes in

I. Capit. argumentũ.
II. capit.
III. capit.
IV. capitis.
V. capit. argumentũ.
VI. capit.

in Euangelica prædicatione, leniter Corinthios pungit, quod ipſimet ſibi eſſent impedimento, quominus fructum perciperent. Cui expoſtulationi adiungit etiam exhortationem, vt fugiant idololatriam, & infidelium coniugia: oſtenditque Corinthios ad illud, quod ipſe volebat, nondum peruenisse. ¶ Septimo, ne animos adhuc teneros proſterneret, aut à ſe eos abalienaret, de ſua erga eos beneuolentia rurſus certiores reddit; ſimulque laudat eorum obedientiam, quod priori epiſtolæ per omnia paruiſſent: interea vero fatetur ſibi non diſplicere: quod eos ad tempus mœrore affecerit, cum id fecerit in ipſorum bonum & ſalutem. ¶ Octauo, ac nono capitibus egregiam de ipſorum liberalitate, & beneficentia diſputationem contexit, exemploque Macedonum, ac Scripturarum teſtimoniis eos prouocat ad ferendum ſubſidium ſanctis, qui in Iudæa egeſtate laborabant; ob idque laudat eos quod benefeciſſent, ſed ne ſtudii & conatus eorum feruor tempore vt fieri ſolet, frigeſceret, multis argumentis confirmat ipſos, vt in curſu inſtituto conſtanter permaneat. ¶ Sequentibus tribus capitibus ſuam autoritatem propter miniſterium ſuum Euangelicum palam, & diligenter tuetur: vbi & pſeudoapoſtolorum obtrectationib. reſpondet, ac ſe multis nominibus ſummis æquare, atque etiam præferre Apoſtolis in ſpiritu confidit. ¶ Capite poſtremo improbis ſeueriorem vindictam denuntiat, hortaturque in genere omnes, vt ſuum Apoſtolatum agnoſcât id ſuo bono facturi, cum illis perniciosum eſſet deſpicere, quem experti fuerant certum ac fidelem Domini legatum, illosque ſepoſita acerbitate, valere in Chriſto precatur. Et fere tota hæc epiſtola nihil eſt aliud, quam Apoſtolatus ſui Apologia.

VII. Capit.

VIII. Simul ac IX. capitum.

X. Vndecimi ac duodecimi.

Decimitertii ac poſtremi.

Qua in re docuit Pontifices, Epiſcopos, & alios paſtores debere maxime attendere ad eos, qui de ipſis male ſentiunt, & obloquuntur, quo ſeipſos ab abiectis criminib. abluant, & expurgent. Verum quam longe ſint ab hoc ſtudio nonnulli animarum paſtores, quamque parum de bono nomine ſoliciti, propter quod ſeruãdum tanta ſcripſit Apoſtolus, res ipſa, me etiam tacente, ſatis docet.

Eccleſiæ Præſules, ac paſtores, Pauli exemplo, quib. maxime ſubditis prouidere debent.

Fuit autem hæc epiſtola ſcripta, & miſſa, non vt argumentum in Bibliis Latinis teſtatur, è Troade per Titum, ſed vt habet Oecumenius, à Philippis vrbe Macedoniæ per Titum, & Lucam. Fuitque poſt annum integrum à priori conſcripta, vt colligitur ex cap. 8. vbi habet: *Hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore: nunc vero & facto perficite.* ¶ Eſt autem hæc epiſtola plena inſignibus Theologiæ locis, nimirum de Crucis ferendæ vtilitate, de certitudine Euangelii, de fructu interpretationis Apoſtolicæ, de prærogatiua, & efficacia miniſterii Noui Teſtamenti præ illo Moyſi, de fuga idololatriæ, & matrimonii fidelium cum infidelibus, de ſalutari triſtitia, & pœnitentia, de ſubſidio pauperibus impendendo, de multimoda Apoſtolatus Paulini comprobatione, de ſeueritate exercenda in eos, qui cum peccauerint, negligunt pœnitentiam agere, Vt merito cenſenda ſit vtiliſſima epiſtola, & magna Spiritus diuini eloquentia conſcripta, nam quod attinet ad ſtylum, & dictionem, interdum maxime impedita eſt, ac difficilis.

Vnde hæc ſcripta fuerit epiſtola.

2. Cor. 8.

Quã vtilis hæc epiſtola.

DISPVTATIO II.

In Apoſtoli verba capit. 1. *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, &c.*

IN hoc primo capite etſi neque multæ, neque magnæ difficultates occurrant: ne tamen nihil dicamus, & explicatiorem textum Apoſtolicum reddamus, & in planis ac perſpicuis mirã Dei & Pauli prudentiam complectemur, primo loco quæritur, cur à benedictione Dei Patris exordiatur; & cur dicitur Pater miſericordiarũ & non Pater miſericordiæ, nec Deus vltionum, ſeu iudiciorum; & Deus non vnius, ſed totius conſolationis, & nõ dixit, tribulationis. Secundo quæritur ſuper illo verbo: *Vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt:* quoniã multi accipiunt conſolationem diuinã non pro aliis, ſed pro ſeipſis, vt ſolitarii, & monachi, qui dicere poſſunt; *Secretum meum mihi, ſecretum meũ mihi.* Tertio dubitatur, quomodo ſuperabundant paſſiones Chriſti in nobis, & quæ ſunt iſtæ paſſiones, & quomodo ſicut ſocii ſumus tribulationum, futuri ſimus, & conſolationum participes. Quomodo item conſolatio operatur tolerantiam earundẽ paſſionũ, &c. Quarto hæſitatur, qualis extiterit illa Pauli tribulatio in Aſia, quæ ita Paulum grauabat, vt tæderet eum etiam viuere, & mortis reſponſum habere; cum tamen beatus Iacobus dicat: *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes*

I. dub.

Pſal. 93. II. dubium

Eſa. 24. III. dubiũ.

Quartũ.

Iacob. 1.

varias incideritis. Quomodo rurſus ſe grauatos aſſerat ſupra virtutem, ſiue ὑπὲρ δύναμιν, cum tamen ipſe prioris epiſtolæ cap. 10. dixerit: *Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum vt poſſitis ſuſtinere,*

1. Cor. 10.

Qua ratione etiam habuit reſponſum mortis? nam etſi à Deo habuiſſet, minime cultaſſet. Quinto, quomodo gloria noſtra ſit teſtimonium conſcientiæ noſtræ, cum multæ inueniantur conſcientiæ falſæ, & cauteriatæ, vt alibi dixit: non ergo eſt ſolidum conſcientiæ teſtimonium, præſertim cum Apoſtolus priori epiſtola ſcripſerit: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Qua ratione item Paulus eſt gloria Corinthiorum, & Corinthii gloria Pauli; & corpro certo ponit, quod non alia ſcribat ad eos, quam quæ nouerant, & legerāt. Superflua ergo videri poterat hæc eius epiſtola, ſi nihil aliud tradit. Sexto dubitatur in illis verbis: Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt ſecundam gratiam habeatis; alii legunt, ſecundum gaudium, & ideo dubium eſt quæ ſit præſtantior lectio, χάριν, an χαρὰν. Septimo, cum ait: *Cum ergo hoc noluiſſem, nunquid leuitate vſus ſum, vt ſit apud me Eſt, & Non?* Quæritur de verborum horum intelligentia, & vera lectione: nam Græce habetur, geminatum; Eſt eſt, Non non. Et quæritur: Si ex Spiritu ſancto promiſit venire ad eos, quomodo mutauit conſilium? Si autem ex Spiritu ſancto non promiſit, leuitas fuit, & ſapere ſecundum carnem, id polliceri, quod non erat in ſua poſitum poteſtate; dicendū enim erat, ſi Dominus voluerit, vt Iacobus Apoſtolus docuit. Verba item illa: *Quotquot enim promiſſiones Dei, ſunt in illo Eſt,* obſcura ſunt, & perplexa, & lumen aliquod interpretationis deſiderāt. Octauo, dubia ſunt illa verba: *Confirmat nos, vnxit nos, & ſignauit nos*: nam & Grammatica, & ſenſus obſcuritatem habent. Vltimo loco, cum ait: Parcens vobis, non veni vltra Corinthum, dubium eſt, qua in re Apoſtolus non veniendo, illis pepercit; cum tamē eius aduentus tum grauiſſimus, tū fructuoſiſſimus ſperaretur, ſi vel epiſtola tantum apud eos profecerat. Hæc ſunt in primis ſoluenda, & illuminanda.

V. dubium. 1. Tim. 4. 1. Cor. 4. VI. dub. 2. Cor. 1. VII. dub. Iob. 4. VIII. dub. IX. & vlt.

Ad primum igitur reſpōdemus: A proœmio huius epiſtolæ, quod ſolitam ſalutationem complectitur, & in quo Timotheum ex Corintho ad ſe redeuntem, coadiutorem epiſtolæ ſibi coniungit, quo eum magis commendaret, & ſuam magis declararet modeſtiam; quem non Apoſtolum, ſed fratrem vocat; alibi vero, filium chariſſimum, & miniſtrum Dei in Euangelio Chriſti; tranſit ad exordiū epiſtolæ, & more ſuo à benedictione, & gratiarū actione initium ſcribendi ſumit, Deique bonitatem prædicat, & Corinthios exemplo ſuo ad perſecutiones pro fide, & Euangelio ſuſtinendas accendit. Quaſi diceret; Laudādum eſt illud ſummum nomen eius, qui eſt beneficentiæ fons inexhauſtus, qui nobis nunquā dormit, ſed quoties premimur, & in vitæ diſcrimen adducimur, præſens adeſt, dicēs; *Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Conſolatur etiam, & ſeruat, non modo vt nos, qui eius Apoſtoli ſumus, ſed vt omnibus aliis veritatis gratia afflictiones ſuſtinentibus, ſpem certam faciamus, non defuturam ſibi conſolationem, ac diuinam opem. Et ita his verbis gratias agens, inſinuat ſe à magnis periculis fuiſſe liberatum.

Cur ſuo nō ſolum, ſed etiam Timothei nomine hanc Paulus ſcribit epiſtolam. 1 Tim. 4. 2. Tim 1. 1. Theſſ. 3.

I. ſolutio quæſtion. De exordio huius epiſtolæ à benedictione Dei Patris.

Pſal 90. Idem vt cō ſoletur nos in omni tribulatione noſtra.

Dictio illa, Benedictus, quæ Hebraice dicitur baruch, Græce nō eſt participium, ſeu nomen ſubſtātiuū, id eſt εὐλογητὸς, hoc eſt, laudabilis, ſiue laude dignus, & qui omnia benedicit re ipſa benefaciendo, & cui ab omnibus benedicitur, iuxta tres pueros in ignis fornacem miſſos apud Danielem, benedictione laudis. Et poſt vocem, *Benedictus Deus*, Oecumenius cenſet ponendum ὑποστιγμὴν, id eſt, ſubdiſtinctionem, quæ fit duobus punctis, vno alteri ita ſuperpoſito: Græce vero virgula ſubiecta. Vt ſit ſenſus, *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Siquidem Deus omnium noſtrum Deus eſt, ſed præcipue Domini noſtri Ieſu Chriſti: quam ſubdiſtinctionem Chriſtus in Euangelio nos docuit, cum dixit: *Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ,* manifeſte docens quod ſuus quidem ſit naturalis Pater, creaturæ vero factor, ac Dominus, ſed voluntarius, ac ſpontaneus.

Quomodo accipiēdū, & quid ſignificet: Benedict. Deus, & Pater. Dan. 3. OEcu. c. 1. Deus Pater aliter noſter eſt aliter Ieſu Chriſti pater. Mat. 11.

Et etiam Deus Pater miſericordiarum, quia ſolus ipſe eſt ſuapte natura omnis miſericordiæ expers; cum tamen omnes creaturæ, maxime vero humana ac ratione prædita, omni miſeriæ & vanitati ſit ſubiecta, quæ à Salomone dicitur, *Vanitas vanitatum,* & à parente eius Dauide; *Vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Sed vniuerſas haſce miſerias vincit ille, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. Et qui olim dicebatur Deus vltionum, Dominus, nunc per Chriſti incarnationis beneficium factus eſt Deus miſericordiarum.

Deus cur Pater miſericordiarū appelletur. Rom 8. Eccleſ. 1. Pſal. 38. Pſal. 93.

Vbi aduerte regulam à B. Dionyſio traditam, & à B. Chryſoſtomo hoc loco commendatam, ex beneficiis peculiariter acceptis nomina Deo aſſignari: vt qui in bello victoriam eſt conſecutus; dicat, *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamētum*

Sancti viri vnde ſoleāt Deo nomina imponere. D. Dionyſ. de diuin. nom c. 1. p. init. B. Chryſ. ho. 1. to. 4. Pſal. 17.

meum,

meum, & reliq. Qui vero à mentis caligine & cęcitate, ne in manus hoſtium incideret, liberatus eſt, illum ita inuocat; Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Qui vero in imminentibus vitæ periculis poſitus clementer liberatus eſt, & in magnis animi anguſtiis conſtitutus; Deum vocat Patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis. Et ita Apoſtolus incipit purgationis ſemina iacere, quod magnis afflictionibus prępeditus fuerit, ne ad eos veniret, vt promiſerat.

Pſalm. 26.

Cum Deus ęque iuſtus ac miſericors ſit, cur potius pater miſericordiarum dictus ſit. *Pſalm. 50.* Altera ratio. *Bern. ſer. 5. in Natali Domini.* *Pſalm. 102.* D. Bernar.

Et licet Deus æque infinita ſit præditus iuſtitia, atq; infinita miſericordia; multiplici tamen vtitur miſericordia. Hinc Dauid: *Miſerere mei*, inquit, *ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.* Vocatur tamen, Deus miſericordiarum, quod, vt Bernardus docet, non tam patris eſt indignari, quam miſereri filiorũ, iuxta illud, *Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe.*

Deus Pater cur Deus totius conſolationis nominetur. *Exod. 40.*

Dicitur etiam Deus totius conſolationis: nõ vnius, vel alterius, ſed omnis, id eſt perfectę, tam naturalis, quam diuinæ, & ſupernaturalis, vt illa quæ oritur ex cognitione peccati remiſſi, & ex infuſione Paracleti. Nam quæ ab illo non procedit conſolatio, nec nomine quidem conſolationis gaudere debet. Ideo Propheta dixit. *Conſolamini, conſolamini popule meus*, propter præſentem videlicet, futurã in alia vita conſolationem.

Quare Deus ſeruos ſuos tentari permittit ac affligi.

Deinde non dixit, Qui non permittit nos affligi: nouit enim vtiles eſſe nobis afflictiones; ſed, qui conſolatur nos, ſcilicet miniſtros Noui Teſtamenti: qui ſicut non eximimur à tribulatione, ita nec à conſolatione. *Multæ tribulationes iuſtorũ*, ait Dauid, *& de omnib. his liberabit eos Dominus*, & alibi *Secundum multitudinem dolorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.*

Pſal 33. *Pſal. 93.*

Deus cur afflictos conſoletur teſte Apoſtolo.

Ad ſecundum, cum dixit; *Vt poſſimus & conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt*, finem, ob quem Deus mittit conſolationes poſt afflictiones, explicat. Non, inquit, propter vlla merita mea, aut dignitatem meam, ſed vt exemplo conſolationis, quam ego in tribulationib us percipio, poſſim & alios conſolari, qui affl ctantur, & ita mea conſolatio aliis vtilis efficiatur. Nulla enim afflictio homini gratior, vel iocundior conſolatio eſt, quam quæ ab afflictis & eodem flagelli genere percuſſis prouenit, ſiue iam pericula euaſerint, ſiue in iſtis tribulationibus poſiti adhuc ingemiſcant. Nam hi verius aliis compati ſolent. Vnde apud Poetam quædã magna fœmina dixit.

Omnium iocundiſſima conſolatio quænam illa cẽſeatur.

Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.

Virg. li. 1. Aeneid.

Quos Deus conſoletur tantummodo.

Intellige autem, magnam conſolationem comitari non omnes tribulatos, ſed eos qui cauſa Chriſti patiuntur; ita vt Chriſtus ſit ratio triſtitiæ, & conſolationis, ratio flagelli, & medicinæ, qui cum ſiniſtra manu percutiat, dextra tamen ſanat, medicamenta applicando.

Secundæ quæſtionis ſolutio. Quam verum ſit Deum conſolari nos, vt cæteros quoque cõſolemur, qui in tribulatione ſunt.

Quod vero quidam ſancti inueniantur, qui diuinis repleantur conſolationibus, & in extaſim euehãtur, nec eas tamen in alios effundant, vt ſolitarii quidam, ac monachi: non impedit quominus vera ſit Pauli ſententia. Nec enim Paulus de omnibus aliorum conſolationibus agit, ſed tantum de ſuis, & aliorum Apoſtolorum, qui miniſtri verbi Dei erant, & communes eccleſiæ magiſtri, non tantum in doctrina, & fide, ſed etiam in vita, & moribus, in quibus voluit nos omnes erudiri, vt illorum flagella, & beneficia ſimiliter eſſent & noſtra.

Græcis exhortari quid.

Ac ſubdit: *Per exhortationem, qua exhortamur, & ipſi à Deo.* Vbi verbum, exhortamur, ſiue conſolamur, Græce paſſiuum eſt, παρακαλούμεθα, & vtramque ſignificat, etiãſi Latinis conſolari ſit verbum deponens, & actiuũ, commune vero exhortor. Sicut vox illa, exhortatio, Græce παράκλησις, quæ adhortationẽ, & cõſolationem denotat, vt poſſit non male verti: Per conſolationem qua conſolamur & ipſi à Deo. Nam etſi vtraque indigeamus, & adhortatione, & cõſolatione, magis tamen cõſolatione, quę magis opponitur tribulationi, quam adhortatio.

Solutio 3. dubitat. Vt abundẽt paſſiones Chriſti in nobis. *Act 9.* *Coloſſ 1.*

Ad tertium dubitatum fuit, quomodo abundent paſſiones Chriſti in nobis? Dicendum eſt, paſſiones Chriſti vocari noſtras, quas vt eius membra propter ipſum patimur, & quas ipſe Chriſtus tanquam caput noſtrum ſuas vocare dignatus eſt, de quibus *Saule Saule, quid me perſequeris?* & ad Coloſſ. *Adimpleo*, inquit, *ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia.* Vbi paſſiones Chriſti vocat illas, quas Paulus ipſemet in carne ſua pertulerat.

Conſolationes Dei cur item abundare in nobis dicuntur.

Dixit autem abundare conſolationes Dei, ſicut abundant tribulationes; vt æquitatem, & fauorem oſtẽderet, ne plus accendere videatur dæmõ ad inferendas iniurias Chriſti membris, quam Chriſtus ſuccurrere ad illas ſuperandas. Nam ſicut quantũ improbus ſe glorificauit, & in deliciis fuit, tantum datur illi tormentum, & luctus; ita æquitati conſonũ fuit, vt quantus ſe iuſtus humiliauit propter Chriſtum & plagas ſuſtinuit, tantum conſolationum aceruum illi Deus impertiatur.

Apoc. 18.

Ac ſubdit: *Siue autem tribulamur, ſiue conſolamur, ſiue exhortamur; pro veſtra exhortatione,*

Græca lectio huius loci præpoſtera: ſiue tribulamur, &c. perpẽditur.

tione, quæ operatur tolerantiam earundem paſſionum,quas & nos patimur. Verbum,Conſolamur,Græce,vt diximus, paſſiuum eſt,id eſt,conſolationem accipimus. Verba Græca inuerſum habent ordinem: ita enim habet.*Siue tribulamur ; pro veſtra tribulatione, & ſalute, quæ operatur tolerantiam earundem paſſionum,quas & nos patimur. Siue conſolamur pro veſtra conſolatione, & ſalute, & ſpes noſtra firma eſt pro vobis, &c.* Vbi tertiũ illud membrum,*Siue exhortamur*,in Græco codice eſt Hæc autem lectio oſtendit,quod tolerantia paſſionis magis operatur conſolationem ; quam conſolatio conſolationem. Operatur enim conſolatio patienter tolerata per viam meriti cõſolationem. Vnde & ad Romanos ait: *Tribulatio patientiam operatur,patientia probationem,probatio vero ſpem, &c.* & B.Iacobus, *Probatio fidei veſtræ patientiam operatur,patientia autem opus perfectum habeat.* Multum ſiquidem ſolatium prębebat fidelibus ipſa Pauli afflictio: nam probabat veram eſſe eius prædicationem, qui nullis ab hac via commodis ſpectatis , quotidianis ſe obiiciebat ſvitæ periculis. Deinde promouebat fidelium ſalutem , qui viſis Pauli laboribus, magis accendebantur ad eadem perferenda, quæ erat eorum ſalus. Hæc eſt etiam corporis myſtici lex, vt maiora,ac potiora membra pro minoribus,ac infirmioribus membris patiantur, & cum illis mitius agatur. Ita dictum eſt de Domino,quod factus eſt egenus,cum eſſet diues vt illius inopia nos diuites eſſemus. *Vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis, ſcientes quod ſicut ſocij paſſionum eſtis,ſic eritis & conſolationis.*Quemadmodum qui in mercatura ſocii appellantur,æqualiter de lucro, atq; de damno participant.

Rom. 5. — *Iacob.1.*

Pauli tribulatio, & afflictio cur magnopere Corinthios ſolaretur. Secunda ratio. Tertia ratio à myſtici corporis natura. *2.Cor.8.* Corinthii, & cæteri fideles vt ſocii paſſionum,ſic & conſolationis futuri, quales videri poſſint

Soluitur 4. dubitatio. Quænã,illatam grãdis tribulatio quę Paulum in Aſia ſupra modum grauauit. Cõtra Caietanum. *Act.19.* *1.Cor.16.*

Ad quartum dubitatum eſt, quæ fuerit illa Pauli tribulatio,quæ Paulo accidit in Aſia, quæ ſupra modum grauauit eum, ita vt tæderet iam viuere.Caietanus putauit nullibi Scripturarum ſermonem haberi de hac tribulatione,niſi hoc loco: cum tamẽ ignorare nõ deberet,quæ & quanta Epheſi,quę metropolis eſt Aſiæ minoris, pertulerit,in cauſa Demetrii argẽtarii,& quantis mortis periculis expoſitus fuerit,vt habes Act.19. Debebat etiã verba ſuperioris epiſtolæ capite poſtremo in memoriam reuocare: *Permanebo*,inquit,*Epheſi vſque ad Pentecoſtem.Oſtium enim mihi apertum eſt magnum & euidẽs, & aduerſarij multi.*Et fortaſſis alludit ad pugnam cum beſtiis Epheſi habitam.

Supra 15. Si nemo ſupra id quod poteſt, à Deo tentari permittitur, quare ſupra modum,& ſupra virtutem grauatur Apoſtolus.

Ad illud vero.*Supra modum grauati ſumus ſupra virtutem.*primũ,dicitur καθ' ὑπερβολὴν ſecundum vero ὑπὲρ δύναμιν:nõ pugnat cũ aliis Apoſtoli verbis in priori epiſtola habetis : *Non patietur*, inquit, *nos tentari ſupra id quod poteſtis.*Nam Deus non probat electos ſupra vires,Diuini auxilii ſui habita ratione,bene tamen habita ratione virium noſtrarum naturalium,& quod ex nobis præſtare valemus.Nam ita dubium nõ eſt,quin ſupra modum, & ſupra virtutem noſtrã ſit tẽtatio:& niſi Deus nobis adeſſet,facile ſuccumberemus. Niſi quia Dominus erat in nobis,dicat nunc Iſrael,niſi quia Dominus erat in nobis.Cum exurgerent homines in nos forte viuos deglutiſſent nos.

Pſal.123.

Quanta extiterit illa Pauli tribulatio.

Explicat Paulus magnitudinem ſuæ tribulationis, cum ait:*Ita vt tæderet nos etiam viuere.Sed ipſi in nobiſmeipſis reſponſum mortis habuimus.* Græca habent ; ὥστε ἐξ ἀπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. Ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν.Id eſt:vt animi penderemus,& hæſitaremus, quod ad vitã attinet. Intellige autem , quantum ad præſidia humana attinet, & quantũ Paulus poterat tũ iudicare.Nec.n.vnquam ei præſidiũ Dei defuit.¶ Si autem legamus, vt editio Vulgata habet.*Ita vt tæderet nos etiam viuere*; hoc eſt, quia ipſa tentatio in ſe efficit tædium vitæ, & nemo eſt qui eam vt talem non fugiat; ſi vero finem,& fructu proſpexerit , ſi ex ipſius tolerantia,& expugnatione,nemo deſperet eorũ, qui perſecutionem patiuntur Vnde quidam impatiẽtes vitam morte abrumpere non formidarunt, vt Cato Vticẽ. M.Brut.vt Pompon.Attic.¶ Vel: Tædebat nos etiam viuere,quia de nobis ipſis deſperauimus,quia hoc natura periculorum demonſtrabat. Etſi vero qui mollis eſt animi & effœminati,tædium vitæ in magnis difficultatibus,& anguſtiis concipiat, vt ſuperioribus exemplis demõſtratum eſt: hic tamen timor,ac tædiũ quod naturaliter conſequitur tentationibus grauatos, ſanctis interdum viris inſuit,vt Iobi qui dixit; Tędet animã meam vitæ meæ, & Eliæ qui orabat: *Tolle (Domine) animam meã à me: nec enim melior ſum quã patres mei*,& B. Paulo hoc loco dum ait:*Ita vt tæderet nos etiam viuere.* Chriſtus tamen,qui cœpit pauere , & tædere,& mœſtus eſſe, vt exemplum infirmitatis aſſumptæ præberet, deprecatus eſt calicẽ & mortem.Subdit Apoſtolus:*Sed ipſi,&c.*

Secundus ſẽſus huius loci, Ita vt tęderet nos etiã viuere

Quib. impatiẽtia vel doloris,vel pudoris vitam ademerit, Tertius ſenſus

Quod reſponſum mortis in ſe ipſo Paulus habuerit.

*Sed ipſi in nobiſmet ipſis reſponſum mortis habuimus.*Reſponſum vocat,decretum, ac ſententiam,hoc eſt,quantũ ad nos,& noſtram cogitationem adfuit mortis expectatio. Reſponſum accipit pro diuino oraculo, vt aliquando accipitur,vt ibi;*Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodẽ.* Et Rom. 11 *Sed quid dicit illi* (ſcilicet *Eliæ) Diuinũ reſponſum?* Sed reſponſum accipit pro humano decreto:& ſentẽtia ab ipſo met Paulo pronuntia-

Matth. 2 *Rom.11.* Alter ſenſus probabilior.

Innoc. III.

bus in errorem induceret. Deinde Innocentius III. ante 300. & amplius annos acriter reprehendit Abbatem Ciſtertienſem, & collegas eius, qui Scripturæ Canonicos libros Gallicè translatos paſſim laicis & mulieribus permittebant: ex qua translatione orta ſecreta conuenticula, contemptus aliorum, etiam Sacerdotum; ſeparatio à cæteris, ac ſui confidentia. Vnde & ſuſpecti de fide meritò habentur, & orta Sedis Apoſtolicę inobedientia, dicentium ſoli Deo eſſe obediendum. Et in hac re verſari ait vniuerſalis Eccleſiæ negotium, & fidei Chriſtianæ cauſam. Prætereà Ferdinandus Catholicus Rex Hiſpaniarum ſacra Biblia in vulgari lingua interdixit publico edicto, ne conuerſi ex Iudæis ad fidem, legendo vetus Teſtamentum, & præcepta Moſaica, facilè redirent ad vomitum. Pius IV. in regula quarta Indicis permittit, vt nonniſi iudicio Epiſcopi vel Inquiſitoris, cum parochi, aut confeſſarii conſilio lectionem librorum ſacrorum, à Catholico tamen interprete conuerſorũ laici legere poſſint, & bibliopolæ non poſſint vendere; regularis autem nonniſi facultate à ſuis prælatis obtenta, emere, vel legere poſſint. Concilium autem Trid. ſeſſ. 22. c. 4. de ſacrificio Miſſæ, & can. 9. eiuſdem ſeſſionis, damnat eos, qui dicunt, vulgari tantum lingua eſſe celebrandum.

Sacra Biblia in linguam Gallicam conuerſa quid pepererint olim, teſte Innocentio III.

Quare Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, Scripturarum in vulgarem linguam verſionem prohibuerit.

Pius IV Pontifex Max. Scripturarum eiuſmodi verſionẽ quatenus, quibuſque conceſſerit.

Trid. Synod

Quibus de cauſis potiſſimum Lutheranis rem ſacram vulgari lingua faciendi poteſtas ſit neganda.

Quare non eſt concedendum, vt ſacrũ fiat lingua vulgari. Primùm, quia ipſi hæretici contra ius per fas, & nefas vſurpantes fecerunt, idque ex malè ſano conſilio, nullius legitimæ Eccleſiæ, vel Concilij expectato iudicio. Nam ſi hoc non expedit, nec decet, vt tot rationibus eſt comprobatum, negandum eſt, & dicendum illis: *Neſcitis quid petatis*, &c, *Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis.* Deinde, quia radix petitionis eſt hæreſis, qua intùs laborant tam Lutherani, quàm Caluiniſtæ, vt ſciſſuras efficiant in Eccleſia, & vt iuſtas apud populum inueniant querelas contra Eccleſiam illud denegantem. Si verò Eccleſia concederet, vt poſſent petulanter in ſeipſos gloriari, & dicere, ſua tãdem contra Eccleſiam reſipuiſſe: quemadmodum de vſu calicis olim negato dicebãt, & de eodem conceſſo in quibuſdam prouincijs dicere cœperunt. Tertiò, aut petunt Catholici, aut hæretici: non ſanè Catholici, qui vſui Eccleſiæ per omnia acquieſcũt: ſi autem hæretici, deberent prius quàm concedatur, de hæreſi integrè reſipiſcere. Sed quomodo volunt iſti id ſibi concedi, quod ſua autoritate iam ſibi vſurparunt? Quare hoc illis concedere, nihil eſſet aliud, quàm eos in errore vel hæreſi confirmare. Adhæc ſancti Patres, Concilia Generalia,

Matth. 20.
Iacob. 4.
II. Ratio.

Hæreticorum nequitia, & impudentia.

III. Ratio.

IV. Ratio, ab Eccleſiæ vniuerſalis vſu & conſuetudine

atque Eccleſia nunquam conſueuerunt hęreticis aliquid permittere, quod hæreſim ſapiat, ſed contrarijs conſtitutionibus, & decretis illorum morbo mederi voluerunt. Neque tantum hoc, quod leue videri poſſet, ſed multò minus peiora, vt Sacerdotum, & monachorum coniugium, vtriuſque ſpeciei vſum, nec religionis libertatem, nec, quam vocant, neutralitatem. Quemadmodum olim autoritate Apoſtolorum, ne communicarent cum Iudæis Chriſtiani, iudicatum fuit, Sabbati loco Dominicum diem celebrandum: & ex eadem cauſa ab Apoſtolis conſtitutum eſt tempus ad Paſcha ab illo Iudæo diuerſum, vt habes in octauo canone Apoſtolorum; ne cum Iudæis videlicet in Paſchate conuenire videamur. Deinde quamdiu durauit Sacerdotium Iudæorum, qui miniſtri erant reconciliationis, & tempore Apoſtolorum ſacerdotali officio fungebantur, non Sacerdotes, ſed presbyteri vocati ſunt: at ceſſante ſacerdotio veteri, nomẽ Sacerdotis à noſtris reſumptum eſt. Item, quia Manichæi dicebant, corpus Chriſti non eſſe verum, ſed exangue, & phantaſticum in Euchariſtia; ac proinde nos ſub vna ſpecie tantùm communicare, ob eam cauſam Leo Papa ſerm. 4. de Quadrageſima, & Gelaſius I. proprio decreto ſtatuerunt, vt omnes ſub vtraque ſpecie communicarent. Et quia Neſtorius vocabat Mariam Χριστοτόκον, non θεοτόκον, decretum eſt in Concil. Epheſ. vt non tantum Chriſti Mater, ſed etiam Dei Mater appellaretur. Et quia Manichęi dicebant, die Dominico, & Sabbato ieiunandum, B. Ignatius epiſtol. ad Philip. dicit eos, qui hoc facerent, Chriſti interfectores eſſe, cùm tamen meritò ex deuotione peculiari fieri poſſit, & hodie præcepto Eccleſiæ in die Sabbati ieiunetur. Sexcenta huiuſmodi exempla producere poſſemus, ſi opus eſſet: verùm his tantum contenti eſſe voluimus.

Hæreticis quędam ab Eccleſia negata ob latentem hæreſim.

Quanam Apoſtoli Chriſtianis cum Iudęis noluerint eſſe communia, ſimili de cauſa.

In quibus dogmatis Catholici olim cum hæreticis non communicauerint.
I de Euchariſtia.
Leo Papa.
Gelaſius I.
Secundum de virgine Deipara.
Tertium de ieiunio in Dominica, & Sabbato.
Ignat epiſt, 8. prope fin.

Iam vltimus labor ſupereſt, vt reſoluamus quæ ex Scripturis, & Patribus, vel ab exemplis, & rationum momentis adferri in contrarium poſſent. Primùm igitur illud occurrit ſoluendum ex Apoſtolo deſumptum 1. Corint. 14. vbi ait: *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.* Dicendum eſt, vt iam tetigi, in magna parte capitis huius agi non de lectione Scripturę, ſed de collatione ſpirituali, & exhortatione. Vt enim eremi cultores ſolebant conuenire, & inter ſe conferre aut de ſacris literis, aut de ſpiritualibus rebus, & negotijs; ita ab initio Eccleſiæ Chriſti cultores faciebant, vt conſtat ex Iuſtini Apologia 2. pro Chriſtianis. Ne autem fieret confuſio,

Hæreticorum in contrarium proponuntur argumenta, atque ſoluuntur.
1 Cor 14.
His verbis: Nã ſi orem lingua ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt, quo tendat Apoſtolus.

B Iuſtin. to. 1,

Præcipit Apoſtolus, vt tantum duo, aut tres loquerentur. Et quia in Eccleſia Corinthiorum quidam erant, qui donum linguarum iactare volebant, & lingua peregrina ſine fructu loqui; hos Apoſtolus redarguit. Quod autem de huiuſmodi collatione ſpiritualium rerum loquatur Apoſtolus, patet ex Patrum veterum expoſitione, vt Cypriani epiſt. ad Pompeium, & epiſt. ad Quirinum: Quam quidem expoſitionem laudat Auguſt. lib. 2. de Baptiſmo contra Dona:. c. 8. cuius hæc ſunt verba: *Nam & illud ſic intellexit, quod ait Apoſtolus: Propheta autem duo, vel tres loquantur, & cæteri examinent, ſi alij ſedenti reuelatum fuerit, ille prior taceat. Qua in parte, inquit, docuit, & oſtendit multa ſingulis in melius reuelari, & debere vnumquemque non pro eo quod ſemel imbiberat & tenebat, pertinaciter congredi, ſed ſi quid melius, & vtilius extiterit, libenter amplecti. His vtique verbis, &c. non ſolùm eos admonuit ſibi conſentire, qui melius aliquid non videbant, ſed etiam eos hortatus eſt, ſi qui poſſent afferre aliquid, quo prior conſuetudo ſeruanda potius firmaretur: vt ſi tale eſſet quod refelli non poſſet, etiam ipſe oſtenderet, quam veraciter dixerit, debere vnumquemque non pro eo, quod ſemel imbiberat, & tenebat, pertinaciter congredi, ſed ſi quid melius, & vtilius extiterit, libenter amplecti. Sed quia tunc non extiterant, niſi qui ei conſuetudinem opponerent; defenſiones autem ipſius conſuetudinis non tales adferrent, quibus illa talis anima moueretur, noluit vir grauiſſimus rationes ſuas, etſi non veras (quod eum latebat) ſed tamen non fictas, veraci quidem, ſed tamen nondum aſſertæ conſuetudini cedere.* Hæc Auguſtinus. Eundem ſenſum ſecuti ſunt Ambroſius etiam, & Sedulius, Oecumenius, atq; Theodoritus in hunc locum. Idem colligitur ex verbis Apoſtoli dicentis; Duo, aut tres dicant, & cæteri diiudicent: at diuinas literas nemo diiudicat, nec interpretes: quare videtur loqui de exhortationibus, ſicut ibi: *Quod ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat.* Scripturæ etiam ſacræ tunc non inſpirabantur. Sic etiam habetur: *Mulieres in Eccleſiis taceant.* Mulieres autem nunquam celebrabant ſacrificium, aut preces publicas, aut diuina officia.

Confirmatur hic ſenſus Patrum teſtimonijs.

Auguſt. to. 7

Verba Cypriani in Concilio Carthaginenſi.

Ambr. to 5.
Sedul.
Oecum. c. 8.
Theod. par. 2.
1. Cor. 14.

Ibid. 30.

Ibid.

Secundo obijcit Caluinus, ex precibus non intellectis nullam eſſe vtilitatem, ergo & priuatę, & communes orationes fundi debent lingua vulgari, ne de illis dicatur: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lõgè eſt à me.* Et hoc loco: *Si orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.* Reſpondeo, poſſe hoc intelligi vel de oratione alterius, quam vnus pro alio facit, ita vt oratio illius non ſit illi infructuoſa, niſi alter intelligat. Secundò, vt loquatur de oratione propria, ita vt per ſe non ſit vtilis, niſi oratio intelligitur. Primo modo falſum eſt: oratio enim Eccleſiæ facta pro populo, illi valet. Deinde Eccleſia precatur pro infidelibus & peccatoribus, qui tamen nec audiunt, nedum non intelligunt, vt ſuperius probatum reliquimus ex Scripturis, & teſtimonijs Auguſt. lib. de doctrina Chriſt. 3. c. 9. & lib. 6. de Baptiſmo contra Donat, cap. 25. & ex Origenis hom. 20. in Ioſu. Ibi verò: *Populus hic labijs me honorat, &c.* non eſt ſermo de oratione, ſed de ijs, qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et ſi velimus contrahere ad orationem, dico eos reprehendi hoc loco, qui qualibet lingua, etiam vulgata orantes, euagantur tamen animo, & non attendunt ad id, quod orant. Quod verò ait: *Mens mea ſine fructu eſt.* ſignificat, non eruditur intelligentia auditor, vt interpretatur Baſil. in Regul. breuior. c. ſeu interrogat. 278. Et in eis verbis non reprehenduntur ignota lingua vtentes, ſed illi, qui quamuis noto idiomate laudare Deum videbantur, eorum cor tamen longè à Deo erat, quia non amabant ex corde Deum, ſed ore, & ceremonijs tantum. Ideò ineptè hæc in Eccleſiam Latina lingua vtentem retorquentur. Satis enim eſt, quod affectus deuotione nutriatur, & in nonnullis etiam mens erudiatur.

II. Argum. Caluini, & ſequacium.

Eſai 29.
Matth 15.

Idem illud: Nam ſi orem lingua, &c. quo ſenſu minime dicatur contra Caluinum.

Aug. to 3.

Orig. tom 3. De quibus à Propheta dicitur: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.

Tre. 1.

Quid illud: Mens mea ſine fructu eſt, Magno Baſil.

Baſil. tom. 2.

Tertio Brentius in confeſſione Witemberg. cap. de Horis Canonicis producit Canonem, qui incit: Quoniam in pleriſque, de offic. ordinatij, vbi Innocentius Papa præcipit, vt iis in locis, vbi ſunt populi diuerſarum linguarum, proſpiciantur miniſtri, qui pro diuerſitate idiomatum officia celebrent, & Sacramenta adminiſtrent. Sed illud decretum non agit de quibuſcũque linguis, ſed tantum de Latina, & Græca, quia eo tempore non erant vulgares Quoniam enim tunc capta fuerat Conſtantinopolis à Latinis, & cœperant eſſe Imperatores, & Epiſcopi Latini; permiſtiq́ue erant Græci cum Latinis, ob id in Concil. Lateranenſ. Græci petierunt vt eſſent duo Epiſcopi in vna ciuitate, vnus Græcus, alter Latinus. Pontifex verò reſpondit, non expedire vt duo eſſent Epiſcopi, ſed eſſent contenti vno Epiſcopo, qui proſpiceret ſibi de Sacerdotibus Græcis pro populo Græco, & Latinis miniſtris pro populo Latino, vt habetur in cap. 9 Concil. Lateran. ex quo ſumptum eſt illud caput. Et confirmatur, quia ſi eſſet ſermo de lingua vulgari, ab eo tempore in Italia lingua vulgari ſacrificium celebraretur, quod falſum eſt. Nam Beatus Thomas, qui floruit paullò pòſt, Latinè com-

III. Argum. Brentii Lutheri diſcipuli.

Innocẽtii III. Canon vt varii miniſtri ſint in vna ciuitate pro diuerſitate linguarum diuina officia celebrantes, quomodo intelligatur.

Concil. Lateranenſe.

poſuit officium de ſanctiſſ. Sacramento.

IV argument. item hæreticorum.

Quartò obijcitur: Finis præcipuus diuinorum officiorum, eſt populi ædificatio, vt ſæpè ait Paulus: Omnia ad ædificationem fiant: ſed ex lingua ignota nulla capitur ædificatio: vnde & Paulus dixit; *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*, &, *Malo in Eccleſia quinq; verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam; quàm decem millia verborũ in lingua*. Reſpondeo dicendo, non eſſe verũ quod aſſumitur, quod finis proprius diuinorum officiorum ſit populi inſtructio, & ædificatio, ſed potiùs cultus Deo debit⁹, iuxta illud: *Immola Deo ſacrificium laudis*. Deinde ad propoſitionem minorem reſpõdemus, quod qui ſunt capaces inſtructionis, vt plurimum nouerunt Latinè, & ſic aliquẽ fructum percipiunt: qui verò rudes ſunt omninò, etiamſi lingua vulgari dicerentur omnia, nihil vtilitatis caperent: nec propterea remanerent ſine inſtructione, quia tales per conciones paſtorum, & exhortationes frequentes inſtrui poſſunt, & debent.

Rom 14.
1. Cor 14.

Diuina officia quem ad finẽ ſint potiſſimũ inſtituta.

Pſal 49.

V argument. Kemnitij. *Act. 2.*

Quinto loco Kemnitius obijcit in examine Concil. Trident. Chriſtus prædicauit lingua vulgari, & Apoſtoli in Pentecoſte locuti ſunt varijs linguis, quæ maternæ erant in diuerſis prouincijs; nec tamen propterea verbum Dei per linguam vulgarem fuit inquinatum: nec igitur modò inquinaretur. Reſponſio eſt: Si conſequentia bona eſſet, cur igitur Apoſtoli ſcripſerunt Græcè, & nõ in linguis maternis? Magis tamen directè reſpondendo, dico diſcrimẽ eſſe magnum: quia in prædicatione Scriptura explicatur, & myſteria euoluũtur; ac propterea vt matres præmanſum cibum dant infantibus, & non integrum, eundem tamen panem: ita Chriſtus, & Apoſtoli in prædicatione magna myſteria, & difficilia Scripturę præmãdunt, & tanquàm lac quoddam populo quaſi infanti porrigunt.

Loquendi, & ſcribendi varijs linguis nõ eadem ratio eſt, ſed diuerſa.

VI argument. eiuſdem.

Sextò, Kemnitius obijcit, Hieronymum teſtari, ſe vertiſſe Scripturam in linguam Sclauonicam: deinde Scripturas Hebræas verſas fuiſſe in Chaldaicam vulgarem, & in Græcam linguam per 70. Interpretes, quando erat vulgaris. Dicimus, Catholicos non aſſerere, periculoſum eſſe vertere Scripturam in linguam vulgarem: ſed tantùm docent non expedire, vt omnibus paſſim permittatur: nec debere publicè, & indifferenter legi. Quare quod dicitur de Hieronymo, fortè verum non eſt: & quanquàm hoc multi dicant, nullum locum tamen Hieronymi deſignant. F. Sixtus Senen. notauit, epiſtolam eſſe ad Sophronium: ſed nihil tale eſt in eo loco. Sed eſto ſit, vt ponitur; hoc tamen dicerem feciſſe Hieronym. ad conſolationem fidelium, & piorum, non tamẽ vt publicè legeretur, & à quibuſuis ſine diſcrimine euolueretur.

Quo ſenſu Scripturarum in linguã vulgarẽ verſionẽ Catholici non recipiant.
F. Sixt. Senen.
Hieronymus vt dicunt Scripturas in linguam Sclauonicam cur verterit.

Soluitur hoc: Iudæi Scripturas in Chaldęã linguam habuere conuerſas.

Quod autem dicitur de lingua Chaldaica, quæ reuera potiùs eſt paraphraſis, quàm verſio: dico Iudæos nunquàm illa publicè vſos fuiſſe: nec apud Catholicos fuit in vllo pretio, propter multas falſas, & fabuloſas Rabbinorum expoſitiones, quas illi ſequũtur. Ad illud verò, quod 72. Interpretes verterunt in Græcam linguam: dicimus hoc magis facere pro Catholicis, quàm pro hæreticis. Quia Rex Ptolemęus Philadelphus non præcepit verti in linguam Ægyptiacam, ſed in Græcam, quæ communis erat omnibus. Quòd autem illa quibuſdam eſſet vulgaris, per accidens fuit: quemadmodum etiam Euangelium, & Epiſtolæ Pauli Græca lingua fuerunt conſcriptæ, etiamſi quibuſdam eſſent vulgares, & maternæ.

Id etiam: Scripturas in Græcam linguam, peregrinam ſcilicet, 70. Interpretes tranſtulere, quàm leue, & infirmum.

VII. argumen.

Septimò, certum eſt, inquiunt, Rhutenos, & Ægyptios, Æthiopes, & Armenos, & quoſdam alios celebrare diuina officia lingua vulgari, & cõceſſum fuiſſe ante 600. annos Morauis, vt lingua Sclauonica diuina officia celebrarent, vt teſtis eſt Æneas Syluius lib. de Origene Bohemorum, c.13. Reſpondemus, nos non permoueri barbarorum exemplis, quemadmodum etiam exempla Lutheranorum, & Caluiniſtarum non mouent: neque nos negamus id concedi non potuiſſe, maximè in principio, vt tota prouincia ad Chriſti fidem conuerteretur, nec inter eos inueniebantur, qui tam facilè lingua Latina poſſent celebrare. Non tamẽ ſequitur propterea nunc ſimiliter fieri à nobis debere: quemadmodum initio primitiuæ Eccleſiæ promouebantur ad ordines etiam vxorati, eo quòd cœlibes non reperiebantur, quod tamen nunc nequaquàm licet. Ita licuit Morauis olim id concedere, modò tamen non liceret, niſi eadẽ, aut ſimili neceſſitate Pontifices ad concedendum cogerentur.

Æneas Syluii.

Cur olim, & quibus populis conceſſum, lingua materna vt diuina officia celebrarent.

Coniugati cur olim Epiſcopi creabantur, non modò.

VIII. argum.
B. Chryſoſt. to. 3 initio.

Octauò, permulti producunt Chryſoſtomum paſſim exhortantem laicos, vt legant diuinas Scripturas: quod non poſſent facere, niſi ſcriptæ fuiſſent lingua vulgari. Ita enim docet homil. 10. in Ioan. & hom. 3. de Lazaro, & in Præfat. epiſt. ad Roman. homil. 9. ſuper epiſt. ad Coloſſ. & homil. 3. ſuper epiſt. 2. ad Theſſal. Demùm homil. 2. in Matth. 2. & alibi. Item quod hîc Hieronymus Paulam & Euſtochium fœminas adhortetur ad ſacrarum literarum ſtudium, & lectionem. Reſpondemus, Chryſoſtomi verba non eſſe ita accipienda, vt prima facie ſonant: nam eo tempore populus theatris, & ſpectaculis addictus erat,

Idem tom. 2.
Idem tom 4. in princip.

ita vt nec capaces, atque idonei Scripturas legerent. Vnde prædicta homilia de Lazaro ait, non poſſe quenquam ſeruari, niſi Scripturas perpetuò legat, quod falſum eſt, ſi verba eius vt ſonant accipiantur, ſed per exceſſum & hyperbolem dicta intelligenda ſunt. Similiter etiam homil.15.in Geneſ. *Nec in re iuſta, nec in iniuſta iurare licet.* Et homil.17.in Matthæum addit, neque in re neceſſaria eſſe iurandum: cùm tamen certum ſit, poſſe licitè iurari, & ſæpè Paulus iuramento confirmet dicta ſua. Chyſoſtomi ergo verba per amplificationem intelligi debent, quia populus ille Antiochenus aſſuetus erat iuramentis, etiam in minimis quibuſque rebus.

Idem tom.1.

Idem tom.2.

Hieronymus laicis & Chryſoſtomus ſacrarum quatenus concedant ſtudium Scripturarum.

Non aſſerunt autem Hieronymus, aut Chryſoſtomus, vt omnes laici paſſim, & ſine diſcrimine ſacros libros legant, ſed adhibito delectu, vt qui tales ſunt, quales Paula, & Euſtochia, Marcella, Hedibia, Algaſia, & Principia virgines, boni, inquam & pij. Et reſpõdendum etiam, quod B. Bernardus monachis vinum petentibus, & Timotheum allegantibus reſpondit: *Fruſtrà ſibi quidam blandiuntur de exemplo Pauli hortantis diſcipulum non bibere vinum, ſed modico vti vino propter ſtomachum, & frequentes ſuas infirmitates. Qui attendere debent. primùm quidem Apoſtolum minimè ſibi ipſi rem iſtiuſmodi ſuadere, ſed nec diſcipulum æquè expoſcere ſibi. Deinde non monacho hoc intimari, ſed Epiſcopo, cuius vita teneræ adhuc & naſcenti Eccleſiæ pernecessaria eſſet. Timotheus hic erat Da mihi alterum Timotheum, & ego cibo eum, ſi vis, etiam auro, & poto balſamo.* Sic ille. Et ego, da mihi alteram Paulam, & Euſtochium, & ſimiles alias, & non tãtùm apertiores Scripturas, ſed etiam profundiores, & obſcuriores vulgari lingua permitto. Sicut Romana Eccleſia, & index librorum prohibitorum ex Concilij Tridentini decreto concedit.

Bern ſerm 30 in Cant. in ſi.
Quid Bernardus monachis ſuis vinum poſtulantibus acutè reſponderit.
1.Tim.5.

Regul.4. indicis.

IX. argum. & vltimum.

Poſtremò Scripturæ (aiunt) cõditæ ſunt in omnium, & ſingulorum fidelium vtilitatem, vt illis erudiantur, paſcantur, & contra hoſtes, qui ſub ſenſum cadunt, vel non cadũt, muniantur, & ædificationem, & conſolationem accipiant. Ita enim Paulus dixit: *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem Scripturam ſpem habemus.* Et iterum; *Omnis Scriptura diuinitùs inſpirata, vtilis ad docendum, ad arguendum, & corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia; vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Non eſt autem vtilis populo, niſi in lingua materna, ſiue patria loquatur, quò intelligi poſſit, vt erudiat nos de omnibus. Dicendum eſt, in minori propoſitione falſum aſſumi, non eſſe vtilem Scripturam niſi vulgari lingua ſcriptam, quia etiam Græca, & Latina vtilis, quando per paſtores, & prædicatores proponitur, & explicatur. Non enim vtilis, etiamſi vulgari lingua conſcripta ſit, aut infantibus, vel pueris, vel cæcis qui nequeunt legere, nec infinitis hominibus legendi ignaris, vt ſunt plebeij, ruſtici, & mulierculæ, & alij generis eiuſdem. Et vt infantulis edentulis non datur integer panis, ſed præmanſus, & eſus à matribus & redditus lac, iuxta illud Ieremiæ, *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*: ita Scriptura interpretata, & explanata alendi ſunt, & ita paſcendi omnes idiotæ, & literarum ignari in Eccleſia Dei. Alioqui fruſtrà viderentur eſſe in Eccleſia poſiti Doctores, niſi vt alios doceant, & ſacras literas interpretentur, vt habes Epheſ.4. & Chriſtus dixit: *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi*; quibus iubemur obedire, & quæ dixerunt, facere; & etiam de labijs, & ore Sacerdotum requirendam legem. Cùm enim altum eſt flumen, aut ingens eſt lacus, & ex eo vis ſitim extinguere, periculum eſt ne lapſu pedis incautè demergaris; & conſultiùs eſt hauſtam inde ab aliô aquam, & domum allatã tutò habere. Adhæc ſi fons, aut puteus exiſtat, neque funem prælongum habeas, vel non hauries, vel ſi te nimium demiſeris, periculum eſt ne in eum cadas. Præſtat ex paruo fontis foramine, vnde ſcaturierit aqua commodè ad bibendum, vel ex aqua per aquarios, & aquæductores, quos non immeritò dixerim eſſe Doctores, & Paſtores, ſiue eorum ſcripta, bibere. Et certè ridendus eſſet, ſi quis non in poculo accommodo, ſed in dolio ipſo immerſo deorſum capite potare conaretur.

Rom. 15.

2 Tim.3.

Scriptura quatenus vtilis ſit.

Threnor 4.

1.Cor.12.
Epheſ.4.
Matth 23.

Malach 2.
Rudes ac plebeij homines è quibus fontibus tutò hauriant notitiam Scripturarum ac rerum ſpiritualium.

Neque verum eſt, plures hæreſiarchas natos ex doctis, quàm ex imperitis: quia nõ defuerunt ex hac ipſa occaſione nati hæretici; id eſt ex vulgari lectione ſacrorum librorum, vt VValdus, ex quo VValdenſes, Begardi, Turrelupini, Albigenſes, & Anabaptiſtæ. Vanum porrò eſt quod aiunt noſtro ſeculo Lutheri, & Caluini diſcipuli, ſe cõſcientia vrgeri, & impelli ad hoc ſiue petendum, ſiue faciendum, & contra conſcientiam fas non eſſe quicquam facere: quia quod grauius eſt & deteſtabilius, facere nõ verẽtur, quòd ſciſſionem in Eccleſia, & diuiſionem inducant, & ſuperioribus ſuis omni iure debitam, & præceptam obedientiam nõ præſtent. Talis fuit illa Iudæorum conſcientia, qui veriti ſunt ingredi in prætorium Pilati vt non contaminarentur, ſed manducarent Paſcha, & non vrgebantur conſcientia homicidij inſontis, & ſan-

Falſum eſſe dictum hæreticorum Hæreſiarchas plures ex doctis quàm indoctis prodiere.
Quàm leue & illud eorundẽ: peccaremus, niſi eiuſmodi verſionem ab Eccleſia peteremus.

Hæreticorum conſcientia qualis.
Ioan. 18.

ctiſſimi viri, vel potius Deicidii. Dici ergo iſtis iure poteſt, vt deponãt falſam cõſcientiam, & Eccleſiæ ac Oecumenico Concilio ſe ſubdant, illique per omnia obediant. Et hic ſit finis huius cõtrouerſiæ, atque adeo Diſputationũ in priorẽ ad Cor. epiſtolam.

IN POSTERIOREM EPISTOLAM AD CORINTHIOS.

DISPVTATIO I.

In qua, de argumento eius, diuiſione, & vnde, & quando fuerit conſcripta, diſſeritur.

Cur poſteriorem hãc ad Corinthios epiſtolam ſcripſerit Apoſtolus.

PRima occurrit dubitat. quæ fuerit poſt priorẽ tã longã ſecundæ huius epiſtolæ neceſſitas; cum aliis multis Eccleſiis ſcribẽs, ſecũdã nõ addiderit. Hoc aũt in primis ſoluit, aſſerendo trib. de cauſis id factũ fuiſſe. Prima, quod aduentũ ſuũ ad eos in præcedenti fuerat pollicitus, nempe cap. 4. & poſtremo, quem tamẽ magnis neceſſitatibus diſtr. ctus, & Spiritu ſancto impediente præſtare non potuit: quam aduentus ſui dilationem hac expurgat epiſtola, ſe excuſans, & qua id factum ſit, ratione commemorans. Altera cauſa fuit, cum Corinthii à Paulo reprehẽſi, eius verbis profeciſſent: nam ſcortantem illum, qui vxorem patris ſui habebat, à conſortio ſuo excluſerant: pecuniã etiam pro fratribus, qui in Iudæa erant, collegerãt, & Timotheum à ſe tantopere commendatum, cum omni beneuolentia ſuſceperãt, & ad Paulum remiſerant, æquũ erat, vt illos pro huiuſmodi beneuolẽtia, atque adeo obedientia collaudaret, vt ſic in officio contineret. Non putauit ergo differendam hanc eorum laudem & commendationem vſque ad ſuum aduentum, quem tardiorem futurum coniectabat: ſed cõfeſtim his poſterioribus literis eos admonendos, & ſaluandos eſſe duxit: docens nos, vt officia, quæ præſtare noſtra præſentia nõ poſſumus, literis ſaltẽ datis exhibere nitamur. Tertia cauſa: In tanta multitudine improbi quidam ex illis, contempta Pauli authoritate: & beneuola volũtate, & charitatis plena obiurgatiõe. in ſua adhuc contumacia perſiſtebant, Apoſtolo & eius epiſtolis detrahebant, epiſtolas quidem eius graues, & fortes eſſe, præſentiam vero corporis imbecillẽ, ſermonemq; deſpicabilẽ, & alia his ſimilia. Cum talem igitur Eccleſiæ Corinthiæ ſtatũ apud eos eſſe intelligere; & talem ad eos venturũ ſe noſſet; has literas dedit ex Macedoniç prouincia, ea ratione, vt quod iam cœperat, perficeret, & quo omnia bene inſtituta in ſuo aduentu inueniret. Vnde huius epiſtolç intelligentia ex prioris ad eos miſſæ ſenſibus maxime pendere videtur.

1 Cor. 4. Infra vlt.

II. ratio. 2. Cor. 5.

Documentũ Apoſtoli

III. ratio.

2 Cor. 10.

Loco autem diuiſionis ſubnectemus quid in ſingulo quoque capite efficiat Apoſtolus. Primo quidem à laude afflictionum auſpicatur, exponens quid in Aſia pertuliſſet, & quomodo dexter, & propitius ſibi adfuiſſet Deus, aduerſa omnia, & laborioſa in bonum ſuum cõuertens. Additque, nec leuitate, nec incõſtantia ſuum ad eos veniendi mutaſſe conſilium, tametſi non venerit vti pollicitus fuerat. Secundo capite oſtendit, qua ratione præceperit inceſtum illum Satanæ tradi; atq; ita probat ſe ſuo rite perfunctum fuiſſe iudicio: at vt ex eo tempore cœperat ille ſcortator aliquod reſipiſcentiæ edere ſignum, præcipit, vt in gratiam ſuum illum recipiant, & ne amplius illum vt inimicum perſequantur, ſed ex charitate ſuſcipiant vt fratrem. ¶ Tertio capite, quoniam delicati illi Corinthiorum Apoſtoli ſuas laudes prædicando facile eum ſuperaſſent; ne quid habeat cum illis commune, & ſimul vt refellat ſtultam illorum iactantiam; teſtatur ſe ex re ipſa commendationem ſumere, & non ab hominibus venari, vt illi faciebant. Ideo demõſtrat quanta ſit Euangelii excellentia, ac dignitas, & quanta legis Moſaicæ præ illa imbecillitas. Quarto indicat quanto ſtudio laborauerit in prædicando Euangelio, & quanto cum ſucceſſu ſeminauerit verbum Chriſti. Vbi tacite perſtringere videtur, qui ſibi maligne obloquebantur: & pronuntiat eos à dæmone excæcatos, qui tantum Euangelii ſui ſplendorem nõ cernerent. ¶ Quinto, quia vera Chriſtianorũ gloria extra iſtum mundum eſt cum præſentis vitæ contemptu, & externi hominis mortificatione; ad beatæ & æternæ immortalitatis meditationem toto animi ſtudio progrediendum eſſe illos admonet, oculoſque vt in ea contemplanda defigant. ¶ Sexto capite, vbi demõſtrauit quam fideliter ſuas egerit partes in

I. Capit. argumentũ.

II. capit.

III. capit.

IV. capitu

V. capit. argumentũ

VI. capit.

in Euangelica prædicatione, leniter Corinthios pungit, quod ipſimet ſibi eſſent impedimento, quominus fructum perciperent. Cui expoſtulationi adiungit etiam exhortationem, vt fugiant idololatriam, & infidelium coniugia: oſtenditque Corinthios ad illud, quod ipſe volebat, nondum

VII. Capit.

perueniſſe. ¶ Septimo, ne animos adhuc teneros proſterneret, aut à ſe eos abalienaret, de ſua erga eos beneuolentia rurſus certiores reddit; ſimulque laudat eorum obedientiam, quod priori epiſtolæ per omnia paruiſſent: interea vero fatetur ſibi non diſplicere: quod eos ad tempus mœrore affecerit, cum id fecerit in ipſorum bonum & ſalutem.

VIII. Simul ac IX. capitum.

¶ Octauo, ac nono capitibus egregiam de ipſorum liberalitate, & beneficentia diſputationem contexit, exemploque Macedonum, ac Scripturarum teſtimoniis eos prouocat ad ferendum ſubſidium ſanctis, qui in Iudæa egeſtate laborabant; ob idque laudat eos quod bene feciſſent, ſed ne ſtudii & conatus eorum feruor tempore vt fieri ſolet, frigeſceret, multis argumentis confirmat ipſos, vt in curſu inſtituto conſtanter permaneat.

X. Vndecimi ac duodecimi.

¶ Sequentibus tribus capitibus ſuam autoritatem propter miniſterium ſuum Euangelicum palam, & diligenter tuetur: vbi & pſeudoapoſtolorum obtrectationib. reſpondet, ac ſe multis nominibus ſummis æquare, atque etiam præferre Apoſtolis in ſpiritu confidit.

Decimitertii ac poſtremi.

¶ Capite poſtremo improbis ſeueriorem vindictam denuntiat, hortaturque in genere omnes, vt ſuum Apoſtolatum agnoſcāt id ſuo bono facturi, cum illis pernicioſum eſſet deſpicere, quem experti fuerant certum ac fidelem Domini legatum, illosque ſepoſita acerbitate, valere in Chriſto precatur. Et fere tota hæc epiſtola nihil eſt aliud, quam Apoſtolatus ſui Apologia.

Eccleſiæ Præſules, ac paſtores, Pauli exemplo, quib. maxime ſubditis prouidere debent.

Qua in re docuit Pontifices, Epiſcopos, & alios paſtores debere maxime attendere ad eos, qui de ipſis male ſentiunt, & obloquuntur, quo ſeipſos ab abiectis criminib. abluant, & expurgent. Verum quam longe ſint ab hoc ſtudio nonnulli animarum paſtores, quamque parum de bono nomine ſoliciti, propter quod ſeruādum tanta ſcripſit Apoſtolus, res ipſa, me etiam tacente, ſatis docet.

Vnde hæc ſcripta fuerit epiſtola.

Fuit autem hæc epiſtola ſcripta, & miſſa, non vt argumentum in Bibliis Latinis teſtatur, è Troade per Titum, ſed vt habet Oecumenius, à Philippis vrbe Macedoniæ per Titum, & Lucam. Fuitque poſt annum integrum à priori conſcripta, vt colligitur

2.Cor.8.

ex cap.8. vbi habet: *Hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore: nunc vero & facto perficite.* ¶ Eſt autem hæc epiſtola plena inſignibus Theologiæ locis, nimirum de Crucis ferendæ vtilitate, de certitudine Euangelii, de fructu interpretationis Apoſtolicæ, de prærogatiua, & efficacia miniſterii Noui Teſtamenti præ illo Moyſi, de fuga idololatriæ, & matrimonii fidelium cum infidelibus, de ſalutari triſtitia, & pœnitentia, de ſubſidio pauperibus impendendo, de multimoda Apoſtolatus Paulini comprobatione, de ſeueritate exercenda in eos, qui cum peccauerint, negligunt pœnitentiam agere, Vt merito cenſenda ſit vtiliſſima epiſtola, & magna Spiritus diuini eloquentia conſcripta, nam quod attinet ad ſtylum, & dictionem, interdum maxime impedita eſt, ac difficilis.

Quā vtilis hæc epiſtola.

DISPVTATIO II.

In Apoſtoli verba capit. I. *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, &c.*

IN hoc primo capite etſi neque multæ, neque magnæ difficultates occurrant: ne tamen nihil dicamus, & explicationem textum Apoſtolicum reddamus, & in planis ac perſpicuis mirā Dei & Pauli prudentiam complectemur, primo loco quæritur, cur à benedictione Dei Patris exordiatur, & cur dicitur Pater miſericordiarū & non Pater miſericordiæ, nec Deus vltionum, ſeu iudiciorum; & Deus non vnius, ſed totius conſolationis, & nō dixit, tribulationis. Secundo quæritur ſuper illo verbo: *Vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt:* quoniā multi accipiunt conſolationem diuinā non pro aliis, ſed pro ſeipſis, vt ſolitarii, & monachi, qui dicere poſſunt; *Secretum meum mihi, ſecretum meū mihi.* Tertio dubitatur, quomodo ſuperabundant paſſiones Chriſti in nobis, & quæ ſunt iſtæ paſſiones, & quomodo ſicut ſocii ſumus tribulationum, futuri ſimus, & conſolationum participes. Quomodo item conſolatio operatur tolerantiam earundē paſſionū, &c. Quarto hæſitatur, qualis extiterit illa Pauli tribulatio in Aſia, quæ ita Paulum grauabat, vt tæderet eum etiam viuere, & mortis reſponſum habere; cum tamen beatus Iacobus dicat: *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes*

I. dub.

Pſal. 75.

II. dubium

Eſa. 24.

III. dubiū.

Quartū.

Iacob. 1.

varias incideritis. Quomodo rurſus ſe grauatos aſſerat ſupra virtutem, ſiue ὑπὲρ δύναμιν, cum tamen ipſe prioris epiſtolæ cap. 10. dixerit: *Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum vt poſſitis ſuſtinere,* Qua ratione etiam habuit reſponſum mortis? nam etſi à Deo habuiſſet, minime cultaſſet. Quinto, quomodo gloria noſtra ſit teſtimonium conſcientiæ noſtræ, cum multæ inueniantur conſcientiæ falſæ, & cauteriatæ, vt alibi dixit: non ergo eſt ſolidum conſcientiæ teſtimonium, præſertim cum Apoſtolus priori epiſtola ſcripſerit: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Qua ratione item Paulus eſt gloria Corinthiorum, & Corinthii gloria Pauli; & cur pro certo ponit, quod non alia ſcribat ad eos, quam quæ nouerant, & legerāt. Superflua ergo videri poterat hæc eius epiſtola, ſi nihil aliud tradit. Sexto dubitatur in illis verbis: Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt ſecundam gratiam habeatis; alii legunt, ſecundum gaudium, & ideo dubium eſt quæ ſit præſtantior lectio, χάριν, an χαρὰν. Septimo, cum ait: *Cum ergo hoc noluiſſem, nunquid leuitate vſus ſum, vt ſit apud me Eſt, & Non?* Quæritur de verborum horum intelligentia, & vera lectione: nam Græce habetur, geminatum; Eſt eſt, Non non. Et quæritur: Si ex Spiritu ſancto promiſit venire ad eos, quomodo mutauit conſilium? Si autem ex Spiritu ſancto non promiſit, leuitas fuit, & ſapere ſecundum carnem, id polliceri, quod non erat in ſua poſitum poteſtate, dicendū enim erat, ſi Dominus voluerit, vt Iacobus Apoſtolus docuit. Verba item illa: *Quotquot enim promiſſiones Dei, ſunt in illo Eſt,* obſcura ſunt, & perplexa, & lumen aliquod interpretationis deſiderāt. Octauo, dubia ſunt illa verba: *Confirmat nos, vnxit nos, & ſignauit nos:* nam & Grammatica, & ſenſus obſcuritatem habent. Vltimo loco, cum ait: Parcens vobis, non veni vltra Corinthum, dubium eſt, qua in re Apoſtolus non veniendo, illis pepercit; cum tamē eius aduentus tum grauiſſimus, tū fructuoſiſſimus ſperaretur, ſi vel epiſtola tantum apud eos profecerat. Hæc ſunt in primis ſoluenda, & illuminanda.

1. Cor. 10.

V. dubium

1. Tim. 4.

1. Cor. 4.

VI. dub.

2. Cor. 1.

VII. dub.

Iob. 4.

VIII. dub.

IX. & vlt.

Ad primum igitur reſpōdemus: A proœmio huius epiſtolæ, quod ſoli tam ſalutationem complectitur, & in quo Timotheum ex Corintho ad ſe redeuntem, coadiutorem epiſtolæ ſibi coniungit, quo eum magis commendaret, & ſuam magis declararet modeſtiam; quem non Apoſtolum, ſed fratrem vocat; alibi vero, filium chariſſimum, & miniſtrum Dei in Euangelio Chriſti; tranſit ad exordiū epiſtolæ, & more ſuo à benedictione, & gratiarū actione initium ſcribendi ſumit, Deique bonitatem prædicat, & Corinthios exemplo ſuo ad perſecutiones pro fide, & Euangelio ſuſtinendas accendit. Quaſi diceret; Laudādum eſt illud ſummum nomen eius, qui eſt beneficentiæ fons inexhauſtus, qui nobis nunquā dormit, ſed quoties premimur, & in vitæ diſcrimen adducimur, præſens adeſt, dicēs; *Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Conſolatur etiam, & ſeruat, non modo vt nos, qui eius Apoſtoli ſumus, ſed vt omnibus aliis veritatis gratia afflictiones ſuſtinentibus, ſpem certam faciamus, non defuturam ſibi conſolationem, ac diuinam opem. Et ita his verbis gratias agens, inſinuat ſe à magnis periculis fuiſſe liberatum.

Cur ſuo nō ſolum, ſed etiam Timothei nomine hanc Paulus ſcribit epiſtolam.

1 Tim. 4.

2. Tim 1.

1. Theſſ. 3.

I. ſolutio quæſtion. De exordio huius epiſtolæ à benedictione Dei Patris.

Pſal 90.

Idem vt eō ſoletur nos in omni tribulatione noſtra.

Dictio illa, Benedictus, quæ Hebraice dicitur baruch, Græce nō eſt participium, ſeu nomen ſubſtātiuū, id eſt εὐλογητός, hoc eſt, laudabilis, ſiue laude dignus, & qui omnia benedicit re ipſa benefaciendo, & cui ab omnibus benedicitur, iuxta tres pueros in ignis fornacem miſſos apud Danielem, benedictione laudis. Et poſt vocem, *Benedictus Deus,* Oecumenius cenſet ponendum ὑποδιαστολή, id eſt, ſubdiſtinctionem, quæ fit duobus punctis, vno alteri ita ſuperpoſito: Græce vero virgula ſubiecta. Vt ſit ſenſus, *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Siquidem Deus omnium noſtrum Deus eſt, ſed præcipue Domini noſtri Ieſu Chriſti: quam ſubdiſtinctionem Chriſtus in Euangelio nos docuit, cum dixit: *Confiteor tibi Pater Domine cœli, & terræ,* manifeſte docens quod ſuus quidem ſit naturalis Pater, creaturæ vero factor, ac Dominus, ſed voluntarius, ac ſpontaneus.

Quomodo accipiēdū, & quid ſignificet: Benedict' Deus, & Pater.

Dan. 3.

OEcu. c. 1.

Deus Pater aliter noſter eſt aliter Ieſu Chriſti pater.

Mat. 11.

Et etiam Deus Pater miſericordiarum, quia ſolus ipſe eſt ſuapte natura omnis miſericordiæ expers; cum tamen omnes creaturæ, maxime vero humana ac ratione prædita, omni miſeriæ & vanitati ſit ſubiecta, quæ à Salomone dicitur, *Vanitas vanitatum,* & à parente eius Dauide; *Vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Sed vniuerſas haſce miſerias vincit ille, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. Et qui olim dicebatur Deus vltionum. Dominus, nunc per Chriſti incarnationis beneficium factus eſt Deus miſericordiarum.

Deus cur Pater miſericordiarū appelletur.

Rom 8.

Eccleſ. 1.

Pſal. 38.

Pſal. 93.

Vbi aduerte regulam à B. Dionyſio traditam, & à B. Chryſoſtomo hoc loco commendatam, ex beneficiis peculiariter acceptis nomina Deo aſſignari: vt qui in bello victoriam eſt conſecutus; dicat, *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamētum*

Sancti viri vnde ſoleāt Deo nomina imponere.

D. Dionyſ. de diuin. nom c. 1. p. inis.

B. Chryſ. ho. 1. to. 4.

Pſal. 17.

meum,

Græca lectio huius loci præpoſtera:ſiue tribulamur, &c. perpẽditur.

tione, quæ operatur tolerantiam earundem paſſionum,quas & nos patimur. Verbum, Conſolamur, Græce, vt diximus, paſſiuum eſt,id eſt,conſolationem accipimus. Verba Græca inuerſum habent ordinem: ita enim habet. *Siue tribulamur* ; *pro veſtra tribulatione, & ſalute, quæ operatur tolerantiam earundem paſsionum,quas & nos patimur. Siue conſolamur pro veſtra conſolatione, & ſalute, & ſpes noſtra firma eſt pro vobis, &c.* Vbi tertiũ illud membrum, *Siue exhortamur*, in Græco codice eſt Hæc autem lectio oſtendit,quod tolerantiã paſſionis magis operatur conſolationem ; quam conſolatio conſolationem. Operatur enim conſolatio patienter tolerata per viam meriti cõſolationem. Vnde & ad Romanos ait: *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero ſpem, &c.* & B. Iacobus, *Probatio fidei veſtræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habeat.*

Rom. 5.

Iacob. 1.

Pauli tribulatio, & afflictio cur magnopere Corinthios ſolaretur.

Multum ſiquidem ſolatium præbebat fidelibus ipſa Pauli afflictio: nam probabat veram eſſe eius prædicationem, qui nullis ab hac via commodis ſpectatis, quotidianis ſe obiiciebat vitæ periculis. Deinde promouebat fidelium ſalutem, qui viſis Pauli laboribus, magis accendebantur ad eadem perferenda, quæ erat eorum ſalus. Hæc eſt etiam corporis myſtici lex, vt maiora,ac potiora membra pro minoribus,ac infirmioribus membris patiantur, & cum illis mitius agatur. Ita dictum eſt de Domino,quod factus eſt egenus, cum eſſet diues vt illius inopia nos diuites eſſemus. *Vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis, ſcientes quod ſicut ſocij paſsionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.* Quemadmodum qui in mercatura ſocii appellantur, æqualiter de lucro, atq; de damno participant.

Secunda ratio.

Tertia ratio à myſtici corporis natura.

2. Cor. 8.

Corinthii, & cæteri fideles vt ſocii paſſionum,ſic & conſolationis futuri, quales videri poſſint.

Soluitur 4. dubitatio. Quænã,illa tam grãdis tribulatio quę Paulum in Aſia ſupra modum grauauit. Cõtra Caietanum.

Ad quartum dubitatum eſt, quæ fuerit illa Pauli tribulatio, quæ Paulo accidit in Aſia, quæ ſupra modum grauauit eum, ita vt tæderet iam viuere. Caietanus putauit nullibi Scripturarum ſermonem haberi de hac tribulatione, niſi hoc loco: cum tamẽ ignorare nõ deberet, quæ & quanta Epheſi, quę metropolis eſt Aſiæ minoris, pertulerit, in cauſa Demetrii argẽtarii, & quantis mortis periculis expoſitus fuerit, vt habes Act. 19. Debebat et ſ verba ſuperioris epiſtolæ capite poſtremo in memoriam reuocare: *Permanebo*, inquit, *Epheſi vſque ad Pentecoſtem. Oſtium enim mihi apertum eſt magnum & euidẽs, & aduerſarij multi.* Et fortaſſis alludit ad pugnam cum beſtiis Epheſi habitam.

Act. 19.
1. Cor. 16.

Supra 15.

Si nemo ſupra id quod poteſt, à Deo tentari permittitur, quare ſupra modum,& ſupra virtute grauatur Apoſtolus?

Ad illud vero. *Supra modum grauati ſumus ſupra virtutem.* primũ, dicitur καθ᾽ ὑπερβολὴν ſecundum vero ὑπὲρ δύναμιν: nõ pugnat cũ aliis Apoſtoli verbis in priori epiſtola habetis : *Non patietur*, inquit, *nos tentari ſupra id quod poteſtis.* Nam Deus non probat electos ſupra vires, Diuini auxilii ſui habita ratione, bene tamen habita ratione virium noſtrarum naturalium, & quod ex nobis præſtare valemus. Nam ita dubium nõ eſt, quin ſupra modum, & ſupra virtutem noſtrã ſit tẽtatio: & niſi Deus nobis adeſſet, facile ſuccumberemus. Niſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael, niſi quia Dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos forte viuos deglutiſſent nos.

Pſal. 123.

Quanta extiterit illa Pauli tribulatio.

Explicat Paulus magnitudinem ſuæ tribulationis, cum ait: *Ita vt taderet nos etiam viuere. Sed ipſi in nobiſmeipſis reſponſum mortis habuimus.* Græca habent ; ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. Ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς γὰρ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν. Id eſt: vt animi penderemus, & hæſitaremus, quod ad vitã attinet. Intellige autem, quantum ad præſidia humana attinet, & quantũ Paulus poterat tũ iudicare. Nec.n. vnquam ei præſidiũ Dei defuit. ¶ Si autem legamus, vt editio Vulgata habet. *Ita vt taderet nos etiam viuere*; hoc eſt, quia ipſa tentatio in ſe efficit tædium vitæ, & nemo eſt qui eam vt talem non fugiat; ſi vero finem, & fructu proſpexerit, ſi ex ipſius tolerantia, & expugnatione, nemo deſperet eorũ, qui perſecutionem patiuntur Vnde quidam impatiẽtes vitam morte abrumpere non formidarunt, vt Cato Vticẽ. M. Brut. vt Pompon. Attic. ¶ Vel: Tædebat nos etiam viuere, quia de nobis ipſis deſperauimus, quia hoc natura periculorum demonſtrabat. Etſi vero qui mollis eſt animi & effœminati, tædium vitæ in magnis difficultatibus, & anguſtiis concipiat, vt ſuperioribus exemplis demõſtratum eſt: hic tamen timor, ac tædiũ quod naturaliter conſequitur tentationibus grauatos, ſanctis interdum viris infuit, vt Iobi qui dixit; Tędet animã meam vitæ meæ, & Eliæ qui orabat: *Tolle (Domine) animam meã à me: nec enim melior ſum quã patres mei*, & B. Paulo hoc loco dum ait: *Ita vt taderet nos etiam viuere.* Chriſtus tamen, qui cœpit pauere, & tædere, & mœſtus eſſe, vt exemplum infirmitatis aſſumptæ præberet, deprecatus eſt calicẽ & mortem. Subdit Apoſtolus: *Sed ipſi, &c.*

Secundus ſẽſus huius loci, Ita vt tęderet nos etiã viuere.

Quib. impatiẽtia vel doloris, vel pudoris viram ademerit, Tertius ſenſus

Quod reſponſum mortis in ſeipſo Paulus habuerit.

Sed ipſi in nobiſmet ipſis reſponſum mortis habuimus. Reſponſum vocat, decretum, ac ſententiam, hoc eſt, quantũ ad nos, & noſtram cogitationem adfuit mortis expectatio. Reſponſum accipit pro diuino oraculo, vt aliquando accipitur, vt ibi: *Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodẽ.* Et Rom. 11 *Sed quid dicit illi* (ſcilicet Eliæ) *Diuinũ reſponſum?* Sed reſponſum accipit pro humano decreto: & ſentẽtia ab ipſomet Paulo pronuncia-

Matth. 2.
Rom. 11.
Alter ſenſus probabilior.

Diuina circa Paulum ſic afflictū prouidētia.

ta contra ſeipſum, conſiderando rei naturam, & periculum imminens: ſed Deus non permiſit ipſam in opus progredi: docēs, nos ne propria conſideramus virtute, aut conſilio, ſed in ipſo ſolo, apud quem poſſibilia ſunt, quæ impoſſibilia ſunt apud homines.

Matth. 19.

Reſponſū mortis Photio quid.

Photius apud Oecum c. 1.

Photius cum Oecumenio egregie ponderat nomē ἀποκειμα, quod docet poni pro dictione κρίσις, qui eſt dies decretorius, in quo medici certa & indubitata aduenientis mortis deregūt ſigna, vt cum plene noſtra & aliorum opinione morti adiudicati eſſemus, Deo tandem nos eripiente agnoſceremus à morte, ſola Dei potentia ſuſcitatos. Illius eſt enim mortuos in vitam reuocare, vt cum tanta ac tali morte liberauerit, & liberet, ſperemus, quod & in futurum ſit liberaturus. Primaſius in hæc verba ſcribit: *Præſcit ſe adhuc paſſurum, qui ſperat ſe liberandum.* Ambroſius legit, de tā'is mortibus, in plurali, ſicut & Origenes homil. 11. in Leuiticum. Interpres vero noſter dixit: *Qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit. Et ſperemus nos liberandos iterum atque iterum, ſi Dei gratia poſtulet, quia Dei perfecta ſunt opera.*

Afflicti ac tribulati cur Deo fidere debēt.

Rom. 4.

Ambr. to 5.

Orig. to. 2.

Deut. 32.

Cur Paulus Corinthiorum pro ſe preces poſtulabat.

Adiuuantibus, inquit, *vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum perſonis facierum eius quæ in nobis eſt donationis per multos gratiæ agantur pro nobis.* Plurimi effectus à Deo prouenien tes exigunt orationes noſtras, & non tantum priuatas, ſed etiam publicas, & communes aliorum preces, vt fuit liberatio Petri de carcere, & aliorum, qui præficiuntur Eccleſiis. Quare recte inſtitutum eſt, vt fūdamus preces pro Papa, & pro Antiſtitib. & Imperatore, ac Regibus Chriſtianis, & pro ſimilibus, qui publicas perſonas ſuſtinent, aſſidue deprecemur. Quanquam hic mos hodie refriguerit, & orationes ſubditorum conuerſæ ſint in detractiones, & cōtemptum Prælatorum; vt mirum non ſit, ſi Deus propter peccata populi permittat regnare hypocritas. Pro qualitate enim ſubditorū diſponuntur acta regentium, vt Magnus dixit Gregorius.

Act. 12.

Pro quib. orandū ſit.

1. Tim. 2.

Subditorū pro Præpoſitis preces (heu) quales hodie nunc ſint.

Iob. 34.

D. Grego. li. 25 Moral. c. 20. to. 1.

Quod vero ſequitur: *Vt ex multarum perſonis facierum.* Primaſius ita legit: *Vt ex multarum comitatu perſonarum, videlicet infantum iuuenum ſenum pro eo quod vobis donati ſumus, Domino gratiæ referantur.* Haymo confuſam ſententiam vocat. Erat enim imperitus ſermone, ſed non ſcientia. Vel eſt ſenſus, vt habetur in Græco, quod tandē in eundem ſenſū recidit; De dono, ſiue chariſmate in nos collato multimode, id eſt, multis modis (id eſt διὰ πολλῶν) noſtra cauſa Deo gratię pro dono ſibi à Deo per orationē collato, id eſt pro tolerantia ſua, & liberatione Dei, nouerat enim grauiſſimas fore gratiarū actiones

Quomodo accipiēdum, vt ex multarum perſonis faciendū, &c

2. Cor. 11.

Quare Paulus optabat, vt per multos gratiæ agerētur Deo pro iis beneficiis, quæ acceperat

Deo, quanta à pluribus efferuntur. Vnde & Eccleſia in Miſſę ſacrificio dignum & iuſtum, æquum & ſalutare oſtendit eſſe opus gratiarū actionis, & vt rem valde abſurdam oſtendit Dominus, quod ex decem leproſis mundatis vnus tantum, & ille quidem alienigena, ſiue Samaritanus, redierit ad pēdēdum officium gratiarum actionis, vt notaret cōmunem omnium ingratitudinem, & oſcitantium in hoc debito, & ſancto officio actionis gratiarum, quia tacita quædam ſupplicatio eſt, vt quæ accipimus dona, cōſeruet, & augeat in nobis. Vitium autem ingrati animi in cauſa eſt, vt nedum impetretur quod rogamus, quin etiam, vt, quod dedit, merito auferat. Vt ſancte dictum ſit: *Omni agenti*, id eſt, gratias agenti pro habitis donis, *dabitur & abundauit* (id eſt, augebitur ac multiplicabitur) *ei vero qui non habet*, (hoc eſt, qui non agnoſcit eſſe à Deo datum, nec pro eo gratias agit) *auferetur ab eo.*

Luc. 17.

Pœna ingrati animi apud Deum duplex.

Matth. 25.

Ad quintum dubium circa illud, *Gloria noſtra hæc eſt: &c.* ſæpe dictum eſt, voce Gloriæ, Latinis ambiguam eſſe, & homonymā, & duabus Græcis vocibus reſpondere, altera eſt δόξα, quæ claritatem, & ſplendidā cum laude notitiā ſignificat. Altera Καύχησις vel Καύχημα, id eſt, gloriatio. Ita vt diligenter inſpiciēdus ſit textus Græcus, de quo ſignificatu ſit ſermo. Hic autem in ſecundo ſignificatu ponitur, ita vt gloriatio Pauli eſſet teſtimonium conſcientiæ ſuæ. Nam vbi dixiſſet, cauſam Apoſtoli nō eſſe priuatam ſed communem; ac proinde omnium eſſe vt orarent, ac gratias agerent pro bono ſibi collato: inde probat non eſſe ſuam gloriationem in aliorum opinione, vel verbis poſitum, vt faciebāt pſeudoapoſtoli, ſed in teſtimonio conſcientiæ de qua Menander:

Quinta dubitatio propoſita inferius ſoluetur

Gloria Græcis duo ſignificat.

Quid ſignificet hoc loco.

Quæ eſſet pſeudoapoſtolorū gloriatio, quæ Pauli

Βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις Θεός.

Exercet enim Dei officium: nam bona opera commendat, mala reprehendit, etiam ſi bona ſint externa, quæ tamen iniquo animo fiunt. De qua ſcribens Auguſt. contra Secundinum, dixit: *Senti de Auguſtin. quicquid libet: ſola me in oculis Dei conſcientia nō accuſet.* Ecce quomodo ſerena conſcientia ſecuritatem, & tranquillitatem afferat. Quare Dilectus dixit: *Chariſſimi, ſi cor noſtrum nō reprehenderit nos; fiduciam habeamus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo.* De hoc quoque conſcientiæ teſtimonio recte quidam Ethnicus ſcripſit:

Mortalib. omnib. cōſcientia Deus: ait Menander

Conſcientiæ munus

B. Aug. c. 1. in prin. t. 6. poſt. med.

Ioan. 3.

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Horat. li. 1. epiſt. 1.

Eſt & magni cuiuſdam ſapientis ſententia: *Hæc eſt ſumma boni mēs quæ ſibi conſcia recti eſt.* Et Cicero in ſecunda Tuſculana: *Nullū theatrum virtuti conſcientia maius*, & alter de con

De conſciētia quam præclare ſenſerint, & dixerint mundi ſapientes.

Iuuē ſat. 13.

ſcien-

ſcientia malefactorum dixit:

Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi Diſplicet autori: primo eſt hæc vltio: quod ſe Iudice nemo nocens abſoluitur.

Per conſcientiā quid accipiat de more Apoſtolus. 1.Tim.1. B.Bernar. ſerm.2. ante med.

Solet intelligere Apoſtolus nomine conſciētiæ vitam puram, & bonam, vt 1.Tim.1. & Bernardus ſerm. in feſto Omnium Sanctorum ita explicat hęc Apoſtoli verba. Eſt ergo teſtimonium cōſcientiæ, in quo gloriatur Apoſtolus, non quod perhibeat conſcientia, ſed quod loquitur Spiritus veritatis in ipſo: teſtimonium perhibens ſpiritui noſtro quod ſumus filii Dei. Eſt enim teſtimonium conſcientiæ non perhibentis, ſed percipientis.

Teſtimonium conſcientiæ quod Bernardo. Rom.8. Ad quintū dubium. Gloria noſtra vt ſit teſtimoniū conſcientiæ noſtræ, cum etiam conſcientię ſint fallaces. Sap.17. 1.Cor.4.

Nec obſtat quod obiectum eſt de conſcientia erronea, & cauteriata: quia id rarū eſt, & paucis accidit, & illa etiam interdum cruciat, ac mordet impios. ſemper enim, ait Sapiens, præſumit ſæua perturbata conſcientia. ¶ Nec illud etiam tritū bonæ conſcientiæ teſtimonium tollit: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me Dominus eſt*: Quia ibi loquitur Paulus de iuſtificatione vera & perfecta, & cunctis plane perſpicua: quomodo profertur ſententia à iudice, qui explorata cauſa non decipitur. Atque hæc iuſtificatio non contingit à ſola ipſius hominis priuati conſcientia, ſed expectādus eſt iudex legitim⁹, & tempus pręfixū, in quo reuelabit abſcōdita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, vt ibidem ait. Nam in conſcientia quid ſit, quidue lateat, nemo alius videt. Ideo nemo plene iuſtificatur apud alios, etiāſi ipſe ſit iuſtiſſimus, ac ſe ſe iuſtiſſimum eſſe certiſſime nouerit. Sed homini interim ſatis eſt teſtimoniū conſcientiæ ſuę bene probatę & ſufficit vt glorietur in corde ſuo coram Deo, & in Domino: humiliter tamen, & ſobrie. Sed quia poteſt excidere homo, dum viuit, & mentē mutare: ideo nondum eſt perfecta gloriatio. Hinc Paulus docet; *Qui gloriatur, in Domino glorietur*; & Propheta; *Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.*

Si gloria noſtra eſt teſtimoniū conſcientiæ noſtræ, quare Paulus non ſe in hoc iuſtificatum aſſerit. Teſtimonium conſcientiæ ſufficiens quod deque illo cur imperfecta ſit gloriatio in hac vita. 1.Cor.1. 2.Cor.1. Pſal.31.

Erat autē teſtimonium conſcientię Pauli quod in ſimplicitate, & ſinceritate cordis, vt ipſe ait, conuerſati ſumus: Id eſt, non duplici animo, vt hypocritæ, ſed *in gratia Dei*. Scilicet non ſperans, neq; confidens in hominibus, ſed ſolū in protectione diuinæ gratiæ. Hinc legimus in Actis, fratres proficiſcentem Paulum ad prædicādū tradidiſſe gratię Dei; id eſt precibus, ac votis commendaſſe illum diuinæ protectioni, & bonitati.

Quo de teſtimonio conſcientiæ ſuæ Paulus glorietur. Act.13. Infra.14. Paulus & Barnabas quomodo traditi gratiæ Dei dicantur. Paul⁹ cur gratis, Corinthiis ma[xime, Euā]gelizauerit.

Ac ſubdit: *Abundantius autem ad vos*, vel, erga vos. Ita vt nullam dederit detractionis occaſionem, imo & ſe ali ſumptib. aliorum detrectauerit, ne aliquod Euangelio impedimentum præberet.

Non enim alia ſcribimus vobis, quam quæ legiſtis, & cognouiſtis. Obiiciebant Apoſtolo, vafrum eſſe, & varias perſonas, & colores induere. Vnde oſtēdit ſe eūdem eſſe, qualem olim legerant, & cognouerant, & quod in finem vſque talis eſſet cognoſcendus: nimirum quod vos eſtis noſtra gloriatio, & nos veſtra. Nam gloria, ſiue gloriatio patris & magiſtri, ſunt optimi filii, ac diſcipuli: & è contrario, gloria Corinthiorum erat habere talem patrē: em, qui eos genuit per Euangelium, & habere talem magiſtrum, qui de tantis myſteriis eos erudierat. Et hoc magis agnoſcetis, *in die*, inquit, *Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Quia tunc perfecta erit cognitio, & non ex parte, vt modo.

2 Cor.6. Paulus Corinthiis ſē per vnus, & idem, n[on] vafer, ac duplex animo fuit. Vnde hoc conſtare poſſit. 1 Cor.4. Pauli innocentia, & integritas Corinthiis quando plene conſtabit. Infra.13.

Sed obiiciat quis; Si alia non ſcribebat quam quæ legerant, & nouerant, ſuperflua igitur videri poſſet hæc epiſtola, in qua nil noui docebat. Sed intellige, non ſcribere alia, eſſe, non cognoſcere contraria iis, quæ prius docuerat: quemadmodum Gal.1 *Miror*, inquit, *quod ſic cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium*: & paulo poſt: *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizaret vobis præterquam quod euangelizauimus vobis; anathema ſit.*

Si eadem Paulus ſemper Corinthiis ſcribebat, non alia, nec diuerſa, cur hanc poſteriorē eiſdem conſcripſit epiſtolam. Gal.1.

Ad ſextum, quænam illa confidentia veniendi ad eos, vt ſecundam gratiā haberent reſpondeo; nimirū, hac confidentia, & perſuaſione, qua apud vos cognitus eſſem tanquam pater bon⁹, ac magiſter verax, vt honorifice, ac reuerēter à vobis ſuſciperer, & vt ita ſecūdam gratiam haberetis: Quam ſic vocat reſpectu prioris, qua per Euangeliū eos genuerat, & vt paruulos in Chriſto formauerat, vt iam eos ſecundo veniens corroboraret, & in gratia perficeret. Et ideo qui ſuperiori epiſtola cap. vltim. ſcripſerat quod iturus in Macedoniam, volebat per eos tranſire, ſed in reditu, & ab illis deduci quocunque proficiſceretur: nunc declarat quo velit per eos deduci. Id enim iam Spiritus ſibi indicauerat, nimirum in Iudæam. Nam Apoſtoli ab Spiritu ducebantur. Non ergo contradicit ſibi in his, quæ ſuperiori epiſtola pollicitus fuerat; ſed hoc tātum dicit: Tantum abfuit, vt pigritarer venire ad vos, vt, quātum ad meum animum attinet, etiam priuſquam Macedoniam viderē, ad vos venire vellem: at res non ſucceſſerunt iuxta voluntatem, vt id facto præſtarem.

Infra ſoluetur dubitatio Quæ confidētia vt ipſe ait ad Corinthios Paulus venire decreuerat. 1.Cor.4. Quā ſecundā gratiam ſuo aduentu Corinthiis daturus erat Paulus. Infra.6. Idem quomodo ſe purget, ad eos, vt promiſerat nō veneri[t].

¶ An vero legēdum ſit χάριν, an χαρὰν, id eſt an gratiam, an gaudium: parum referre videtur. Nam Photius. *Gratiam autem*, inquit, *dicit gaudium. Ex mutuo ſcilicet conſpectu, quod & gratia quædam dici poteſt.*

Sextæ ſolutio quæſt. Sit negligēdum: vt ſecūdā gratiam, an vero, vt ſe-

conſiliũ gaudium habere.

Quomodo Paulus leuitate nõ fuerit vſus quem promiſerat ad Corinthios non præſtans aduentum.

Cur mutẽt ſancti conſilium, ac mundi ſapientes.

Septimo loco circa illud: *Cum ergo hoc volu[i]ſſem, nunquid leuitate vſus ſum? Aut quæ cogito, ſecundum carnem cogito, vt ſit apud me eſt & Non?* dubitatum fuit, ſi ex Spiritu ſancto promiſit venire ad eos, quomodo mutauit ſententiam? Si autem ex Spiritu ſancto nõ promiſit, leuitas fuit id polliceri, quod nõ erat in ſua poſitum poteſtate. Deinde dubitabatur, quia Græca litera aliter habet, nempe Eſt eſt, Non non; cum ſimpliciter dicat Latinus interpres, *Eſt. & Non.* Reſpondendum eſt ad primum, non eſſe mirandum in ſanctis Dei cõſiliorum mutabilitatem ob improuiſa multa quæ illis occurrunt, qui peculiari Spiritus ductu ad ſalutem hominum dirigantur. Vnde vel Ethnici, qui cæteris ſapientia præſtabant, dicere ſoliti erant: *Sapientis eſt mutare conſilium.* Qui autem ignari ſunt impulſuum Spiritus ſancti, ſententiæ mutationem leuitati & incõſtantiæ tribuere ſolent. ¶ Leuitatem Apoſtolus Græce vocat ἐλαφρίαν, quæ vox eſt à ceruorum celeritate dicta. Vnde Dauid dixit: *Perfecit pedes meos tanquam ceruorum; & ſuper excelſa ſtatuens me.* Vt enim prudentia, ſiue aſtutia ſerpenti tribuitur, columbæ ſimplicitas, lupo rapacitas, ita ſeruo mobilitas.

Pſal. 17.
Matth. 10.
Supra 7.

Neque ex leuitate animi, neque pertinacia Paulus, vt promiſerat Corinthũ non venit.

Pro vero ergo ſenſu huius loci percipiẽdo, perſpice lector, duo inueniri vitia in cõſilio demutãdo: alterum leuitatis, cum quis non ex graui cauſa recedit de priori ſententia, ſed levi mente hac & illac circumfertur: Alterum vitium eſt pertinacia, quæ eſt dementis; & ambulantis ſecundum carnem, qui quod ſemel decreuit, & inſtituit, etiam ratione ſuadente vt mutet, non vult tamen mutare, ſed ait cum Pilato: *Quod ſcripſi ſcripſi.* Et vtrumque à ſe depellit Apoſtolus. Quod ergo non venerim, inquit cum me venturum deliberaſſem, non fuit leuitas, ſed id ex aliqua cauſa graui factum eſt. Et quod deliberaui me venturum, non ſecundum carnem deliberaui, id eſt, more hominum, qui temere, vel cõmodi ſui gratia ſolent quiduis polliceri, & leuiter ſententiam mutare, ſed voluntatem meam ſemper poſitam eſſe volui in volũtate Dei, vt id, quod in lucrum ſpirituale magis cederet, illud tã demum facerem. Vnde in ſuperiori epiſtola aperte conſilium ſuum reiecit in manũ Domini dicens: Si Dominus permiſerit, ſicut & ad Romanos dixit, *Si quo modo proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.*

Ioan. 19.

Quare nõ venerit.

Qui temere ſoleant mutare cõſilium.

1. Cor. vlt.

Rom. 1.

An Spiritu Dei ſuadente Apoſtolus promiſerit venire Corinthũ nec ne, & quare leuis

Ad argumentum igitur à Chryſoſtomo propoſitum; An ex Spiritu ſancto Apoſtolus promiſerit, ab eodem ita reſpondetur: *Minime*, inquit, *Iam enim dixi, Paulo non omnia fuiſſe cognita, quæ vel euentura forent, vel profutura. Et quid mirum, ſi non omnia futura nouerat Paulus, cum in deprecationibus frequenter ignorauerit quid expediret. Velut illud: Quid oremus quemadmodum oportet neſcimus. Non tantum eo dixit, vt videatur eſſe modeſtus; ſed declarat quod vbi ſit vtilitas in orando, ignoraret. Vbi igitur ignorauit? cum poſtulat, vt a tentationibus liberetur, dicens; Datus eſt mihi ſtimulus carnis Angelus Satanæ qui me colaphis cædat. Super hoc ter Dominum rogaui, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea.* Hæc ille diluens quod tacite obiici poterat: Si nulla enim dictis tuis ineſt firmitas, quandoquidem promiſiſti ad nos venire, & non veniſti, verendum eſt, ne hic ſermo tuus, & prædicatio ſit Eſt, & non, mutãs ſcilicet, inſtabilis, & infirma, nihil habẽs ſoliditatis. Reſpondet: Erat quidem mei iuris perfectionem polliceri, ſed me mea fefellit opinio: quia hominis eſt animam præparare, & Domini gubernare linguam. Et in Actis Lucas; *Cum veniſſent*, inquit, *in Myſiam* (Paulus ſcilicet, & qui cum eo erant) *tentabant ire in Bithyniam & non permiſit eos Spiritus Ieſu. Cum autem pertranſiſſent Myſiam, deſcenderũt Troadem.* Et viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt, Vir Macedo quidã erat ſtans, & deprecans eum, & dicens, *tranſiens in Macedoniam, adiuua nos.* Diu etiam deſiderauit ire in Hiſpaniã, nec tamen id niſi poſt multos annos potuit obtinere, id eſt, poſtquam liberatus eſt Romæ à Nerone. ¶ Quando ergo Apoſtoli perſonam Chriſti loquentis in ſe ipſis agunt, non niſi certa, ſolida, & cõſtantia loquuntur, & promittunt, ita vt dicere va[le]ant Angelis anathema, ſi Euangelio ſuo cõtrarium euangelizauerint: quando vero de ſuo loquũtur, falli poſſunt. Vnde ad maiorem illis fidem faciẽdam, adiungit ſibi Timotheum, & Siluanum, vt in ore plurium ſtet omne verbum.

veniendo non fuerit Chryſ. ho. 3.

Rom. 8.

Vbi Apoſtolus ignorauerit quid oraret ſicut oportebat, teſte Chryſoſtomo.

2 Cor. 12

Paulus cur mutauit conſilium veniendi Corinthum.

Prou. 16.
Act. 16.

Paulus quãdo venerit in Hiſpaniam, vt optabat.

Rom. 1.
2 Ti. vlt.

Apoſtoli quando nõ mutabant ſententiã.

Gal. 1.
Deut. 17.
Matth. 18.

Quod vero Græca litera geminatum habeat Ναὶ ναὶ, & Οὒ οὔ: id eſt, Etiam etiam, Nõ nõ: ita vt geminatio ſit & affirmationis, & negationis: nõ eſt tamẽ cum his, quę Dominus dixit Matth. 5. & frater Domini ca. 5. conſentiens: quia hic ſignificare videtur inconſtantiam, & inſtabilitatem: vt apud me ſit affirmatio negati, & cum libuerit, rurſus negatio affirmati. Dum tamen in prædictis locis aliud, vt diximus, ſignificet, nempe quod affirmãdum eſt, affirmare, quod negandum eſt, negare.

Id: vt ſit apud me, Eſt & Non, quid Apoſtolo.

Matth. 5.
Iacob. 5.

Quare quidam non ſine ratione putant meliorem eſſe Latinam lectionem noſtri interpretis, qui dicendo: Ita vt ſit apud me Eſt & Non, id plane legiſſe in Græco codice videtur: & ſenſum verum magis efficit ſimplex affirmatio, & negatio, quam geminatio: & corruptum fuiſſe hunc locum, tradunt quidam ignorantia ſcribarum, vel en-

Quomodo Dominus dixit: Sit autẽ ſermo noſter Eſt, eſt, Non non, quo ſenſu protulerit.

tium

Cur legendum hoc loco: Eſt & Non, abſq; geminatione, iuxta interpretem.

tium imitari textum Matth.5.& Iacob.5.Et ad eam lectionem præferendam, Græcus nos cogit contextus dicens: *Sermo noſter non eſt in illo eſt, & Non, ſed Eſt in illo eſt.* Et infra: *Dei enim Filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis per nos prædicatus eſt,* per me, & Siluanum, & Timotheũ, non fuit in illo eſt & Non, ſed eſt in illo fuit. Vbi bis ſimpliciter, & non geminate etiam in Græca litera ponitur Eſt, & Non Ait igitur: *Sed in illo eſt.* Id eſt, tantummodo affirmatio, & conſtans de eadem re doctrina. Et ita Interpres Ναὶ particulam, interpretatur Eſt, quod eſt, etiam.

Explicatur hæc verba: Quotquot enim promiſſiones Dei, ſunt in illo, Eſt, & id.q.

Sequitur: *Quotquot enim promiſſiones Dei, ſunt in illo Eſt: ideo & per ipſum Amen, Deo ad gloriam noſtram.* Græca hic paulo ſunt euidentiora, etſi non nihil diſcrepent à noſtra editione. Ita.n. habẽ Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ Ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ Ἀμὴν τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. Hoc eſt: *Quotquot .n. promiſſiones Dei ſunt in ipſo etiam, vt in ipſo Amen, Deo ad gloriam per nos.* Vbi dubium eſt, an particula, In ipſo, Filium Dei referat, an verò particulam, Etiam. Et quidem probabilius videtur, ipſum etiam, demonſtrari, & in altero ipſum Amen, in hunc ſenſum: Quotquot ſunt Dei pollicitationes, per nos, ſupple fiunt, ac fideliſſima ipſa veritate manifeſtãtur; & id quidẽ in nobis, ſed Deo ad gloriam. Ita eſſet in hac ſententia hyperbatis figura Paulo non infrequens:

Alter ſenſus, idem & probabilis.

Quanquam ſana quoque ſit ſententia, ſi dicamus, Quotquot ſunt promiſſiones Dei per ipſum, Etiam, & per ipſum Amen ſunt, id eſt, cũ hac aſſertione etiam, & Amen cõiunctæ ſunt: hoc eſt veræ, efficaces, & fideles ſunt ad Dei gloriam, quæ illi per nos ex habetur.

Sensus vero vulgatæ editionis erit: Quotquot promiſſiones ſunt in illo, ſcilicet Chriſto Dei Filio: na ἑαυτῷ capitur pro δι' αὐτοῦ, id eſt, In ipſo, vel per. (qui etiam, ſiue eſt, hic dicitur) ſunt, id eſt, veritatem habẽt, & implentur in Chriſto. Ideo per hunc Amen dicimus Patri Deo, veluti promiſſorum veritati, & fidelitati conſentientes. Nam per ipſum inſtaurantur, & quæ in cœlis, & quæ in terris ſunt, promiſſa diuina ſiue in lege, ſiue in Euangelio. In illo enim habemus remiſſionem peccatorum, adoptionem filiorum, vitæ æternę hæreditatem, reſurrectionem, & corporum noſtrorum in melius transmutationem, & in ſeculis ſempiternis incomprehenſibilis Trinitatis fruitionem & poſſeſſionem. Vnde Amen nominaliter ponitur, & veritatem, vel Chriſtum ſignificat, in quo omnes promiſſiones nituntur Sicut etiam Apocal.3. habemus, *Hæc dicit Amen, teſtis fidelis, & verus;* Et Eſa.55. *Miſericordias Dauid fideles.* Vbi Hebraicæ eſt, Amen, & Paulus Rom. 15. aſſeruit; Chriſtũ Ieſum miniſtrum fuiſſe Circuncisionis ad confirmandas promiſſiones patrum. Fortaſſis etiam in verbo Greco Ναὶ, & in voce Hebræa Amen, idem ipſum expreſſit: ſicut ex voce Hebræa, & Græca dicimus, Abba, Pater. Et vtraſq; particulas coniunxit Ioannes in Apoc.c. vltim. vbi ait: Ἀμὴν ναὶ ἔρχου κύριε Ἰησοῦ id eſt. *Amen etiam veni Domine Ieſu.*

Quid eſt dicere per Chriſtum, Amẽ Deo. Coloſſ.1.

Quomodo autor nobis bonorũ Chriſtus exiſtat Amẽ quid ſignificet.

Apoc.3. Eſai.55. Rom.15.

Tertius ſenſus, nec incongruus & ineptus. Rom. 8. Gal.4. Apoc. 22.

Octauæ quæſtionis ſolutio. De conſtructione horum verborum: Qui Deus confirmat nos vnxit, ſignauit, ac dedit pignus Spiritus. Phot. apud OEcu.c. 2.

Ad octauum, vbi ponit quatuor illa verba Apoſtolus, quæ vicina ſunt ſignificatione, & nõ ſolum grammatica obſcura videtur, ſed etiam ſenſus: habet enim: *Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit* (vel obſignauit) *nos, & dedit pignus Spiritus, &c.* Reſpondemus, indicantes conſequentiam textus. Dixerat enim, per nos, ſiue in nobis impleri Dei promiſſiones: ipſe tamen eſt Pater, qui ſic confirmat, & fideliter complet promiſſa ſua. Quod ergo ad Grammaticam attinet, Photius vult eſſe eclipſin, ſiue defectum, vel integræ ſentẽtiæ, vel vnius dictionis, nempe verbi Eſt, in hunc ſenſum: Deus eſt qui cõfirmat nos, & qui vnxit nos, & qui obſignauit nos, & qui dedit arrham Spiritus in cordibus noſtris. Si autem eſt eclipſis integræ orationis, ſenſus eſt: Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos, Deus eſt, Qui & ſignauit nos, & dedit pign' Spiritus in cordibus noſtris. Et tunc ſupplendum: Ipſe impediuit aduentum meum ad vos, vel, ipſe ſuas complet promiſſiones, &c. Cum enim hactenus probaſſet pdicta à Prophetis completa, & ab Apoſtolis prędicata, & in prædicatione non fuiſſe vllam mutabilitatem: modo hoc idem demõſtrat ex parte prædicantium, qui quatuor illa dona in illis verbis deſignata, ipſis prędicantibus Apoſtolis contulit, cum quibus mutabilitas prædicationis nullo modo ſtare poteſt, quæ ſunt confirmatio, Vnctio, & Signatio, atq; traditio pignoris, vel arrhæ Spiritus. Id eſt: confirmat nos vobiſcum in Chriſto, dum promiſſa dona offerimus, & vos acceptatis, vt ita ſermo ſit admixtus fidei. *Qui & vnxit nos.* Id eſt: Qui hæc efficit per vnctionem, vel per donum Spiritus ſãcti, quod deſcendit à Chriſto vncto, qui eximie vnctus dicitur præ participib. ſuis, de qua Sponſa: Vnguentum effuſum nomen tuum, quo nos Apoſtolos, & vos, ſeruato cuique ſuo ordine perunxit. Sicut vnguentum in capite (Chriſto) quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, & in oram veſtimenti eius. Sicut enim per barbam Aaron ſignificantur Apoſtoli, & Euangeliſtæ, ita per oram veſtimẽti, populi fideles fide maiori-

Altera ſolut.

Apoſtolorum doctrina atque prædicatio firma fuit & conſtans ex quatuor

Qua ratione Deus Apoſtolos confirmat fideles.

Deus item quomodo vnxit Apoſtolos. Hebr. 1.

Can.1.

Pſal.132.

loribus conglutinati,& comparticipes gaudii,& exultationis, & bene olentes Deo. Adiecit: *Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.* Hermon, maledictum interpretatur, & Anathema. Et ita Chriſtus pro nobis factus ad tempus,& ex parte anathema,& maledictum: ex quo omnis benedictionis ros,qui effluit in montem Sion,qui eſt Eccleſia perfectorum, & Chriſtus fecit vt ex tanto maledicto tanta oriretur benedictio noſtra,& ex tanta reprobatione,tanta electio noſtra.

Gal 3. Deut.21.

Sequitur tertium verbum: *Qui ſignauit nos.* Græca vox eſt σφραγισάμενος, quam alii vertunt,obſignauit. Et prioris vocis eſt ſenſus: Signamur omnes in Baptiſmo inuiſibili quodam,ac ſpirituali ſigno, quod characterem in Eccleſia vocant Theologi ex doctrina beati Auguſtini libr. contra Parmenianum, & Baſilii in ſermone quo exhortatur ad ſanctum Baptiſma. Nam ſi ſignantur ſerui hominum quibuſdam notis, & inuſtionib. & milites certa ſuorum Ducũ ſigna geſtant, vt agnoſcatur cui militẽt: quid mirũ ſi etiam Chriſti ſerui, & milites Domino ſuo,ac Duci Chriſto, aliquo ſpirituali ſigno inſigniãtur? Nam Corinthii ſignati erant & charactere Baptiſmi,& ſigno confirmationis; ſuperaddito etiã charactere Sacerdotii,& magni Epiſcopatus, ſignatus erat Apoſtolus.

Quemadmodum & Apoſtolos Deus vt etiam fideles ſignarat ac ſignat *Aug li 2 con Parm c.13.& alibi paſſim. t.7. Baſil to.1.* Quare Chriſtiani ſignentur. Paulus Apoſtolus quo duplici charactere erat inſignitus.

Alterius verbi, *Obſignauit*, ſenſus eſt,id eſt Clauſit,tanquam imprimendo ſigillum literis ſcriptis in ſignum firmitatis: vnde & Apoſtolica gratia in ſignorum operatione, & in donis linguarum,& in prophetico ſpiritu,& in imitatione charitatis,& patientiæ Chriſti,in teſtimonium verorum miniſtrorum Euangelii confirmatur.

Ponderatur hæc lectio: Qui & obſignauit nos.

Et ſubiungit de quarto: *Dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris*, vel potius iuxta Græcam literam,arrham,vel arrhabonem Spiritus. Vnde Epheſ.1.pignus vertit noſter interpretes,cũ Græca vox ſit, arrhabo,hoc eſt, donũ gratiæ,ſiue charitatis& iuſtitiæ quam Spiritus ſanctus infundit. Et ſicut pignus inuenitur in mutuo,Gene.38.ita arrha pars eſt pretii futuri contractus,emptionis,venditionis,quæ in arrha inchoatur. Hæc autem arrha interuenit in ſponſis, ſicut & in contractu emptionis,& venditionis. Caietanus contrahit hanc futuræ felicitatis arrham ad Apoſtolos. Eſt autem Spiritus ſanctus futuræ felicitatis arrha. Et licet legeremus pignus, exponendum eſſet pro arrha etſi differunt: quia pignus recuperatur cum ſoluitur,arrha autem cum ſit pars pretii, non recuperatur. Vel potius dicendũ Spiritum ſanctum eſſe pignus quod ad fidem, & ſpẽ attinet: quæ dona deficiunt: arrha aũt quantum ad charitatem quæ perficitur, etiam remanet.

Pignus Spiritus quod dederit in cordib. noſtris Deus. *Epheſ.1.* *Geneſ 38.* Vbi detur arrha. Quib. iuxta Caietanum, dederit Deus pignus ſpiritus. Arrha,& pignus differunt inter ſeſe. Alter ſenſus,quomodo S. Spiritus ſit pignus cordium noſtrorum. *2 Cor.3.*

B. autem Thomas: *Signauit*, inquit, *ſigno fidei Chriſti, ſiue ſigno Crucis de quo Ezech. 9. ſigna Thau in frontibus eorum, id eſt, ſignũ crucis. Apoc.7. Quo adusque ſignemus ſeruos Dei noſtri, &c. Et hoc per Spiritum ſanctum Roman.8. Si quis Spiritum Chriſti nõ habet, hic non eſt eius. Vnde et ad Epheſ. ait: Signati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto.*

Quo ſigno nos ſignauerit Deus ſecundum Thom. *D Tho. lect 3 c.16. Ezech.9. Apoc.7. Rom.8. Epheſ.1.*

Ad poſtremum cum ait: *Ego autem teſtem Deum inuoco in animam meam quod parcens vobis, non veni vltra Corinthum.* Vbi manifeſtum eſt iuſiurandum; ait.n. in animam meam, hoc eſt,in iudicium animæ meæ,contra eos qui illud non licere ſentiunt. Et adhibitum eſt ab Apoſtolo ad fidem faciendam cõtra oblocutores,& pſeudoapoſtolos,qui autoritatem Pauli deprimebãt,& ſeipſos extollebant. Teſtem ergo Deum inuoco, quem ſolum animæ ſecreta non fallunt.

Teſtem Deum quid inuocare in animã ſuam. Cur hoc adhibuit iuſiurandũ Apoſtolus

Et ſubdit: *Quod parcens vobis*, οὐκ ἔτι, id eſt, Nondum veni,vel,non amplius,ſiue hactenus non veni,quo vos tandem,adueniens, emendatos inueniam. Cauſa ergo non veniendi fuit,vt illis parceret, ne manum ad virgam cogeretur mittere, ſi veniſſet. Sunt enim quædam vitia, quorum animaduerſionem præſentes prætermittere non poſſumus,abſentes autem interdum, longiorem moram trahimus, cum ſcilicet eſt ſpes aliqua reſipiſcendi,ſed alia leuiori punitione caſtigamus. Quod maxime aduertere debent prælati zeloſi,qui plus æquo præcipites tendunt ad vltionem delinquentium. Et quia dixerat,Parcẽs vobis,& illi ſubiungere poterant: Nunquid ergo tu Dominus noſter es: qui parcis vt ſeruis; hoc remouẽs ſubdit: *Non quia dominamur fidei veſtræ.* Quæ voluntaria eſſet debet,& in qua ſtatis, vel ſtetiſtis: ſed quaſi adiutores, & miniſtri gaudii veſtri, & emendationis. Nam hæc puniendi delinquentes poteſtas nõ eſt deſpotica, qualem habent domini in ſeruos,& mancipia; ſed politica, & qualem Reges in liberos ciues, qui vel ſponte ſeruiunt, vel per charitatem. Nõ autem accepimus eiuſmodi poteſtatem; quo nos ſuperbiamus,& delectemur, illamq; pro libidine exerceamus noſtra, quo nos aliquid eſſe videamur ſed vt Chriſto ſeruiamus, & vt Eccleſiam zizaniis expurgemus,& erraneos fratres ad Dominicas caulas reducamus.

(?)

Quare,vt idem teſtis eſt,non venit Corinthum Apoſtolus. Vitia quæ, & peccata diutius tolerentur. Præpoſiti quid cauere debeant in punitione maiorũ. Quæ poteſtas Pauli eſſet puniẽdi Corinthios. Eius tradita à Domino finis.

DISPVTATIO I.I.

In illa Apoſtoli verba ca. 2. *Statui autem hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos. Si enim ego contriſto vos, & quis eſt qui me lætificet niſi qui contriſtatur ex me: & hoc ipſum ſcripſi vobis: vt non, cum venero, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, &c.* vſque in finem Capitis.

Cur Paulus ad Corinth. venire diſtulerit.

Altera cauſa.

SCopus huius Capitis coniunctus eſt cũ ſuperioribus. Prius enim in genere declarat cauſam moræ ſuæ veniẽdi ad Corinthios, & hanc aperit fuiſſe, ne triſtitiam ſuper triſtitiam ſuo ad illos aduentu accumularet. Indicat etiam cauſam fuiſſe; ne fructus, quem in illis ſperabat, & facere iam cæperat, impediret: de quo inferius ait: *Cum veniſſem autem Troadem propter Euangeliũ Chriſti, &c.*

I. Dubit.

Poteſt igitur in primis dubitari, quid eſt: Si enim ego contriſto vos; & quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me? quod obſcuriuſcule dictum videtur & quis eſt ſenſus illorum verborum: Si quis autem contriſtauit me, non me contriſtauit: videtur enim contradictio, & pugnantia verborum. Et rurſus quid eſt: Me non contriſtauit, ſed ex parte, vt non onerem, vel non grauem omnes vos. Deinde in illis verbis:

II. Dubit.

Sufficit illi qui eiuſmodi eſt. (Scilicet qui me contriſtauit) *obiurgatio hæc quæ fit à pluribus*: quis enim eſt ille, qui contriſtauit Apoſtolum? & quæ eſt illa obiurgatio quæ fit à pluribus, quam illi ſufficere ait. Tertio circa illud: *Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti*, ambigi poteſt de qua remiſſione, vel donatione ſit ſermo, culpæ ne, an potius pœnæ: nam ſi culpæ fuiſſet, non potuiſſet Apoſtolus abſens aut remittere, aut retinere eius culpam, qui aberat: nam forma eſt: *Abſoluo te ab omnibus peccatis tuis*: quæ verba ſonant ipſius rei, & peccatoris præſentiam. Si autem ſit ſermo de pœna excommunicationis, in quam ab Apoſtolo cum Corinthiis inceſtuoſus ille traditus erat Satanæ, quæri poſſet an eiuſmodi abſolutio vocari poſſet indulgentia: nam quidam ex Catholicis hunc locũ pro indulgentiis interpretantur. Quarto, quod oſtium fuit illud à Chriſto in Troade apertum; & cur tantopere contriſtatus fuit de abſentia Titi. Nam ſi ob id volebat eum quod præclarus eſſet prædicationis veri Dei miniſter, vt docet Hieronym. in Quæſtionibus ad Hedibiam; certe Apoſtolus ipſe donum omnium linguarum ad prædicandum per totum orbem acceperat, & excellentius per ſe poterat illud præſtare.

III. Dub.

Vnde conſtet poſſe tantum præſentes abſolui.

IV. Dubit.

Hieron. ep. 150 q. 9. & circa med.

Quinto dubitatur, quia videtur Apoſtolus ſe ipſum iactare, dum ſe triumphare in omni loco dicit, & bonum notitiæ Dei odorẽ fieri apud omnes. Sexto, quomodo ijdem Apoſtoli quibuſdam erant odor mortis in mortem, cum paulo poſt Paulus dicat, Euangelium eſſe miniſterium vitæ. Eſt enim virtus, in ſalutem omni credenti. Poſtremo quid eſt adulterare verbum Dei, vel vt alij vertunt, cauponari. Hæc pauca breuiter diſſoluentur.

V. Dubit.

VI. Dub.

Rom. 1.

VII. & vltima.

Inferius propoſita initio dubitatio ſoluitur. Quãdo primum venerit Corinthum Apoſtolus, ſi illuc iterum venturus erat.

Ad primum ergo: *Statui*, inquit, vel ſtatueram, *hoc ipſum apud me*, ne iterum, præter epiſtolam illam ſcilicet primam à ſe ſcriptam, in qua de multis eos reprehenderat, ne iterum inquam, aduentu ſuo illos contriſtaret, obiurgando illos de iis, in quibus ei obedientiam non præſtitiſſent, & ſi is, qui inceſtum admiſerat, nondum pœnitẽtiam egiſſet, aut quod Corinthij illum de Eccleſia, ſicut ſcripſerat, non eieciſſent; cũ tamen dixiſſet, Auferte malum ex vobis ipſis. Nolebat autem eos mœrore afficere, ſicut nec Domin⁹ volebat Diſcipulos ſuos quamdiu cum illis Sponſus erat, ieiunare; vt amore magis, quam timore afficerentur ad Chriſtum, & ſibi inuicem magis copularentur, & in fide augerentur, à qua non facile amouerentur propter tribulationes.

1. Cor. 5.

Idem cur nolebat Corinthios contriſtare.

Matth. 9.

Ad I. Dub. reſponſio. De ſenſu horum verborum. ſi enim ego contriſto vos, & quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me?

Et ait: *Si enim ego contriſto vos* (increpando ſcilicet, & ad pœnitentiam reducendo) *& quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me.* Quaſi dicat; Triſtitia veſtra redundaret in meam triſtitiam, & ſic nullus, eſſet inter vos qui me lætificaret: nam contriſtatus nõ facile alios conſolatur. Contriſtari vero hic paſſiue accipit pro triſtitia affici. Nullus enim me perinde lætificat, atque ille; qui meis verbis ad triſtitiam pœnitentiæ, & ad meliorem frugem conuertitur, dum me videt iratum, & peccatis excandeſcentem.

Hæc Pauli verba quo tendant.

Cauſa vero cur hæc ſcribat, eſt, vt interim ſe præparent, & diſponant ad eius aduẽtum, vt cum venerit, triſtitiam ſuper triſtitiam non habeat, ſi videat eos inemẽdatos, qui tamen mœrore affecti propter ſuum peccatum debebant eſſe Apoſtolo gaudij materia. Indicat ergo quo ſit animo erga Corinthios, blando nimirum, & paterno? nõ tyrannico, & deſpotico. tãtam namq; in eſſe ſibi ſympathiã cum Corinth. vt nequeat niſi ipſis de peccato contriſtatis, ac proinde de triſtitia pœnitẽtiæ gaudentib. gaudere. Vnde ait: *Confidens in omnib. vobis, quia meũ*

Quam paterno Paulus in Corinthios eſſet animo.

Gaudium Apoſtoli idem vt Corinthiorū eſſet, & mœror ſimiliter.

Rom 12.

Epiſcopi quo animo affecti eſſe debeant in ſibi ſubiectos.

gaudium, omnium veſtrum eſt. Id eſt: Scio quod vbi videritis me gaudentem, gaudebitis, & contra, vbi me dolentem, dolebitis. Nam liberi ingenui, & patris amantes, cum parentibus ſuis aut gaudere, aut triſtari ſolent. Ex quo ſatis detegitur, quo animo eſſe debeat Epiſcopus in plebem ſibi commiſſam & quo affectu delicta punire, & delinquentes corripere debeant. Nam ſi grauius filios increpent, aut verberent, dolent tamen plurimum, & vellent prorſus à pœna infligenda abſtinere, ſi ſic afflictis poſſet rebus conſuli. Verum ſalutaris eſt correctio, & ſal à corruptione præſeruans.

Vnde videri poſſit Paulus vt olim Romanis ſuaſerat & ipſe flere cum flentibus.

Rom. 12.

Sæui proprium animi quid.

Nam ex multa, inquit, *tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas: non vt contriſtemini.* Dixerat; Qui contriſtatus eſt ex me (ſcilicet ad pœnitentiam) ille me gaudio afficit, ne ill. forſan obiicerent: Ergo ne nobis triſtitiam ingeris, vt ipſe lætitia explearis? Certe voluptatem ex aliorum fletu capere, non eſt aliud, quam animi ſui ſæuitiam prodere. Nunc Paulus longe aliter ſe affectum fuiſſe teſtatur, clarius explicans quo animo ſuperiorem ſcripſerit epiſtolam quo oſtendat ſe à ſæuitia alieniſſimum. Tātum abeſt, inquit, vt ex correctione vlla, mœroreque veſtro quicquam gaudij acceperim, vt magis indoluerim: nam vehemētia doloris mihi extorſit quod ſcripſi, quādoquidem largas fudi lacrymas, quod pro merito flagitij compellerer ad vos ſcribere ea quæ ſciebam magno vobis mœrori futura, cum ea mallem ad vos ſcribere, quæ vos exhilararent. Mulctam ac pœnitentiam grauioribus verbis non in eum finem adhibui vt vos perturbarem, ſed vt potius iuuarem & amorem meum erga vos teſtatum redderem, qui quo vos impenſius diligo, eo minus ad veſtra conniueo crimina; ita vt quod vobis odij ſignum videtur, ſit potius meæ erga vos flagrantiſſimæ charitatis argumētum. Scriptum eſt enim; *Melior eſt manifeſta correptio, quam amor abſconditus; &, Meliora* (vel vt Hebræa habent, fidelia) *magis ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis.*

Quare Apoſtolus ſuperiori epiſtola Corinthios tam grauiter obiurgauerat.

Idem cur tantopere imperfectos Corinthios ſuſtineret.

Prouerb. 27.

Ex quo ſenſu habere potes, vnde oriri debeant piæ, & ſanctæ paſtorum obiurgationes ad creditas ſibi oues regendas. Vides etiam pauli lacrymas, quæ ſua abundantia mollitiem, ac dulcedinem teſtantur magis, quam fuerit pura Stoicorum ſeueritas.

Duo Apoſtoli documenta.

II. ſol. q. Quis ille, qui Apoſtolum contriſtaret.

Ad ſecundum circa illud: *Si quis autem cōtriſtauit me, non me contriſtauit, ſed ex parte, vt non onerē omnes vos:* Dicimus, Inducere Apoſtolum aliam rationem ad leniendam offenſionem: quod dolorem communem cum illis habuerit, & cauſa aliunde ſit orta: Pariter, inquit, doluimus, & alius in culpa fuit. Et mitius loquitur, dicendo, Si quis, non declarando quis extiterit. Eſt enim forma quædam extenuationis, ſed propemodum vos omnes. Et ait, *Ex parte*; ne illum nimis grauet. Ex ex parte ponitur pro, Quodammodo; quia nititur his verbis Corinthiorū animos contra ſcortatorem conciliare, & beneuolentiam illius ſcelere alienatam reſarcire, quia ab eo tanquam ab homine reprobo, & peſtifero auerſi omnes erant: vt ſi iubeat illi veniam dare, non id moleſte & grauiter ferant, & ne leuitatis Paulum incuſent. Idcirco prudenter demulcendo hæc ſcripſit.

Eum cur ſe dicit Apoſtolus contriſtaſſe, ex parte.

Ad ſecundum dubium reſpondemus circa illud: *Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio quæ fit à pluribus.* Cenſet Paulus pro pœnitentia ſufficere excommunicationem illam & increpationem publice factam. *Ita vt è cōtrario magis donetis, & conſolemini.* Id eſt: Magis condonare, & conſolari debeatis. Qua Pauli facilitate debebant Corinthij eius exemplo abhorrere à puniendi auſteritate: ad quod ſpectat, quod non commemorat atrox eius delictum, nec nomen eius indicat, & quod illi veniam indulget, qui maiori pœna dignus erat. Apparet etiam, ſcortatorem iam reſipuiſſe.

Inceſto Corinthio quæ ſufficiebat obiurgatio facta à pluribus.

Quare Apoſtolus inceſtuoſum illum non expreſſit, ac nominauit.

Græca verba habent: Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. Vbi nota verbum Ἱκανὸν, quod ſatiſfactionem denotat, quæ exterius pœnitentiam agenti propter peccatum debetur. Sicut Act. 17. habetur: *Accepta ſatiſfactione à Iaſone, dimiſerunt illos,* Iaſon enim, qui accuſabatur tanquam autor ſeditionis, quod Paulum, & ſocios eius hoſpitio ſuſcepiſſet, hoc debito obligatus tenebatur, vt doceret ſe extra crimen eſſe, ſeque iuſte expurgaret. Vnde Græce habetur Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος. καὶ τῶν λοιπῶν ἀπέλυσαν αὐτούς. At vero ἐπιτίμια & ἐπιτίμιον, eſt mulcta, ſiue pœna, quæ peccatori imponitur.

Act. 17.

Et ait: *Ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.* Apoſtolus non tantum pium, & exorabilem ſe reddit, ſed etiam alios hortatur, vt eadem animi lenitate reſipiſcentem in gratiam recipiant. Ponderatque Theophylactus, Apoſtolum dixiſſe, donetis, ſiue condonetis, quia non ſatis eſt peccatorem pœnitentem reſipiſcere, ſed opus eſt ab Eccleſia per ſententiam abſolui. Ideo videant, qui cenſuras Eccleſiæ contemnunt. Nec enim hic eſt ſermo de remiſſione iniuriæ, qua Corinthij offenſi ſūt per illius inceſtum, ob quam eum odio proſequerentur: hoc. n. nec Paulo condonanti, non Corinthiis perfectis, & in omni verbo

Mira Apoſtoli in fornicarium illum lenitas.

Theophyl.

Corinthij quam donare ſeu cōdonare inceſtuoſo Corinthio debebant offenſam. Licitus, qui excluditur.

& in

1. Cor. 1.

& in omni ſcientia diuitibus quadraret, qui nouerant iniurias ſibi factas prompte eſſe remittendas. Nec loquitur de remiſſione culpæ, vel offenſæ, quatenus in Deum tendit: quæ à ſolo Deo in Sacramento per abſolutionem remittitur. Et Ambr. hoc loco (ſi tamen eius ſint illæ enarrationes in Paulum) aperte, & ingenue profitetur, Apoſtolum nouiſſe per Spiritum S. illum vere pœnituiſſe, & Deum illi ignouiſſe. Vnde & hortatur, vt confirment in illum charitatem.

II. ſenſus, idem improbabilis.

Ambro. t. 5

III. ſenſus, item incōgruus.

Tertio non poteſt de vinculo excommunicationis tantum ſoluendo intelligi, niſi etiam adiungas pœnarum canonicarum durationem, ad quas ſoluendas obligatus erat. Mandat ergo, vt ad communionem illum recipiant, quem prius auerſabantur, & moras diuturnioris pœnitentiæ condonent. Et addit cauſam: *Ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui euiſmodi eſt.* Ne deſperans ſe ad Chriſtum poſſe conuerti, à morte ſecunda tanquam à charybdi abſorbeatur, aut reddatur puſillanimis, & abiectus ab omni bono præſtando. Ita dixit Cain: *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear.* Iudas quoque cum diffideret de miſericordia, abiens laqueo ſe ſuſpendit: & de quibuſdam ait Apoſtolus ad Epheſios, *Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.* Contra Dauid Dominum orabat: *Neque abſorbeat me profundum neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.*

IV. proprius huius loci.

Corinthij cur fornicationi debebant donare debebant offenſam.

Gen. 4.

Matt. 27.

Epheſ. 4.

Pſal. 68.

Ideo petit, vt confirment in illum charitatem. Vbi non eſt ſermo de dilectione, quā pœnitens ſcortator iam habebat, ſed de Corinthiorum erga illum dilectione. Confirmate, inquit, in illum charitatem, id eſt, operibus, & verbis validam efficite: & ideo non mandat, ſed obſecrat, vt plus, & efficacius moueat. Hinc ſubdit: *Ideo enim hæc ſcripſi vobis, vt cognoſcam experimentum veſtrum, an in omnibus obedientes ſitis.* Significat: Ob hoc ipſum has poſteriores literas ſcripſi, vt ſicut obedientes fuiſtis in illo excommunicando, ita modo ſitis obedientes in condonando, & conſolando.

Quam oret Apoſtolus Corinthios in ſcortatorē vt confirment charitatem.

Cur oret, & obſecret non imperet.

Sic autem hæc mandat Corinthiis facere, vt tamen nolit ſeipſum eximere, ſed aſſerit ſe cum eis concurrere ad hoc opus, cum ait: *Qui autem aliquid donaſtis; & ego. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti.* Id eſt, vice Chriſti, & ad gloriam Chriſti. Ea enim debet eſſe menſura dantis, ſiue condonantis, vt ad Chriſti gloriam reſpiciat, & ſe ipſum miniſtrum Chriſti principaliter operantis agnoſcat. Vnde Gregorius libro Moralium, communicationis gratiā cogitans, ait: *Cui aliquod donaſtis & ego. Ac ſi diceret, A bono veſtro non diſſentio: meum ſit quicquid ipſi feciſtis. Atque mox ſubdidit: Et ego ſi quid donaui propter vos. Ac ſi diceret: Veſtris actibus bonum addidi, quicquid propter vos miſericorditer feci. Veſtra ergo eſt vtilitas, bonitas mea: mea eſt vtilitas, bonitas veſtra.* Hæc ille.

Huic tertiæ dubitationi propoſitæ.

Quid donauerit Apoſtolus Corinthio ſcortanti, paulo ante reſponſum eſt.

Donans aliquid peccantium primis, quid ſpectare debet.

B. Gregor. 21. Moral. c. 18. prope finem t. 1.

Quod vero ſub conditione dixit: Si quid donaui: ſignificauit tunc tantum per poteſtatem Eccleſiaſticam nos abſolui peccatores, ſi cum vero corde, & fide non ficta pœnitentiam agamus, quod ſolus Deus nouit nemo autem de altero. Et ita ſoluimus tertiam dubitationem propoſitam.

Abſolutionem ab Eccleſia quādo accipiāt peccatores.

1. Tim. 1.

Vt non circumueniamur à Satana, non enim ignoramus cogitationes eius. Senſus eſt: Vt non decipiamur ab aduerſario, à quo tunc cruciabatur, & torquebatur ille Corinthius inceſtus. Timor enim erat, ne anxiatus incideret in perpetuam poſſidentis occupationem. Cogitationes Satanæ, vocat inſidias & fraudes, quibus machinatur in perniciem noſtram: & Apocalyp. 2 dicitur, eſſe quoſdam, qui non cognouerunt altitudines Satanæ, id eſt, alta, & ſublimia conſilia, quibus Chriſti legem imminuat, & corpus Eccleſiæ diſſipet. Trahit ſi quidem dæmon quoſdam in peccatum, quoſdam autem ad nimium rigorem contra peccantes incendit, vt ſi non poteſt per facinora perpetrata perdere, ſaltem per Prælatorum auſteritatem, & acerbam puniendi voluntatem perdere poſſit: de quibus Dominus ad prophetam: *Cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia* & Sapiens hortatur: *Noli eſſe iuſtus multum.*

Quid, non circumueniri à Satana.

Satanæ cogitationes quales.

Apoc. 2.

Chriſti gregem dupliciter Satan circumuenit.

Ezech. 34

Eccl. 7.

Porro ex hoc loco colligunt Patres, antiquum indulgentiarum vſum etiam in primitiua, & antiqua Eccleſia fuiſſe, vt ſcilicet pœnas ab Eccleſia in pœnitentiam impoſitas dimitterent. Ita etiam Roffenſis in Lutherum indulgentias comprobat, & Sanctus Thomas in Quarto, & Armacanus in quæſtionibus Armenorum: nam partim ex hoc loco partim ex 13. capite huius epiſtolæ, vbi habet: *Prædixi enim, & prædico vt præſēs vobis & nunc abſens iis, qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam ſi venero iterum, non parcam.* Nec eſt intelligendum, quod Paulus gladio vteretur materiali, ſed gladio ſpiritus, & claui ligante ad pœnas temporales & canonicas. Et interminatur ſe amplius illis non parſurum, & gloriatur ſe habere poteſtatem in ædificationem, & non in deſtructionem:

Indulgentiarum vſū fuiſſe etiā in Eccleſia primitiua, vnde colligitur.

B. Roffen. art. 21. in Luthe. à medio

B. Thom. d. 20 art. 1.

Armaca. l. 13.

2. Cor. vlt.

Quo gladio Apoſtolus in cōtumaces vteretur tantummodo

Cuius facti exemplo admonentur Pontifices Romani, & Epiſcopi omnes, vt in condonandis pœnis peccatoribus debitis, & in conferendis indulgentiis, ædificationem Eccleſiæ conſiderent, & non quid

Indulgentiarum finis in Eccleſia qualis tantum eſſe debeat

ipſi

ipſi valeant,& ne nobis obiiciant cum Luthero, indulgentias eſſe pias fraudes fidelium.

Infra ſoluetur propoſita dubitatio. Cur Troadem venerit Apoſtolus.

Sequitur illud, de quo quarto loco dubitatum fuit, diluendum: *Cum veniſſem autem Troadem propter Euangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in Domino: &c.* Troadem vocat, quæ olim dicta eſt Troia & poſtea Antigonia, non longe ab Helleſponto. Huc igitur venerat Apoſtolus propter Euangelium Chriſti, id eſt, ad prædicandum Euangelium: & diſſeminandum, vt ſui moris erat. Et proponit cauſam tardioris ſui ad eos aduentus, ne ſcilicet impedirentur fructus quos alibi edere proponebat.

Quare tardius quam volebat.

Oſtium Troade magnum quod apertum erat Apoſtolo.

Et aſſerit, oſtium magnum ſibi fuiſſe apertum ad colligendum fructum: id eſt, oblata eſt mihi occaſio magna pertrahendi multos ad fidem. Nam qui primi in aliqua ciuitate ad Chriſtum conuertuntur, oſtium fiunt aliorum, nam ſuo exemplo eos diſponunt, & maturant ad ingreſſum in Chriſtũ & Eccleſiam per fidem, & Sacramentum. Et ad hoc oſtium ſtat Chriſtus, & pulſat per primos alios, qui intrarunt. Nam cauſa bonæ præparationis, & facilitas conuerſionis à Deo eſt, cui dicimus cum Propheta: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. id eſt, Te vocantem, & præeuntem audiemus, & ſequemur.

Apoc.3.

Thren.vlt. Quid eſt: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.

Cur doluit Paulus de non inuento Troade Tito, quẽ quærebat.

Dum autem ibi eſſet Apoſtolus, contriſtatus fuit eius ſpiritus. & mœrore affectus, quod cum mens eius eſſet propagare Euangelium, & ex parte auditorum eſſent multi excepturum verbum Dei, & audituri, nõ inuenit Titum fratrem, qui aptiſſimus erat & vtilis ad prædicationem, vt proſequeretur cœpta à Paulo: erat etiam expeditioris linguæ. Quod videtur ſtudioſe narraſſe, vt ait Oecumenius, vt eum Corinthiis commendaret, ſiue, vt iam ad eos miſſum, magis magnipenderent. Propter huius ergo fratris abſentiam, coactus fuit Paulus illis citius valedicere, & ire in Macedoniam, in quam præcipue curſus ſui iter dirigebat, rogatus à quodam Macedone, vt eo ſe conferret, & toti Macedoniæ ſalutem afferret. Certe Hieronymus in epiſtol. ad Hedibiam: *Speratam*, inquit, *conſolationem inuenire non potui, eo quod Titum, fratrem meum non inuenerim ſiue quem ibi reperiendum putabam, ſiue quem ibi audieram degere, vel qui venturum eſſe illuc ſe dixerat.*

Altera cauſa doloris. *Oecum.c.2.*

Troade cur venerit Paulus in Macedoniam. *Act.15.*

Hieronym. ep.150. q. 9. prope initiũ tom.5.

Ad quartũ illud dub. reſponſio. Paulus tantus videlicet Apoſtolus, cur

Et ſubdit rationem triſtitiæ de non inuẽto Tito: *Aliquoties, inquit, diximus, Apoſtolum Paulum virum fuiſſe doctiſſimum, & eruditum ad pedes Gamalielis, qui in Apoſtolorum Actibus concionatur, & dicit: & nunc quid habetis cum hominibus iſtis? Si enim à Deo eſt, ſtabit, ſi ex hominibus, deſtruetur. Cumque haberet ſcientiam ſanctarum Scripturarum, & ſermonis, diuerſarũque linguarum gratiam poſſideret; vnde ipſe gloriatur in Domino, & dicit Gratias ago Deo, quod omnium veſtrum linguis magis loquor: Diuinorũ ſenſuum maieſtatem digno non poterat Græcieloquii explicare ſermone. Habebat ergo Titum interpretem, ſicut & beatus Petrus Marcum, cuius Euangelium Petro narrante, & illo ſcribente, compoſitum eſt. Ergo & Paulus Apoſtolus contriſtatur, quia prædicationis ſuæ in præſentiarum fiſtulam, organumque per quod Chriſto caneret, non inuenerat. Vnde & infra Capite ſeptimo ait. Nam cum veniſſem Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra ſed omnem tribulationem paſſi ſumus: foris pugnæ, intus tremores. Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt, nos Deus, in aduentu Titi. Non ſolum autem in aduentu eius, ſed etiam in conſolatione, qua cõſolatus eſt in vobis. Ergo propterea profectus eſt in Macedoniam, vt inueniret ibi Titum, & haberet interpretationis, Euangeliique ſolatium: quem intelligimus non ibi repertum, ſed poſt tribulationes, & perſecutiones Apoſtoli ſuperueniſſe. Prius ergo quam veniret Titus, multa perpeſſus, agit gratias Deo in Chriſto, quem gentibus prædicabat quod dignum ſe elegerit, in quo ageret triumphum Filii ſui. Triumphus Dei, eſt paſſio Martyrum, & pro Chriſti nomine ſanguinis effuſio, & inter tormenta lætitia. Cum enim quis viderit tanta perſeuerantia ſtare Martyres, atque torqueri, & in ſuis cruciatibus gloriari, odor Dei, notitiæ diſſeminatur in Gentes, & ſubit tacita cogitatio, quod niſi verum eſſet Euangelium, nunquã ſanguine defenderetur.* Hactenus Hieronym⁹ in ſenſu potius, quoniam hæc interpolatim ſcripſit.

Troade Titum habere cupiebat. *Acter. 22 Supra 5* Verba Gamaliel. pro Apoſtolis. *1 Cor.14.* Petrus & Paulus quos habuerint interpretes teſte Hier. *2.Cor.7.*

Quos conſoletur Deus.

Paulus cur agat Deo gratias in Chriſto.

Martyres quomodo ſint Dei triumphus.

Quod ergo dixit: *Non habui requiem ſeu relaxationem ſpiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum:* ſignificabat ſe etiam adeo de ipſis Corinthiis fuiſſe ſolicitum, vt non inueniret relaxationem, nec poſſet quieſcere, niſi rebus ipſorum per Titum cognitis, & inde patet, quod diſtulerit ſuũ ad eos aduentum: nolebat ſiquidem ire Corinthum, niſi prius re cum Tito communicata, quia ex relatione Titi cognouit, nondum eſſe maturum tempus ad eos veniendi. Ita dilexit Corinthios, vt profectiones ſuas omnes, & circuitus omnes eorum ſaluti accommodaret; ideo ſerius quam promiſerat, venit ad eos, non fidei datæ oblitus quod conſilium mutaſſet, ſed quod vtilior illis eſſet mora.

Paulus quãdo Corinthum venire cupiebat.

Idem quãtum Corinthios amaret ac diligeret.

V. dubitat. ſoluitur. De eo quod triũphare ſe dicit Apoſtolus in Chriſto, ſint ne hæc verba iactantiæ.

Soluamus quintam dubitationem in id *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu.* Primo ſtatuendum, Paulum in ingreſſu Macedoniæ multa, & grauia perpeſſum propter Euangeliũ, vt locus citatus

ex capite ſeptimo oſtendit. Et dicit quod gratias Deo agit de triumpho, quo in eis, & per eos triumphabat. Deinde non eſt vana iactantia, quod gloriatur de triumpho in Chriſto Ieſu: quia nihil ſibi tribuit, ſed Deo totum, cui ob triumphum gratias agit. Et cum alij pro rebus terrenis, aut pro terreni regni gloria decertando triumphent, inflati, ſibique & ſuis viribus fidentes; nos tamē facit Deus triumphare propter prædicationem Euangelij, in qua fides vincit perfidiā veritas mendacium, & charitas Chriſti maleuolentiam, & odium: atque adeo patientia de doloribus, & laboribus, quibus premimur, triumphat, nimirum quia facit Deus cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. Hinc etiam gloriamur in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: concedit etiam abire gaudentes eos, qui digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et vt Spiritus ſanctus dicitur poſtulare, & clamare, quatenus facit nos in oratione poſtulantes, & clamantes, Abba Pater, & teſtificari de gloria Dei in Chriſto: ita triumphat nos, vel de nobis, quatenus triumphare nos facit, & fecerat Apoſtolum Paulum in cordibus Macedonum triumphare non tantum de dæmonibus, cum quibus colluctamur, & qui ſe Apoſtolis opponebant, vt impedirent eorum fructum; ſed, *Et odorem* (ait) *notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt, & cæt.* Euangelium, vocat odorem notitiæ Diuinæ in quo Deus Pater mittens Filium ſuum in ſalutem mundi, detegitur; & Chriſtus ſacrificium noſtrum odoriferum; & Spiritus ſanctus conſolator optimus, dulcis hoſpes animæ, & dulce refrigerium, vt cantat Eccleſia.

Homines quare triũphent.

Sancti vel extrema patientes cur triumphent. *1. Cor. 10.* *Gal. 6.* *Act. 5.* *Rom 8.* *Spiritus S. vt poſtulet, pro nobis, & clamet.* *Ibid.* *Gal. 3.* *Quales Pauli triumphi.* *Epheſ. vlt*

Euangeliũ cur ſit odor notitiæ diuinæ. *Ioan. 3.*

Subdit: *Quia Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.* Hoc eſt: Non ſolum Euangelium facit bonum odorem Dei, ſed etiam nos ipſos miniſtros ſuos facit, vt bonus odor ſimus Chriſto. Et vt aromata quo magis conteruntur, maiorem ſpirent fragrātiam, ita Chriſtus crucifixus, & Apoſtoli, & Martyres, & Virgines, & omnes quotquot Apoſtolicam vitam profitentur, & qui vitam, & mores cum fide componunt. Nam per eos qui bene credunt, & male viuunt, fœtet Chriſtus. Metaphora hæc ſumpta eſt à reb. bene olentibus, vel ab odore ſacrificiorum quæ in lege offerebantur in odorem ſuauitatis. At Euangelij prædicatione nihil eſt in orbe ſuauius, aut fragrantius. Ac vt qui ferunt pretioſiſſima vnguenta, latere non poſſunt, ſed omnibus manifeſti ſunt, & conſpicui; ita viri ſancti Euangelium in pectore, & prædicatione geſtantes, non poſſunt optimum illum odorem aliis non communicare.

Paulus & Apoſtoli quomodo bonus odor erant in omni loco.

Qui ſint malus odor Chriſto.

Vnde hæc metaphora deſumpta.

Addit *In omni loco*: ſignificet nuſquam ſe venire, vbi non proficiat. *In iis qui ſalui fiunt & in iis qui pereunt.* Hoc dicit, vt oſtendat illam diuerſitatem, qua Euangelium à mundo varie recipitur, & diuerſe de eo iudicatur. Et vbi prius accommodaſſet metaphoram ad Chriſti notitiam; nunc ad perſonas Apoſtolorum adaptat. Vt enim lux mundi vocantur, qui facem Euangelij mundo præferunt, & homines illuminant, non quidē quod proprio ſplendore illis præluceant, ſed illo, quem à Chriſto acceperunt: ita odoris nomen habent, non quia fragrantiam ex ſeipſis vllam emittant, ſed quia doctrina, quam proferunt, odorifera ſit adimplendū ſuaueolentia totum vniuerſum, quam ipſi vitæ ſanctitate exornant, vt dicere valeant cum Sponſa: Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus.

Quare in omni loco Paulus erat bonus odor Chriſto.

Apoſtoli quomodo erant lux mundi, & bonus odor Chriſto. *Matth. 5.*

Cant. 1.

Quod vero ait: *Aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ, in vitam:* interpretatur Hieronymus in prædicta Epiſtola ad Hedibiam, ἀντιπέφοραν, eſſe, hoc eſt, tacitæ obiectionis ſolutionem. Nam ſi quis obiiceret; Quomodo ergo non omnes crediderunt, & receperunt hanc bonam fragrantiam? Reſpondet, homines ſuo libero arbitrio derelictos in cauſa eſſe, vt ſuo ipſorum vitio aut non ſuſcipiant Euangelium, aut fide ſuſceptum non retineant, & ita pereant Idem quoque Sol & ceram liquefacit, & lutum indurat; & ex vno & eodem flore apes mel, aranea venenum colligunt; & vt ignis aurum reddit rutilantius, ſentes vero exurit. Gregorius Nyſſenus per OEcumenium allegatus: *Iuxta inditum cuique affectum* inquit, *ſuauis odor aut viuificatiuus eſt, aut mortifer: quemadmodum ſi idem vnguentum ſcarabeo, & columbæ proponatur, non idem in vtroque efficiet: ſed columba quidem robuſtior per ſuauem vnguenti odorem redditur, ſcarabeus vero interimitur.* Hæc ille. Nec mirari de his debemus, ſi de Domino legamus: *Ecce hic poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael; & in ſignum cui contradicetur.* Et alio loco Paulus; *Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. Ipſis autem vocatis, Iudæis atque Gentibus, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.*

Ad VI. Dubitationē. Apoſtoli vt erant aliis quidem odor mortis in mortem aliis autem odor vitæ in vitam. *B. Hier. ep. 90. q. 11. t. 4*

Exemplũ in Sole.

Oecum c. 4 Alterum exemplum Gregorij Nyſſeni, in vnguento.

Luc. 2.

1. Cor. 1.

Ad ſeptimam, & poſtremam dubitationem circa illud. *Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſynceritate, ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.* Græca litera non habet illud, tam: poteſt tamen bene ſuppleri.

Paulus quam idoneus miniſter verbi Dei extiterit.

Et

Ad VII. Dubium Quid adulterare verbum Dei.

Et ſignificat ſe idoneum ad hæc extitiſſe Dei gratia, vt effunderet Euangelicæ odorem veritatis in patientia ſua, & oſtenſione ſpiritus, & inſignis, & prodigiis, & virtutibus. Adulterat, qui ſe vxori non ſuæ coniungit: ita qui veritati falſitatem coniungit. Vel, (vt Græca habent) cauponantur, qui cauponum more ad quæſtum venditant, quod gratis donari oportuit, & tales exiſtimant quæſtum eſſe pietatem. *Sed velut ex ſynceritate*: non vt cuiuſquam voluntati ſeruiamus. Sed autem ex ſynceritate quaſi miſſum à Deo & præſente eo qui ſe miſerit, omnia coram Patre & in Chriſto loqui oſtendit; vt cauſa prædicationis triumphus Chriſti ſit, & gloria. Addit Hieronymus, in his verbis comprehenſum eſſe myſterium Trinitatis. Ex Deo enim, id eſt, Spiritu ſancto, qui in nobis loquitur; & coram Deo Patre, quem ſemper præſentem habemus, & in Chriſto loquimur, legatione eius fungentes; quod nõ faciunt pſeudoapoſtoli.

1.Tim.6. Quam ſyncere Paulus vt & cæteri Apoſtoli, prędicauerit Dei verbum. B. Hieron. Epiſt.90. q. 11. Myſterium Trinitatis hic expreſſum à Paulo. Matth. 10. 2.Cor.5.

DISPVTATIO IV.

In illa verba. Cap. 3. *Incipimus iterum noſmetipſos commendare? aut nunquid egemus (ſicut quidam) commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus: Manifeſtati quod Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus &c.* in finem cap.

I. Dubium

CIrca hæc in primis dubium emergit, quo tendat in hoc capite Apoſtolus. Deinde cur de excellentia legis Euangelicæ, & miniſterio Noui Teſtamenti præ illo veteris Paulus philoſophetur: an erant forſan inter Corinth. qui præferrent Moyſen Chriſto, vt Galatæ faciebant, & quidam etiam Romæ, qui legem cum Euangelio admiſcebant? Tertio dubitatur, an ſit per ſe malum vti literis commendatitiis aliorum ad alios, quod videtur prima facie Apoſtolus damnare. Quarto, an commendare ſe ipſum, vitium ſit, & ſpecies quædã iactantiæ, vt rem pauliſper contemplanti apparet. Quinto, qua ratione Corinthij poterant eſſe Epiſtola Pauli, & epiſtola Chriſti, vtrumque enim dicit, & quomodo etiam erat commendatitia, & ſcripta in cordibus, & miniſtrata ab Apoſtolis: & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui: & non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus, quia hæc omnia, & ſingula multis ſcatent ſacramentis. Sexto dubium eſt, qua ratione illa verba conuenire poſſint Paulo in plurali; Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum: non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: & cur potius meminit cogitationis, quam verbi, aut operis. Septimo circa illud: *Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu*: & qua ratione ait: *Litera enim occidit; Spiritus autem viuificat.* Et cum huic verbo plures ſenſus tribuantur à Patribus; quæritur quis ſit germanior, & Apoſtoli menti, & verbis congruentior. Octauo, quomodo quoque lex Moyſi dicitur miniſtratio mortis, & literis deformata; cum tamen lex Moyſi dicatur ſpiritualis, & ſuperius dictum ſit, quod Euangelium ſit odor mortis, in mortem, & Chriſtus petra tranſit ſcandali, & offenſionis: cur ergo in ſolam Legem Moſis competere dicitur id, quod eſt ei cum Euangelio commune? præſertim cum lex intenderet ad vitam homines perducere: præſertim etiam cum ſeruata ad literam, porrigeret vitam temporalem, iuxta illud; *Iuſtitiam quæ ex lege eſt, qui fecerit homo, viuet in ea*: quod producitur ab Apoſtolo ad Roman. 10. & Gal. 4. In ipſa quoque eſt præceptum primum ſecundæ tabulæ: *Honora*, inquit, *patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram.* Deinde in illud; *Si enim quod euacuatur, per gloriam eſt: multo magis quod manet, in gloria eſt*, dubitatur, quoniam videtur inſinuare Apoſtolus legem deſtrui cum tamen ad Roman. 3. dixerit legem ſtatui, aut ſtabiliri per fidem. Nono, cum ait, *Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia vtimur*, dubium eſt quo tendat Apoſtolus. Deinde an ſpes, & fiducia ſint idem, an diuerſa & quare ait: *Et non ſicut Moyſes ponebat velamẽ ſuper faciem ſuam. & quomodo auferturi* Item quomodo ſequitur: *Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Poſtremo dubitatur circa vltima illa verba: *Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginẽ transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu*: videtur enim obſcura, & vix intelligibilis hæc clauſula: nec facile agnoſci metaphora qua vtitur: quia 1. Corinth. 13. hac eadem figura alio modo vtitur. Et quid eſt in primis illa particula, Vero: Deinde ſecundo, quid; *Nos omnes, nunquid fideles, an Apoſtoli, & miniſtri Noui Teſtamenti.* Tertio quid eſt, *reuelata facie*: Quarto quid eſt *ſpeculantes*, vel vt alij vertunt, contemplantes quid. Quinto, *Gloriam*

II. Dubiũ. III. Dub. IV. Dubiũ. V. Dubiũ. VI. Dub. VII. Dub. VIII. Dub. Rom. 7. 1. Pet. 2. Duplex Moſaicæ legis officiũ. Leuit. 18. Rom. 10. Gal. 3. Exo. 20. Rom. 3. IX. Dubiũ. Exod. 34. X. & vlt. 1. Cor. 13.

Domi-

Domini,quid eſt.Sexto, *in eandem imaginem*, & cuius eſt illa imago.Septimo quid; *Transformamur*,vel reformamur,vt alij,vel transfiguramur.Octauo,quid, *à claritate in claritatem*,vel à gloria in gloriam:Nono , dubitatur in illud:*Tanquam à Domini Spiritu*.Quibus omnibus diſcuſſis,conſtabit ſenſus huius clauſulæ.

Soluitur.I. dubium. Quo tendat Apoſtolus in hoc capite.

Quod attinet ad ſcopum,reſpondemus: Vbi Apoſtolus ſe expurgauit de malis,quæ ſibi aduerſarij opponebant;deinde commẽdat ſe de bonis,in quibus ei pſeudoapoſtoli ſeipſos præferebant. Duo enim erant impedimenta propter quæ per Epiſtolam præmiſſam non corrigebantur pſeudoapoſtoli.Commendabant enim ſe à dignitate officij Apoſtolici,& à modo adminiſtrandi, & ex præmio,quod miniſtrantibus promittebatur,de quo cap.5.ſicut de priori hoc cap. & quarto ſeq.diſſerit.

Pſeudoapoſtolis quas duas ob cauſas ſuperior ad Corinth.epiſtola nihil profuerit.

Quid illi nebulones obiectarẽt Apoſtolo, apud Corinth. 2.Cor.2.

In primis igitur vtitur occupatione, qua reſpondet his,quæ ſibi ab aduerſariis obiici poſſe videbat, & quod de ſe multa magnifica prædicaret,& ſua geſta enarraret. Erat in plurali, *Incipimus*:quia cum Timoth.& Siluano ſcribit Apoſtolus.Atque iterum : dixerat enim, *Bonus odor Chriſti ſumus Deo*:poterat ergo,inquit quis veſtrũ cogitare, quod frequenter nos ipſos efferamus. Poteſt enim referri illud,Iterum,ad ea, quæ priori epiſtola pluries fecerat.

II.quæſt. ſolutio.De cauſa legẽ euangelicã ſeu nouũ Teſtamentum hoc loco veteri præponẽdi. Act.19.

Ad ſecundum reſpondemus,plane extitiſſe quoſdam apud Corinthios , qui non minus quam apud Romanos,& Galatas,ſtudioſi erant legis Moſaicæ. Vnde Actor.19. Paulus in ſchola Tyranni cuiuſdam quotidie diſputabat,atque hoc per biennium, inter quos non minus erant Iudæi,quam Gẽtiles.Et ibidem de Iudæis exorciſtis,qui inuocabant nomen Domini Ieſu ſuper eos q habebant ſpiritus malos,habetur ſermo.Et ita facile ſoluimus,quæcunque hic de myſterio Noui Teſtamenti ſupra illud veteris dicuntur.

III.ſoluitur dub. De literis commendatitiis, malus ſit ne earum vſus atque dãnabilis. Rom.vlt.

Ad tertium aſſerimus,portare literas cõmendatitias,non eſſe rem per ſe malam,aut vitioſam.Nam Paulus Roma.6. commendat Phœben miniſtram Eccleſiæ quæ eſt in Cenchreis,vt eam ſuſcipiant in Domino digne ſanctis,& aſſiſtant ei in quocunque negotio,nam & ipſa B Paulo , atque aliis ſanctis adſtiterat. Commendat etiam verbis honorificis Timotheum priori Epiſtola ad Cor.c.16.*Si venerit*,inquit , *Timotheus videte vt ſine timore ſit apud vos,opus enim Domini operatur ſicut & ego.Ne quis ergo illũ ſpernat*. Ad Coloſſ.item.4.commendat Marcũ,Tychicum,Oneſimum,& Epaphram; eorum virtutes prodens. Quin & in hac eadẽ Epiſtola.cap.8.commendat Titum, & Lucam, cum ait:*Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrũ* (ſcilicet Lucam)*cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias*.Maxime autem tales Epiſtolæ commendautiæ vtiles ſunt,ſi quis ignotus accedat ad eos,ad quos diuerterit;multo magis ſi ſponte offerantur.

Ab illis Paulum nõ abhorruiſſe oſtenditur. 1.Cor vlt. Coloſſ.vlt. 2.Cor.8.

Commendatitiæ in primis epiſtolæ quando deſeruiant. Eiuſmodi vero quando vitio non careãt, ac reprehenſione.

Cum vero magno ſtudio conquiruntur & mendicantur, & ad fines humanos promouendos,certe aut impotentiam,aut imperitiam prædicantis arguunt. Quærunt enim vt plurimum gloriam, & ſapientiæ titulum,pecuniamque venantur.Non ſecus atque hodie videmus plurimos religioſos ex longinquis partib. euangelizandi gratia ad varias,& opulentas Italiæ ciuitates peregrinari,multiſque literarum faſciculis aliunde commendari,quo apud ampliora ciuitatum auditoria euangelizare , & ea ratione commodius loculos ſuos implere valeant. Raro autem fructum aliquem edere poſſunt tales,niſi illum , quem præcipue ſpectant,de quo dixit Dominus , Amen dico vobis.receperunt mercedem ſuam,id eſt, à ſe ipſis expectatam , deſideratamque:non vt gloriam Dei promoueant,aut proximos ab hæreſi.& à mala vita abducant,ſed quæſtuoſo quodam ad vitam humanam alendã artificio.

Iis qui delectatur quid proficiant. Matt.6.

Commendatitiis qui literis,vti Apoſtolus inſinuat, apud Corinthios vtebantur. Act.9.

Ait ergo:*Aut nunquid egemus (ſicut quidã) commendatitiis epiſtolis ad vos,aut ex vobis?* Scilicet ad alios. Et verbo, *quidam*,notare voluit Apoſtolus qui non niſi ſuffarcinati literis Principum ad prædicandum huc, & illuc diſcurrebant.Sicut & ipſe Paulus cum nondum eſſet ad Fidem vocatus ; cum epiſtolis Sacerdotis maximi venit in Damaſcum.

IV.Diluitur dub. An cõmendare ſeipſũ pars quædam iactãtiæ ſit. Prou.27. Ioan 8. Propria laus vituperabilis dupliciter Pſalm. 9.

Ad quartum ſit reſponſio: Commendare ſeipſum,pars quædam videtur eſſe iactãtiæ,quoniam laus in ore proprio vileſcit;& Salomon,*Laudet te*,inquit, *alienus, & non os tuum,extraneus & non labia tua*. Et poſſet ei qui ſe laudat, obiici quod Iudæi dixerunt de Chriſto : *Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum*. Homo enim ſeipſum ignorat, & interdum ſeipſum laudat,de quibus debeat confundi, iuxta illud *Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ & iniquus benedicitur*. Deinde, ſi quod vel minimum , aut exiguum bonum in ſe ipſo viderit, immodice illud laudat: Et ideo iudicium eius ab affectibus , qui dominantur , peruertitur. Quare Paulus in hac eadem Epiſtola inferius dicit: *Non qui ſeipſum commendat , ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat*. Quod ſi Chriſtus ſuas dignitates, & laudes interdum depromebat, id faciebat,quia Deus erat,quia legibus ne-

2.Cor.10. Quare Chriſtus ſeipſum laudaret interdum & cõmendaret.

quaquam aſtringitur, & ad bonum noſtrũ ſpectabat, vt eum agnoſceremus, & celebraremus. Hinc ſe Lucem mundi, Oſtium, Panem viuum, viam, veritatem, & vitam & reſurrectionem vocabat. Sancti vero, qui de ſeipſis magnifice ſenſiſſe, aut ſcripſiſſe videntur, non tam ipſi laudarunt ſe ipſos quam Deus eos per ſua ipſorum ora laudabat: & ob gloriam Dei in ſeipſis agnoſcendam & celebrandam ad aliorũ exemplum commendarunt: vt fecerunt Ezechias Rex ſanctus Iob, Apoſtolus Paulus, & ſacratiſſima Virgo, quæ dixit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* Paulus enim; *Bonum certamen*, inquit, *certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.* Et cum ſcriptum ſit: *Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde*, & rurſus, *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Quamobrem viro iuſto licitum eſt internas ſuas opes detegere, & de illis in Domino gloriari, ſi gloria Dei, & ædificatio aliorum id expoſcat: qua in re talis non tam ſeipſum, quã Deum commendabit. Commendare autem ſe ipſum inaniter ſe iactando, & præter modum, aut ambitionis gratia, res putida eſſe ſolet, & odioſa. Paulum autem excuſabat neceſſitas, quia nonniſi coactus gloriabatur. Finis etiam liberabat, cum ab omni calumnia, quoniam non aliud ſpectabat, quã vt Apoſtolatus ſui honor ſaluus & integer in Eccleſiæ ædificationem maneret.

Ioan.8. Infra 9. Infra 10. Supra 6.

Sancti viri quemadmodum ſe ipſos commendabãt, ac prædicabant.

Eſai 38. Iob.31. Luc.1. 2.Tim.vlt. Pſal.31. 1.Cor.1. 2.Cor.10.

Honeſta, quæ propria laus, atque laudabilis.

Quare Paulus ſeipſum commendaret.

V. Solutio quæſtionis De modo quo Corinthij Epiſtola erant Pauli.

Ad quintum dicimus, artificio in primis non carere, quod ſuam omnem commendationem in ſalute Corinthiorum conſtituerat, hoc eſt: Quãdiu permãſeritis Chriſtiani, ſatis habeo commendationis. Et licet de tota Scriptura ſacra dici poſſit quod ſit epiſtola Dei, teſtibus Auguſtino, & Gregorio: hic tamen alia ratione Paulus accipit Epiſtolam, quaſi dicat: Tota veſtra Eccleſia epiſtola noſtra eſt; id eſt, Teſtimonium eſt, & commẽdatio noſtri apud omnes gẽtes, quam in corde noſtro gerimus. Vnde excuti, vel exturbari non poteſt veſtra vitæ, ac morum ſanctitas; ſatis eſt idoneum teſtimonium apud omnes, quales olim apud nos fuerimus, & qualis fuerit prædicatio noſtra: Nam olim Corinthus cum idolis, & omni intemperantiæ dedita eſſet, non deſertis omnib. fœdiſſimarum cupiditatũ ſtudiis, teſtatur, prædicationem noſtram non infructuoſam apud vos extitiſſe. Quare quod Epiſtolæ ſcriptæ in commendationem meam egiſſent, id nunc vos ipſi tũ fide, tum vita, & operibus præſtatis.

Aug. Concio.2. in Pſ. 90 t.10. Greg.l.4. Regiſt.c.4. t.2.

Paulinæ prædicationis Corinthi fructus vbertimus vnde comprobetur.

Corinthij vt erant epiſtola ſcripta Apoſtolorũ.

Scripta, inquit, *in cordibus noſtris.* Id eſt: Aliorum commendationes in literis, & auribus hominum volitant, hæc noſtra cum Timotheo, & Siluano, ſedem habet in conſcientia. Nam etſi aliqui commendatorias epiſtolas impetrent, non habent tamen in conſcientia, quod in charta ſcriptũ geſtant: & qui commendant, indulgentia potius id faciunt, quam iudicio. Nos vero vtrinque ſcriptum gerimus Apoſtolatus noſtri teſtimonium. *Quæ* (ſcilicet epiſtola) *ſcitur* (ſeu intelligitur) *& legitur ab omnibus hominibus.* Quæ veſtrarum virtutum, & fidei mentionem facit. Et ſubdit: *Manifeſtati*, Quod refertur ad verba ſuperiora: Epiſtola noſtra nos eſtis, quod indicat verbum Græcum φανερούμενοι, id eſt, Dum palam, & manifeſtum ſit, ſiue dum declaratis. *Quod epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis.* Vbi in primis non pugnat Corinthios eſſe vnam & eandem epiſtolam commendatitiam Chriſti, & Apoſtolorũ: & Chriſti quidem dictantis, & conſcribentis eam in corde; Apoſtolorum vero, ſiue noſtram, quoniam ſubminiſtrata eſt à nobis, qui per prædicationem noſtram Chriſto vos inſeruimus, & præparauimus, quaſi fuerint Apoſtoli vice calami, & atramenti. Chriſtum ergo facit autorem, & dictatorem, Apoſtolos vero organa, de quo dixit Dauid: *Lingua mea, calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, hoc eſt, Spiritus ſancti.

Eiuſmodi epiſtola quomodo ſciretur, & legeretur ab omnibus hominibus.

Corinthij quomodo ijdem erãt epiſtola Chriſti ſimul, & Apoſtolorũ.

Pſalm.44.

Hæc Paulus de epiſtola ſcripta in tabulis cordis carnalibus &c. Vnde ſumpſerit, & quam appoſite.

Adiungitque duas antitheſes, alteram atramenti, & Spiritus; & tabularum lapidearum, & carnalium cordis, quæ ad exaggerationem plurimum faciunt. Alludit enim Apoſtolus ad Ezech.36. vbi pollicetur Deus ſe ablaturum cor lapideum, & daturũ cor carneum. Alludit quoque ad legem datam in duabus tabulis lapideis: & opponit cor carneum, id eſt, tractabile & molle, lapideo id eſt duro, & intractabili. Etſi vero vox, Carnalis, in malum ſenſum accipi ſoleat apud Paulum, iuxta illud, *Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato*; & iterum; *Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus*; & B. Petrus, *Obſecro vos abſtinere à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam*: nomen quoque Carnis in malam partem accipi conſueuit: ſed notandum eſt alia voce vti Prophetam, & Apoſtolum hoc loco, quæ σάρκινος dicitur, atque in aliis locis, vbi vtitur voce σαρκικός. Prima enim vox teſte Iulio Polluce, ſignificat ſubſtantiam, ſiue materiam, ſcilicet carneam; at poſterior vox ſignificat qualitatem. Et ita hic in bonum accipitur Carneus, id eſt, pro molli & tenero: ſicut alia vox, id eſt, lapidis in malã partem accipitur.

Ezech 36. Exod.31. Infra 34.

Vox Carnalis duo ſignificat apud Paulũ & alios.

Rom.7. 1 Cor.3. 1.Pet 2.

Quid hoc loco ſignificet, cũ vocantur tabulæ cordis carnales.

Iul. Pollux.

Mirabile autem eſt, hanc epiſtolam legi, & intelligi γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ab omnibus hominib. cum omnis alia epiſtola,

Euangelicæ epiſtolæ dignitas atque præſtantia.

ſiue

ſiue Hebræa,ſiue Græca,ſiue Latina,ab om nibus non intelligatur, neque legatur, ſed tantum à cognoſcentibus illos characteres & illud idioma: & non portatur ſinu; vel manu, vt aliæ, ſed in corde ſcripta.

Iberi popu li cur ad Fidem conuerſi. *Ruffin.*

Fideles igitur ſunt epiſtola Chriſti,& Apoſtolorum. Hinc Ruffinus li. 10.c.10. narrat, Iberorum gentem Chriſtianam fidem ſuſcepiſſe ſolo virtutum cuiuſdam captiuæ mulierculæ ſplendore illectam, non ſecus atq; olim puella Hebræa admonuit dominam ſuã,vt Naaman Syrum leproſum mitteret ad prophetam Heliſeum.

4. Reg. 5.

Ad VI. dub. Quorſum hæc ab Apoſtolo dicantur Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum, &c.

Sexto loco dubitatum fuit circa illa verba Fiduciam aũt talem habemus per Chriſtum ad Deũ; *Non quod ſufficientes*,&c. quorſum ſcilicet hæc dixerit Apoſtolus: Reſpõdeo: neque de ſe ipſo prædicauerat, arrogantius dicta videretur, correctione quadam prudenti atq; elegãti lenit, totam gloriam in Deum transferendo, à quo confitetur ſibi datum quicquid haberet. Quaſi diceret; Non tribuimus nobis tantarum rerum excellentiam, neq; adſcribi volumus nobis quod gerimus ſed Deo ipſi, in quo habemus gratiam, & fiduciam per Chriſtũ ipſum, qui canalis eſt quidam, per quem ad nos omnia dona Dei deriuantur. Fiducia Græce πεποίθησις dicta videt̃ voluntatis noſtræ motus cum alacritate tendentis in bonum aliquod arduum, & à nobis concupitum, quaſi id certo poſſeſſuri ſimus. Eſt autem diuina fiducia, quæ ab Spiritu S. in nobis efficitur per Chriſtum mediatorem in ſeipſo, & in omnibus ſuis, ſperans obtinere ipſum Deum, vel eius oculta dona. Eſtque talis gratia gratis data, quam Deus in miraculis edendis, & in aliis donis impetrãdis & ſuſcipiendis exigit; nõ tamen ſemper, quia interdum hominibus non credentib. etiã miracula obtrudit, vt confundantur, & reſipiſcant. Quod quidem donum maxime Deo placet, per quod ſentitur de Domino in bonitate. Et ideo fiduciam probat, & illã vult, licet nolit donum concedere: vt fuit ædificatio templi per Dauidem quám deſiderauit, & non obtinuit. Interdum etiam donum differt, vt fecit cum Paulo deſiderante venire Romam, à quo quidem dono ad tempus impeditus fuit.

Fiducia quid.

A quo efficitur, & per quẽ in nobis, quid efficiat, quale donũ Dei ſit.

Deo quam grata hæc fiducia. *Sap. 1.*

2. Reg. 7. Quare interdum nõ ſtatim nobis conceditur.

Fiducia diuina in quo ab humana diſtinguitur.

Differt autem hæc fiducia diuina ab humana fiducia, quæ vel ab humano ſpiritu prodit, vel etiam à Deo, vel alia creatura: bonum aliquod arduum, & humanum ſperans per inſtrumenta, & ſubſidia humana. Et hanc poteſt interdum vel ſecta quã quis profitetur, efficere: & fruſtrari ſæpe poteſt, & fruſtratur. Differt vero hæc fiducia à fide: quod hæc in intellectu, vt in proprio ſubiecto, illa in affectu hominis ponitur. Vnde Epheſ. 1. & 2. Timo. 1. ſpes, & fiducia ponuntur vt virtutes diſtinctæ. Differt etiam ab ſpei virtute, quod futurorum, & æternorum bonum ſit ſpes, fiducia vero interdum tam temporalium, quam ſpiritualium bonorum. Spes affligit, quia vel non aſſequitur, vel non tam cito quod quærit: ita vt ſcriptum ſit; *Spes quæ differtur, affligit animam: Fiducia verò timorem à timit, alacritatemque & certitudinem quãdam conciliat.* Spes videtur reſpicere ad bonum æternum tanquam præmium in cœlo recipiendum. Fiducia vero ſpectat ad media, vel adminicula, quibus habendum ſit, id eſt, ad preces, opera bona, perſeuerantiam. Alii παῤῥησίαν interpretantur libertatem, euidentiam, & perſpicuitatem prædicationis ipſius, quæ opponitur illis quę Moyſes obtecta in vmbris indicauit. Sed præſtantior eſt prior expoſitio.

Eadem vt differat à fide.

Epheſ. 1. *2. Tim. 1.* Ab ſpe in duobus eſt diſtincta. *Prou. 13.*

Diſcrimeñ alterum.

Additque: *Fiduciam talem habemus*, id eſt, gloriationem noſtram, quod eſtis Epiſtola Chriſti à nobis, Deique Spiritu, non noſtro merito ſcripta, & quod ſumus vobis bonus odor Chriſti in omni loco, & quod ſumus idonei miniſtri noui Teſtamenti. Comparauerat enim Corinthios commendatitiæ epiſtolæ, quam in corde ſuo quaſi ſinu geſtabat, & legendam aliis porrigebat, dum virtutes eorum aliis declarabat. Habemus ergo ta'em fiduciã, eam aſſidue exercendo. Id enim ſignificat, habere, hoc eſt, vti, iuxta illud: *Non habenti* (id eſt, non exercenti, aut non vtenti illo quod habet) *& quod habet, auferetur ab eo.* Et ità dictum eſt: *Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat*, id eſt, ea vtatur.

Quam fiduciam (ſecundum aliquos) habebat Paulus per Chriſtum ad Deum. Pauli etiã fiducia quã lis eſſet.

Quomodo eam fiduc à habebat Paulus. *Mat. 25.*

1. Cor. 7.

Subdit: *Per Chriſtum.* Quia enim amicis noſtris maxime fidimus, præſertim ſi pro debito iam ſatisfecimus; ideo Mediatorem & ſanctos; & omnia externa adminicula quærimus. Et licet Deus mediator ſit doni obtenti; quia tamen ſæpe occultum eſt, etſi neſciamus, in Chriſto confidimus nos id habere.

Quare per Chriſtum fiduciam talem habebat.

Non quod ſufficientes (id eſt, idonei) *ſimus aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis.* Vt primo principio: vnde mentiebatur Pharao ille qui dicebat; Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum: quod eſt dicere; A me, vt primo principio, fluunt operationes, & non agnoſco aliud à me principium. A temetipſo hoc dicis (ait Dominus Pilato) id eſt, A te vt radice & principio, & à te ipſo ab altero non moto. Tales ii ſunt, de quibus Propheta; *Qui dixerunt; Linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?* Si ergo aliquod eſt opus noſtrum diui-

Nos vt nõ poſſimus cogitare aliquid à nõ bis, quaſi ex nobis. *Ezech. 29.*

Ioan. 18. Quos ſtimulet hoc dictum Apoſtoli. *Pſal. 11.*

diuinum, & meriti dignitate apud Deum pollens, non eſt à nobis quaſi vt primo principio, ſed à Deo creante, & redimente. Si vero naturale ſit, vel morale, in quod poſſit natura; eſt quidem à Deo vt conditore, & in eo gloriandum. Si autem peccatum eſt quantum ad id quod materiale eſt in eo, à Deo eſt, quoniam omne quod eſt, à Deo eſt: quod vero non eſt, à nobis tantum eſt, quatenus ſub originali peccato ſumus, & reliquiæ naturæ noſtræ infirmæ, quæ quia ex nihilo eſt, deficere poteſt, ſi etiã dæmon ob eam cauſam deficere potuit. In Deo ergo vt creatore & redemptore gloriandum eſt, & non in altero tantum. Nec confundendi ſunt effectus, qui à Deo creatore prodeunt, cum his qui à Redemptore proficiſcuntur ob Dei laudem: qua Deus veritas eſt, & propter Eccleſiæ vnitatem, qua manente, multa ſine periculo ignoramus.

Omne donum Diuinũ naturale, & morale, quomodo ſit à Deo Peccatum etiam qua ratione Deum habeat autorem.

Non eſt autem noſtrum cogitare, vel tollere cogitationes. Hinc Deus in pœnam, vel in miſericordiam illas immittit, aut aufert. Et vt liber Dei conſenſus non tollit naturam ad vnum determinatam, ita nec liberam naturam. Ac ſubdit: *Sed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Græca vox eſt, ἡ ἱκανότης id eſt virtus, & vigor, ſiue vt ita dicam, idoneitas, hoc eſt, poſſe naturale, ſiue poſſe ex gratia infuſum ſuper naturam. Et hæc dicitur noſtra, hoc eſt, data nobis à Deo, vt ea vtamur. Et gratia Dei naturam non cogit, ſed ſecundum modum quo libere mouet, ex Deo eſt lagiente immediate, & vim eius conſeruante, & concurrente ad opera.

Vnde manifeſtum ſit, non eſſe noſtrum cogitare, vel tollere cogitationes noſtras, ſed Dei.
Ariſt.
Sufficiẽtia noſtra quę nã ex Deo eſt, & cur noſtra appellatur.

Dubium propoſitum fuit, cur magis meminerit cogitationis, quam operis, vel locutionis. Dicendum eſt: quia ſuperius miniſtro, qui à ſecretis eſt, ſeipſum comparauerat, qui ex ſe nec cogitat, nec ex ſe dictat. Deinde quia initium omnium actionũ cogitatio eſt: ideo impotens ad illam, conſequenter ad alia omnia impotens erit. Tertio quia celerius, & labore minore pluſquã in loquendo, aut in ſcribendo, aut in operando, cæteris paribus cogitamus, quia ſenſus non attingit intellectum. Quarto, quia minus nota ſunt interna conſilia, & magis libera, de quibus alios per literas conſcios facere oportet: ideo putare aliquis poſſet quod exueret Dei prouidentiam.

Quare Apoſtolus nõ poſſe nos cogitare aliquid dixerit potius quam operari, vel loqui.
II Ratio, & III.
IV. & poſtrema.

Qui & idoneos (inquit) *nos fecit miniſtros.* Nõ elegit ſed recreauit, & ex ineptis & imbecillibus ad tantæ luctæ initium cum toto orbe, atque adeo cum inferno, & dæmone & cum Deo, & cum nobis ipſis idoneos per fecit. Et ad hoc vt quis ſit idoneus, opus eſt potentia, id eſt, iuriſdictione, & ſignis, & fortitudine, non tantum in Iudæos, ſed etiã in Gentes: opus eſt etiam ſcientia myſteriorum regni Dei, notitia quoque politiæ, & morum, & linguarum dono. Opus eſt etiam ardenti quodam amore Dei, & proximi, & inimicorum noſtrorum, cum quibus luctamur, & pro quorum ſpirituali ſalute ſit occumbendum, ſi opus ſit.

Deus vt Apoſtolos fecerit idoneos miniſtros noui Teſtamẽti. In bono & idoneo Dei miniſtro quid requiritur.

Mat. 5.

Iugulantur autem hac Apoſtolica ſentẽtia Manichæi, qui liberum arbitrium negabant. Paulus enim fatetur ſufficientiam cogitandi in nobis eſſe, etſi non ex nobis, ſed per Dei gratiam. Deinde poſternuntur, qui tantum libero arbitrio tribuunt, vt abſque gratia, & Dei auxilio velint ipſum poſſe recte operari. Conuenit autem hæc Pauli doctrina cum illa Chriſti dicentis: Sine me nihil poteſtis facere, & cum ea, quam Paulus alio loco tradit; Deus eſt, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro ſua voluntate. Conſonat etiam Eccleſiæ, quæ ita Deum deprecatur: Largire nobis quæſumus Domine ſemper Spiritum cogitandi quæ recta ſunt propitius, & agendi; vt qui ſine te eſſe non poſſumus, ſecundum te viuere valeamus.

Quo vno pene verbo Apoſtolus Manichæos ſimul ac Pelagianos proſternat ac iugulet. Pauli illa, quã Chriſti doctrinæ confor mis.
Ioan. 15.
Philip. 2.

Ad ſeptimum circa illud idẽ; *Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat:* multa dubitata ſunt. Et primo loco quæ litera ſit præſtantior, illa, quæ habet in Ablatiuo, non litera, ſed ſpiritu; an Græca in Gignendi caſu, non literæ, ſed ſpiritus. Dicendum eſt, ex vtraq; lectione eundem ſenſum colligi, etſi apertior ſit quæ habet, non literæ, ſed ſpiritus. Debent autem etiam Reges, ſe miniſtros agnoſcere reſpectu Dei, non autem dominos, qui ſolus eſt Deus. Vnde & Sap. 6. Reges dicuntur miniſtri regni eius: vnde & ſtipendium habent aſſignatum: ſed magis ſpirituales paſtores, quibus magis competit miniſtrorum nomen, & minori opus eſt ſtipendio.

VII. Dub. diluitur. De his verbis Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti.

Chriſtiani reges, ac principes quales ſe tantum debent agnoſcere.
Sap. 6.

Et dicitur nouum Teſtamentum, nouũ pactum, nouo modo confirmatum, id eſt ſanguine Chriſti Dei, & in nouis rebus, id eſt, ſpiritualibus, & æternis, & poſt diem iudicii corpora, & animos renouãtis, & mundum totum propter ipſum hominẽ mundantis ac decorantis. Declarat etiam, nouũ Teſtamentum non eſſe literam, ſed Spiritum, & eſt appoſitiua conſtructio, cum ait, Non literæ, ſed ſpiritus. In quo nouum differt à veteri: quia vetus eſt litera conſtans ex præceptis legis, quia Spiritum non confert. Alioquin Paulus teſtatur ad Roma. 7. quod lex ſpiritualis eſt, id eſt, prodita ab Spiritu: nouum vero Teſtamentum cõſtat ſpiritu fidei, ſpei, & charitatis: adeo, vt qui ante legem, & poſt legem habuerũt fidem,

Quod ſit nouum teſtamẽtum.

Nouum illud Teſtamentũ cur non litera, ſed ſpiritus appellatur.

Rom. 7.
Lex vetus quomodo ſpiritualis teſte Apoſtolo

&

Ioan.1.

In Nouo teſtamento quæ cõtinetur doctrina, quæ in veteri.

&charitatem, & ſpectauerint ad Nouum Teſtamentũ, quod hominem interius adiuuat,& mutat in alium virum. Hinc Ioan. 1. habemus: *Lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Euangelica vero,& Apoſtolica ſcripta, quæ Nouum Teſtamentum nominantur; nõ ſunt nouũ teſtamentum dicenda, ſed doctrina Noui Teſtamenti, docens credenda, ſperanda, amanda, operanda,& cauenda. Scripta vero Moſis ſunt ipſum vetus Teſtamentum adiunctum Prophetis. Quare Nouum Teſtamentum non continet pactum de dandis bonis externis literá legis contectis, ſed pactum de dandis bonis internis & ſpiritualibus pręcipue contentis in mente legis latoris: nam miniſtri noui Teſtamenti non dabant nudam literam, vt Moſes faciebat, ſed Spiritum ſanctum, qui per prædicationem & preces,& manuum impoſitionem per Apoſtolos à Deo conferebatur. Qui Spiritus tantum excedit literam, etiam noui Teſtamenti, hoc eſt, nudam literam, ſiue vllam ſine charitate cognitionem, quantum vita mortem antecellit.

Miniſtri noui teſtamẽti quid præſtent.

Act.8.

Quid ſignificet? Litera occidit, ſpiritus autem viuificat; I. Senſus.

Alterum dubium fuit, quis ſenſus ſit huius ſententiæ Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Et cum multi producantur ſenſus quis ſit magis germanus,& literæ congruẽtior. Dicendum eſt, Apoſtolum deſignare differentiam inter literam & ſpiritum penes effectus contrarios, qui ſunt occidere, & viuificare. Primus eſt, vt nomine ſpiritus intelligamus ſpiritualem quãdam Scripturæ intelligentiam. Ita enim tradit Didymus lib.3. de Spiritu ſancto: *Super omnia,* inquit, *vocabulum ſpiritus altiorem, & myſticum in Scripturis ſanctis ſignificat intellectum, vt ibi: Litera occidit, ſpiritus autem viuificat,* Idem docet Origenes li.6. contra Celſum, vbi prope finem ait: *Literam nominauit, quam iuxta ſenſum diuinas literas accipimus ſpiritum vero, cum iuxta intellectum.* Et lib.7. duplicem eſſe tradit legem, vnam, quæ dicto conſtat, alteram quæ ſenſu. Prior etiam ab antiquis prophetis dicitur iuſtificatio non recta, & mandata non bona; poſterior bona eſt. Et de priori dicitur; Litera occidit, quæ dicto conſtat; poſterior quæ ſenſu, & intelligentia,& lex ſpiritus, qui viuificat. Vnde Caſſianus collat.8.c.3. refert, quoſdam ex antiquis monachis minus intelligentes verba Chriſti, nempe Tollat crucem ſuam & ſequatur me, longas quoſdam cruces finxiſſe quas humeris ſuis geſtabãt. Sicut hodie contingit in quibuſdam eccleſiis quoſdam graues,& oneroſas cruces in die Iouis ſancti in pœnitentiam portare ſolitos: quod tamen non eſt ad ſenſum Chriſti accommodatũ.

B. Didym. à med.l. 9. Oper.
D. Hieron.
Orig.l.2.

Legis nouæ,& veteris diſcrimina ſecũdum Orig.
Ezech. 20.
Rom.8.
B. Caſſian.

Matth 16. Chriſti aſſeclæ quã crucem ſuam portare debeant, iuxta Domini vocem.

Nam per crucem, cuique propriam intelligit: vt patienter ferat omnia aduerſa, & labores,& afflictiones, quas quiſq; in ſua vocatione habet.

Hæretici de allegoriis Patrum in Scripturam temere & impudẽter, quid ſentiant, & loquantur.

Nec tamen propterea audiendi ſunt hæretici, qui apud Auguſtinum Marloratum, debacchãtur in veteres patres, & pręcipue in Originem, qui luſerunt in allegoriis concinnandis, ac Scripturá ſacra, non ſecus ac pila verſatili vſi ſunt: ita vt nõ eſſet tam abſurdum delirium, quod non colore aliquo allegoriæ commendaretur. Ita illi. Sed reuera ludunt iſti nebulones,& inſaniũt, qui nihil ſpirituale in Scripturis tradi volunt, & nihil niſi carnem vident, & intelligunt. An non conſtat, pluries Paulum ex allegoricis ſenſibus argumentari, vt ad Epheſ. Galatas,& ad Hebræos? Imo Chriſt' ipſe multa ἀλληγορικῶς de ſe interpretatus eſt: vt de ſerpente æneo exaltato in cruce, de agno immolato in Paſcha; & cuius oſſa non erant comminuenda, vt Euangeliſtá expendit: ſimiliter de manna de cœlo depluto, quo panem de cœlo verum à Patre ſuo datum explicauit: de Iona è ceto eiecto: Deniq; ſancti Alexandrini, teſte Euſebio, omnes Scripturas ad ſpiritualem ſenſum de Chriſto eruendum conuertebant.

Quam frequens allegoriarum vſus in Euangelio.

Ioan 3.
Num.21.
Matth.26.
Ioan.19.
Exod 12.
Ioan.6.
Exod 16.
Mat.12.
Ioan.2.
Euſeb. Cæſarien.l.7.c. 17. circa fi. to.1.

Secundus ſenſus eſt Ambroſii in hunc locum dicentis, literam occidere, quia lex vetus delinquentes interimit, quia interminatur mortem tranſgreſſoribus. Nam irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur. Et addit etiam præuaricationem præuaricationi; ac proinde pœnam duplicem infligebat: quia furtum committens, contra duplicem legem, & naturalem, & ſcriptam peccabat. Spiritus vero viuificat, quia lex noua peccatores baptizando, & abſoluendo, peccata dimittit, & vitam gratiæ confert.

II. Senſus.
B. Amb t.5
Deut.17.

Exo.22.

Sed obiici poſſet, quod etiam noua lex idem præſtat: Qui enim iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio;& Paulus, Voluntarie, inquit, peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia; terribilis autem quædam expectatio iudicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.

Nouam etiam legem &Euangelicam occidere, non ſolam illã Moſis.
Mat.5.
Heb.10.

Tertius ſenſus, qui ſolidior,& verior videtur, Auguſtini eſt lib. de ſpiritu,& litera. c.4.&5.&. lib.2. contra Aduerſarium legis, & Prophetarum. cap.7.& ſer. 5. de verb. Apoſtoli. c.10. vbi interpretatur, literam eſſe nudam legis literam; & nuda abſq; ſpiritu verba: ſpiritum vero viuificantem, eſſe gratiam, qua præceptum ipſum impletur: qui; ſpiritus in lege veteri nõ erat, ſicut nec etiã ſacri-

III. Senſus
B. Aug.t.4.

Idem to.10.
Spiritus viuificans legis euangelicæ quid præſtet.

Gaudium Apoſtoli idem vt Corinthiorũ eſſet, & mœror ſimiliter.
Rom. 12.
Epiſcopi quo animo affecti eſſe debeant in ſibi ſubiectos.

gaudium, omnium veſtrum eſt. Id eſt: Scio quod vbi videritis me gaudentem, gaudebitis, & contra, vbi me dolentem, dolebitis. Nam liberi ingenui, & patris amantes, cum parentibus ſuis aut gaudere, aut triſtari ſolent. Ex quo ſatis detegitur, quo animo eſſe debeat Epiſcopus in plebem ſibi commiſſam & quo affectu delicta punire, & delinquentes corripere debeant. Nam ſi grauius filios increpent, aut verberent, dolent tamen plurimum, & vellent prorſus à pœna infligenda abſtinere, ſi ſic afflictis poſſet rebus conſuli. Verum ſalutaris eſt correctio, & ſal à corruptione præſeruans.

Vnde videri poſſit Paulus vt olim Romanis ſuaſerat & ipſe fleuiſſe cum flentibus.
Rom. 12.
Sæui proprium animi quid.

Nam ex multa, inquit, *tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas: non vt contriſtemini.* Dixerat; Qui contriſtatus eſt ex me (ſcilicet ad pœnitentiam) ille me gaudio afficit, ne illi forſan obijcerent: Ergo ne nobis triſtitiam ingeris, vt ipſe lætitia expicaris? Certe voluptatem ex aliorum fletu capere, non eſt aliud, quam animi ſui ſæuitiam prodere. Nunc Paulus longe aliter ſe affectum fuiſſe teſtatur, clarius explicans quo animo ſuperiorem ſcripſerit epiſtolam quo oſtendat ſe à ſæuitia alieniſſimum. Tantum abeſt, inquit, vt ex correctione vlla, mœroreque veſtro quicquam gaudij acceperim, vt magis indoluerim: nam vehementia doloris mihi extorſit quod ſcripſi, quandoquidem largas fudi lacrymas, quod pro merito flagitij compellerer ad vos ſcribere ea quæ ſcirem magno vobis mœrori futura, cum ea mallem ad vos ſcribere, quæ vos exhilararent. Mulctam ac pœnitentiam grauioribus verbis non in eum finem adhibui vt vos perturbarem, ſed vt potius iuuarem & amorem meum erga vos teſtatum redderem, qui quo vos impenſius diligo, eo minus ad veſtra conniueo crimina; ita vt quod vobis odij ſignum videtur, ſit potius meæ erga vos flagrantiſſimæ charitatis argumentum. Scriptum eſt enim; *Melior eſt manifeſta correptio, quam amor abſconditus; &, Meliora* (vel vt Hebræa habent, fidelia) *magis ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis.*

Quare Apoſtolus ſuperiori epiſtola Corinthios tam grauiter obiurgauerat
Idem cur tantopere imperfectos Corinthios ſuſtineret.
Prouerb. 22

Ex quo ſenſu habere potes vnde oriri debeant piæ, & ſanctæ paſtorum obiurgationes ad creditas ſibi oues regendas. Vides etiam Pauli lacrymas, quæ ſua abundantia mollitiem, ac dulcedinem teſtantur magis, quam fuerit pura Stoicorum ſeueritas.

Duo Apoſtoli documenta.

II. ſol. q. Quis ille, qui Apoſtolum contriſtaret.

Ad ſecundum circa illud: *Si quis autem contriſtauit me, non me contriſtauit, ſed ex parte, vt non onerem omnes vos:* Dicimus, Inducere Apoſtolum aliam rationem ad leniendam offenſionem: quod dolorem communem cum illis habuerit, & cauſa aliunde ſit orta: Pariter, inquit, doluimus, & alius in culpa fuit. Et mitius loquitur, dicendo, Si quis, non declarando quis extiterit. Eſt enim forma quædam extenuationis, ſed propemodum vos omnes. Et ait, *Ex parte;* ne illum nimis grauet. Ex ex parte ponitur pro, Quodammodo; quia nititur his verbis Corinthiorũ animos contra ſcortatorem conciliare, & beneuolentiam illius ſcelere alienatam reſarcire, quia ab eo tanquam ab homine reprobo, & peſtifero auerſi omnes erant: vt ſi iubeat illi veniam dare, non id moleſte, & grauiter ferant, & ne leuitatis Paulum incuſent. Idcirco prudenter demulcendo hæc ſcripſit.

Eum cur ſe dicit Apoſtolus contriſtaſſe, ex parte.

Ad ſecundum dubium reſpondemus circa illud: *Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio quæ fit a pluribus.* Cenſet Paulus pro pœnitentia ſufficere excommunicationem illam & increpationem publice factam. *Ita vt è contrario magis donetis, & conſolemini.* Id eſt: Magis condonare, & conſolari debeatis. Qua Pauli facilitate debebant Corinthij eius exemplo abhorrere à puniendi auſteritate: ad quod ſpectat, quod non commemorat atrox eius delictum, nec nomen eius indicat, & quod illi veniam indulget, qui maiori pœna dignus erat. Apparet etiam, ſcortatorem iam reſipuiſſe.

Inceſto Corinthio quæ ſufficiebat obiurgatio facta a pluribus.
Quare Apoſtolus inceſtuoſum illum non expreſſit, ac nominauit.

Græca verba habent: Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. Vbi nota verbum Ἱκανὸν, quod ſatisfactionem denotat, quæ exterius pœnitentiam agenti propter peccatum debetur. Sicut Act. 17. habetur: *Accepta ſatisfactione à Iaſone, dimiſerunt illos,* Iaſon enim, qui accuſabatur tanquam autor ſeditionis, quod Paulum, & ſocios eius hoſpitio ſuſcepiſſet, hoc debito obligatus tenebatur, vt doceret ſe extra crimen eſſe, ſeque iuſte expurgaret. Vnde Græce habetur. Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν ἀπέλυσαν αὐτούς. At vero ἐπιτιμία & ἐπιτίμιον, eſt mulcta, ſiue pœna, quæ peccatori imponitur.

Act. 17.

Et ait: *Ne forte abundatiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.* Apoſtolus non tantum pium, & exorabilem ſe reddit, ſed etiam alios hortatur, vt eadem animi lenitate reſipiſcentem in gratiam recipiant. Ponderatque Theophylactus, Apoſtolum dixiſſe, donetis, ſiue condonetis, quia non ſatis eſt peccatorem pœnitentem reſipiſcere, ſed opus eſt ab Eccleſia per ſententiam abſolui. Hoc videant, qui cenſuras Eccleſiæ contemnunt. Nec enim hic eſt ſermo de remiſſione iniuriæ, qua Corinthij offenſi sũt per illius inceſtum, ob quam eum odio proſequerentur: hoc. n. nec Paulo condonanti, non Corinthiis perfectis, & in omni verbo

Mira Apoſtoli in fornicatium illum lenitas.
Theophyl.
Corinthij quam donare ſeu cõdonare inceſtuoſo Corinthio debebant offenſam.
Lenſus, qui excluditur.

&in

1. Cor. 1.

& in omni ſcientia diuitibus quadraret, qui nouerant iniurias ſibi factas prompte eſſe remittendas. Nec loquitur de remiſſione culpæ, vel offenſæ, quatenus in Deum tendit: quæ à ſolo Deo in Sacramento per abſolutionem remittitur. Et Ambr. hoc loco (ſi tamen eius ſint illæ enarrationes in Paulum) aperte, & ingenue profitetur, Apoſtolum nouiſſe per Spiritum S. illum vere pœnituiſſe, & Deum illi ignouiſſe. Vnde & hortatur, vt confirment in illum charitatē.

II. ſenſus, idem improbabilis.

Ambro. c. 5

III. ſenſus, item incōgruus.

Tertio non poteſt de vinculo excommunicationis tantum ſoluendo intelligi, niſi etiam adiungas pœnarum canonicarum durationem, ad quas ſoluendas obligatus erat. Mandat ergo, vt ad communionem illum recipiant, quem prius auerſabantur, & moras diuturnioris pœnitentiæ condonent. Et addit cauſam: *Ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.* Ne deſperans ſe ad Chriſtum poſſe conuerti, à morte ſecunda tanquam à charybdi abſorbeatur, aut reddatur puſillanimis, & abiectus ab omni bono præſtando. Ita dixit Cain: *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear.* Iudas quoque cum diffideret de miſericordia, abiens laqueo ſe ſuſpendit: & de quibuſdam ait Apoſtolus ad Epheſios, *Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.* Contra Dauid Dominum orabat: *Neque abſorbeat me in profundum neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.*

IV. proprius huius loci.

Corinthij cur fornicario noliit donare debebant offenſam.

Gen. 4.

Matt. 27.

Epheſ. 4.

Pſal. 68.

Ideo petit, vt confirment in illum charitatem. Vbi non eſt ſermo de dilectione, quā pœnitens ſcortatoriam habebat, ſed de Corinthiorum erga illum dilectione. Confirmate, inquit, in illum charitatem, id eſt, operibus, & verbis validam efficite: & ideo non mandat, ſed obſecrat, vt prius, & efficacius moueat. Hinc ſubdit: *Ideo enim hæc ſcripſi vobis, vt cognoſcam experimentum veſtrum, an in omnibus obedientes ſitis.* Significat: Ob hoc ipſum has poſteriores literas ſcripſi, vt ſciat obedientes fuiſtis in illo excommunicando, ita modo ſitis obedientes in condonando, & conſolando.

Quam orat Apoſtolus Corinthios in ſcortatorē vt confirment charitatem.

Cur oret, & obſecret non imperet.

Sic autem hæc mandat Corinthiis facere, vt tamen nolit ſeipſum eximere, ſed aſſerit ſe cum eis concurrere ad hoc opus, cum ait: *Qui autem aliquid donaſtis, & ego. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti.* Id eſt, vice Chriſti, & ad gloriam Chriſti. Ea enim debet eſſe mens ſura dantis, ſiue condonantis, vt ad Chriſti gloriam reſpiciat, & ſe ipſum miniſtrum Chriſti principaliter operantis agnoſcat. Vnde Gregorius libro Moralium, communicans gratiā cogitans, ait: *Cui aliquod donaſtis & ego. Ac ſi diceret, A bono veſtro non diſſentio: meum ſit quicquid ipſi feciſtis. Atque mox ſubdit: Et ego ſi quid donaui propter vos. Ac ſi diceret: Veſtris actibus bonum addidi, quicquid propter vos miſericorditer feci. Veſtra ergo eſt vtilitas, bonitas mea: mea eſt vtilitas, bonitas veſtra.* Hæc ille.

Huic tertiæ dubitationi propoſitæ

Quid donauerit Apoſtolus Corinthio ſcortanti. paulo ante reſponſum eſt.

Donans aliquid peccantis in primis, quid ſpectare debet.

B. Gregor. 2 1. Moral c. 18 prope fi nem t. 1.

Quod vero ſub conditione dixit: Si quid donaui: ſignificauit tunc tantum per poteſtatem Eccleſiaſticam nos abſolui peccatores, ſi cum vero corde, & fide non ficta pœnitentiam agamus, quod ſolus Deus nouit nemo autem de altero. Et ita ſoluimus tertiam dubitationem propoſitam.

Abſolutionem ab Eccleſia quādo accipiāt peccatore

1. Tim. 1.

Vt non circumueniamur a Satana, non enim ignoramus cogitationes eius. Senſus eſt: Vt non decipiamur ab aduerſario, à quo tunc cruciabatur, & torquebatur ille Corinthius inceſtus. Timor enim erat, ne anxiatus incideret in perpetuam poſſidentis occupationem. Cogitationes Satanæ, vocat inſidias & fraudes, quibus machinatur in perniciem noſtram: & Apocalyp. 2 dicitur, eſſe quoſdam, qui non cognouerunt altitudines Satanæ, id eſt, alta, & ſublimia conſilia, quibus Chriſti legem imminuat, & corpus Eccleſiæ diſſipet. Trahit ſi quidem dæmon quoſdam in peccatum, quoſdam autem ad nimium rigorem contra peccantes incendit, vt ſi non poteſt per facinora perpetrata perdere, ſaltem per Prælatorum auſteritatem, & acerbam puniendi voluntatem perdere poſſit: de quibus Dominus ad prophetam: *Cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia* & Sapiens hortatur: *Noli eſſe iuſtus multum.*

Quid, non circumueniri à Satana.

Satanæ cogitationes quales.

Apoc. 2.

Chriſti gregem dupliciter Satan circumuenit.

Ezech. 34

Eccl. 7.

Porro ex hoc loco colligunt Patres, antiquum indulgentiarum vſum etiam in primitiua, & antiqua Eccleſia fuiſſe, vt ſcilicet pœnas ab Eccleſia in pœnitentiam impoſitas dimitterent. Ita etiam Roffenſis in Lutherum indulgentias comprobat, & Sanctus Thomas in Quarto, & Armacanus in quæſtionibus Armenorum: nam partim ex hoc loco partim ex 13. capite huius epiſtolæ, vbi habet: *Prædixi enim, & prædico vt præſēs vobis & nunc abſens iis, qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam ſi venero iterum, non parcam.* Nec eſt intelligendum, quod Paulus gladio vteretur materiali, ſed gladio ſpiritus & claui ligante ad pœnas temporales & canonicas. Et interminatur ſe amplius illis non parſurum, & gloriatur ſe habere poteſtatem in ædificationem, & non in deſtructionem:

Indulgentiarum vſū fuiſſe etiā in Eccleſia primitiua, vnde colligitur.

B. Roffen. art. 21. in Luthe. à medio

B. Thom. d. 20 art. 1.

Armaca. l. 13.

2 Cor. vlt.

Quo gladio Apoſtolus in cōtumaces vteretur tantummodo

Cuius facti exemplo admonentur Pontifices Romani, & Epiſcopi omnes, vt in condonandis pœnis peccatoribus debitis, & in conferendis indulgentiis, ædificationem Eccleſiæ conſiderent, & non quid ipſi

Indulgentiarum finis in Eccleſia qualis tantum eſſe debeat

ipſi valeant,& ne nobis obiiciant cum Luthero, indulgentias eſſe pias fraudes fidelium.

Infra ſoluetur propoſita dubitatio. Cur Troadem venerit Apoſtolus.

Sequitur illud,de quo quarto loco dubitatum fuit,diluendum: *Cum veniſſem autem Troadem propter Euangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in Domino,&c.* Troadem vocat,quæ olim dicta eſt Troia & poſtea Antigonia,non longe ab Helleſponto. Huc igitur venerat Apoſtolus propter Euangelium Chriſti,id eſt,ad prædicandum Euangelium:& diſſeminandum, vt ſui moris erat.

Quare tardius quam volebat.

Et proponit cauſam tardioris ſui ad eos aduentus,ne ſcilicet impedirentur fructus quos alibi edere proponebat.

Oſtium Troade magnum quod apertum erat Apoſtolo.

Et aſſerit, oſtium magnum ſibi fuiſſe apertum ad colligendum fructum:id eſt, oblata eſt mihi occaſio magna pertrahendi multos ad fidem. Nam qui primi in aliqua ciuitate ad Chriſtum conuertuntur,oſtium fiunt aliorum,nam ſuo exemplo eos diſponunt,& maturant ad ingreſſum in Chriſtũ & Eccleſiam per fidem, & Sacramentum.

Apoc.3.

Et ad hoc oſtium ſtat Chriſtus,& pulſat per primos alios,qui intrarunt. Nam cauſa bonæ præparationis, & facilitas conuerſionis à Deo eſt,cui dicimus cum Propheta:Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. id eſt,Te vocantem, & præeuntem audiemus,& ſequemur.

Thren.vlt. Quid eſt: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.

Cur doluit Paulus de non inuento Troade Tito,quẽ quærebat.

Dum autem ibi eſſet Apoſtolus,contriſtatus fuit eius ſpiritus,& mœrore affectus, quod cum mens eius eſſet propagare Euangelium,& ex parte auditorum eſſent multi excepturum verbum Dei,& audituri, nõ inuenit Titum fratrem,qui aptiſſimus erat & vtilis ad prædicationem, vt proſequeretur cœpta à Paulo: erat etiam expeditioris linguæ.

Altera cauſa doloris. *Oecum.c.2.*

Quod videtur ſtudioſe narraſſe, vt ait Oecumenius, vt eum Corinthiis commendaret, ſiue, vt iam ad eos miſſum,magis magnipenderent. Propter huius ergo fratris abſentiam, coactus fuit Paulus illis citius valedicere,& ire in Macedoniam, in quam præcipue curſus ſui iter dirigebat,rogatus à quodam Macedone,vt eo ſe conferret,& toti Macedoniæ ſalutem afferret.

Troade cur venerit Paulus in Macedoniam. *Act.15.*

Certe Hieronymus in epiſtol. ad Hedibiam: *Speratam,*inquit, *conſolationem inuenire non potui,eo quod Titum, fratrem meum non inueneram ſiue quem ibi reperiendum putabam , ſiue quem ibi audieram degere , vel qui venturum eſſe illuc ſe dixerat.*

Hieronym. ep.150.q.9. prope initiũ tom.5.

Ad quartũ illud dub. reſponſio. Paulus tantus videlicet Apoſtolus,cur

Et ſubdit rationem triſtitiæ de non inuẽto Tito:*Aliquoties,inquit, diximus, Apoſtolum Paulum virum fuiſſe doctiſſimum , & eruditum ad pedes Gamalielis , qui in Apoſtolorum Actibus concionatur,& dicit : & nunc quid habetis cum hominibus iſtis? Si enim à Deo eſt,ſtabit,ſi ex hominibus,diſſtruetur. Cumque haberet ſcientiam ſanctarum Scripturarum,& ſermonis, diuerſarũ que linguarum gratiam poſſideret; vnde ipſe gloriatur in Domino,& dicit:Gratias ago Deo, quod omnium veſtrum linguis magis loquor : Diuinorũ ſenſuum maieſtatem digno non poterat Græci eloquii explicare ſermone. Habebat ergo Titum interpretem , ſicut & beatus Petrus Marcum, cuius Euangelium Petro narrante , & illo ſcribente,compoſitum eſt. Ergo & Paulus Apoſtolus contriſtatur , quia prædicationis ſuæ in præſentiarum fiſtulam, organumque per quod Chriſto caneret , non inuenerat. Vnde & infra Capite ſeptimo ait. Nam cum veniſſem Macedoniam,nullam requiem habuit caro noſtra ſed omnem tribulationem paſſi ſumus:foris pugnæ,intus tremores.Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt,nos Deus,in aduentu Titi. Non ſolum autem in aduentu eius,ſed etiam in conſolatione, qua cõſolatus eſt in vobis. Ergo propterea profectus eſt in Macedoniam,vt inueniret ibi Titum , & haberet interpretationis,Euangeliique ſolatium:quem intelligimus non ibi repertum,ſed poſt tribulationes,& perſecutiones Apoſtoli ſuperueniſſe. Prius ergo quam veniret Titus,multa perpeſſus , agit gratias Deo in Chriſto,quem gentibus prædicabat quod dignum ſe elegerit , in quo ageret triumphum Filii ſui.Triumphus Dei, eſt paſſio Martyrum,& pro Chriſti nomine ſanguinis effuſio, & inter tormenta lætitia. Cum enim quis viderit tanta perſeuerantia ſtare Martyres , atque torqueri,& in ſuis cruciatibus gloriari, odor Dei, notitiæ diſſeminatur in Gentes, & ſubit tacita cogitatio,quod niſi verum eſſet Euangelium, nunquã ſanguine defenderetur.* Hactenus Hieronym⁹ in ſenſu potius, quoniam hæc interpolatim ſcripſit.

Troade Titum habere cupiebat. *Actor 22. Supra 5.* Verba Gamaliel. pro Apoſtolis. *1 Cor.14.* Petrus & Paulus quos habuerint interpretes teſte Hier. *2.Cor.7.*

Quos conſoletur Deus.

Paulus cur agat Deo gratias in Chriſto.

Martyres quomodo ſiunt Dei triumphus.

Quod ergo dixit:*Non habui requiem ſeu relaxationem ſpiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum:*ſignificabat ſe etiam adeo de ipſis Corinthiis fuiſſe ſolicitum, vt non inueniret relaxationem , nec poſſet quieſcere , niſi rebus ipſorum per Titum cognitis,& inde patet, quod diſtulerit ſuũ ad eos aduentum:nolebat ſi quidem ire Corinthum,niſi prius re cum Tito communicata,quia ex relatione Titi cognouit, nondum eſſe maturum tempus ad eos veniendi.

Pau'us quãdo Corinthum venire cupiebat

Idem quãtum Corinthios amaret ac diligeret.

Ita dilexit Corinthios, vt profectiones ſuas omnes,& circuitus omnes eorum ſaluti accommodaret; ideo ſerius quam promiſerat,venit ad eos,non fidei datæ oblitus quod conſilium mutaſſet, ſed quod vtilior illis eſſet mora.

V. dubitat. ſoluitur. De eo quod triũphare ſe dicit Apoſtolus in Chriſto, ſint ne hæc verba iactanus.

Soluamus quintam dubitationem in id *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu.* Primo ſtatuendum, Paulum in ingreſſu Macedoniæ multa, & grauia perpeſſum propter Euangeliũ, vt locus citatus

ex

ex capite ſeptimo oſtendit. Et dicit quod gratias Deo agit de triumpho, quo in eis, & per eos triumphabat. Deinde non eſt vana iactantia, quod gloriatur de triumpho in Chriſto Ieſu: quia nihil ſibi tribuit, ſed Deo totum, cui ob triumphum gratias agit. Et cum alij pro rebus terrenis, aut pro terreni regni gloria decertando triumphent, inflati, ſibique & ſuis viribus fidentes; nos tamē facit Deus triumphare propter prædicationem Euangelij, in qua fides vincit perfidiā veritas mendacium, & charitas Chriſti maleuolentiam, & odium: atque adeo patientia de doloribus, & laboribus, quibus premimur, triumphat, nimirum quia facit Deus cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. Hinc etiam gloriamur in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: concedit etiam abire gaudentes eos, qui digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et vt Spiritus ſanctus dicitur poſtulare, & clamare, quatenus facit nos in oratione poſtulantes, & clamantes, Abba Pater, & teſtificari de gloria Dei in Chriſto: ita triumphat nos, vel de nobis, quatenus triumphare nos facit, & fecerat Apoſtolum Paulum in cordibus Macedonum triumphare non tantum de dæmonibus, cum quibus colluctamur, & qui ſe Apoſtolis opponebant, vt impedirent eorum fructum; ſed, *Et odorem* (ait) *notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt, & cæt.* Euangelium, vocat odorem notitiæ Diuinæ in quo Deus Pater mittens Filium ſuum in ſalutem mundi, detegitur; & Chriſtus ſacrificium noſtrum odoriferum; & Spiritus ſanctus conſolator optimus, dulcis hoſpes animæ, & dulce refrigerium, vt cantat Eccleſia.

Homines quare triũphent.

Sancti vel extrema patientes cur triumphent. *1. Cor. 10.* *Gal. 6.* *Act. 5.* *Rom 8.* *Spiritus S. cur poſtulet, pro nobis, & clamet.* *Ibid.* *Gal 3.* *Quales Pauli triumphi.* *Epheſ. vlt.*

Euangeliũ cur ſit odor notitiæ diuinæ. *Ioan. 3.*

Subdit: *Quia Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.* Hoc eſt: Non ſolum Euangelium facit bonum odorem Dei, ſed etiam nos ipſos miniſtros ſuos facit, vt bonus odor ſimus Chriſto. Et vt aromata quo magis conteruntur, maiorem ſpirent fragrātiam, ita Chriſtus crucifixus, & Apoſtoli, & Martyres, & Virgines, & omnes quotquot Apoſtolicam vitam profitentur, & qui vitam, & mores cum fide componunt. Nam per eos qui bene credunt, & male viuunt, fœtet Chriſtus. Metaphora hæc ſumpta eſt à reb. bene olentibus, vel ab odore ſacrificiorum quæ in lege offerebantur in odorem ſuauitatis. At Euangelij prædicatione nihil eſt in orbe ſuauius, aut fragrantius. Ac vt qui ferunt pretioſiſſima vnguenta, latere non poſſunt, ſed omnibus manifeſti ſunt, & conſpicui; ita viri ſancti Euangelium in pectore, & prædicatione geſtantes, non poſſunt optimum illum odorem aliis non communicare.

Paulus & Apoſtoli quomodo bonus odor erant in omni loco.

Qui ſint malus odor Chriſto.

Vnde hæc metaphora deſumpta.

Addit *In omni loco*: ſignificet nuſquam ſe venire, vbi non proficiat. *In iis qui ſalui fiunt & in iis qui pereunt.* Hoc dicit, vt oſtendat illam diuerſitatem, qua Euangelium à mundo varie recipitur, & diuerſe de eo iudicatur. Et vbi prius accommodaſſet metaphoram ad Chriſti notitiam; nunc ad perſonas Apoſtolorum adaptat. Vt enim lux mundi vocantur, qui facem Euangelij mundo præferunt, & homines illuminant, non quidē quod proprio ſplendore illis præluceant, ſed illo, quem à Chriſto acceperunt: ita odoris nomen habent, non quia fragrantiam ex ſeipſis vllam emittant, ſed quia doctrina, quam proferunt, odorifera ſit adimplendū ſuaueolentia totum vniuerſum, quam ipſi vitæ ſanctitate exornant, vt dicere valeant cum Sponſa: Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus.

Quare in omni loco Paulus erat bonus odor Chriſto.

Apoſtoli quomodo erant lux mundi, iidē & bonus odor Chriſto. *Matth. 5.*

Cant. 1.

Quod vero ait: *Aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ in vitam*: interpretatur Hieronymus in prædicta Epiſtola ad Hedibiam, ἀντιθέσεις [sic] eſſe, hoc eſt, tacitæ obiectionis ſolutionem. Nam ſi quis obiiceret; Quomodo ergo non omnes crediderunt, & receperunt hanc bonam fragrantiam? Reſpondet, homines ſuo libero arbitrio derelictos in cauſa eſſe, vt ſuo ipſorum vitio aut non ſuſcipiant Euangelium, aut fide ſuſceptum non retineant, & ita pereant Idem quoque Sol & ceram liquefacit, & lutum indurat; & ex vno & eodem flore apes mel, aranea venenum colligunt; & vt ignis aurum reddit rutilantius, ſentes vero exurit. Gregorius Nyſſenus per OEcumenium allegatus: *Iuxta inditum cuique affectum* inquit, *ſuauis odor aut viuificatiuus eſt, aut mortifer: quemadmodum ſi idem vnguentum ſcarabeo, & columbæ proponatur, non idem in vtroque efficiet: ſed columba quidem robuſtior per ſuauem vnguenti odorem redditur, ſcarabeus vero intermittur.* Hæc ille. Nec mirari de his debemus, ſi de Domino legamus: *Ecce hic poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael; & in ſignum cui contradicetur.* Et alio loco Paulus; *Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. Ipſis autem vocatis, Iudæis atque Gentibus, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.*

Ad VI. Dubitationē. Apoſtoli vt erant aliis quidem odor mortis in mortem aliis autem odor vitæ in vitam. *B. Hier. ep. 90. q. 11. 5. 4.*

Exemplũ in Sole.

Oecum c. 4 *Alterum exemplum Gregorij Nyſſeni, in vnguento.*

Luc. 2.

1. Cor. 1.

Ad ſeptimam, & poſtremam dubitationem circa illud. *Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſynceritate, ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.* Græca litera non habet illud, tam: poteſt tamen bene ſuppleri.

Paulus quam idoneus miniſter verbi Dei extitit.

Et

Ad VII. Dubium Quid adulterare verbum Dei. Et ſignificat ſe idoneum ad hæc extitiſſe Dei gratia, vt effunderet Euangelicæ odorem veritatis in patientia ſua, & oſtenſione ſpiritus, & inſignis, & prodigiis, & virtutibus Adulterat, qui ſe vxori non ſuæ coniungit: ita qui veritati falſitatem coniungit. Vel, (vt Græca habent) cauponantur, qui cauponum more ad quæſtum venditant, quod gratis donari oportuit, & tales exiſtimant quæſtum eſſe pietatem. 1.Tim.6. *Sed velut ex ſynceritate*: non vt cuiuſquam voluntati ſeruiamus. Quam ſyncere Paulus vt & cæteri Apoſtoli, prędicauerit Dei verbum. Se autem ex ſynceritate quaſi miſſum à Deo & præſente eo qui ſe miſerit, omnia coram Patre & in Chriſto loqui oſtendit; vt cauſa prædicationis triumphus Chriſti ſit, & gloria. B Hieron. Epiſt.90. q. 11. Addit Hieronymus, in his verbis comprehenſum eſſe myſterium Trinitatis. Myſterium Trinitatis hic expreſſum à Paulo. Ex Deo enim, id eſt, Spiritu ſancto, qui in nobis loquitur; & coram Deo Patre, quem ſemper præſentem habemus, & in Chriſto loquimur, legatione eius fungentes; quod nō faciunt pſeudoapoſtoli. Matth. 10. 2.Cor.5.

DISPVTATIO IV.

In illa verba. Cap. 3. *Incipimus iterum noſmetipſos commendare? aut nunquid egemus (ſicut quidam) commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus: Manifeſtati quod Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus &c.* in finem cap.

I. Dubium. Circa hæc in primis dubium emergit, quo tendat in hoc capite Apoſtolus. II. Dubiū. Deinde cur de excellentia legis Euangelicæ, & miniſterio Noui Teſtamenti præ illo veteris Paulus philoſophetur: an erant forſan inter Corinth. qui præferrent Moyſen Chriſto. vt Galatæ faciebant, & quidam etiam Romæ, qui legem cum Euangelio admiſcebant? III. Dub. Tertio dubitatur, an ſit per ſe malum vti literis commendatitiis aliorum ad alios, quod videtur prima facie Apoſtolus damnare. IV. Dubiū. Quarto, an commendare ſe ipſum, vitium ſit, & ſpecies quædā iactantiæ, vt rem pauliſper contemplanti apparet. V. Dubiū. Quinto, qua ratione Corinthij poterant eſſe Epiſtola Pauli, & epiſtola Chriſti, vtrumque enim dicit, & quomodo etiam erat commendatitia, & ſcripta in cordibus, & miniſtrata ab Apoſtolis: & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui: & non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus, quia hæc omnia, & ſingula multis ſcatent ſacramentis. Sexto dubium eſt, qua VI. Dub. ratione illa verba conuenire poſſint Paulo in plurali; Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum: non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: & cur potius meminit cogitationis, quam verbi, aut operis. Septimo circa illud: *Qui &* VII. Dub. *idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu*: & qua ratione ait: *Litera enim occidit; Spiritus autem viuificat*. Et cum huic verbo plures ſenſus tribuantur à Patribus; quæritur quis ſit germanior, & Apoſtoli menti, & verbis congruentior. Octauo, VIII. Dub. quomodo quoque lex Moyſi dicitur miniſtratio, mortis, & literis deformata; cum tamen lex Moyſi dicatur ſpiritualis, & ſuperius dictum ſit, quod Euangelium ſit odor Rom.7. mortis, in mortem, & Chriſtus petra offenſionis ſcandali, & offenſionis: cur ergo in ſolam 1.Pet 2. Legem Moſis competere dicitur id, quod eſt ei cum Euangelio commune? præſertim cum lex intenderet ad vitam homines perducere: præſertim etiam cum ſeruata ad literam, porrigeret vitam temporalem, iuxta illud; *Iuſtitiam quæ ex lege eſt, qui fecerit homo, viuet in ea*: quod producitur ab Apoſtolo ad Roman. 10. & Gal. 4. In ipſa quoque eſt præceptum primum ſecundæ tabulæ: *Honora*, inquit, *patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram*. Deinde in illud; *Si enim quod euacuatur, per gloriam eſt: multo magis quod manet, in gloria eſt*, dubitatur, quoniam videtur inſinuare Apoſtolus legem deſtrui cum tamen ad Roman. 3. dixerit legem ſtatui, aut ſtabiliri per fidem. Nono, cum ait, *Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia vtimur*, dubium eſt quo tendat Apoſtolus. Deinde an ſpes, & fiducia ſint idem, an diuerſa & quare ait: *Et non ſicut Moyſes ponebat velamē ſuper faciem ſuam. & quomodo auferturi*. Item quomodo ſequitur: *Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas*. Poſtremo dubitatur circa vltima illa verba: *Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginē transformamur a claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu*: videtur enim obſcura, & vix intelligibilis hæc clauſula: nec facile agnoſci metaphora qua vtitur: quia 1. Corinth. 13. hac eadem figura alio modo vtitur. Et quid eſt in primis illa particula, Vero: Deinde ſecundo, quid; *Nos omnes, nunquid fideles, an Apoſtoli, & miniſtri Noui Teſtamenti*. Tertio quid eſt, *reuelata facie*: Quarto quid eſt *ſpeculantes*, vel vt alij vertunt, contemplantes quid. Quinto, *Gloriam*

Duplex Moſaicæ legis officiū. Leuit.18. Rom.10. Gal.3. Exo.20. Rom 3. IX. Dubiū Exod.34. X. & vlt. 1.Cor.13.

Domi-

Domini,quid eſt.Sexto, *in eandem imaginem*, & cuius eſt illa imago.Septimo quid; *Transformamur*,vel reformamur,vt alij,vel transfiguramur.Octauo,quid, *à claritate in claritatem*,vel à gloria in gloriam:Nono , dubitatur in illud:*Tanquam à Domini Spiritu*.Quibus omnibus diſcuſſis,conſtabit ſenſus huius clauſulæ.

Soluitur I. dubium. Quo tendat Apoſtolus in hoc capite.

Quod attinet ad ſcopum,reſpondemus: Vbi Apoſtolus ſe expurgauit de malis,quæ ſibi aduerſarij opponebant;deinde commẽdat ſe de bonis,in quibus ei pſeudoapoſtoli ſeipſos præferebant. Duo enim erant impedimenta propter quæ per Epiſtolam præmiſſam non corrigebantur pſeudoapoſtoli.Commendabant enim ſe à dignitate officij Apoſtolici,& à modo adminiſtrandi, & ex præmio,quod miniſtrantibus promittebatur,de quo cap.5.ſicut de priori hoc cap. & quarto ſeq.diſſerit.

Pſeudoapoſtolis quas duas ob cauſas ſuperior ad Corinth.epiſtola nihil profuerit.

In primis igitur vtitur occupatione, qua reſpondet his,quæ ſibi ab aduerſariis obiici poſſe videbat, & quod de ſe multa magnifica prædicaret,& ſua geſta enarraret. Etait in plurali,*Incipimus*:quia cum Timoth.& Siluano ſcribit Apoſtolus.Atque iterum: dixerat enim,*Bonus odor Christi ſumus Deo*:poterat ergo,inquit quis veſtrũ cogitare, quod frequenter nos ipſos efferamus. Poteſt enim referri illud,Iterum,ad ea, quæ priori epiſtola pluries fecerat.

Quid illi nebulones obiectaſſẽt Apoſtolo, apud Corinth. 2.*Cor*.2.

II.quæſt. ſolutio.De cauſa legẽ euangelicã ſeu nouũ Teſtamentum hoc loco veteri præponẽdi. *Act*.19.

Ad ſecundum reſpondemus,plane extitiſſe quoſdam apud Corinthios , qui non minus quam apud Romanos,& Galatas,ſtudioſi erant legis Moſaicæ. Vnde Actor.19. Paulus in ſchola Tyranni cuiuſdam quotidie diſputabat,atque hoc per biennium, inter quos non minus erant Iudæi,quam Gẽtiles.Et ibidem de Iudæis exorciſtis,qui inuocabant nomen Domini Ieſu ſuper eos q habebant ſpiritus malos,habetur ſermo.Et ita facile ſoluimus,quæcunque hic de myſterio Noui Teſtamenti ſupra illud veteris dicuntur.

III.ſoluitur dub. De literis commendatitiis, malus ſit ne earum vſus atque dãnabilis. *Rom.vlt.* Ab illis Paulum nõ abhorruiſſe oſtenditur. 2.*Cor vlt.* *Coloſſ.vlt.*

Ad tertium aſſerimus,portare literas cõmendatitias,non eſſe rem per ſe malam,aut vitioſam.Nam Paulus Roma.16. commendat Phœben miniſtram Eccleſiæ quæ eſt in Cenchreis,vt eam ſuſcipiant in Domino digne ſanctis,& aſſiſtant ei in quocunque negotio,nam & ipſa B Paulo, atque aliis ſanctis adſtiterat. Commendat etiam verbis honorificis Timotheum priori Epiſtola ad Cor.c.16.*Si venerit*,inquit, *Timotheus videte vt ſine timore ſit apud vos,opus enim Domini operatur ſicut & ego.Ne quis ergo illũ ſpernat.* Ad Coloſſ.item.4.commendat Marcũ,Tychicum,Oneſimum,& Epaphram; eorum virtutes prodens. Quin & in hac eadẽ Epiſtola.cap.8.commendat Titum, & Lucam, cum ait:*Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrũ* (ſcilicet Lucam)*cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias*.Maxime autem tales Epiſtolæ commendatitiæ vtiles ſunt,ſi quis ignotus accedat ad eos,ad quos diuerterit;multo magis ſi ſponte offerantur.

2.*Cor*.8.

Commendatitiæ in primis epiſtolæ quando deſeruiant. Eiuſmodi vero quando vitio non careãt, ac reprehenſione.

Cum vero magno ſtudio conquiruntur & mendicantur, & ad fines humanos promouendos,certe aut impotentiam,aut imperitiam prædicantis arguunt. Quærunt enim vt plurimum gloriam, & ſapientiæ titulum,pecuniamque venantur.Non ſecus atque hodie videmus plurimos religioſos ex longinquis partib. euangelizandi gratia ad varias,& opulentas Italiæ ciuitates peregrinari,multiſque literarum faſciculis aliunde commendari,quo apud ampliora ciuitatum auditoria euangelizare , & ea ratione commodius loculos ſuos implere valeant. Raro autem fructum aliquem edere poſſunt tales,niſi illum , quem præcipue ſpectant,de quo dixit Dominus , Amen dico vobis.receperunt mercedem ſuam,id eſt, à ſe ipſis expectatam , deſideratamque:non vt gloriam Dei promoueant,aut proximos ab hæreſi.& à mala vita abducant,ſed quæſtuoſo quodam ad vitam humanam alendã artificio.

Iis qui delectatur quid proficiant. *Matt*.6.

Ait ergo:*Aut nunquid egemus (ſicut quidã) commendatitiis epiſtolis ad vos,aut ex vobis?* Scilicet ad alios. Et verbo, *quidam*,notare voluit Apoſtolus qui nonniſi ſuffarcinati literis Principum ad prædicandum huc, & illuc diſcurrebant.Sicut & ipſe Paulus cum non dum eſſet ad Fidem vocatus ; cum epiſtolis Sacerdotis maximi venit in Damaſcum.

Commendatitiis qui literis,vti Apoſtolus inſinuat, apud Corinthios vtebantur. *Act*.9.

IV.Diluitur dub. An cõmendare ſeipſũ pars quædam iactãtiæ ſit. *Prou*.27. *Ioan* 8. Propria laus vituperabilis duplicitet *Pſalm*. 9.

Ad quartum ſit reſponſio: Commendare ſeipſum,pars quædam videtur eſſe iactãtiæ,quoniam laus in ore proprio vileſcit;& Salomon,*Laudet te*,inquit, *alienus, & non os tuum,extraneus,& non labia tua*. Et poſſet ei qui ſe laudat, obiici quod Iudæi dixerunt de Chriſto.: *Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum*. Homo enim ſeipſum ignorat, & interdum ſeipſum laudat,de quibus debeat confundi, iuxta illud *Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ,& iniquus benedicitur*. Deinde, ſi quod vel minimum , aut exiguum bonum in ſe ipſo viderit, immodice illud laudat: Et ideo iudicium eius ab affectibus , qui dominantur , peruertitur. Quare Paulus in hac eadem Epiſtola inferius dicit:*Non qui ſeipſum commendat , ille probatus eſt,ſed quem Deus commendat*. Quod ſi Chriſtus ſuas dignitates, & laudes interdum depromebat, id faciebat,quia Deus erat,quia legibus ne-

1.*Cor*. 10. Quare Chriſtus ſeipſum laudaret interdum & cõmendaret.

quaquam aſtringitur, & ad bonum noſtrũ ſpectabat, vt eum agnoſceremus, & celebraremus. Hinc ſe Lucem mundi, Oſtium, Panem viuum, viam, veritatem, & vitam & reſurrectionem vocabat. Sancti vero, qui de ſeipſis magnifice ſenſiſſe, aut ſcripſiſſe videntur, non tam ipſi laudarunt ſe ipſos quam Deus eos per ſua ipſorum ora laudabat: & ob gloriam Dei in ſeipſis agnoſcendam & celebrandam ad aliorũ exemplum commendarunt: vt fecerunt Ezechias Rex ſanctus Iob, Apoſtolus Paulus, & ſacratiſſima Virgo, quæ dixit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* Paulus enim; *Bonum certamen*, inquit, *certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.* Et cum ſcriptum ſit: *Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde*, & rurſus, *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Quamobrem viro iuſto licitum eſt internas ſuas opes detegere, & de illis in Domino gloriari, ſi gloria Dei, & ædificatio aliorum id expoſcat: qua in re talis non tam ſeipſum, quã Deum commendabit. Commendare autem ſe ipſum inaniter ſe iactando, & præter modum, aut ambitionis gratia, res putida eſſe ſolet, & odioſa. Paulum autem excuſabat neceſſitas, quia nonniſi coactus gloriabatur. Finis etiam liberabat, eum ab omni calumnia, quoniam non aliud ſpectabat, quã vt Apoſtolatus ſui honor ſaluus & integer in Eccleſiæ ædificationem maneret.

Ioan. 8. Infra 9. Infra 10. Supra 6.

Sancti viri quemadmodum ſe ipſos commendabãt, ac prædicabant.

Eſai 38. Iob. 31. Luc. 1. 2. Tim. vlt. Pſal. 31. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Honeſta, quæ propria laus, atque laudabilis.

Quare Paulus ſeipſum commendaret.

V. Solutio quæſtionis De modo, quo Corinthij Epiſtola erant Pauli.

Ad quintum dicimus, artificio in primis non carere, quod ſuam omnem commendationem in ſalute Corinthiorum conſtituerat, hoc eſt: Quãdiu permãſeritis Chriſtiani, ſatis habeo commendationis. Et licet de tota Scriptura ſacra dici poſſit quod ſit epiſtola Dei, teſtibus Auguſtino, & Gregorio: hic tamen alia ratione Paulus accipit Epiſtolam, quaſi dicat: Tota veſtra Eccleſia epiſtola noſtra eſt; id eſt, Teſtimonium eſt, & commẽdatio noſtri apud omnes gẽtes, quam in corde noſtro gerimus. Vnde excuti, vel exturbari non poteſt veſtra vitæ, ac morum ſanctitas; ſatis eſt idoneum teſtimonium apud omnes, quales olim apud nos fuerimus, & qualis fuerit prædicatio noſtra: Nam olim Corinthus cum idolis, & omni intemperantiæ dedita eſſet, non deſertis omnib. fœdiſſimarum cupiditatũ ſtudiis, teſtatur, prædicationem noſtram non infructuoſam apud vos extitiſſe. Quare quod Epiſtolæ ſcriptæ in commendationem meam egiſſent, id nunc vos ipſi tũ fide, tum vita, & operibus præſtatis.

Aug. Concio. 2. in Pſ. 90 t. 10. Greg. l. 4. Regiſt. c. 4. t. 2.

Paulinæ prædicationis Corinthi fructus vberrimus vnde comprobetur.

Corinthij vt erant epiſtola ſcripta Apoſtolorũ.

Scripta, inquit, *in cordibus noſtris.* Id eſt: Aliorum commendationes in literis, & auribus hominum volitant, hæc noſtra cum Timotheo, & Siluano, ſedem habet in conſcientia. Nam etſi aliqui commendatorias epiſtolas impetrent, non habent tamen in conſcientia, quod in charta ſcriptũ geſtant: & qui commendant, indulgentia potius id faciunt, quam iudicio. Nos vero vtrinque ſcriptum gerimus Apoſtolatus noſtri teſtimonium. *Quæ* (ſcilicet epiſtola) *ſcitur* (ſeu intelligitur) *& legitur ab omnibus hominibus.* Quæ veſtrarum virtutum, & fidei mentionem facit. Et ſubdit: *Manifeſtati*, Quod refertur ad verba ſuperiora: Epiſtola noſtra nos eſtis, quod indicat verbum Græcum φανερούμενοι, id eſt, Dum palam, & manifeſtum fit, ſiue dum declaratis. *Quod epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis.* Vbi in primis non pugnat Corinthios eſſe vnam & eandem epiſtolam commendatitiam Chriſti, & Apoſtolorũ: & Chriſti quidem dictantis, & conſcribentis eam in corde; Apoſtolorum vero, ſiue noſtram, quoniam ſubminiſtrata eſt à nobis, qui per prædicationem noſtram Chriſto vos inſeruimus, & præparauimus, quaſi fuerint Apoſtoli vice calami, & atramenti. Chriſtum ergo facit autorem, & dictatorem, Apoſtolos vero organa, de quo dixit Dauid: *Lingua mea, calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, hoc eſt, Spiritus ſancti.

Eiuſmodi epiſtola quomodo ſciretur, & legeretur ab omnibus hominibus.

Corinthij quomodo ijdem erãt epiſtola Chriſti ſimul, & Apoſtolorũ.

Pſalm. 44.

Hæc Paulus de epiſtola ſcripta in tabulis cordis carnalibus &c. Vnde ſumpſerit, & quam appoſite.

Adiungitque duas antitheſes, alteram atramenti, & Spiritus; & tabularum lapidearum, & carnalium cordis, quæ ad exaggerationem plurimum faciunt. Alludit enim Apoſtolus ad Ezech. 36. vbi pollicetur Deꝰ ſe ablaturum cor lapideum, & daturũ cor carneum. Alludit quoque ad legem datam in duabus tabulis lapideis: & opponit cor carneum, id eſt, tractabile & molle, lapideo id eſt duro, & intractabili. Etſi vero vox, Carnalis, in malum ſenſum accipi ſoleat apud Paulum, iuxta illud, *Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato*; & iterum; *Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus*; & B. Petrus, *Obſecro vos abſtinere à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam*: nomen quoque Carnis in malam partem accipi conſueuit: ſed notandum eſt alia voce vti Prophetam, & Apoſtolum hoc loco, quæ σάρκινος dicitur, atque in aliis locis, vbi vtitur voce σαρκικός. Prima enim vox teſte Iulio Polluce, ſignificat ſubſtantiam, ſiue materiam, ſcilicet carneam; at poſterior vox ſignificat qualitatem. Et ita hic in bonum accipitur Carneus, id eſt, pro molli & tenero: ſicut alia vox, id eſt, lapidis in malã partem accipitur.

Ezech 36. Exod. 31. Infra 34.

Vox Carnalis duo ſignificat apud Paulũ & alios.

Rom. 7. 1 Cor. 3. 1. Pet 2.

Quid hoc loco ſignificet, cũ vocantur tabulæ cordis carnales.

Iul. Pollux.

Mirabile autem eſt, hanc epiſtolam legi, & intelligi γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ab omnibus hominib. cum omnis alia epiſtola,

Euangelicæ epiſtolæ dignitas atque præſtãtia.

ſiue

ſiue Hebræa, ſiue Græca, ſiue Latina, ab omnibus non intelligatur, neque legatur, ſed tantum à cognoſcentibus illos characteres & illud idioma: & non portatur ſinu; vel manu, vt aliæ, ſed in corde ſcripta.

Iberi populi cur ad Fidem conuerſi. Ruffin.

Fideles igitur ſunt epiſtola Chriſti, & Apoſtolorum. Hinc Ruffinus li. 10. c. 10. narrat, Iberorum gentem Chriſtianam fidem ſuſcepiſſe ſolo virtutum cuiuſdam captiuæ mulierculæ ſplendore illectam, non ſecus atq; olim puella Hebræa admonuit dominam ſuã, vt Naaman Syrum leproſum mitteret ad prophetam Heliſeum.

4. Reg. 5.

Ad VI. dub. Quorſum hæc ab Apoſtolo dicantur Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum, &c.

Sexto loco dubitatum fuit circa illa verba: Fiduciam aũt talem habemus per Chriſtum ad Deũ; *Non quod ſufficientes*, &c. quorſum ſcilicet hæc dixerit Apoſtolus: Reſpõdeo: neque de ſe ipſo prædicauerat, arrogantius dicta videretur, correctione quadam prudenti atq; elegãti lenit, totam gloriam in Deum transferendo, à quo confitetur ſibi datum quicquid haberet. Quaſi diceret; Non tribuimus nobis tantarum rerum excellentiam, neq; adſcribi volumus nobis quod gerimus ſed Deo ipſi, in quo habemus gratiam, & fiduciam per Chriſtũ ipſum, qui canalis eſt quidam, per quem ad nos omnia dona Dei deriuantur. Fiducia Græce πεποίθησις. dicta videt voluntatis noſtræ motus cum alacritate tendentis in bonum aliquod arduum, & à nobis concupitum, quaſi id certo poſſeſſuri ſimus. Eſt autem diuina fiducia, quæ ab Spiritu S. in nobis efficitur per Chriſtum mediatorem in ſeipſo, & in omnibus ſuis, ſperans obtinere ipſum Deum, vel eius oculta dona. Eſtque talis gratia gratis data, quam Deus in miraculis edendis, & in aliis donis impetrãdis & ſuſcipiendis exigit; nõ tamen ſemper, quia interdum hominibus non credentib. etiã miracula obtrudit, vt confundantur, & reſipiſcant. Quod quidem donum maxime Deo placet, per quod ſentitur de Domino in bonitate. Et ideo fiduciam probat, & illã vult, licet nolit donum concedere: vt fuit ædificatio templi per Dauidem quam deſiderauit, & non obtinuit. Interdum etiam donum differt, vt fecit cum Paulo deſiderante venire Romam, à quo quidem dono ad tempus impeditus fuit.

Fiducia quid.

A quo efficitur, & per quẽ in nobis, quid efficiat, quale donũ Dei ſit.

Deo quam grata hæc fiducia. Sap. 1.

2. Reg. 7. Quare interdum nõ ſtatim nobis conceditur.

Fiducia diuina in quo ab humana diſtinguitur.

D.ffert autem hæc fiducia diuina ab humana fiducia, quæ vel ab humano ſpiritu prodit, vel etiam à Deo, vel alia creatura: bonum aliquod arduum, & humanum ſperans per inſtrumenta, & ſubſidia humana. Et hanc poteſt interdum vel ſecta quã quis profitetur, efficere: & fruſtrari ſæpe poteſt, & fruſtratur. Differt vero hæc fiducia à fide: quod hæc in intellectu, vt in proprio ſubiecto, illa in affectu hominis ponitur. Vnde Epheſ. 1. & 2. Timo. 2. ſpes, & fiducia ponuntur vt virtutes diſtinctæ. Differt etiam ab ſpei virtute, quod futurorum, & æternorum bonum ſit ſpes, fiducia vero interdum tam temporalium, quam ſpiritualium bonorum. Spes affligit, quia vel non aſſequitur, vel non tam cito quod quærit: ita vt ſcriptum ſit; *Spes quæ differtur, affligit animam: Fiducia vero timorem à ſe mit, alacritatemque & certitudinem quãdam conciliat.* Spes videtur reſpicere ad bonum æternum tanquam præmium in cœlo recipiendum. Fiducia vero ſpectat ad media, vel adminicula, quibus habendum ſit, id eſt, ad preces, opera bona, perſeuerantiam. Alii παῤῥησίαν interpretantur libertatem, euidentiam, & perſpicuitatem prædicationis ipſius, quæ opponitur illis quę Moyſes obtecta in vmbris indicauit. Sed præſtantior eſt prior expoſitio.

Eadem vt differat à fide.

Epheſ. 1. 2. Tim. 2. Ab ſpe in duobus eſt diſtincta. Prou. 13.

Diſcrimen alterum.

Additque: *Fiduciam talem habemus*, id eſt, gloriationem noſtram, quod eſtis Epiſtola Chriſti à nobis, Deique Spiritu, non noſtro merito ſcripta, & quod ſumus vobis bonus odor Chriſti in omni loco, & quod ſumus idonei miniſtri noui Teſtamenti. Comparauerat enim Corinthios commendatitiæ epiſtolæ, quam in corde ſuo quaſi ſinu geſtabat, & legendam aliis porrigebat, dum virtutes eorum aliis declarabat. Habemus ergo talem fiduciã, eam aſſidue exercendo. Id enim ſignificat, habere, hoc eſt, vti, iuxta illud: *Non habenti* (id eſt, non exercenti, aut non vtenti illo quod habet) *& quod habet, auferetur ab eo.* Et ita dictum eſt: *Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat*, id eſt, ea vtatur.

Quam fiduciam (ſecundum aliquos) habebat Paulus per Chriſtum ad Deum. Pauli etiã fiducia qualis eſſet.

Quomodo eam fiduc. ã habebat Paulus. Mat. 25.

1. Cor. 7.

Quare pet Chriſtum fiduciam talem habebat.

Subdit: *Per Chriſtum.* Quia enim amicis noſtris maxime fidimus, præſertim ſi pro debito iam ſatisfecimus; ideo Mediatorem & ſanctos, & omnia externa adminicula quærimus. Et licet Deus mediator ſit doni obtendi; quia tamen ſæpe occultum eſt, etſi neſciamus, in Chriſto confidimus nos id habere.

Nos vt nõ poſſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis. Ezech. 29.

Non quod ſufficientes (id eſt, idonei) *ſimus aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis.* Vt primo principio: vnde mentiebatur Pharao ille qui dicebat; Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum: quod eſt dicere; A me, vt primo principio, fluunt operationes, & non agnoſco aliud à me principium. A temetipſo hoc dicis (ait Dominus Pilato) id eſt, A te vt radice & principio, & à te ipſo ab altero non moto. Tales ii ſunt, de quibus Propheta; *Qui dixerunt; Linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?* Si ergo aliquod eſt opus noſtrum

Ioan. 18. Quos iſtgulet hoc dictum Apoſtoli. Pſal. 11.

Gal 3. Deut.21.

loribus conglutinati,& comparticipes gaudii,& exultationis, & bene olentes Deo. Adiecit: *Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.* Hermon, maledictum interpretatur, & Anathema. Et ita Chriſtus pro nobis factus ad tempus,& ex parte anathema, & maledictum: ex quo omnis benedictionis ros, qui effluit in montem Sion, qui eſt Eccleſia perfectorum, & Chriſtus fecit vt ex tanto maledicto tanta oriretur benedictio noſtra,& ex tanta reprobatione, tanta electio noſtra.

Quemadmodum & Apoſtolos Deus vt etiam fideles ſignarat ac ſignat. *Aug li 2 con Parm c.13.& alibi paſſim. t.7. Baſil to.1.* Quare Chriſtiani ſignentur. Paulus Apoſtolus quo duplici charactere erat inſignitus.

Sequitur tertium verbum: *Qui ſignauit nos.* Græca vox eſt σφραγισάμενος, quam alii vertunt, obſignauit. Et prioris vocis eſt ſenſus: Signamur omnes in Baptiſmo inuiſibili quodam, ac ſpirituali ſigno, quod characterem in Eccleſia vocant Theologi ex doctrina beati Auguſtini libr. contra Parmenianum, & Baſilii in ſermone quo exhortatur ad ſanctum Baptiſma. Nam ſi ſignantur ſerui hominum quibuſdam notis, & inuſtionib. & milites certa ſuorum Ducũ ſigna geſtant, vt agnoſcatur cui militet: quid mirũ ſi etiam Chriſti ſerui, & milites Domino ſuo, ac Duci Chriſto, aliquo ſpirituali ſigno inſigniãtur? Nam Corinthii ſignati erant & charactere Baptiſmi,& ſigno confirmationis; ſuperaddito etiã charactere Sacerdotii,& magni Epiſcopatus, ſignatus erat Apoſtolus.

Ponderatur hæc lectio: Qui & obſignauit nos.

Alterius verbi, *Obſignauit*, ſenſus eſt, id eſt Clauſit, tanquam imprimendo ſigillum literis ſcriptis in ſignum firmitatis: vnde & Apoſtolica gratia in ſignorum operatione, & in donis linguarum, & in prophetico ſpiritu, & in imitatione charitatis, & patientiæ Chriſti, in teſtimonium verorum miniſtrorum Euangelii confirmatur.

Pignus Spiritus quod dederit in cordib. noſtris Deus. *Epheſ.1.*

Et ſubiungit de quarto: *Dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris*, vel potius iuxta Græcam literam, arrham, vel arrhabonem Spiritus. Vnde Epheſ.1. pignus vertit noſter interpres, cũ Græca vox ſit, arrhabo, hoc eſt, donũ gratiæ, ſiue charitatis & iuſtitiæ quam Spiritus ſanctus infundit. Et ſicut pignus inuenitur in mutuo, Gene.38. ita arrha pars eſt pretii futuri contractus, emptionis, venditionis, quæ in arrha inchoatur. Hæc autem arrha interuenit in ſponſis, ſicut & in contractu emptionis,& venditionis. Caietanus contrahit hanc futuræ felicitatis arrham ad Apoſtolos. Eſt autem Spiritus ſanctus futuræ felicitatis arrha. Et licet legeremus pignus, exponendum eſſet pro arrha etſi differunt: quia pignus recuperatur cum ſoluitur, arrha autem cum ſit pars pretii, non recuperatur. Vel potius dicendũ Spiritum ſanctum eſſe pignus quod ad fidem, & ſpẽ attinet: quæ dona deficiunt: arrha aũt quantum ad charitatem quæ perficitur, etiam remanet.

Geneſ 38. Vbi detur arrha. Quib. iuxta Caietanum, dederit Deus pignus ſpiritus. Arrha,& pignus differunt inter ſeſe. Alter ſenſus, quomodo S. Spiritus ſit pignus cordium noſtrorum. *1 Cor.3.*

B. autem Thomas: *Signauit*, inquit, *ſigno fidei Chriſti, ſiue ſigno Crucis de quo Ezech. 9. ſigna Thau in frontibus eorum, id eſt, ſignũ crucis. Apoc.7. Quo adusque ſignemus ſeruos Dei noſtri, &c. Et hoc per Spiritum ſanctum Roman.8. Si quis Spiritum Chriſti nõ habet, hic non eſt eius. Vnde et ad Epheſ. ait: Signati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto.*

Quo ſigno nos ſignauerit Deus ſecundum Thom. *D Tho. lect. 1. 16. Ezech. 9. Apoc.7. Rom.8. Epheſ.1.*

Ad poſtremum cum ait: *Ego autem teſtem Deum inuoco in animam meam quod parcens vobis, non veni vltra Corinthum.* Vbi manifeſtum eſt iuſiurandum; ait.n. in animam meam, hoc eſt, in iudicium animæ meæ, contra eos qui illud non licere ſentiunt. Et adhibitum eſt ab Apoſtolo ad fidem faciendam cõtra oblocutores,& pſeudoapoſtolos, qui autoritatem Pauli deprimebãt,& ſeipſos extollebant. Teſtem ergo Deum inuoco, quem ſolum animæ ſecreta non fallunt.

Teſtem Deum quid inuocare in animã ſuam. Cur hoc adhibuit iuſiurandũ Apoſtolus. Quare, vt item teſtis eſt, non cedit Corinthum Apoſtolus.

Et ſubdit: *Quod parcens vobis*, οὐκ ἦλθον, id eſt, Nondum veni, vel, non amplius, ſiue hactenus non veni, quo vos tandem, adueniens, emendatos inueniam. Cauſa ergo non veniendi fuit, vt illis parceret, ne manum ad virgam cogeretur mittere, ſi veniſſet. Sunt enim quædam vitia, quorum animaduerſionem præſentes prætermittere non poſſumus, abſentes autem interdum, longiorem moram trahimus, cum ſcilicet eſt ſpes aliqua reſipiſcendi, ſed alia leuiori punitione caſtigamus. Quod maxime aduertere debent prælati zeloſi, qui plus æquo præcipites tendunt ad vltionem delinquentium. Et quia dixerat, Parcẽs vobis,& illi ſubiungere poterant: Nunquid ergo tu Dominus noſter es: qui parcis vt ſeruis; hoc remouẽs ſubdit: *Non quia dominamur fidei veſtræ.* Quæ voluntaria eſſe debet,& in qua ſtatis, vel ſtetiſtis: ſed quaſi adiutores, & miniſtri gaudii veſtri, & emendationis. Nam hæc puniendi delinquentes poteſtas nõ eſt deſpotica, qualem habent domini in ſeruos,& mancipia; ſed politica, & qualem Reges in liberos ciues, qui vel ſponte ſeruiunt, vel per charitatem. Nõ autem accepimus eiuſmodi poteſtatem; quo nos ſuperbiamus,& delectemur, illamq; pro libidine exerceamus noſtra, quo nos aliquid eſſe videamur ſed vt Chriſto ſeruiamus, & vt Eccleſiam zizaniis expurgemus,& erraneos fratres ad Dominicas caulas reducamus.

(?)

Vitia quæ, & peccata diutius tolerentur. Præpoſiti quid cauere debeant in punitione maiorũ. Quæ poteſtas Pauli eſſet puniẽdi Corinthios. Eius traditæ à Domino finis.

DISPVTATIO II.

In illa Apoſtoli verba ca. 2. *Statui autem hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos Si enim ego contriſto vos, & quis eſt qui me lætificet niſi qui contriſtatur ex me: & hoc ipſum ſcripſi vobis: vt non, cum venero, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, &c.* vſque in finem Capitis.

Cur Paulus ad Corinth. venire diſtulerit.

Altera cauſa.

SCopus huius Capitis coniunctus eſt cū ſuperioribus. Prius enim in genere declarat cauſa n moræ ſuæ veniēdi ad Corinthios, & hanc aperit fuiſſe, ne triſtitiam ſuper triſtitiam ſuo ad illos aduentu accumularet. Indicat etiam cauſam fuiſſe; ne fructus, quem in illis ſperabat, & facere iam cæperat, impediret: de quo inferius ait: *Cum veniſſem autem Troadem propter Euangeliū Chriſti, &c.*

I. Dubit.

Poteſt igitur in primis dubitari, quid eſt: Si enim ego contriſto vos; & quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me? quod obſcuriuſcule dictum videtur & quis eſt ſenſus illorum verborum: Si quis autem contriſtauit me, non me contriſtauit: videtur enim contradictio, & pugnantia verborum. Et rurſus quid eſt: Me non contriſtauit, ſed ex parte, vt non onerem, vel non grauem omnes vos.

II. Dubit.

Deinde in illis verbis: *Sufficit illi qui eiuſmodi eſt.* (Scilicet qui me contriſtauit) *obiurgatio hæc quæ fit à pluribus*: quis enim eſt ille, qui contriſtauit Apoſtolum? & quæ eſt illa obiurgatio quæ fit à pluribus, quam illi ſufficere ait.

III. Dub.

Vnde conſtet poſſe tantum præſentes abſolui.

Tertio circa illud: *Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti*, ambigi poteſt de qua remiſſione, vel donatione ſit ſermo, culpæ ne, an potius pœnæ: nam ſi culpæ fuiſſet, non potuiſſet Apoſtolus abſens aut remittere, aut retinere eius culpam, qui aberat: nam forma eſt: *Abſoluo te ab omnibus peccatis tuis*: quæ verba ſonant ipſius rei, & peccatoris præſentiam. Si autem ſit ſermo de pœna excommunicationis, in quam ab Apoſtolo cum Corinthiis inceſtuoſus ille traditus erat Satanæ, quæri poſſet an eiuſmodi abſolutio vocari poſſet indulgentia: nam quidam ex Catholicis hunc locū pro indulgentiis interpretantur.

IV. Dubit.

Quarto, quod oſtium fuit illud à Chriſto in Troade apertum; & cur tantopere contriſtatus fuit de abſentia Titi. Nam ſi ob id volebat eum quod præclarus eſſet prædicationis veri Dei miniſter, vt docet Hieronym. in Quæſtionibus ad Hedibiam; certe Apoſtolus ipſe donum omnium linguarum ad prædicandum per totum orbem acceperat, & excellentius per ſe poterat illud præſtare.

Hieron. ep. 150 q. 9. & 3 circa med.

V. Dubit.

Quinto dubitatur, quia videtur Apoſtolus ſe ipſum iactare, dum ſe triumphare in omni loco dicit, & bonum notitiæ Dei odorē fieri apud omnes.

VI. Dub.

Sexto, quomodo ijdem Apoſtoli quibuſdam erant odor mortis in mortem, cum paulo poſt Paulus dicat, Euangelium eſſe miniſterium vitæ. Eſt enim virtus, in ſalutem omni credenti.

Rom. 1.

VII. & vltima.

Poſtremo quid eſt adulterare verbum Dei, vel vt alij vertunt, cauponari. Hæc pauca breuiter diſſoluentur.

Inferius propoſita initio dubitatio ſoluitur. Quādo primu veneri Corinthum Apoſtolus, ſi illuc iterū venturus erat.

Ad primum ergo: *Statui*, inquit, vel ſtatueram, *hoc ipſum apud me*, ne iterum, præter epiſtolam illam ſcilicet primam à ſe ſcriptam, in qua de multis eos reprehenderat, ne iterum inquam, aduentu ſuo illos contriſtaret, obiurgando illos de iis, in quibus ei obedientiam non præſtitiſſent, & ſi is, qui inceſtum admiſerat, nondum pœnitētiam egiſſet, aut quod Corinthij illum de Eccleſia, ſicut ſcripſerat, non eiecıſſent; cū tamen dixiſſet, Auferte malum ex vobis ipſis.

1. Cor. 5.

Idem cur nolebat Corinthios contriſtare.

Matth. 9.

Nolebat autem eos mœrore afficere, ſicut nec Domin' volebat Diſcipulos ſuos quamdiu cum illis Sponſus erat, ieiunare; vt amore magis, quam timore afficerentur ad Chriſtum, & ſibi inuicem magis copularentur, & in fide augerentur, à qua non facile amouerentur propter tribulationes.

Ad I. Dub. reſponſio. De ſenſu horum verborum. ſi enim ego contriſto vos, & quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me?

Et ait: *Si enim ego contriſto vos* (increpando ſcilicet, & ad pœnitentiam reducendo) *& quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me.* Quaſi dicat; Triſtitia veſtra redundaret in meam triſtitiam, & ſic nullus, eſſet inter vos qui me lætificaret: nam contriſtatus nō facile alios conſolatur. Contriſtari vero hic paſſiue accipit pro triſtitia affici. Nullus enim me perinde lætificat, atque ille; qui meis verbis ad triſtitiam pœnitentiæ, & ad meliorem frugem conuertitur, dum me videt iratum, & peccatis excandeſcentem.

Hæc Pauli verba quo tendant.

Cauſa vero cur hæc ſcribat, eſt, vt interim ſe præparent, & diſponant ad eius aduētum, vt cum venerit, triſtitiam ſuper triſtitiam non habeat, ſi videat eos inemēdatos, qui tamen mœrore affecti propter ſuum peccatum debebant eſſe Apoſtolo gaudij materia.

Quam paterno Paulus in Corinthios eſſet animo.

Indicat ergo quo ſit animo erga Corinthios, blando nimirum, & paterno? nō tyrannico, & deſpotico. tātam namq; in eſſe ſibi ſympathiā cum Corinth. vt nequeat niſi ipſis de peccato contriſtatis, ac proinde de triſtitia pœnitētiæ gaudentib. gaudere. Vnde ait: *Confidens in omnib. vobis, quia meū*

Gaudium Apoſtoli idem vt Corinthiorū eſſet, & mœror ſimiliter.

Rom 12.

Epiſcopi quo animo affecti eſſe debeant in ſibi ſubiectos.

gaudium, omnium veſtrum eſt. Id eſt: Scio quod vbi videritis me gaudentem, gaudebitis, & contra, vbi me dolentem, dolebitis. Nam liberi ingenui, & patris amantes, cum parentibus ſuis aut gaudere, aut triſtari ſolent. Ex quo ſatis detegitur, quo animo eſſe debeat Epiſcopus in plebem ſibi commiſſam & quo affectu delicta punire, & delinquentes corripere debeant. Nam ſi grauius filios increpent, aut verberent, dolent tamen plurimum, & vellent prorſus à pœna infligenda abſtinere, ſi ſic afflictis poſſet rebus conſuli. Verum ſalutaris eſt correctio, & ſal à corruptione præſeruans.

Vnde videri poſſit Paulus vt olim Romanis ſuaſerat & ipſe flere cum flentibus. Rom.12.

Sæui proprium animi quid.

Nam ex multa, inquit, *tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas: non vt contriſtemini.* Dixerat; Qui contriſtatus eſt ex me (ſcilicet ad pœnitentiam) ille me gaudio afficit, ne illi forſan obiicerent: Ergo ne nobis triſtitiam ingeris, vt ipſe lætitia explearis? Certe voluptatem ex aliorum fletu capere, non eſt aliud, quam animi ſui ſæuitiam prodere. Nunc Paulus longe aliter ſe affectum fuiſſe teſtatur, clarius explicans quo animo ſuperiorem ſcripſerit epiſtolam quo oſtendat ſe à ſæuitia alieniſſimum. Tātum abeſt, inquit, vt ex correctione vlla, mœroreque veſtro quicquam gaudij acceperim, vt magis indoluerim: nam vehemētia doloris mihi expreſſit quod ſcripſi, quādoquidem largas fudi lacrymas, quod pro merito flagitij compellerer ad vos ſcribere ea quæ ſcirem magno vobis mœrori futura, cum ea mallem ad vos ſcribere, quæ vos exhilararent.

Quare Apoſtolus ſuperiori epiſtola Corinthios tam grauiter obiurgauerat

Mulctam ac pœnitentiam grauioribus verbis non in eum finem adhibui vt vos perturbarem, ſed vt potius iuuarem & amorem meum erga vos teſtatum redderem, qui quo vos impenſius diligo, eo minus ad veſtra conniueo crimina; ita vt quod vobis odij ſignum videtur, ſit potius meæ erga vos flagrantiſſimæ charitatis argumētum. Scriptum eſt enim; *Melior eſt manifeſta correptio, quam amor abſconditus; &, Meliora* (vel vt Hebræa habent, fidelia) *magis ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odiētis.*

Idem cur tantopere imperfectos Corinthios ſuſtineret.

Prouerb.22

Duo Apoſtoli documenta.

Ex quo ſenſu habere potes, vnde oriri debeant piæ, & ſanctæ paſtorum obiurgationes ad creditas ſibi oues regendas. Vides etiam Pauli lacrymas, quæ ſua abundantia mollitiem, ac dulcedinem teſtantur magis, quam fuerit pura Stoicorum ſeueritas.

II. ſol. q. Quis ille, qui Apoſtolum contriſtaret.

Ad ſecundum circa illud: *Si quis autem cōtriſtauit me, non me contriſtauit, ſed ex parte, vt non onerē omnes vos:* Dicimus, Inducere Apoſtolum aliam rationem ad leniendam offenſionem: quod dolorem communem cum illis habuerit, & cauſa aliunde ſit orta: Pariter, inquit, doluimus, & alius in culpa fuit. Et mitius loquitur, dicendo, Si quis, non declarando quis extiterit. Eſt enim forma quædam extenuationis, ſed propemodum vos omnes. Et ait, *Ex parte;* ne illum nimis grauet. Ex ex parte ponitur pro, Quodammodo; quia nititur his verbis Corinthiorū animos contra ſcortatorem conciliare, & beneuolentiam illius ſcelere alienatam reſarcire, quia ab eo tanquam ab homine reprobo, & peſtifero auerſi omnes erant: vt ſi iubeat illi veniam dare, non id moleſte & grauiter ferant, & ne leuitatis Paulum incuſent. Idcirco prudenter demulcendo hæc ſcripſit.

Eum cur ſe dicit Apoſtolus contriſtaſſe, ex parte.

Ad ſecundum dubium reſpondemus circa illud: *Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio quæ fit à pluribus.* Cenſet Paulus pro pœnitentia ſufficere excommunicationem illam & increpationem publice factam. *Ita vt è cōtrario magis donetis, & conſolemini.* Id eſt: Magis condonare, & conſolari debeatis. Qua Pauli facilitate debebant Corinthij eius exemplo abhorrere à puniendi auſteritate: ad quod ſpectat, quod non commemorat atrox eius delictum, nec nomen eius indicat, & quod illi veniam indulget, qui maiori pœna dignus erat. Apparet etiam, ſcortatorem iam reſipuiſſe.

Inceſto Corinthio quæ ſufficiebat obiurgatio facta à pluribus.

Quare Apoſtolus inceſtuoſum illum non expreſſit, ac nominauit.

Græca verba habent: *Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων.* Vbi nota verbum Ἱκανὸν, quod ſatisfactionem denotat, quæ exterius pœnitentiam agenti propter peccatum debetur. Sicut Act.17. habetur: *Accepta ſatisfactione à Iaſone, dimiſerunt illos,* Iaſon enim, qui accuſabatur tanquam autor ſeditionis, quod Paulum, & ſocios eius hoſpitio ſuſcepiſſet, hoc debito obligatus tenebatur, vt doceret ſe extra crimen eſſe, ſeque iuſte expurgaret. Vnde Græce habetur: Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν ἀπέλυσαν αὐτούς. At vero ἐπιτιμία, & ἐπιτίμιον, eſt mulcta, ſiue pœna, quæ peccatori imponitur.

Act.17.

Et ait: *Ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.* Apoſtolus non tantum pium, & exorabilem ſe reddit, ſed etiam alios hortatur, vt eadem animi lenitate reſipiſcentem in gratiam recipiant. Ponderatque Theophylactus, Apoſtolum dixiſſe, donetis, ſiue condonetis, quia non ſatis eſt peccatorem pœnitentem reſipiſcere, ſed opus eſt ab Eccleſia per ſententiam abſolui. Ideo videant, qui cenſuras Eccleſiæ contemnunt. Nec enim hic eſt ſermo de remiſſione iniuriæ, qua Corinthij offenſi ſūt per illius inceſtum, ob quam eum odio proſequerentur: hoc.n. nec Paulo condonandi, non Corinthiis perfectis, & in omni verbo

Mira Apoſtoli in fornicatium illum lenitas.

Theophyl.

Corinthij quam donare ſeu cō donare inceſtuoſo Corinthio debebant offenſam. Lienſus, qui excluditur.

&in

1. Cor. 1.

& in omni ſcientia diuitibus quadraret, qui nouerant iniurias ſibi factas prompte eſſe remittendas. Nec loquitur de remiſſione culpæ, vel offenſæ, quatenus in Deum tendit: quæ à ſolo Deo in Sacramento per abſolutionem remittitur. Et Ambr. hoc loco (ſi tamen eius ſint illæ enarrationes in Paulum) aperte, & ingenue profitetur, Apoſtolum nouiſſe per Spiritum S. illum vere pœnituiſſe, & Deum illi ignouiſſe. Vnde & hortatur, vt confirment in illum charitatē. Tertio non poteſt de vinculo excommunicationis tantum ſoluendo intelligi, niſi etiam adiungas pœnarum canonicarum durationem, ad quas ſoluendas obligatus erat. Mandat ergo, vt ad communionem illum recipiant, quem prius auerſabantur, & moras diuturnioris pœnitentiæ condonent. Et addit cauſam: *Ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.* Ne deſperans ſe ad Chriſtum poſſe conuerti, à morte ſecunda tanquam à charybdi abſorbeatur, aut reddatur puſillanimis, & abiectus ab omni bono præſtando. Ita dixit Cain: *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear.* Iudas quoque cum diffideret de miſericordia, abiens laqueo ſe ſuſpendit: & de quibuſdam ait Apoſtolus ad Epheſios, *Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.* Contra Dauid Dominum orabat: *Neque abſorbeat me in profundum neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.*

II. ſenſus, item improbabilis.

Ambro c. 5

III. ſenſus, item incōgruus.

IV. proprius huius loci.

Cor nthij cur fornicatorem illum donare debebant, oſtenſam.

Gen. 4.

Matt. 27.

Epheſ. 4.

Pſal. 68.

Ideo petit, vt confirment in illum charitatem. Vbi non eſt ſermo de dilectione, quā pœnitens ſcortatoriam habebat, ſed de Corinthiorum erga illum dilectione. Confirmate, inquit, in illum charitatem, id eſt, operibus, & verbis validam efficite: & ideo non mandat, ſed obſecrat, vt plus, & efficacius moueat. Hinc ſubdit: *Ideo enim hac ſcripſi vobis, vt cognoſcam experimentum veſtrum, an in omnibus obedientes ſitis.* Significat: Ob hoc ipſum has poſteriores literas ſcripſiſſe, vt ſciat obedientes fuiſtis in illo excommunicando, iam modo ſitis obedientes in condonando, & conſolando.

Quam orat Apoſtolus Corinthios in ſcortatorē vt confirment charitatem.

Cur oret, & obſecret non imperet.

Sic autem hæc mandat Corinthiis facere, vt tamen nolit ſeipſum eximere, ſed aſſerit ſe cum eis concurrere ad hoc opus, cum ait: *Qui autem aliquid donaſtis, & ego. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti.* Id eſt, vice Chriſti, & ad gloriam Chriſti. Ea enim debet eſſe menſura dantis, ſiue condonantis, vt ad Chriſti gloriam reſpiciat, & ſe ipſum miniſtrum Chriſti principaliter operantis agnoſcat. Vnde Gregorius libro Moralium, communionis gratiā cogitans, ait: *Cui aliquid donaſtis, & ego. Ac ſi diceret: A dono veſtro non diſſentio; meum ſit quicquid ipſi feciſtis. Atque mox ſubdidit: Et ego ſi quid donaui propter vos. Ac ſi diceret: Veſtris actibus bonum addidi, quicquid propter vos miſericorditer feci. Veſtra ergo eſt vtilitas, bonitas mea: mea eſt vtilitas, bonitas veſtra.* Hæc ille.

Huic tertiæ dubitationi propoſitæ.

Quid donauerit Apoſtolus Corinthio ſcortanti paulo ante reſponſum eſt.

Donans aliquid peccantis in primis, quid ſpectare debet.

B. Gregor. 1. 1. *Moral c.* 11 *prope finem t.* 1.

Quod vero ſub conditione dixit: Si quid donaui: ſignificauit tunc tantum per poteſtatem Eccleſiaſticam nos abſolui peccatores, ſi cum vero corde, & fide non ficta pœnitentiam agamus, quod ſolus Deus nouit nemo autem de altero. Et ita ſoluimus tertiam dubitationem propoſitam.

Abſolutionem ab Eccleſia quando accipiāt peccatore

1. *Tim.* 1.

Vt non circumueniamur à Satana, non enim ignoramus cogitationes eius. Senſus eſt: Vt non decipiamur ab aduerſario, à quo tunc cruciabatur, & torquebatur ille Corinthius inceſtus. Timor enim erat, ne anxiatus incideret in perpetuam poſſidentis occupationem. Cogitationes Satanæ, vocat inſidias & fraudes, quibus machinatur in perniciem noſtram: & Apocalyp. 2 dicitur, eſſe quoſdam, qui non cognouerunt altitudines Satanæ, id eſt, alta, & ſublimia conſilia, quibus Chriſti legem imminuat, & corpus Eccleſiæ diſſipet. Trahit ſi quidem dæmon quoſdam in peccatum, quoſdam autem ad nimium rigorem contra peccantes incendit, vt ſi non poteſt per facinora perpetrata perdere, ſaltem per Prælatorum auſteritatem, & acerbam puniendi voluntatem perdere poſſit: de quibus Dominus ad prophetam: *Cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia* & Sapiens hortatur: *Noli eſſe iuſtus multum.*

Quid, non circumueniri à Satana.

Satanæ cogitationes quales.

Apoc. 2.

Chriſti gregem dupliciter Satan circumuenit.

Ezech. 34

Eccl. 7.

Porro ex hoc loco colligunt Patres, antiquum indulgentiarum vſum etiam in primitiua, & antiqua Eccleſia fuiſſe, vt ſcilicet pœnas ab Eccleſia in pœnitentiam impoſitas dimitterent. Ita etiam Roffenſis in Lutherum indulgentias comprobat, & Sanctus Thomas in Quarto, & Armacanus in quæſtionibus Armenorum: nam partim ex hoc loco partim ex 13. capite huius epiſtolæ, vbi habet: *Prædixi enim, & prædico vt præſens vobis & nunc abſens iis, qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam ſi venero iterum, non parcam.* Nec eſt intelligendum, quod Paulus gladio vteretur materiali, ſed gladio ſpiritus & claui ligante ad pœnas temporales & canonicas. Et interminatur ſe amplius illis non parſurum, & gloriatur ſe habere poteſtatem in ædificationem, & non in deſtructionem.

Indulgentiarum vſū fuiſſe etiā in Eccleſia primitiua, vnde colligitur.

B. Roffen. art. 11. *in Luthe. à medio*

B. Thom. d. 20 *art.* 1.

Armaca. l. 13.

2 *Cor. vlt.*

Quo gladio Apoſtolus in cōminaces vteretur tantummodo

Cuius facti exemplo admonentur Pontifices Romani, & Epiſcopi omnes, vt in condonandis pœnis peccatoribus debitis, & in conferendis indulgentiis, ædificationem Eccleſiæ conſiderent, & non quid ipſi

Indulgentiarum finis in Eccleſia qualis tantum eſſe debeat

ipſi valeant,& ne nobis obiiciant cum Luthero, indulgentias eſſe pias fraudes fidelium.

Infra ſoluetur propoſita dubitatio. Cur Troadem venerit Apoſtolus.

Sequitur illud, de quo quarto loco dubitatum fuit, diluendum: *Cum veniſſem autem Troadem propter Euangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in Domino, &c.* Troadem vocat, quæ olim dicta eſt Troia & poſtea Antigonia, non longe ab Helleſponto. Huc igitur venerat Apoſtolus propter Euangelium Chriſti, id eſt, ad prædicandum Euangelium, & diſſeminandum, vt ſui moris erat. Et proponit cauſam tardioris ſui ad eos aduentus, ne ſcilicet impedirentur fructus quos alibi edere proponebat.

Quare tardius quam volebat.

Oſtium Troade magnum quod apertum erat Apoſtolo.

Et aſſerit, oſtium magnum ſibi fuiſſe apertum ad colligendum fructum: id eſt, oblata eſt mihi occaſio magna pertrahendi multos ad fidem. Nam qui primi in aliqua ciuitate ad Chriſtum conuertuntur, oſtium fiunt aliorum, nam ſuo exemplo eos diſponunt, & maturant ad ingreſſum in Chriſtũ & Eccleſiam per fidem, & Sacramentum. Et ad hoc oſtium ſtat Chriſtus, & pulſat per primos alios, qui intrarunt. Nam cauſa bonæ præparationis, & facilitas conuerſionis à Deo eſt, cui dicimus cum Propheta: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. id eſt, Te vocantem, & præeuntem audiemus, & ſequemur.

Apoc.3.

Thren.vlt. Quid eſt: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.

Cur doluit Paulus de non inuento Troade Tito, quẽ quærebat.

Dum autem ibi eſſet Apoſtolus, contriſtatus fuit eius ſpiritus, & mœrore affectus, quod cum mens eius eſſet propagare Euangelium, & ex parte auditorum eſſent multi excepturum verbum Dei, & audituri, nõ inuenit Titum fratrem, qui aptiſſimus erat & vtilis ad prædicationem, vt proſequeretur cœpta à Paulo: erat etiam expeditioris linguæ. Quod videtur ſtudioſe narraſſe, vt ait Oecumenius, vt eum Corinthiis commendaret, ſiue, vt iam ad eos miſſum, magis magnipenderent. Propter huius ergo fratris abſentiam, coactus fuit Paulus illis citius valedicere, & ire in Macedoniam, in quam præcipue curſus ſui iter dirigebat, rogatus à quodam Macedone, vt eo ſe conferret, & toti Macedoniæ ſalutem afferret. Certe Hieronymus in epiſtol. ad Hedibiam: *Speratam*, inquit, *conſolationem inuenire non potui, eo quod Titum fratrem meum non inuenerim ſiue quem ibi reperiendum putabam, ſiue quem ibi audieram degere, vel qui venturum eſſe illuc ſe dixerat.*

Altera cauſa doloris. *Oecum.c.2.*

Troade cur venerit Paulus in Macedoniam. *Act.15.*

Hieronym. ep.150.q.9. prope initiũ tom.5.

Et ſubdit rationem triſtitiæ de non inuẽto Tito: *Aliquoties, inquit, diximus, Apoſtolum Paulum virum fuiſſe doctiſſimum, & eruditum ad pedes Gamalielis, qui in Apoſtolorum Actibus concionatur, & dicit: & nunc quid habetis cum hominibus iſtis? Si enim à Deo eſt, ſtabit, ſi ex hominibus, deſtruetur. Cumque haberet ſcientiam ſanctarum Scripturarum & ſermonis, diuerſarũque linguarum gratiam poſſideret; vnde ipſe gloriatur in Domino, & dicit Gratias ago Deo, quod omnium veſtrum linguis magis loquor: Diuinorũ ſenſuum maieſtatem digno non poterat Græce eloquii explicare ſermone. Habebat ergo Titum interpretem, ſicut & beatus Petrus Marcum, cuius Euangelium Petro narrante, & illo ſcribente, compoſitum eſt. Ergo & Paulus Apoſtolus contriſtatur, quia prædicationis ſuæ in præſentiarum fiſtulam, organumque per quod Chriſto caneret, non inuenerat. Vnde & infra Capite ſeptimo ait. Nam cum veniſſem Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra ſed omnem tribulationem paſſi ſumus: foris pugnæ, intus tremores. Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus, in aduentu Titi. Non ſolum autem in aduentu eius, ſed etiam in conſolatione, qua cõſolatus eſt in vobis. Ergo propterea profectus eſt in Macedoniam, vt inueniret ibi Titum, & haberet interpretationis, Euangeliique ſolatium: quem intelligimus non ibi repertum, ſed poſt tribulationes, & perſecutiones Apoſtoli ſuperueniſſe. Prius ergo quam veniret Titus, multa perpeſſus, agit gratias Deo in Chriſto, quem gentibus prædicabat quod dignum ſe elegerit, in quo ageret triumphum Filii ſui. Triumphus Dei, eſt paſſio Martyrum, & pro Chriſti nomine ſanguinis effuſio, & inter tormenta lætitia. Cum enim quis viderit tanta perſeuerantia ſtare Martyres, atque torqueri, & in ſuis cruciatibus gloriari, odor Dei, notitia diſſeminatur in Gentes, & ſubit tacita cogitatio, quod niſi verum eſſet Euangelium, nunquã ſanguine defenderetur.* Hactenus Hieronym. in ſenſu potius, quoniam hæc interpolatim ſcripſit.

Ad quartũ illud dub. reſponſio. Paulus tantus videlicet Apoſtolus, cur Troade Titum habere cupiebat.

Actor. 22. Supra ſ Verba Gamaliel. pro Apoſtolis. *1 Cor.14.* Petrus & Paulus quos habuerint interpretes teſte Hier. *2.Cor.7.*

Quos conſoletur Deus.

Paulus cur agat Deo gratias in Chriſto.

Martyres quomodo ſint Dei triumphus.

Quod ergo dixit: *Non habui requiem ſeu relaxationem ſpiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum:* ſignificabat ſe etiam adeo de ipſis Corinthiis fuiſſe ſolicitum, vt non inueniret relaxationem, nec poſſet quieſcere, niſi rebus ipſorum per Titum cognitis, & inde patet, quod diſtulerit ſuũ ad eos aduentum: nolebat ſiquidem ire Corinthum, niſi prius re cum Tito communicata, quia ex relatione Titi cognouit, nondum eſſe maturum tempus ad eos veniendi. Ita dilexit Corinthios, vt profectiones ſuas omnes, & circuitus omnes eorum ſaluti accommodaret; ideo ſerius quam promiſerat, venit ad eos, non fidei datæ oblitus quod conſilium mutaſſet, ſed quod vtilior illis eſſet mora.

Paulus quãdo Corinthum venire cupiebat.

Idem quãtum Corinthios amaret ac diligeret.

Soluamus quintam dubitationem in id *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu.* Primo ſtatuendum, Paulum in ingreſſu Macedoniæ multa, & grauia perpeſſum propter Euangeliũ, vt locus citatus

V. dubitat. ſoluitur. De eo quod triũphare ſe dicit Apoſtolus in Chriſto, ſint ne hæc verba iactantis.

ex

ex capite ſeptimo oſtendit. Et dicit quod gratias Deo agit de triumpho, quo in eis, & per eos triumphabat. Deinde non eſt vana iactantia, quod gloriatur de triumpho in Chriſto Ieſu: quia nihil ſibi tribuit, ſed Deo totum, cui ob triumphum gratias agit. Et cum alij pro rebus terrenis, aut pro terreni regni gloria decertando triumphent, inflati, ſibique & ſuis viribus fidentes; nos tamē facit Deus triumphare propter prædicationem Euangelij, in qua fides vincit perfidiā veritas mendacium, & charitas Chriſti malevolentiam, & odium: atque adeo patientia de doloribus, & laboribus, quibus premimur, triumphat, nimirum quia facit Deus cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. Hinc etiam gloriamur in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: concedit etiam abire gaudentes eos, qui digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et vt Spiritus ſanctus dicitur poſtulare, & clamare, quatenus facit nos in oratione poſtulantes, & clamantes, Abba Pater, & teſtificari de gloria Dei in Chriſto: ita triumphat nos, vel de nobis, quatenus triumphare nos facit, & fecerat Apoſtolum Paulum in cordibus Macedonum triumphare non tantum de dæmonibus, cum quibus colluctamur, & qui ſe Apoſtolis opponebant, vt impedirent eorum fructum; ſed, *Et odorem* (ait) *notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt, & cæt.* Euangelium, vocat odorem notitiæ Diuinæ in quo Deus Pater mittens Filium ſuum in ſalutem mundi, detegitur; & Chriſtus ſacrificium noſtrum odoriferum; & Spiritus ſanctus conſolator optimus, dulcis hoſpes animæ, & dulce refrigerium, vt cantat Eccleſia.

Homines quare triūphent.

Sancti vel extrema patientes cur triumphent.

1. Cor. 10.

Gal. 6.

Act. 5.

Rom 8.

Spiritus S. vt poſtulet, pro nobis, & clamet.

Ibid.

Gal 3.

Quales Pauli triumphi.

Epheſ. vlt

Euangeliū cur ſit odor notitiæ diuinæ.

Ioan. 3.

Subdit: *Quia Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.* Hoc eſt: Non ſolum Euangelium facit bonum odorem Dei, ſed etiam nos ipſos miniſtros ſuos facit, vt bonus odor ſimus Chriſto. Et vt aromata quo magis conteruntur, maiorem ſpirent fragrātiam, ita Chriſtus crucifixus, & Apoſtoli, & Martyres, & Virgines, & omnes quotquot Apoſtolicam vitam profitentur, & qui vitam, & mores cum fide componunt. Nam per eos qui bene credunt, & male viuunt, fœtet Chriſtus. Metaphora hæc ſumpta eſt à reb. bene olentibus, vel ab odore ſacrificiorum quæ in lege offerebantur in odorem ſuauitatis. At Euangelij prædicatione nihil eſt in orbe ſuauius, aut fragrantius. Ac vt qui ferunt precioſiſſima vnguenta, latere non poſſunt, ſed omnibus manifeſti ſunt, & conſpicui; ita viri ſancti Euangelium in pectore, & prædicatione geſtantes, non poſſunt optimum illum odorem aliis non communicare.

Paulus & Apoſtoli quomodo bonus odor e ſtant in omni loco.

Qui ſint malus odor Chriſto.

Vnde hæc metaphora deſumpta.

Addit *In omni loco*: ſignificet nuſquam ſe venire, vbi non proficiat. *In iis qui ſalui fiunt & in iis qui pereunt.* Hoc dicit, vt oſtendat illam diuerſitatem, qua Euangelium à mundo varie recipitur, & diuerſe de eo iudicatur. Et vbi prius accommodaſſet metaphoram ad Chriſti notitiam; nunc ad perſonas Apoſtolorum adaptat. Vt enim lux mundi vocantur, qui facem Euangelij mundo præferunt, & homines illuminant, non quidē quod proprio ſplendore illis præluceant, ſed illo, quem à Chriſto acceperunt: ita odoris nomen habent, non quia fragrantiam ex ſeipſis vllam emittant, ſed quia doctrina, quam proferunt, odorifera ſit ad implendū ſuaueolentia totum vniuerſum, quam ipſi vitæ ſanctitate exornant, vt dicere valeant cum Sponſa: Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus.

Quare in omni loco Paulus erat bonus odor Chriſto.

Apoſtoli quomodo erant lux mundi, iidē & bonus odor Chriſto.

Matth. 5.

Cant. 1.

Quod vero ait: *Aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ, in vitam:* interpretatur Hieronymus in prædicta Epiſtola ad Hedibiam, ἀνθυποφορὰν, eſſe, hoc eſt, tacitæ obiectionis ſolutionem. Nam ſi quis obiiceret; Quomodo ergo non omnes crediderunt, & receperunt hanc bonam fragrantiam? Reſpondet, homines ſuo libero arbitrio derelictos in cauſa eſſe, vt ſuo ipſorum vitio aut non ſuſcipiant Euangelium, aut fide ſuſceptum non retineant, & ita pereant Idem quoque Sol & ceram liquefacit, & lutum indurat; & ex vno & eodem flore apes mel, aranea venenum colligunt; & vt ignis aurum reddit rutilantius, ſentes vero exurit. Gregorius Nyſſenus per OEcumenium allegatus: *Iuxta inditum cuique affectum* inquit, *ſuauis odor aut viuificatiuus eſt, aut mortifer: quemadmodum ſi idem vnguentum ſcarabeo, & columbæ proponatur, non idem in vtroque efficiet: ſed columba quidem robuſtior per ſuauem vnguenti odorem redditur, ſcarabeus vero interimitur.* Hæc ille. Nec mirari de his debemus, ſi de Domino legamus: *Ecce hic poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael; & in ſignum cui contradicetur.* Et alio loco Paulus; *Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. Ipſis autem vocatis, Iudæis atque Gentibus, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.*

Ad VI. Dubitationē.

Apoſtoli vt erant aliis quidem odor mortis in mortem aliis autem odor vitæ in vitam.

B. Hier. ep. 90. q. 11. 4

Exemplū in Sole.

Oecum. c. 4

Alterum exemplum Gregorij Nyſſeni, in vnguento.

Luc. 2.

1. Cor. 1.

Ad ſeptimam, & poſtremam dubitationem circa illud. *Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſynceritate, ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.* Græca litera non habet illud, tam: poteſt tamen bene ſuppleri.

Paulus quam idoneus miniſter verbi Dei extiterit.

Et

Domini,quid eſt.Sexto, *in eandem imaginem*, & cuius eſt illa imago.Septimo quid; *Transformamur*,vel reformamur,vt alij,vel transfiguramur.Octauo,quid, *à claritate in claritatem*,vel à gloria in gloriam:Nono, dubitatur in illud: *Tanquam à Domini Spiritu*.Quibus omnibus diſcuſſis,conſtabit ſenſus huius clauſulæ.

Soluitur. I. dubium. Quo tendat Apoſtolus in hoc capite.

Quod attinet ad ſcopum,reſpondemus: Vbi Apoſtolus ſe expurgauit de malis,quæ ſibi aduerſarij opponebant;deinde commẽdat ſe de bonis,in quibus ei pſeudoapoſtoli ſeipſos præferebant. Duo enim erant impedimenta propter quæ per Epiſtolam præmiſſam non corrigebantur pſeudo apoſtoli.Commendabant enim ſe à dignitate officij Apoſtolici,& à modo adminiſtrandi, & ex præmio,quod miniſtrantibus promittebatur,de quo cap.5.ſicut de priori hoc cap. & quarto ſeq.diſſerit.

Pſeudoapoſtolis quas duas ob cauſas ſuperior ad Corinth. epiſtola nihil profuerit.

Quid illi nebulones obiectarẽt Apoſtolo, apud Corinth. 2.Cor.2.

In primis igitur vtitur occupatione, qua reſpondet his,quæ ſibi ab aduerſariis obijci poſſe videbat,& quod de ſe multa magnifica prædicaret,& ſua geſta enarraret. Etait in plurali, *Incipimus*: quia cum Timoth.& Siluano ſcribit Apoſtolus. Atque iterum: dixerat enim, *Bonus odor Chriſti ſumus Deo*: poterat ergo,inquit quis veſtrũ cogitare, quod frequenter nos ipſos efferamus. Poteſt enim referri illud, Iterum,ad ea, quæ priori epiſtola pluries fecerat.

II.quæſt. ſolutio.De cauſa legẽ euangelicã ſeu nouũ Teſtamentum hoc loco veteri præponẽdi. Act.19.

Ad ſecundum reſpondemus,plane extitiſſe quoſdam apud Corinthios, qui non minus quam apud Romanos,& Galatas,ſtudioſi erant legis Moſaicæ. Vnde Actor.19. Paulus in ſchola Tyranni cuiuſdam quotidie diſputabat,atque hoc per biennium, inter quos non minus erant Iudæi,quam Gẽtiles.Et ibidem de Iudæis exorciſtis,qui inuocabant nomen Domini Ieſu ſuper eos q̃ habebant ſpiritus malos,habetur ſermo.Et ita facile ſoluimus,quæcunque hic de myſterio Noui Teſtamenti ſupra illud veteris dicuntur.

III.ſoluitur dub. De literis commendatitiis, malus ſit ne earum vſus atque dãnabilis. Rom.vlt. Ab illis Paulum nõ abhorruiſſe oſtenditur. 1.Cor.vlt. Coloſſ.vlt.

Ad tertium aſſerimus,portare literas cõmendatitias,non eſſe rem per ſe malam,aut vitioſam. Nam Paulus Roma. 6. commendat Phœben miniſtram Eccleſiæ quæ eſt in Cenchreis,vt eam ſuſcipiant in Domino digne ſanctis,& aſſiſtant ei in quocunque negotio,nam & ipſa B Paulo, atque alijs ſanctis adſtiterat. Commendat etiam verbis honorificis Timotheum priori Epiſtola ad Cor.c.16. *Si venerit*,inquit, *Timotheus videte vt ſine timore ſit apud vos,opus enim Domini operatur ſicut & ego.Ne quis ergo illũ ſpernat.* Ad Coloſſ.item.4.commendat Marcũ,Tychicum,Oneſimum,& Epaphram; eorum virtutes prodens. Quin & in hac eadẽ Epiſtola.cap.8.commendat Titum, & Lucam, cum ait: *Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrũ* (ſcilicet Lucam) *cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias*. Maxime autem tales Epiſtolæ commendatitiæ vtiles ſunt,ſi quis ignotus accedat ad eos,ad quos diuerterit; multo magis ſi ſponte offerantur. 2.Cor.8.

Commendatitiæ in primis epiſtolæ quando deſeruiant. Eiuſmodi vero quando vitio non careãt, ac reprehenſione.

Cum vero magno ſtudio conquiruntur & mendicantur, & ad fines humanos promouendos,certe aut impotentiam,aut imperitiam prædicantis arguunt. Quærunt enim vt plurimum gloriam, & ſapientiæ titulum,pecuniamque venantur.Non ſecus atque hodie videmus plurimos religioſos ex longinquis partib. euangelizandi gratia ad varias,& opulentas Italiæ ciuitates peregrinari,multiſque literarum faſciculis aliunde commendari,quo apud ampliora ciuitatum auditoria euangelizare, & ea ratione commodius loculos ſuos implere valeant. Raro autem fructum aliquem edere poſſunt tales,niſi illum, quem præcipue ſpectant,de quo dixit Dominus, Amen dico vobis.receperunt mercedem ſuam,id eſt, à ſe ipſis expectatam, deſideratamque:non vt gloriam Dei promoueant,aut proximos ab hæreſi.& à mala vita abducant,ſed quæſtuoſo quodam ad vitam humanam alendã artificio.

Iis qui delectatur quid proficiant. Matt.6.

Commendatitiis qui literis,vti Apoſtolus inſinuat, apud Corinthios vtebantur. Act.9.

Ait ergo: *Aut nunquid egemus (ſicut quidã) commendatitiis epiſtolis ad vos,aut ex vob.s?* Scilicet ad alios. Et verbo, *quidam*,notare voluit Apoſtolus qui non niſi ſuffarcinati literis Principum ad prædicandum huc, & illuc diſcurrebant.Sicut & ipſe Paulus cum non dum eſſet ad Fidem vocatus ; cum epiſtolis Sacerdotis maximi venit in Damaſcum.

IV.Diluitur dub. An cõmendare ſeipſũ pars quædam iactãtiæ ſit. Prou.27. Ioan 8. Propria laus vituperabilis dupliciter Pſalm. 9.

Ad quartum ſit reſponſio: Commendare ſeipſum,pars quædam videtur eſſe iactãtiæ,quoniam laus in ore proprio vileſcit;& Salomon, *Laudet te*,inquit, *alienus, & non os tuum,extraneus,& non labia tua.* Et poſſet ei qui ſe laudat, obijci quod Iudæi dixerunt de Chriſto,: *Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* Homo enim ſeipſum ignorat,& interdum ſeipſum laudat,de quibus debeat confundi, iuxta illud *Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ & iniquus benedicitur.* Deinde, ſi quod vel minimum, aut exiguum bonum in ſe ipſo viderit, immodice illud laudat: Et ideo iudicium eius ab affectibus, qui dominantur, peruertitur. Quare Paulus in hac eadem Epiſtola inferius dicit: *Non qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt,ſed quem Deus commendat.* Quod ſi Chriſtus ſuas dignitates, & laudes interdum depromebat, id faciebat,quia Deus erat,quia legibus ne-

1 Cor. 10. Quare Chriſtus ſe ipſum laudaret interdum & cõmendaret.

quaquam aſtringitur, & ad bonum noſtrũ ſpectabat, vt eum agnoſceremus, & celebraremus. Hinc ſe Lucem mundi, Oſtium, Panem viuum, viam, veritatem, & vitam & reſurrectionem vocabat. Sancti vero, qui de ſeipſis magnifice ſenſiſſe, aut ſcripſiſſe videntur, non tam ipſi laudarunt ſe ipſos quam Deus eos per ſua ipſorum ora laudabat: & ob gloriam Dei in ſeipſis agnoſcendam & celebrandam ad aliorũ exemplum commendarunt: vt fecerunt Ezechias Rex ſanctus Iob, Apoſtolus Paulus, & ſacratiſſima Virgo, quæ dixit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* Paulus enim; *Bonum certamen*, inquit, *certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.* Et cum ſcriptum ſit: *Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde*, & rurſus, *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Quamobrem viro iuſto licitum eſt internas ſuas opes detegere, & de illis in Domino gloriari, ſi gloria Dei, & ædificatio aliorum id expoſcat: qua in re talis non tam ſeipſum, quã Deum commendabit. Commendare autem ſe ipſum inaniter ſe iactando, & præter modum, aut ambitionis gratia, res putida eſſe ſolet, & odioſa. Paulum autem excuſabat neceſſitas, quia nonniſi coactus gloriabatur. Finis etiam liberabat, eum ab omni calumnia, quoniam non aliud ſpectabat, quã vt Apoſtolatus ſui honor ſaluus & integer in Eccleſiæ ædificationem maneret.

Ioan. 8. Infra 9. Infra 10. Supra 6.

Sancti viri quemadmodum ſe ipſos commendabãt, ac prædicabant.

Eſai 38. Iob. 31. Luc. 1. 2. Tim. vlt. Pſal. 31. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Honeſta, quæ propria laus, atque laudabilis.

Quare Paulus ſeipſum commendaret.

Ad quintum dicimus, artificio in primis non carere, quod ſuam omnem commendationem in ſalute Corinthiorum conſtituerat, hoc eſt: Quãdiu permãſeritis Chriſtiani, ſatis habeo commendationis. Et licet de tota Scriptura ſacra dici poſſit quod ſit epiſtola Dei, teſtibus Auguſtino, & Gregorio: hic tamen alia ratione Paulus accipit Epiſtolam, quaſi dicat: Tota veſtra Eccleſia epiſtola noſtra eſt; id eſt, Teſtimonium eſt, & commẽdatio noſtri apud omnes gẽtes, quam in corde noſtro gerimus. Vnde excuti, vel exturbari non poteſt veſtra vitæ, ac morum ſanctitas; ſatis eſt idoneum teſtimonium apud omnes, quales olim apud nos fuerimus, & qualis fuerit prædicatio noſtra: Nam olim Corinthus cum idolis, & omni intemperantiæ dedita eſſet, non deſertis omnib. fœdiſſimarum cupiditatũ ſtudiis, teſtatur, prædicationem noſtram non infructuoſam apud vos extitiſſe. Quare quod Epiſtolæ ſcriptæ in commendationem meam egiſſent, id nunc vos ipſi tũ fide, tum vita, & operibus præſtatis.

V. Solutio quæſtionis De modo, quo Corinthij Epiſtola erant Pauli.

Aug. Concio. 2. in Pſ. 90 t. 10. Greg. l. 4. Regiſt. c. 4. t. 2.

Paulinæ prædicationis Corinthi fructus vberrimus vnde comprobetur.

Scripta, inquit, *in cordibus noſtris.* Id eſt: Aliorum commendationes in literis, & auribus hominum volitant, hæc noſtra cum Timotheo, & Siluano, ſedem habet in conſcientia. Nam etſi aliqui commendatorias epiſtolas impetrent, non habent tamen in conſcientia, quod in charta ſcriptũ geſtant: & qui commendant, indulgentia potius id faciunt, quam iudicio. Nos vero vtrinque ſcriptum gerimus Apoſtolatus noſtri teſtimonium. *Quæ* (ſcilicet epiſtola) *ſcitur* (ſeu intelligitur) *& legitur ab omnibus hominibus.* Quæ veſtrarum virtutum, & fidei mentionem facit. Et ſubdit: *Manifeſtati*, Quod refertur ad verba ſuperiora: Epiſtola noſtra nos eſtis, quod indicat verbum Græcum φανερούμενοι, id eſt, Dum palam, & manifeſtum ſit, ſiue dum declaratis. *Quod epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis.* Vbi in primis non pugnat Corinthios eſſe vnam & eandem epiſtolam commendatitiam Chriſti, & Apoſtolorũ: & Chriſti quidem dictantis, & conſcribentis eam in corde; Apoſtolorum vero, ſiue noſtram, quoniam ſubminiſtrata eſt à nobis, qui per prædicationem noſtram Chriſto vos inſeruimus, & præparauimus, quaſi fuerint Apoſtoli vice calami, & atramenti. Chriſtum ergo facit auctorem, & dictatorem, Apoſtolos vero organa, de quo dixit Dauid: *Lingua mea, calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, hoc eſt, Spiritus ſancti.

Corinthij vt erant epiſtola ſcripta Apoſtolorũ.

Eiuſmodi epiſtola quomodo ſcitur, & legetur ab omnibus hominibus.

Corinthi quomodo ijdem et epiſtola Chriſti ſimul, & Apoſtolorũ.

Adiungitque duas antitheſes, alteram atramenti, & Spiritus; & tabularum lapidearum, & carnalium cordis, quæ ad exaggerationem plurimum faciunt. Alludit enim Apoſtolus ad Ezech. 36. vbi pollicetur Deꝰ ſe abluturum cor lapideum, & daturũ cor carneum. Alludit quoque ad legem datam in duabus tabulis lapideis: & opponit cor carneum, id eſt, tractabile & molle, lapideo id eſt duro, & intractabili. Etſi vero vox, Carnalis, in malum ſenſum accipi ſoleat apud Paulum, iuxta illud, *Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato*; & iterum; *Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus*; & B. Petrus, *Obſecro vos abſtinere à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam*: nomen quoque Carnis in malam partem accipi conſueuit: ſed notandum eſt alia voce vti Prophetam, & Apoſtolum hoc loco, quæ σάρκινος dicitur, atque in aliis locis, vbi vtitur voce σαρκικός. Prima enim vox teſte Iulio Polluce, ſignificat ſubſtantiam, ſiue materiam, ſcilicet carneam; at poſterior vox ſignificat qualitatem. Et ita hic in bonum accipitur Carneus, id eſt, pro molli & tenero: ſicut alia vox, id eſt, lapidis in malã partem accipitur.

Pſalm. 44. Hæc Paulus de epiſtola ſcripta in tabulis cordis carnalibus &c. Vnde ſumpſerit, & quam appoſite.

Ezech. 36 Exod. 31. Infra 34.

Vox Carnalis duo ſignificat apud Paulũ & alios. Rom. 7. 1 Cor. 3. 1. Pet. 2.

Quid hoc loco ſignificet, cũ vocantur tabulæ cordis carnales. Iul. Pollux.

Mirabile autem eſt, hanc epiſtolam legi, & intelligi γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ab omnibus hominib. cum omnis alia epiſtola,

Euangelicæ epiſtolæ dignitas atque præſtantia.

ſiue

ſiue Hebræa, ſiue Græca, ſiue Latina, ab omnibus non intelligatur, neque legatur, ſed tantum à cognoſcentibus illos characteres & illud idioma: & non portatur ſinu; vel manu, vt aliæ, ſed in corde ſcripta.

Iberi populi cur ad Fidem conuerſi. *Ruffin.*

Fideles igitur ſunt epiſtolæ Chriſti, & Apoſtolorum. Hinc Ruffinus li. 10. c. 10. narrat, Iberorum gentem Chriſtianam fidem ſuſcepiſſe ſolo virtutum cuiuſdam captiuæ mulierculæ ſplendore illectam, non ſecus atq; olim puella Hebræa admonuit dominam ſuã, vt Naaman Syrum leproſum mitteret ad prophetam Heliſæum.

4. Reg. 5.

Ad VI. dub. Quorſum hæc ab Apoſtolo dicantur Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum, &c.

Sexto loco dubitatum fuit circa illa verba: Fiduciam aũt talem habemus per Chriſtum ad Deũ; *Non quod ſufficientes*, &c. quorſum ſcilicet hæc dixerit Apoſtolus: Reſpõdeo: neque de ſe ipſo prædicauerat, arrogantius dicta videretur, correctione quadam prudenti atq; elegãti lenit, totam gloriam in Deum transferendo, à quo confitetur ſibi datum quicquid haberet. Quaſi diceret; Non tribuimus nobis tantarum rerum excellentiam, neq; adſcribi volumus nobis quod gerimus ſed Deo ipſi, in quo habemus gratiam, & fiduciam per Chriſtũ ipſum; qui canalis eſt quidam, per quem ad nos omnia dona Dei deriuantur. Fiducia Græce πεποίθησις dicta videt̃ voluntatis noſtræ motus cum alacritate tendentis in bonum aliquod arduum, & à nobis concupitum, quaſi id certo poſſeſſuri ſimus. Eſt autem diuina fiducia, quæ ab Spiritu S. in nobis efficitur per Chriſtum mediatorem in ſeipſo, & in omnibus ſuis, ſperans obtinere ipſum Deum, vel eius oculta dona. Eſtque talis gratia gratis data, quam Deus in miraculis edendis, & in aliis donis impetrãdis & ſuſcipiendis exigit; nõ tamen ſemper, quia interdum hominibus non credentib. etiã miracula obtrudit, vt confundantur, & reſipiſcant. Quod quidem donum maxime Deo placet, per quod ſentitur de Domino in bonitate. Et ideo fiduciam probat, & illã vult, licet nolit donum concedere: vt fuit ædificatio templi per Dauidem quam deſiderauit, & non obtinuit. Interdum etiam donum differt, vt fecit cum Paulo deſiderante venire Romam, à quo quidem dono ad tempus impeditus fuit.

Fiducia quid.

A quo efficitur, & per quẽ in nobis, quid efficiat, quale donũ Dei ſit.

Deo quam grata hæc fiducia. *Sap. 1.*

2. Reg. 7. Quare interdum nõ ſtatim nobis conceditur.

Fiducia diuina in quo ab humana diſtinguitur.

Differt autem hæc fiducia diuina ab humana fiducia, quæ vel ab humano ſpiritu prodit, vel etiam à Deo, vel alia creatura: bonum aliquod arduum, & humanum ſperans per inſtrumenta, & ſubſidia humana. Et hanc poteſt interdum vel ſecta quã quis profitetur, efficere: & fruſtrari ſæpe poteſt, & fruſtratur. Differt vero hæc fiducia à fide: quod hæc in intellectu, vt in proprio ſubiecto, illa in affectu hominis ponitur. Vnde Epheſ. 2. & 2. Timo. 2. ſpes, & fiducia ponuntur vt virtutes diſtinctæ. Differt etiam ab ſpei virtute, quod futurorum, & æternorum bonum ſit ſpes, fiducia vero interdum tam temporalium, quam ſpiritualium bonorum. Spes affligit, quia vel non aſſequitur, vel non tam cito quod quærit: ita vt ſcriptum ſit; *Spes quæ differtur, affligit animam: Fiducia vero timorem à timit, alacritatemque & certitudinem quãdam conciliat.* Spes videtur reſpicere ad bonum æternum tanquam præmium in cœlo recipiendum. Fiducia vero ſpectat ad media, vel adminicula, quibus habendum ſit, id eſt, ad preces, opera bona, perſeuerantiam. Alii παῤῥησίαν interpretantur libertatem, euidentiam, & perſpicuitatem prædicationis ipſius, quæ opponitur illis quæ Moyſes obtecta in vmbris indicauit. Sed præſtantior eſt prior expoſitio.

Eadem vt differat à fide.

Epheſ. 2. *2. Tim. 2.* Ab ſpe in quibus etiam diſtincta. *Prou. 13.*

Diſcrimen alterum:

Quam fiduciam (ſecundum aliquos) habebat Paulus per Chriſtum ad Deum. Pauli etiã fiducia qualis eſſet.

Additque: *Fiduciam talem habemus*, id eſt, gloriationem noſtram, quod eſtis Epiſtola Chriſti à nobis, Deique Spiritu, non noſtro merito ſcripta, & quod ſumus vobis bonus odor Chriſti in omni loco, & quod ſumus idonei miniſtri noui Teſtamenti. Comparauerat enim Corinthios commendatitiæ epiſtolæ, quam in corde ſuo quaſi ſinu geſtabat, & legendam aliis porrigebat, dum virtutes eorum aliis declarabat. Habemus ergo talem fiduciã, eam aſſidue exercendo. Id enim ſignificat, habere, hoc eſt, vti, iuxta illud: *Non habenti* (id eſt, non exercenti, aut non vtenti illo quod habet) *& quod habet, auferetur ab eo.* Et ità dictum eſt: *Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat*, id eſt, ea vtatur.

Quomodo eam fiduciã habebat Paulus. *Mat. 25.*

1. Cor. 7.

Quare per Chriſtum fiduciam talem habebat.

Subdit: *Per Chriſtum.* Quia enim amicis noſtris maxime fidimus, præſertim ſi pro debito iam ſatisfecimus; ideo Mediatorem & ſanctos; & omnia externa adminicula quærimus. Et licet Deus mediator ſit doni obtenti; quia tamen ſæpe occultum eſt, etſi neſciamus, in Chriſto confidimus nos id habere.

Nos vt nõ poſſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis. *Exech. 29.*

Non quod ſufficientes (id eſt, idonei) *ſimus aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis.* Vt primo principio: vnde mentiebatur Pharao ille qui dicebat; Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum: quod eſt dicere; A me, vt primo principio, fluunt operationes, & non agnoſco aliud à me principium. A temetipſo hoc dicis (ait Dominus Pilato) id eſt, A te vt radice & principio, & à te ipſo ab altero non moto. Tales ii ſunt, de quibus Propheta; *Qui dixerunt; Linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?* Si ergo aliquod eſt opus noſtrum diui-

Ioan. 18. Quos iugulet hoc dictum Apoſtoli. *Pſal. 11.*

Omne donum Diuinũ naturale, & morale, quomodo ſit à Deo Peccatum etiam qua ratione Deum habeat autorem.

diuinum, & meriti dignitate apud Deum pollens, non eſt à nobis quaſi vt primo principio, ſed à Deo creante, & redimente. Si vero naturale ſit, vel morale, in quod poſſit natura; eſt quidem à Deo vt conditore, & in eo gloriandum. Si autem peccatum eſt quantum ad id quod materiale eſt in eo, à Deo eſt, quoniam omne quod eſt, à Deo eſt: quod vero non eſt, à nobis tantum eſt, quatenus ſub originali peccato ſumus, & reliquiæ naturæ noſtræ infirmæ, quæ quia ex nihilo eſt, deficere poteſt, ſi etiã dæmon ob eam cauſam deficere potuit. In Deo ergo vt creatore & redemptore gloriandum eſt, & non in altero tantum. Nec confundendi ſunt effectus, qui à Deo creatore prodeunt, cum his qui à Redemptore proficiſcuntur ob Dei laudem: qua Deus veritas eſt, & propter Eccleſiæ vnitatem, qua manente, multa ſine periculo ignoramus.

Vnde manifeſtum ſit, non eſſe noſtrum cogitare, vel tollere cogitationes noſtras. ſed Dei.

Non eſt autem noſtrum cogitare, vel tollere cogitationes. Hinc Deus in pœnam. vel in miſericordiam illas immittit, aut aufert. Et vt liber Dei conſenſus non tollit naturam ad vnum determinatam, ita nec liberam naturam. Ac ſubdit: *Sed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Græca vox eſt, ἡ ἱκανότης id eſt virtus, & vigor, ſiue vt ita dicam, idoneitas, hoc eſt, poſſe naturale, ſiue poſſe ex gratia infuſum ſuper naturam. Et hæc dicitur noſtra, hoc eſt, data nobis à Deo, vt ea vtamur. Et gratia Dei naturam non cogit, ſed ſecundum modum quo libere mouet, ex Deo eſt agiente immediate, & vim eius conſeruante, & concurrente ad opera.

Ariſt. Sufficiẽtia noſtra quę nã ex Deo eſt, & cur noſtra appellatur.

Quare Apoſtolus nõ poſſe nos cogitare aliquid dixerit potius quam operari, vel loqui. II Ratio, & III.

Dubium propoſitum fuit, cur magis meminerit cogitationis, quam operis, vel locutionis. Dicendum eſt: quia ſuperius miniſtro, qui à ſecretis eſt, ſeipſum comparauerat, qui ex ſe nec cogitat, nec ex ſe dictat. Deinde quia initium omnium actionũ cogitatio eſt: ideo impotens ad illam, conſequenter ad alia omnia impotens erit. Tertio quia celerius, & labore minore pluſquã in loquendo, aut in ſcribendo, aut in operando, cæteris paribus cogitamus, quia ſenſus non attingit intellectum. Quarto, quia minus nota ſunt interna conſilia, & magis libera, de quibus alios per literas conſcios facere oportet: ideo putare aliquis poſſet quod exueret Dei prouidentiam.

IV. & poſtrema.

Deus vt Apoſtolos fecerit idoneos miniſtros noui Teſtamẽti. In bono & idoneo Dei miniſtro quid requiritur.

Qui & idoneos (inquit) *nos fecit miniſtros.* Nõ elegit ſed recreauit, & ex ineptis & imbecillibus ad tantæ luctæ initium cum toto orbe, atque adeo cum inferno, & dæmone & cum Deo, & cum nobis ipſis idoneos perfecit. Et ad hoc vt quis ſit idoneus, opus eſt potentia, id eſt, iuriſdictione, & ſignis, & fortitudine, non tantum in Iudæos, ſed etiã in Gentes: opus eſt etiam ſcientia myſteriorum regni Dei, notitia quoque politiæ, & morum, & linguarum dono. Opus eſt etiam ardenti quodam amore Dei, & proximi, & inimicorum noſtrorum, cum quibus luctamur, & pro quorum ſpirituali ſalute ſit occumbendum, ſi opus ſit.

Mat 5.

Quo vno pene verbo Apoſtolus Manichæos ſimul ac Pelagianos proſternat ac iuguler. Pauli illa, quã Chriſti doctrinæ conformis.

Iugulantur autem hac Apoſtolica ſententia Manichæi, qui liberum arbitrium negabant. Paulus enim fatetur ſufficientiam cogitandi in nobis eſſe, etſi non ex nobis, ſed per Dei gratiam. Deinde poſternuntur, qui tantum libero arbitrio tribuunt, vt abſque gratia, & Dei auxilio velint ipſum poſſe recte operari. Conuenit autem hæc Pauli doctrina cum illa Chriſti dicentis: Sine me nihil poteſtis facere, & cum ea, quam Paulus alio loco tradit; Deus eſt, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro ſua voluntate. Conſonat etiam Eccleſiæ, quæ ita Deum deprecatur: Largire nobis quæſumus Domine ſemper Spiritum cogitandi quæ recta ſunt propitius, & agendi; vt qui ſine te eſſe non poſſumus, ſecundum te viuere valeamus.

Ioan.15.
Philip.2.

VII. Dub. diluitur. De his verbis Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti.

Ad ſeptimum circa illud idẽ; *Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat:* multa dubitata ſunt. Et primo loco quæ litera ſit præſtantior, illa, quæ habet in Ablatiuo, non litera, ſed ſpiritu; an Græca in Gignendi caſu, non literæ, ſed ſpiritus. Dicendum eſt, ex vtraq; lectione eundem ſenſum colligi, etſi apertior ſit quæ habet, non literæ, ſed ſpiritus. Debent autem etiam Reges, ſe miniſtros agnoſcere reſpectu Dei non autem dominos, qui ſolus eſt Deus. Vnde & Sap.6. Reges dicuntur miniſtri regni eius: vnde & ſtipendium habent aſſignatum: ſed magis ſpirituales paſtores, quibus magis competit miniſtrorum nomen, & minori opus eſt ſtipendio.

Chriſtiani reges, ac principes quales ſe tantum debent agnoſcere. *Sap.6.*

Quod ſit nouum teſtamẽtum.

Et dicitur nouum Teſtamentum, nouũ pactum, nouo modo confirmatum, id eſt ſanguine Chriſti Dei, & in nouis rebus, id eſt, ſpiritualibus, & æternis, & poſt diem iudicii corpora, & animos renouãtis, & mundum totum propter ipſum hominẽ mundantis ac decorantis. Declarat etiam, nouũ Teſtamentum non eſſe literam, ſed Spiritum, & eſt appoſitiua constructio, cum ait, Non literæ, ſed ſpiritus. In quo nouum differt à veteri: quia vetus eſt litera conſtans ex præceptis legis, quia Spiritum non confert. Alioquin Paulus teſtatur ad Roma.7. quod lex ſpiritualis eſt, id eſt, prodita ab Spiritu: nouum vero Teſtamentum cõſtat ſpiritu fidei, ſpei, & charitatis: adeo, vt qui ante legem, & poſt legem habuerũt fidem,

Nouum illud Teſtamentũ cur non litera, ſed ſpiritus appellatur.

Rom 7.

Lex vetus quomodo ſpiritualis teſte Apoſtolo

&

Ioan.1.

&charitatem, & ſpectauerint ad Nouum Teſtamentú, quod hominem interius adiuuat,& mutat in alium virum. Hinc Ioan. 1.habemus: *Lex per Myſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Euangelica vero,& Apoſtolicá ſcripta,quæ Nouum Teſtamentum nominantur; nõ ſunt nouũ teſtamentum dicenda, ſed doctrina Noui Teſtamenti,docens credenda, ſperanda,amanda,operanda,& cauenda. Scripta vero Moſis ſunt ipſum vetus Teſtamentum adiunctum Prophetis. Quare Nouum Teſtamentum non continet pactum de dandis bonis externis literá legis contectis,ſed pactum de dandis bonis internis & ſpiritualibus pręcipue contentis in mente legis latoris:nam miniſtri noui Teſtamenti non dabant nudam literam,vt Moſes faciebat,ſed Spiritum ſanctum, qui per prædicationem & preces,& manuum impoſitionem per Apoſtolos à Deo conferebatur. Qui Spiritus tantum excedit literam,etiam noui Teſtamenti,hoc eſt, nudam literam,ſiue vllam ſine charitate cognitionem, quantum vita mortem antecellit.

In Nouo teſtamento quæ cõtinetur doctrina, quæ in veteri.

Miniſtri noui teſtamẽti quid præſtent.

Act.8.

Quid ſignificet? Litera occidit,ſpiritus autem viuificat. I.Senſus.

Alterum dubium fuit,quis ſenſus ſit huius ſententiæ Litera occidit,ſpiritus autem viuificat. Et cum multi producantur ſenſus quis ſit magis germanus,& literæ congruẽtior. Dicendum eſt, Apoſtolum deſignare differentiam inter literam & ſpiritum penes effectus contrarios, qui ſunt occidere, & viuificare. Primus eſt,vt nomine ſpiritus intelligamus ſpiritualem quãdam Scripturæ intelligentiam. Ita enim tradit Didymus lib.3. de Spiritu ſancto: *Super omnia,* inquit, *vocabulum ſpiritus altiorem, & myſticum in Scripturis ſanctis ſignificat intellectum, vt ibi: Litera occidit. ſpiritus autem viuificat,* Idem docet Origenes li.6.contra Celſum, vbi prope finem ait: *Literam nominauit, quam iuxta ſenſum diuinas literas accipimus ſpiritum vero, cum iuxta intellectum.* Et lib.7. duplicem eſſe tradit legem,vnam,quæ dicto conſtat,alteram quæ ſenſu. Prior etiam ab antiquis prophetis dicitur iuſtificatio non recta, & mandata non bona; poſterior bona eſt. Et de priori dicitur; Litera occidit,quæ dicto conſtat;poſterior quæ ſenſu, & intelligentia,& lex ſpiritus ,qui viuificat. Vnde Caſſianus collat.8.c.3. refert,quoſdam ex antiquis monachis minus intelligentes verba Chriſti, nempe Tollat crucem ſuam & ſequatur me, longas quoſdam cruces finxiſſe quas humeris ſuis geſtabãt. Sicut hodie contingit in quibuſdam eccleſiis quoſdam graues,& oneroſas cruces in die Iouis ſancti in pœnitentiam portare ſolitos: quod tamen non eſt ad ſenſum Chriſti accommodatũ.

B. Didym. à med.t. 9. Oper. D. Hieron. Orig.t.2.

Legis nouæ,& veteris diſcrimina ſecũdum Orig. *Ezech. 20. Rom.8. B. Caſſian.*

Matth. 16. Chriſti aſſeclæ quã crucem ſuam portare debeant, iuxta Domini vocem.

Nam per crucem,cuique propriam intelligit: vt patienter ferat omnia aduerſa, & labores,& afflictiones,quas quiſq; in ſua vocatione habet.

Nec tamen propterea audiendi ſunt Hęretici, qui apud Aguſtinum Marlorarum, debacchãtur in veteres patres, &pręcipue in Originem,qui luſerunt in allegoriis concinnandis, ac Scripturá ſacra,non ſecus ac pila verſatili vſi ſunt: ita vt nõ eſſet tam abſurdum delirium, quod non colore aliquo allegoriæ commendaretur. Ita illi. Sed reuera ludunt iſti nebulones, & inſaniũt,qui nihil ſpirituale in Scripturis tradi volunt, & nihil niſi carnem vident, & intelligunt. An non conſtat,pluries Paulum ex allegoricis ſenſibus argumentari, vt ad Epheſ. Galatas,& ad Hebræos? Imo Chriſtus ipſe multa ἀλληγορικῶς de ſe interpretatus eſt: vt de ſerpente æneo exaltato in cruce, de agno immolato in Paſcha; & cuius oſſa non erant comminuenda, vt Euangeliſta expendit: ſimiliter de manna de cœlo depluto, quo panem de cœlo verum à Patre ſuo datum explicauit: de Iona è ceto electo: Deniq; ſancti Alexandrini, teſte Euſebio, omnes Scripturas ad ſpiritualem ſenſum de Chriſto eruendum conuertebant.

Hæretici de allegoriis Patrum in Scripturam tam temere & impudẽter, quid ſentiant; & loquantur.

Quam frequens allegoriarum vſus in Euangelio.

Ioan 3. Num.21. Matth.26. Ioan.19. Exod 12. Ioan.6. Exod 16. Mat.12. Ioan.2. Euſeb. Cæſarien.l.1.c. 17. circa fi. to.1.

II.Senſus. *B. Amb t.5 Deut.17.*

Secundus ſenſus eſt Ambroſii in hunc locum dicentis, literam occidere, quia lex vetus delinquentes interimit, quia interminatur mortem transgreſſoribus. Nam irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur. Et addit etiam præuaricationem præuaricationi; ac proinde pœnam duplicem infligebat: quia furtum committens, contra duplicem legem, & naturalem, & ſcriptam peccabat. Spiritus vero viuificat, quia lex noua peccatores baptizando, & abſoluendo, peccata dimittit, & vitam gratiæ confert.

Exo. 20.

Sed obiici poſſet, quod etiam noua lex idem præſtat: Qui enim iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio;& Paulus, Voluntarie, inquit, peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia; terribilis autem quædam expectatio iudicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.

Nouam etiam legem & Euangelicam occidere, non ſolam illã Moſis. *Mat.5. Heb.10.*

III.Senſus *B.Aug.t.4.*

Tertius ſenſus, qui ſolidior,& verior videtur, Auguſtini eſt lib. de ſpiritu,& litera c.1.&5.&. lib.2. contra Aduerſarium legis, & Prophetarum.cap.7.& ſer. 3. de verb. Apoſtoli.c.10. vbi interpretatur, literam eſſe nudam legis literam, & nuda abſq; ſpiritu verba: ſpiritum vero viuificantem, eſſe gratiam, qua præceptum ipſum impletur: quiſpiritus in lege veteri nõ erat, ſicut nec etiã

Idem to.10. Spiritus viuificans legis euangelicæ quid præſtet.

Rom 4. Legis veteris effectus & nouæ. Ouid. li.3. Amor. eleg. 4. Rom.5. Infra 8. Ioan.1. B.Aug.t.6. Illud Ioannis: Lex per Moyſen data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta quid Auguſtino.

ſacrificia, vel ſacramenta, quæ ex opere operato gratiam conferunt, vt in Noua. At lex iram operatur: quia vbi non eſt lex, nec prævaricatio; & quia, vt ille dixit:

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſq; negata.

In lege vero noua diffunditur charitas per Spiritum ſanctum, quo pręcepta ſeruamus Et ita lex iſta ſpiritus vitæ, liberat nos à lege peccati, & mortis. Ideo acute diſtinxit Ioannes, quando dixit: *Lex per Moyſen data eſt, Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Quod expendit Auguſtinus lib.17. contra Fauſtum ca.vlt. *Ipſa*, inquit, *lex cum impleta eſt, gratia, & veritas facta eſt. Gratia pertinet ad charitatis plenitudinem, veritas ad prophetiarum impletionem.* Et idem libr.22 ca.6. atque ita hic ſenſus venit cæteris præferendus.

VIII. dub. infra ſolet Quid ſit: Miniſtratio mortis literis deformata. 1.Cor.1. 2.Cor.2. Orig to. 2. Exo.31. Infra 34.

Octauo loco dubitatum eſt cur lex vetus dicta ſit miniſtratio mortis; cum etiam Euangelium ſit Iudæis ſcandalum, & gentibus ſtultitia, & odor mortis in mortem. Sed pro ſolutione perſpice, illud; *In literis deformata*, in Græco codice haberi cum hoc addito: *In lapidibus*, quomodo legit Origines cap.3. Epiſtolæ ad Roman. prope finem Erat enim lex formata literis in duabus tabulis lapideis. Vox etiam illa, *deformata*, nihil myſterii habet, & nil deforme deſignat nam Græca vox eſt, ἐντετυπωμένη hoc eſt, inſculpta, vel impreſſa, vel formata. Apoſtolus ergo dignitatem Euangelii amplificat: nam ſi magno honore dignatus eſt legem multis miraculis eam illuſtrādo, inter quæ hic vnum recitat, quod tantus ſplendor ex facie Moſis refulſerit, ita vt non poſſent filii Iſrael aciem oculorum intendere in vultum Moyſis propter gloriam (id eſt, propter excellentiam vultus eius) quæ euacuatur, id eſt aboletur, ſiue euaneſcit. Conſulto enim poſuit Apoſtolus hoc verbum; ad reddendum argumentum à minori ad maius. Et veteris Teſtamenti explicat conditionem; quod ſcilicet abolitur, & quandoque finem ſit habiturum: ſiquidem illa gloria vultus Moyſis tranſitoria erat, nec diu permanſura.

Euangelii ſuper veterem legem excellētia. Ibid.

Gloria vultus Moyſi quę nam illa, & quomodo aboletur.

Ad VIII. dub. reſpōſio. Lex Moyſi cur ſit miniſtratio mortis. I. Diſcrimē nouæ legis à veteri. Rom.8.

Quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria. Hæc, quo plenior eſſet antitheſis, debebat totidem membra habere ex oppoſito: ſed tantum vocauit miniſterium ſpiritus, & iuſtitiæ, quod perpetuum eſt illi. Et licet in verbis non ſit integra relatio, verū quantum ad rem ipſam ſufficit. Deinde quod ad dubium propoſitum attinet, reſponſio eſt; illud minime obſiſtere, quin longum ſit diſcrimen inter legem, & Euangelium. Etſi enim Euangelium multis eſt damnationis occaſio; merito tamen ſpiritus vitæ cenſetur, quia doctrinam confert, & inſtrumentum regenerationis offert, & gratuitam cum Deo reconciliationem. Lex autem, tantum bene viuendi regulam præſcribit, non autem reformat corda inobedientium iuſtitiæ, & mortē æternam tranſgreſſoribus denunciat. Denique officium legis eſt tantum oſtendere morbum, & nullam ſpem ſanitatis indicare: Euangelii autem munus eſt, deſperatis remedium afferre, & ianuam ſalutis aperire, & medicum afferre. Et vt vno verbo expediam, legis accidens eſt perpetuum, & inuiolabile, quod occidit, & ſub lege manentem, maledictioni obnoxium reddit: Euangelio autem non ſemper accidit vt occidat, quia in eo reuelatur iuſtitia ex fide in fidem, quia potentia, ſeu virtus Dei eſt in ſalutem omni credēti.

II. Diſcrimen.

III. Diſcrimen & vlt. Rom.1.

Lex Moyſi cur ſcripta dicitur in tabulis potius lapideis, quam in tabulis cordis carnalibus. Rom.2. Exo.20.

Fuit & alterum dubium circa illud, Nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Poſſet enim obiici, quod etiam lex Moſis ſit in corde ſcripta, & non tantum Euangeliū, quia Paulus ait; *Qui oſtendunt opus legis ſcriptū in cordibus ſuis.* Reſpōdeo, ibi eſſe ſermonem de decalogo, qui proprie non ſpectat ad legem Moſaicam, quia ante eam fuit, & lege abrogata adhuc manet decalogus obligans. Proprie enim lex Moyſi ſunt ceremoniæ, & iudicia, lex vero Naturæ naturaliter cordibus hominum indita fuit à Creatore, quę in hoc differt ab Euangelica quod hæc ſcripta eſt per Spiritum S. ſupernaturali modo, vt teſtatur Ieremias c.31. & ponderauit Apoſtolus Hebr.8. Dabo leges meas in mentem eorum, & in cordibus eorum ſuperſcribam eas.

Lex Moyſi ex quibus conſtet. Ier.31. Hebr.8.

Eius legis gloria quando obſcuretur.

Subiungit Apoſtolus: *Nam nec glorificatum eſt, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam eſt; multo magis quod manet in gloria eſt.* Non videtur Apoſtolus corrigere ſuperiora, ſed magis cōfirmare: intelligit enim obſcurari legis gloriam, vbi prodiit Euangelium. Vt ſit ſenſus: Tanta eſt nouæ legis gloria, vt propter hanc nec glorificatum quidē exiſtimetur veteris legis miniſteriū; quod tamen aliqua ex parte clarere viſum eſt ob Moſis faciem relucentem. Nam vt luna, & ſtellæ, quæ per ſe quidem non modo lucidæ ſunt, ſed & in totā terram lumen effundunt, Solis tamen ſplendore offūſcantur, & euaneſcunt: ad eum modum etſi per ſe glorioſa fuerit legis Moſaicæ miniſtratio, nulla tamen eſt eius gloria præ Euangelii amplitudine, & ſplendore. Etſi alii putent augeri argumentationem maioris gloriæ in miniſtratione Euangelii, quam in lege Moſis, ob illam particulam: *Ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi.*

Lex vetus qualis pr[æ] noua, & euangelica. Exo.34.

Oſten-

Sp'endor vultus Moſis,gloriã eius quomodo impediret.

Oſtendit enim, excellentiam Moyſis impedimentum gloriæ præſtitiſſe. Nam excellentia ſplendoris in facie Moyſi impediebat gloriam eius, quantum ſcilicet ad ipſius gloriæ intuitum, quod non eſt aliud, quam minuere glorificationem eius: quia excellens ſenſibile, vt ait Philoſophus,ob ſuam excellentiam minuit ſenſationem ſui Ita ſimiliter gloriæ Moyſis in hac parte, id eſt,in facie,minuebat gloriam,quia minuebat ſenſationẽ eius.Reddere enim gloriam inuiſibilem,ſeu minus viſibilem,eſt minuere illam. Quod ergo eſt glorificatum in facie Moyſi, i. õ eſt glorificatum ſimpliciter, quia impedimentum fuit ab intuitu ob excellentẽ gloriam ſuo ſplendore opprimentem viſum; at excellẽs gloria miniſtrorum Noui Teſtamenti,nullum præſtat impedimẽtum,quia ſpiritualis eſt, & ſpiritualibus oculis perſpicienda.

Ariſt. li.2. de Anima, tex.con.132

Nihil cur impediat gloriam miniſtrorũ noui Teſtamenti.

Lex noua quãto durabilior veteri ac Moſaica.

Subdit: *Si enim quod euacuatur per gloriam, vel in gloria eſt: multo magis quod manet, in gloria eſt.* Argumentum ſumit ab extrema particula illa, *quod euacuatur.* Non obiiciebant Iudęi legis durationem,eo quod multis duraſſet ſeculis:cui Paulus opponit perpetuitatem,& permanentiam noui Teſtamenti & quod lex à Moſe ad Chriſtum tãtum durare debuerit,iuxta illud, *Lex,& Propheta, vſque ad Ioannem.*

Luc. 16.

Si lex vet' (vt hic dicitur)euacuatur, cur alibi lex de ſtrui per fidem negatur,ſed ſtatui? *Rom.3.*

Neque hic locus repugnat verbis Apoſtoli ad Rom. 3. *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit:ſed legem ſtatuimus*:hic vero videtur inſinuare, quod euacuetur lex,ſiue deſtruatur.Fides enim,atque Euangelium,legem perficiũt,& eius promiſſiones in æternis bonis collocant;& eius præceptis additur ſpiritus, quo poſſint impleri. Et ita lex non euacuatur,ſed per Euangelium oſtenditur euacuata,quod attinet ad corticem& ad promiſſiones terrenas,& temporales.

Ad IX. dubium. Quorſum hæc: Habẽtes igitur talem ſpẽ, multa fiducia vtimur.

Nonam ſoluamus dubitationem in illis verbis: *Habentes igitur talem ſpem,multa fiducia vtimur.* Primo quo tendit Apoſtolus: Deinde an fides,& fiducia ſint idem,an diuerſa:& cur ſubdit:Et nõ ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam: & quomodo tandem aufertur velamen per Chriſtum.Reſpõdemus,&ad primum quidem, Apoſtolum, demonſtrata Euangelii gloria,& legis infirmitate,oſtendere quæ ſint quę conueniant miniſtris Noui Teſtamenti:videlicet quod multa libertate vtantur, neglectis legis vmbris, & typis,qui vnum Chriſtum, & gratiam eius prædicant. At miniſtri veteris Teſtamenti velabant gloriam Domini;miniſtri vero pacti noui abſque velo gloriã Domini populo prædicãt: quod ad ſextum vſque caput tractat. Vnde

Miniſtrorum Noui Teſtamenti gloria ſuper illam miniſtrorũ veteris.

ait: *Habentes igitur talem ſpem*, & talem ſpiritum ſpei,quæ ſpectat ad æterna;& immortalia bona: *multa fiducia* (ſiue παῤῥησία, id eſt libertate loquendi) *vtimur*, vel vtamur, vt Græce habetur, *pro gloria Dei Patris, & Chriſti* , *nunc magna ex parte manifeſtata.* Et vt Moyſes miniſter illius legis apparuit cornuta facie,& ſplendenti filiis Iſrael, vt cum loqueretur cum eis,poneret velamẽ ſuper faciem ſuam, in eo ſane ſignificabat, vt non intenderent filii Iſrael in faciem ſuã. Ideſt, in illam priorem gloriam, ſed expectarent aliam venturam: id eſt, vt non intenderent in literam, ſed in ſpiritum; non in carnalia, & temporalia bona,ſed in ſpiritualia, & æterna,quæ ſemper permanent, nec euacuãtur.

Qua fiducia vtantur noui Teſtamenti miniſtri.
Exod.34.

Cur Moſes ponere,velamen ſuper faciem ſuam.

Et nota,in hoc loco eſſe Ἀνανταπόδοτον,ſiue eclipſin,& ſupplendum eſſe aliquid, videlicet: & non facimus ſicut Moſes faciebat. Græci etiã quidam codices non dicunt, in faciẽ;ſed, εἰς τὸ τέλος, id eſt, in finem:nam Finis legis Chriſtus in iuſtitiam omni credẽti,& multi Pſal.inſcribuntur: εἰς τὸ τέλος, Chryſoſtomus etiã fatetur, legi in faciem, vt Latini legunt:ita vt fere idem ſit ſenſus. Nam finis obſeruantię illius legis,erant bona terræ quæ promittebantur, ad quæ intẽdebat plus ſatis ille populus.Contra vero Moſes eo velamine admonebat,&quaſi dicebat: Gloria mea nulla eſt:veniet fortior,quem audire debetis, qui eſt vera Dei imago,& Dei gloria, quæ non habebit vllum velamen, & Apoſtoli ſine velo manifeſtabunt, quæ Iudæi tunc non capiebant.

Intendere in faciem Moyſi, quid. *Rom.10.*

Chryſ.ho.7 to.4.
Eſai.1.

Chriſtum, cur Iudæi audire debebat non Moſen. *Deut.18. Mat.3. Coloſ.ſ. Sap.7. Heb. 1.*

Vnde ſubdit: *Sed obtuſi ſunt ſenſus eorum.* Obtuſi ſunt,inquit,id eſt,obcęcati ſunt ſenſus, ſiue mentes eorum per illam gloriam carnis.Et non ait,ſimpliciter:vt non intenderent, ſed quoniam intendere haud quaquam valebant,quia peccatis obtenebrati, fide vacui erant.Niſi enim credideritis, ait Propheta, non intelligetis. Quare hoc loco tam Ambroſius,quam Auguſtinus, *In finem*, verterunt, nimirum eius rei,quæ aboletur,id eſt, veteris legis, vel Moyſis,qui mortalis,& abolendus erat. Hæc ſunt verba Ambroſii: *Ideo ponebat velamen, quoniam ſplendorem vultus eius ferre non poterant cauſa peccati, quo ſublato, poteſtas datur videndi gloriam Dei vſque ad finem eius:quia tamdiu non reuelatur, quamdiu relicta lege conuertantur ad gratiam fidei,& ſic euacuatur. Accedenti enim dignitate per fidem, euacuatur indignitas.* Ita ille, alium ſenſum tribuens his verbis.

Iudæorum ſenſus quare obtuſi, vt ſit Paulus

Eſai. 7.

Ambr. hoc loco to.3.
Aug lib.2. contra Aduerſa legis & Prophæ. 7.10.9.

Quid impediebat Iudæos gloriã Moyſi ne viderent ſecundum Ambroſiũ.

Et ſubiungit: *Vſque in hodiernum enim diem ipſum velamen in lectione Veteris Teſtamẽti ma-*

Velamen Moſis quid tollat.

net non reuelatum, quod in Chriſto euacuatur. Non enim intelligebant, quid ſibi vellet quod Moyſes impediebat illo velamine ne ad ſe reſpicerent: nam non effulſit eis Euangelicum lumen, & figura non tollitur niſi per veritatem. Manet ergo velamen, quod in ſolo Chriſto per fidem cognito euacuatur, & per illud perit omnis gloria. Ob hanc autem cauſam in hodiernum vſq; diem obſeruatur à Iudæis, vt cum legunt Moyſen in Synagogis, ipſi Rabbini lectores velamine quodam contegantur. Et ideo ſubdit: *Cum autem conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen* Græca hoc loco habent. *Cum conuerſi fuerint*, & vtraque lectio ſuſtineri poteſt, & non eſt noua numeri mutatio in nominibus collectiuis, quemadmodum ca. 2. dixit *Vale faciens eis*, ſcilicet qui Troade habitabant, cum tamen prius dixiſſet, *Cum veniſſem autem Troadem*, in ſingulari. Oſtendit ergo Apoſtolus viam tollendi velaminis, cum innuit aliquando futurum, vt conuertant ſe aliquando ad Deum; ſicut promiſit ſe aliquando facturum. Ita enim dixit per Oſeam: *Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, ſine altari, & ſine ephod, & ſine teraphim. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum & Dauid regem ſuum; & pauebunt ad Dominum & ad bonum eius nouiſſimo dierum.* Paulus etiam ad Rom. 11. prophetat Iudæorum conuerſionem ad Chriſtum: *Cæcitas* inquit, *ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret; & ſi omnis Iſrael ſaluus fieret.*

Iudæi etiã nunc Rabbini in lectione Moſis cur velent oculos.

Numerorũ henallage in Scripturis frequens, & familiaris. 2 Cor. 2.

Iudæis quãdo auferetur velamẽ teſte Apoſtolo. Oſeæ 3.

Oſeæ de Iudæorum conuerſione vaticinium.

Rom. 11.

Ex his infert Apoſtolus. *Dominus autem Spiritus eſt. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Voces illę, Dominus, & Spiritus, Gręce ſuos articulos habent, vt intelligas Dominũ non quemcunque, ſed illum; ſcilicet inſignem Dominum, nempe Chriſtus; & intelligas de eo Spiritu eſſe mentionem, de quo dixerat; Litera occidit, Spiritus autem viuificat, vt Chriſtus ſit, qui tollit velamen de cordibus Iudæorum.

Dominus qualis ille, & Spiritus vbi libertas. 2 Cor. 3. Ioan. 6.

Cyrillus Alexandrinus citatus hoc loco ab Oecumenio: Chriſtus, inquit, irritum facit velamen. Nam cum ipſe ſit veritas, ceſſare facit vmbram, legiſque ambiguitatem. Et dicit contra Corinthios obloquẽtes, & imponẽtes Paulo iactantiam; vt intelligãt quod miniſtri Noui Teſtamenti transformati ab Spiritu ſancto, & faciunt, & dicunt, quæ ad laudem eorum ſpectare videntur.

Chriſtus velamẽ cur tollat. Oecũ c. 4. Ioan. 14.

Miniſtris Noui Teſtamenti quænam faciant, & dicant.

Et cum argumentari poſſet à proprietatibus Domini, qui eſt omnipotens, æternus, ſapiens, & optimus. &c. vni tantum nititur Domini qualitati, dicẽs, *Dominus autem Spiritus eſt*, ac diceret; Quãdiu filii Iſrael erunt oculo cordis intendentes in Moſen, velamen eſt ſuper cor eorum: cum autem verſi fuerint ad Dominum, qui ſpiritus eſt, tanquam ſpiritualibus ſenſibus vtentes, auferetur velamen. Ideo ſubditur: *Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Quia hic Spiritus emanat in conuerſos, quod fiunt ſpirituales, & fit in eis libertas à velamine. Non tamen quod à tota lege ſimus liberi, ſed ab iis duntaxat, quę ad ceremonias, & iudicia ſpectant. Non tamen ita liberi ſumus, vt licentius peccemus, quę libertas ſeruitus eſt longe turpiſſima, ſed vt tali ſeruitute liberi ac volentes pietati, & bonis operib. ſeruiamus.

Qualitates Dei.

Quare vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Libertas Chriſtianorũ qualis.

In verbo etiam libertatis, alludit ad vſum velaminis, quod ſubiectionis ſymbolum erat, de quo 1. Corinthio. 11. dictum fuit. Et ad hoc ſpectans in proxima clauſula, detecti capitis, ſiue faciei mentionem facit.

1. Cor. 11.

Primum ergo ait: *Nos vero* Vbi aduerſans particula Vero, vel autem, ἡμεῖς δὲ πάντες, conſideranda venit. Deinde perpende: Nos vero omnes ſcilicet miniſtri Noui Teſtamenti, de quibus ad literam eſt ſermo: nam opponit illos Moyſi miniſtro Veteris Teſtamenti: ſed qui erat exceſſus Apoſtolorum ad Moyſen, talis eſt exceſſus Chriſtiani populi ad populum Iudæorum. Tertio ait: *Reuelata facie.* Id eſt, illorum erat facies velata, noſtra vero nullo velamine tecta per fidem ſynceram. Quarto quid eſt, *Speculantes.* Græce κατοπτριζόμενοι, hoc eſt inſtar ſpeculi, vel, quaſi è ſpeculo, vel per ſpeculum cõtemplantes. & in modum ſpeculi receptam lucem emittentes in alios. Quinto ait: *Gloriam Domini.* Non gloriam Moyſi, ſed Domini Ieſu, qui transfiguratus in facie, & veſtibus, Apoſtolos, & Moſen cum Elia glorificauit: ita dicatur; *Et ecce duo viri loquebantur cum illo: erant autem Moyſes, & Elias, viſi in maieſtate*, id eſt, in gloria. Et de hac Domini gloria Ioan. 1. habetur: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* Et licet Auguſtinus libr. 15. De Trinitat. capit. 8. dixerit: *Speculantes dixit, per ſpeculum videntes: non de ſpecula proſpicientes.* Quod in Græca lingua non eſt ambiguum, vnde in Latinam tranſlatæ ſunt Apoſtolicæ literæ. Ibi quidem ſpeculum vbi apparent imagines rerum, à ſpecula, de cuius altitudine longius aliquid intuemur, etiam ſono verbi diſtat omnino (dicitur enim Græce κατοπτρον) ſatiſque apparet Apoſtolũ ab ſpeculo, non à ſpecula dixiſſe, Gloriam Domini ſpeculantes: non tamen dubium eſt, Græcã verbi etymologiã deſumptam ab ſpeculo, non aũt à ſpecula, licet interim vtraq; vox ab ὄπτειν, q eſt videre, ſiue

Quinam reuelata facie gloriã Domini ſpeculẽtur.

Hæc verba ſingula põderantur.

Quam gloriam illi Domini ſpeculẽtur. Mat. 17. Luc. 9.

Ioan. 1.

B. Aug. 1. 5.

Auguſtino quid. gloriam Domini ſpeculari, & hoc verbũ vnde deſcendat.

ſpectare, ducit originem. Sexto expende illud; *in eãdem imaginem.* Græce eſt, *τὴν αὐτὴν εἰκόνα*, & ſupplenda eſt more Græcorũ præpoſitio κατὰ. vt ſit ſenſus, in eandẽ imaginem vel, ſecundum eandem imaginem. Et intellige imaginem diuinę gloriæ, quæ Chriſtus eſt, imago Dei inuiſibi lis, & vera Patris gloria, de qua Rom. 8. *Quos autem præſciuit, hos & prædeſtinauit conformes fieri imagines Filij ſui* Septimo pondera verbum *Transformamur*, quod Græce eſt; *μεταμορφούμεθα*, etiamſi his Ambroſius legat, reformamur, ſicut etiam noſter vertit interpres Roma. 12. idem verbum Græcum, & Hierony. etiam legit, producens hunc locum in ca. 27. Ezechielis. Tertull. autem lib. 5. in Marcionem legit, transfiguramur, dum hoc teſtimonium citat. Et ſæpe omnes hæ voces aliquo modo in idem ſignificatum concurrere videntur: In eandem imaginem. Diuinæ gloriæ, ac ſplendoris participes efficimur, ita vt non ſolum intueamur ipſi, ſed etiam à nobis acceptum Dei ſplendorem alii ſuſcipiant, & reflectatur in ipſum Deum, à quo primum deſcendit in nos. Octauo ſubdit: *A claritate in claritatem.* Alii vertũt à gloria, vel vt Auguſt. legit, de gloria in gloriam, vt ſit ſenſus: A gloria ſpiritus in noſtram, quæ gignitur in nobis, ab interna, ad externam, à propria noſtra, ad eam quæ eſt aliorũ, & ab hac ſpirituali in æternam, vel, A gloria minori in maiorem, & magis exuberantem, vt in illa augeamur magis indies. Qua ratione dicitur illud Rom. 1. *Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem*; & illud Dauidis Prophetæ, *Ibunt de virtute in virtutem.* Ideo Paulus capite ſequẽti; *Licet is qui foris eſt, noſter homo corrumpatur; tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem*, rurſus Dauid; *Reddam vota mea de die in diem, eo quod indies fit maior.* Nono eſt notantum, addere Paulum: *Tanquam à Domini ſpiritu*, vel à Domino Spiritu: cuius vtriuſque ſenſus litera capax eſſe poteſt. Vbi primũ perpende, particulam, tanquam, vel vt alii vertunt, quaſi, non ſignare ſimilitudinem, ſed veritatem, vel cõuenientiam, & congruentiam, & eximiam dignitatẽ, quam confert diuinus Spiritus: quale eſt illud, *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre.* Nam ſicut id, quod natum eſt ex carne, caro eſt, ita, quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt, &, qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt, cum eo ſcilicet. Et idem eſt dicere, Tanquam à Domini ſpiritu, ſiue à Domino ſpiritu, qui operatur omnia in omnib. Poſtremo aduerte, Apoſtolũ vt diximus, hac ſpeculi metaphora alio loco vſum fuiſſe nẽpe 1. Cor. 13. ad aliud propoſitũ: nam eo loco notitiam Dei, quam nũc habemus, comparat cum futura longe perfectiore, dũ dicit, nos Deũ ipſum, qualis eſt plene videre non poſſe, ſed quaſi in ſpeculo quandam eius imaginem per fidem cõſpicere. Hic vero notitiam noſtram per Euangelium acceptam, nõ per partes, ſed totam ſimul conſiderans, cognitioni quæ ex lege eſt, contulit velatæ Moſis faciei luciſiſſimum Euangelii ſpeculum, quod ſpeculariter applicat miniſtris Noui Teſtamenti, de quorũ munere, & miniſterio præſtantiori loqui Paulus cœperat.

Alter ſenſus, & etymologia magis accommoda. *Coloſſ. 1. Hebr. 1. Rom. 8* Quid ſit: In eandem imaginem transformamur. *B. Ambr. to. 5. Rom. 12. Tertul. p. 1.* A claritate in claritatẽ trãsformari quid. *B. Aug li. 16. de Trinitat. c. 8. 10. 3.* *Rom. 1. Pſal. 83.* *2. Cor. 4. Pſal. 60.* Explicatur Tanquam à Domini, vel à Domino ſpiritu. *Ioan. 1.* *Infra 3. 1 Cor. 6.* Videre per ſpeculum in ęnigmate quid alibi apud Paulum. *Infra 13.*

Ambroſius hunc locum ſic interpretatur: *Nos dicit omnes, qui libertatem ſumus conſecuti dono gratia Dei gloriam Domini per fidem ſpeculantes, ad eandem imaginem transformari quam ſperamus, id eſt, vt ſimiles inueniamur trãsacta hac vita, imaginis gloriæ Chriſti, ſicut dicit Ioannes Apoſtolus: Scimus, inquit, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus A gloria in gloriam, ſicut à Domini ſpiritu. Id eſt, ſublati beneficio Dei gloriæ Moyſi, quam reatus cauſa cernere nequibamus transformamur ad gloriam, quam credimus dari nobis à Domini ſpiritu.* Hæc ille.

B. Ambroſii eorum verborum Nos autẽ reuelata facie gloriam Domini ſpeculãtes &c. ſenſus ac B. Cyril *1. Ioan. 3.*

Non prætermittam teſtimonium Cyrilli in Ioannem: *Quod autem*, inquit, *præſentia Spiritus ad nouam vitam omnes in quibus habitat, transformãtur, nõ eſt difficile à Scripturis oſtendere. Dicit enim Samuel ad Saulem: Et inſiliet in te ſpiritus Domini, & conuerteris in alium virum: & Paulus: Nos vero, inquit, omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu. Vides quia ad aliam ſicuti vult ſpiritus imaginem nos vt Domini reformat, nempe qui facile à terrenis ad cæleſtia noſtros tranſponit animos: quod in diſcipulis factum fuiſſe inueniemus. Per Spiritum ſane ad eam fortitudinem ab humana ignauia reducti ſunt, vt nec vlla pericula timerent, & Chriſto inſeparabiliter inhærerẽt.* Hæc Cyril. elegãter, & docte.

DISPVTATIO V.

In Apoſtoli verba, cap. 4. *Ideo habentes hanc adminiſtrationem, iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus. Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, &c.* in finem vſque capitis quarti poſterioris ad Corinthios.

PRIMO loco explicandus eſt ſcopus Deinde, quomodo iſtud infertur ex prędictis: Nõ deficimus, ſed abdicamus occulta dedecoris, & reliqua quę ſubiũgit; & quęnam ſunt illa occultamenta dedecoris, &

Primum dubium. Secundũ.

quæ

Tertium.

quæ ſubiungit. Tertio circa illud, *Quod ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrum, in iis qui pereunt, eſt opertum, in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium*, dubium eſt quo tendat Apoſtolus, & quiſnam ſit ille Deus huius ſeculi.

Quartum. *Ioan.1. Iob.25.*

Quarto circa illud; *Vt non fulgeat eis illuminatio Euangelii gloriæ Chriſti, &c.* quomodo hoc dicit, cum Ioannes dicat, *illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum*, & Iob de Deo loquens, *Super quem*, inquit, *nō ſurget lumen illius?*

Quintum.

Quinto circa illud quod ſequitur: *Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, nos autem ſeruos veſtros per Ieſum*, dubium eſt, quorſum hæc Apoſtolo dicantur, & quomodo ſequentibus conueniat.

Sextum. *Geneſ.1.*

Sexto in illud quod ſequitur; *Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere*, primo dubitatur, ad quid alludat Apoſtolus; Deinde cui rei illud applicat.

Septimum

Septimo in id; *Habemus autem theſaurū iſtum in vaſis fictilibus.* ambigitur quis eſt ipſe theſaurus qui geſtatur in vaſis fictilibus? nam ſi eſt ſermo de theſauro ſpirituali, vt eſt non in vaſe fictili, ſed in corde ſpirituali geſtatur: vaſa autem fictilia, ſunt corpora, in quibus theſaurus reponi poteſt. Vnde ſubdit. *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur, &c.* Item circa illud, *Sēper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum; vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali*; quomodo per mortem venit vita Ieſu in carnem noſtram. Obſcurū etiam eſt, quomodo mors in Apoſtolis operatur, vitā autem in Corinthiis.

Octauum.

Octauo circa illud; *Habentes eundē ſpiritum fidei, &c credimus propter quod loquimur*, & de qua fide loquitur Dauid in eo loco; &

Nonum.

quomodo eſt eadem fides, nā illi credebant Chriſtum venturum, nos vero iam veniſſe. Nono ſuper illud, *Sed licet is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur, &c.* quæri poteſt, quis

Decimum

eſt homo interior, & exterior, qui corrumpitur quotidie. Poſtremo in illud, *Id enim quod in præſenti eſt momētaneum, & leue tribulationis noſtræ*, quomodo operetur æternum

Rom.8.

gloriæ pondus, cū ad Rom. ſcribat: *Non ſunt cōdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam.* Quæ item ſunt qui videntur, & quæ illa, quæ non videntur: & ſi ea quæ vidētur temporalia ſunt, quomodo cœlum, quod ſub cœlum oculorum cadit, immortale; & æternum eſt, cum ſit ingenerabile, & incorruptibile apud philoſophos Peripateticos

Ariſt.li.1. de cœlo.

Solutio primæ quæſt. Quid doceat hoc capite Pau.

Ad primum ergo reſpondemus, ſcopum eſſe Apoſtoli: cum magna, ac multa de gloria Apoſtolorum dixiſſet, iam ſuo more dicta, tenuiori, & humiliori ſermone explicare, dicendo ſe nihil amplius habere, quā nudum prædicationis miniſteriū: ad quod etiam ſe vix dignos vocat, ſed hoc à Dei miſericordia habuiſſe, & non propriæ vlli dignitati, ſed diuinæ virtuti adſcribēdum eſſe.

Habere miniſterium, quid, more Scripturæ. *Mat.25. Orig.e.5. in princ.*

Et habere miniſterium, eſt vti eo munere, vt decet, & exercere vt par eſt. Nam omni habenti dabitur, & abundabit. Et in primo verbo agnouit Oecumenius hyperbaton. Ideo inquit, vel propterea habentes tale miniſterium, non defecimus. Nam propterea, iungendum eſt cum verbo, non defecimus, reliqua per parentheſim legenda.

Quomodo non deficiebat Apoſtolus in Euangelizando.

Non deficimus, inquit, id eſt, Nō ſegneſcimus neque degeneramus, ſiue vt Græca habent Οὐκ ἐκκακοῦμεν, nō defatigamur, ſuccumbentes tribulationibus, aut periculis tentationum, quę ſuper capita noſtra machinantur dæmones, & homines mūdi huius, qui ſunt eorum organa.

Secundæ quæſtionis ſolut. Apoſtoli quæ abdicabant occulta dedecoris. *Epheſ.5.*

Ad ſecūdū in illud; *Sed abdicamus occulta dedecoris.* Græca habent τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης: id eſt, reiicimus, & propulſamus ſecreta, & occulta ſcelera, quæ manifeſta, & in lucem prodita, pudorem, verecūdiam, ac dedecus adferunt illorum autori. Ita & ad Epheſ.5. dixit: *Quæ in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt, & dicere.* Et quæ ſint iſta occulta, ſubiungit: *Non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei.*

Iidem quorum inſtar non ambulabant in aſtutia. Cur nec adulterabāt verbū Dei.

In quibus verbis notat pſeudoapoſtolos, qui habitum quendam pietatis habebant, in occulto autē praui erant. Primum ergo occultum, erat aſtutia, ſiue πανουργία, & ambitio quod ad mores, & vitā refertur. Occultum ſecundum erat, *Adulterantes*, ſiue vt verbum Græcum ſignificat, cauponātes, & doloſe tradentes verbum Dei. Et hęc doloſa prædicatio ad doctrinam ſpectabat, ita vt moribus, & fidei doctrina corruptiſſimi eſſent, cum tamen vellent cæteris emi nere.

In qua manifeſtatione veritatis ambulabant.

Sed in manifeſtatione veritatis. Nimirū vitæ, & doctrinæ, & iuſtitiæ: & pure, & aperte proponētes veritatem, nihil ſubiicentes nihil addentes, nihil denique vitiantes. In illa ergo, *Cōmendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo.* Id eſt: Ex hac ipſa trāſformatione à gloria in gloriam tanquam ſpiritu Domini, non nos ipſos, cōmendamus, noſmetipſos temere iactantes ſed in manifeſtatione veritatis, nō apud aliquos, ſed apud cōſcientiam hominum, nō qualemcunque, ſed coram Deo, id eſt apud eos, qui ſecundum Deum res diſcernunt, & iudicant. Et commendamus noſmetipſos non verbis, quæ fide carent, ſed bonis operibus commendabiles nos reddentes. Et ita magnam de ſe ipſo prædicat innocentiam in cordis rectitudine Apoſtolus Paulus.

Quemadmodum iidem rurſus commendabant ſemetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo. Vt etiam commendarent ſemetipſos.

Adulterēt qui verbū Dei.

Adulterant vero, & cauponātur verbum Dei, qui miſcent falſa, vel Iudaica Euangelio, & hi ſunt fures. Qui vero prædicātpro-

pter lucrum, vel gloriam propriam, mercenarii ſunt. Qui autem vera docent, & in ſolam Dei gloriam, & proximi beneficium reſpiciunt, hi paſtores ſunt. Ex quo Auguſtini illa ſententia. *Diligendus eſt paſtor, tolerandus eſt mercenarius, cauendus eſt latro.* Hæc ille.

Quæ duo Domini præcepta Paulus adimpleuit. *Matth. 5. Infra 6.*

Implebat igitur Paulus duo Chriſti præcepta: alterum: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt*: Alterum vero, *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.*

Tertii dubii ſolut. In illud, Quod ſi etiam opertum eſt Euangeliũ noſtrum, in iis qui pereunt, eſt opertũ, quo ſcil. tendat.

Ad tertium dubium dicimus, Paulum vti occupatione, dum ſiluit quæ aliquis obiectare illi poterat. Modo enim prædicabas; Nos reuelata facie ſpeculari Euangelium, & gloriam Domini; nunc vero opertum eſſe Euangelium affirmas? Et reſpondet credentibus, ac fidentibus Euangelium eſſe apertum; at infidelibus eſt tectum, & opertum: non quidem vlla Euangelii culpa, ſed ipſorum infidelium, qui fide carent, & ad eam accipiendam ſe ipſos non comparant.

Quis Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium ſecũdum Manichæum. *B. Aug. l. 6.* Cur diabolus Deus huius ſeculi iure dici poſſit teſte Aug. *Pſalm. 95. Philip. 3.* Incongruus quorũdam ſenſus reiicitur. *Ioan. 12. Infra 14. Ephеſ. vlt.*

Subdit: *In quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti.* Hic dubitatum fuit, quis eſſet iſte Deus huius ſeculi. Auguſtin. lib. 20. contra Fauſtum, ca. 14. aſſerit, Manichæos duos Deos ſtatuere, alterum, à quo bona, alterum à quo mala proficiſcuntur, quem Hylem vocabant. Sed idem negat paulo poſt abſurdum videri non debere, ſi diabolus dicatur Deus huius ſeculi. Dixit enim Dauid; *Omnes dij Gentium dæmonia*; & Paulus alio loco, *Quorum Deus, venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.* Vbi diuinitas & ventri, & dæmonibus tribuitur. Quod vero quidam illas duas voces: *Huius ſeculi*, ad poſteriora referant, hoc eſt, ad mentes infidelium, ſc. huius ſeculi, violentum videri poteſt: cum etiam Chriſtus bis vocauerit diabolum, Principem huius mundi, & Paulus dixerit; *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem ſed aduerſus Principes, & poteſtates, &c.*

Alter ſenſus.

At Irenæus libr. 3. capit. 7. per hyperbatis figuram cum voce præcedenti, infidelium, coniungendam aſtruit, vt ita conſtruatur: In quibus Deus excæcauit mentes infideliũ huius ſeculi: quod fecit dogma Manichæorum, qui mundi huius prædicãt fabrefactorem: pro quo errore tuendo, hoc Pauli teſtimonium producebant. Nec ſi legas complexim Deus huius ſeculi, neceſſario conſequatur, diabolum, aut alium, neſcio quẽ mũdi huius eſſe fabricatorem; cum ex permultis aliis Scripturæ locis colligas contrarium, nimirum Deum verum eſſe omnium

Deus Opt. Max. quomodo excæcet, teſte Irænеo. *Rom. 1.*

conditorem. Dicitur autem Deus verus excæcare; eo ſenſu, quo ad Rom. 1 Paulus aſſerit eum philoſophos in reprobum ſenſum tradidiſſe, & ea ratione, qua Dominus Saluator noſter dicit ſe in hũc mundum veniſſe; vt qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant. Poteſt & dæmoni tribui hæc excæcatio: quia vt Chriſtus per lucem regnat, ita dęmon per tenebras, & in eas ſtudet homines coniicere, quo ſe præcipites in gehẽnæ barathrum dedant.

Ioan. 9.

Diabolus etiam vt excæcet.

Quarti dubii ſol. Cur non fulgeat mentib. infidelium illuminatio Euangelii Chriſti. *Coloſſ. 1.*

Ad quartum illud; *Vt non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloria Chriſti, qui eſt imago Dei.* Declarat, velamen ex parte Euangelii nullum eſſe, ſed ex parte eorũ, qui excæcantur, & imparati inueniuntur ad ſuſcipiendum fulgorem gloriæ Chriſti euangelizatæ. Audiunt ſiquidem iſti verba Euangelica, facta Euangelica, & miracula oculis corporis cõſpiciunt: ex affectu tamen ad tranſitorium aliquod bonum huius mundi vim Euangelii, & fulgorem non capiunt.

Deus quomodo illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan. 1. Iob. 15.*

Quod ſi dicas, ſcriptum eſſe: *Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ*, & illud Iobis, *Super quem non ſurget lumen illius?* intelligendum eſt, ad naturalia omnia, vel, quod verius eſt, etiam ad ſupernaturalia ex ſe, ſi quis tamen velit oculos aperire, per eos ſtat quod in tenebris remaneant. ¶ Particula autem illa, Vt, non finem, ſiue cauſam mouentem, ſed conſecutionem, ſiue euentum ad eorum facta amantium cæcitatem, & tenebras ſignificat.

Vt, coniũctio, duo ſignificat, cauſam, & conſecutionem.

Chriſtus cur imago Dei appelletur.

Ac ſubdit de Chriſto, *Qui eſt imago Dei*, ſicut etiam ad Coloſſ. 1. dicitur Dei imago inuiſibilis. Eſt autem Chriſtus perfectiſſima Dei imago. Sunt enim tria ad imaginis rationem neceſſaria, nimirum, ſimilitudo, origo, & perfecta æqualitas: quæ ſumma in Chriſto, & patre inueniuntur. Si enim inter imaginem, & eum cuius eſt imago, non eſſet ſimilitudo, nulla eſſet ratio imaginis. Similiter ſi non adeſſet perfecta æqualitas, quæ eſt ſecundum eandem naturam, perfectæ imaginis ratio ibi non eſſet. Nam imago Cæſaris in denario impreſſa, non erit Cæſaris perfecta imago, quia deeſt æqualitas ſecundum naturam. Chriſtus autem cõſubſtantialis eſt Patri. Et quia nomen imaginis non poteſt intelligi niſi per hoc, quod refertur ad aliud; ideo notat diſtinctionem Patris, & Filii.

In imagine tria neceſſario requiruntur.

Matth. 22.

Quintæ quæſt. ſol. Quorſum hæc: Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum, &c.

Ad quintum dicendum eſt, per illa priora verba Apoſtolum oſtẽdere. Euangelium Chriſti, & ſuum, vnũ & idem eſſe: ſed Chriſti vt Domini, & Mediatoris, ſuũ vero, quatenus miniſter erat verbi, & eorum, quibus illud miniſtrabat. Et illo verbo: *Non enim nos metipſos prædicamus*, pungit pſeudoapoſtolos,

Nobiliſſimum ſeruitutis genus quod. *Rom. 15.*

los, qui ſe ipſos prædicabãt apud populum vt magis ad ſeipſos, quam ad Chriſtũ quem euangelizabant, reſpicerent. Eſtque nobiliſſima ſeruitus, quæ etiam ipſi Chriſto Domino conuenit, vt homo erat, qui dictus eſt ab Apoſtolo miniſter circumciſionis, & de hac idem Apoſtolus dicebat, *Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus.* Et de hac altiſſima ſeruitute ſubiungit:

Gen. 2.

Ad ſextũ dubium. Vbi Deus dixit de tenebris lumẽ ſplendeſcere. *Pſal. 148.*

Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in facie Chriſti Ieſu. In quibus verbis Apoſtolus alludit ad verba Geneſis, in quibus habetur: *Terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, &c. Dixitq; Deus, Fiat lux, & facta eſt lux*, & ideo vtitur hic verbo Dicẽdi, quo frequenter ibi vtitur Moſes; & Dauid; *Ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mãdauit, & creata ſunt.* Ergo Dicere, eſt mandare.

Quomodo è tenebris lumen ſplẽduerit.

Et cum ait, *de tenebris*, nõ ſunt intelligendæ proprie, quaſi ſint pura priuatio; ſed ſignificat, de tenebroſa chao, ſiue materia informi fecit oriri lucem, non ſecus, atque ex lignis igni tactis lux oritur. Ita etiam in Eccleſiaſtico legimus: *Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens*, non aliqua nubecula illuminata, vt quidam ſentiunt, aut Sol quidam imperfectus, ſed lumen indeficiens, id eſt, immortale; & omni lucis proprietate ornatum ad mũdum hunc illuminandum. Ita ipſe Deus illuxit per gratiam ſuam nullo noſtro merito, cui dignitate exigente in cordibus noſtris tenebris ignorãtiæ, & peccatorum obſitis: quod nõ tantum in nobis ipſis præſtitit, ſed & nos aptos ad aliorum illuminationem fecit, tum clara, & perſpicua obiecta, id eſt, myſteria Chriſti reddẽdo, tum ex parte noſtra nos ad alios diſponendos ad Chriſtũ glorioſum cœlitus miſſum expectandũ, vel ſuſcipiendum. Et hoc *In facie Chriſti Ieſu*, Id eſt: per Ieſum Chriſtum, qui eſt facies Patris, quia ſine Chriſto Pater non cognoſcitur ¶ Vel etiam hic dici poſſet: ad illuminationem ſcientiæ glorioſæ Dei, quæ fulget in facie Chriſti ad hoc, vt ipſe agnoſcatur, & prædicetur. Alii vero pro illis verbis: *In facie Chriſti*, legũt, in perſona Chriſti, & ita habetur in emendatioribus codicibus, id eſt, vice Chriſti, quia capite ſequẽti Apoſtolus ait; Pro Chriſto legatione fungimur.

Eccl. 24. Sapientia diuina quid fecerit in cœlis vt oriretur lumen indeficiens. Eadẽ quomodo illuxerit in cordib. noſtris, vt ait Paulus.

Quid: In facie Chriſti Ieſu. *Matt. 11.* Illuminatio ſcientię claritatis Dei cur fulgeat in facie Chriſti Ieſu, ſecundũ aliquos 2. *Cor. 5.*

Septima ſoluitur dubitatio. Quis ille theſaurus in vaſis fictilib. quẽ habemus.

Ad ſeptimum de theſauro in vaſis fictilibus, dicẽdum, Apoſtolum declarare, non tãtum ore, & ſermone prædicari Chriſtum per miniſtros, ſed etiã per eos geſtari, quantum attinet ad facta manifeſta in corporibus noſtris fragilibus. Vtitur autem ſimilitudine pretioſi theſauri in vaſis teſtaceis reconditi, quę & vilia, & fragilia ſunt. Et metaphorice theſaurum vocat, ſpiritualem lucẽ corporum, quæ infinita eſt, & nobis debet eſſe pretioſa, & chariſſima, non ſecus atque theſaurus, quo nos ipſi ditamur, & efficimur diuinæ naturæ conſortes, & alios quoq; dictemus, vt paupertatem tenebrarũ ſuarum antiquarum, id eſt, ignorantiæ, & peccati agnoſcant, & à ſe ipſis propulſent, ac promereantur apud Deum æternæ vitæ remunerationem conſequi, & pro tali luce ſpirituali ſeruanda non dubitent in diſcrimen vitę ſe ipſos offerre. Ita Orig. hom. 9. in lib. Num. Spiritus ſancti gratiam, theſaurum vocat in vaſis fictilibus, id eſt, ſermonibus legis, qui viles, & in contẽptu habẽtur, pro eo quod nulla arte Grammatica expoliti videntur. De quo theſauro ait Salomon; *Theſaurus deſiderabilis, & oleũ in habitaculo iuſti.* Non enim omnibus idem theſaurus expetitur, ſed iuſtis, & piis eſt lumẽ diuinæ gratiæ, quod alitur oleo bonorum operum. Hic theſaurus in Euangelio inuenitur in agro, & abſconditur, vt comparari poſſit.

Cur ſic appelletur. 2. *Pet. 1.*

Orig. to. 1. Quid Origeni theſaurus in vaſis fictilibus. *Prou. 21.* Qui habeant illum theſaurum tantummodo, vtque cõſeruent, & augeant. *Matt. 13.*

Nec obſtat, theſaurũ ſpirituale reponi in vaſculo fictili: quia etiam anima ſpiritualis in corpore eſt, & pręcipue habitat in corde, ſiue in mente, & ſpiritu noſtro. Corpora autem vocat fictilia, vel teſtacea, de quib. Dauid: Ipſe cognouit figmẽtum noſtrum: recordatus eſt, quoniam puluis ſumus.

Qua fiat diuina prouidentia theſaurus, vt illa in vaſis fictilib. reponatur. *Pſal. 102.* Huius rei quam reddat rationẽ Apoſtolus. *Pſal. 113.*

Addit cur theſaurum tantum in tam vili materia reponat: *ſublimitas*, inquit, *ſit virtutis Dei & nõ ex nobis*: id eſt: Non virtuti noſtræ adſcribatur, ſed diuinæ virtuti, & dicere poſſimus: *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Ideo voluit Deus nos cõ emptui haberi, & tribulationib. exponi, vt magis inclareſceret eius gloria in eo theſauro in nobis ſeruando, & aliis communicando per prædicationem. Quod ſi vaſa eſſent impatibilia, virtus ſeruans non eſſet ex Deo, ſed ex nobis ipſis, & quo viliori, ac fragiliori vaſculo res pretioſa committitur, eo magis Deus eſt eius cuſtos: quare etſi hæc potentia nobis inſit, non tamen ex nobis. Probat autem aſſiſtentẽ in ſe Dei virtutem non à ſignis tantum, & prodigiis, quæ faciebat per ipſum, ſed multo magis ab efficacia & fructibus fidei, & charitatis patiẽtis quæ reuera ſunt maiora miracula.

Niſi in vaſis fictilib. reponeretur ille theſaurus, quid inde. Diuinam ſibi vim adeſſe, vnde potiſſimũ Apoſtolus deprehenderet.

Vnde ſubdit: *In omnibus tribulationem patimur.* Hoc eſt, vbique omni tempore, aut, omni in re tribulationem patimur. *Sed non anguſtiamur.* Vel, non anguſtamur. Quis enim tam ſtupidus natura eſſe poſſit, qui in preſſuris, tribulationibus gaudeat? tamen Paulus non ſolum non anguſtabatur, ſed amplius dilatabatur, inſtar ignis, qui dum

Paulus quomodo in omnib. tribulationẽ pateretur, ſed non anguſtaretur. Diuinę vis in Paulo veſtigium.

com-

comprimitur, excitatur potius, & ardentius ſcintillat. Affligi ergo in omnibus, fragilitatis eſt noſtræ: ſed animo non anguſtari, ſed potius dilatari, diuina eſt potentia, iuxta illud; Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi. *Aporiamur ſed non deſtituimur.* Græca habent ἀπορούμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι Et præpoſitio illa ἐξ in compoſitione auget Eſt autem aporiari vox Græca, non Latina, & ſignificat perplexum eſſe, inopia, & paupertate premi, conſilio, & auxilio indigere, dubitationibus diſcruciari, conſilii inopem deficere. Hinc aporia, eſt dubitatio, perplexitas, inopia: & dubitatio, & perplexitas ad animum ſpectans, ſicut inopia ad res exteriores. Anxii enim dubitatione ſunt qui dubitant quidnam ſit agendum, videntes vndique mala impendere. *Sed non deſtituimur.* Diuino conſilio, aut fauore, neque tædio vllo ſuperamur. *Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur.* Adiuuamur enim à Deo, vt poſſimus perferre, & Deus nonniſi derelinquentes ſe, derelinquit. Perſecutiones autem bonos Chriſto magis coniũgunt quàm ſeparant. *Humiliamur, ſed non cõfundimur.* Deeſt hoc hodie in Græcis codicibus, ſicut & in quibuſdam Latinis, etſi rectè dictum ſit. Nam vera & profunda humilitas non fert ſecum confuſionem, ſed ſcientiæ lumen, & exaltationem, *Deiicimur, ſed non perimus.* Id eſt: exturbamur ab hominum conſortio, vt nemo nobis faueat: ſed nõ perimus, quia Deus, & Angeli benignè nos ſuſcipiunt, ac fouent, *Semper*, inquit, *mortificationẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferẽtes.* Ecce quomodo geſtant Chriſtum in corporibus ſuis Apoſtoli. *Vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.* Dominum in hac parte imitantes; vt ſi commorimur ſimul cum Chriſto, viuamus etiam cum illo. Ambroſius mortificationẽ accipit pro parte, vt ſit ſenſus. Repræſentatur in corpore noſtro afflicto, & tribulato Chriſti mors; ſicut vita, & reſurrectio, dum liberamur à morte, quam certo putabamus nobis affuturam: vt cum obiicimur leonib⁹, & beſtiis, quę nobis parcere ſolent, & dum proiicimur in ignem, quem euadimus; & deiicimur in mare cum pondere ſubmergẽdi, & tamen ſeruamur viui, & incolumes. Et dũ Paulus lapidaretur in Antiochia Piſidię, relictus eſt pro mortuo; poſtea tamen inuentus eſt viuus, perinde atq; B. Sebaſtianus, qui cum ſagittis confixus, & quaſi mortuus relictus fuiſſet, tamẽ paulo poſt Diocletiano viuus occurrit, eiq; nimiam in Chriſtianos crudelitatẽ, & ſæuitiam exprobauit: non ſecus ac olim illud Chriſti corpus mortuum fuit, ac ſepulturæ traditum, diuina tamen Verbi virtute ad vitam hanc reuocatum fuit.

Pſal 4. Idem qua ratione aporiabatur. — Aporia quid. — Quare non deſtituebatur. — Perſecutiones iuſtis quid præſtent. — Paulus cũ humiliabatur, cur non confundebatur. — Cùm deiiceretur idẽ quare non peribat. — Paulus & cæteri omnes Apoſtoli quã obrem mortificationem Chriſti ſemper in ſuis corporibus circumferrẽt. *2. Timot. 2.* — Quomodo hanc mortificationem circumferrent. — Diuina erga illos prouidentia. *Act. 14.*

Et ſubdit: *Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum.* Id eſt: Nos quandiu viuimus: alioqui quis dubitaturus erat de vita eius? qui et ã ignorabat, ſemel mortuos in mortem denuo tradi non poſſe. Vocat ergo ſe Paulus viuentem; quod natura animo præditus eſſe excelſo, & intrepidè quæcunq; pericula ingrediebatur. Et rectè ait; Tradimur propter Ieſum: non propter propria noſtra crimina, quod glorioſiſſimum eſt, ſicut & illud reddere multas pro vna morte. Rectè loco Oecumenius ſcripſit: *Propterea*, inquit *a Deo permittimur tradi in mortem, vt manifeſtetur quod ſurrexit Chriſtus. Qui enim indies non ſuſcitat, certe ſeipſum quoque excitauit.*

Ergo mors in vobis operatur, vita autem in vobis. Senſus eſt: Quod nos ſæpe moriamur, fructum in nobis operatur humilitatis, & cognitionis noſtri ipſorum, & omnipotentiæ Dei, per quam non ſuccumbimus tot mortibus. *Vita autem in vobis operatur*; Quia videntes nos viuere, & non ſuccumbentes morti, operatur in vobis fidem veritatis, vt credatis nos veros eſſe Chriſti miniſtros, qui in Spiritu agimur.

Ad octauum verò, quomodo poſſit eſſe idem Spiritus fidei cum illo Dauidis Pſ. 115. cum vnicuique proprius fidei habitus inſit & iuxta numerum tot fidei habitus ſint, quot fideles: Dicendum eſt, hic non eſſe ſermonem de communi fide, ſed de Spiritu fidei, qui inter dona Dei connumeratur, 1. Cor. 12. quæ non tantum homini ineſt vt ſit Chriſtianus, ſed ad vtilitatem etiam, & ædificationem Eccleſiæ miniſtro datur iuxta illud: *Vnicuique datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem.* Alii, inquit, datur fides in eodem Spiritu: quem habuit ille, qui dixit: Credidi propter quod locutus ſum. Qui enim talem fidem, & tam magnificam habent non ſilent, vt Pythagorici, ſed mox per eam depromunt quis ſit Deus, vt confiteantur beneficia à Deo accepta, & in eis augeantur.

Etſi ergo omnis, qui fidem communem habet debeat fidem ore profiteri pro tempore, & loco quo interrogatur, factis verò & operibus habeat ſemper fidẽ exercere: qui tamen tale donum recipiunt, debẽt alios docere: dicitur tamen eadem fides, & idẽ Spiritus fidei, quia idem eſt autor, & idem eſt Spiritus, qui omnibus olim, & nunc eam nobis impertitur. Idem etiam quod attinet ad obiectum eius: nam verſatur circa illud:

Matth. 2. — Quo modo Paulus ſemper c viuebat, in mortẽ tr debatur. — Quare propter Ieſum tradebatur. — *Oecum. c.* Deus cur id permittebat. — Mors vt in Paulo operabatur, vita autem in Corinthiis. — VIII. dubi. ſolut. De eodem ſpiritu fidei quem Dauid & Paulus, vt ipſe aſſerit, habebant. *1. Cor. 12.* — *Pſal. 115.* Fidei illius efficacia. — Habens communẽ fidẽ, quid præſtare debet. *Rom. 10.* *Tit. 3.* — Hebræorũ fidei, & Chriſtianorum, & Spiritus cur idem Apoſtolo.

Nobiliſſimum ſerui tutis genus quod. *Rom.15.*

los,qui ſe ipſos prædicabãt apud populum vt magis ad ſeipſos,quam ad Chriſtũ quem euangelizabant,reſpicerent. Eſtque nobiliſſima ſeruitus,quæ etiam ipſi Chriſto Domino conuenit,vt homo erat,qui dictus eſt ab Apoſtolo miniſter circumciſionis,& de hac idem Apoſtolus dicebat, *Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus.* Et de hac altiſſima ſeruitute ſubiungit:

Gen.2.

Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere,ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei,in facie Chriſti Ieſu. In quibus verbis Apoſtolus alludit ad verba Geneſis,in quibus habetur: *Terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, &c. Dixitq; Deus, Fiat lux, & facta eſt lux*,& ideo vtitur hic verbo Dicẽdi, quo frequenter ibi vtitur Moſes; & Dauid; *Ipſe dixit,& facta ſunt; ipſe mãdauit,& creata ſunt.* Ergo Dicere, eſt mandare.

Ad ſextũ dubium. Vbi Deus dixit de teneb. lumẽ ſplendeſcere. *Pſal.148.*

Quomodo è tenebris lumen ſplẽduerit.

Et cum ait, *de tenebris*, nõ ſunt intelligendæ proprie, quaſi ſint pura priuatio; ſed ſignificat,de tenebroſa chao, ſiue materia informi fecit oriri lucem,non ſecus,atque ex lignis igni tactis lux oritur. Ita etiam in Eccleſiaſtico legimus: *Ego feci in cœlis,vt oriretur lumen indeficiens*,non aliqua nubecula illuminata,vt quidam ſentiunt, aut Sol quidam imperfectus,ſed lumen indeficiens,id eſt,immortale; & omni lucis proprietate ornatum ad mũdum hunc illuminandum. Ita ipſe Deus illuxit per gratiam ſuam nullo noſtro merito, cui dignitate exigente in cordibus noſtris tenebris ignorãtiæ,& peccatorum obſitis: quod nõ tantum in nobis ipſis præſtitit, ſed & nos aptos ad aliorum illuminationem fecit, tum clara, & perſpicua obiecta, id eſt, myſteria Chriſti reddẽdo,tum ex parte noſtra nos ad alios diſponendos ad Chriſtũ glorioſum cœlitus miſſum expectandũ, vel ſuſcipiendum. Et hoc *In facie Chriſti Ieſu*, Id eſt: per Ieſum Chriſtum, qui eſt facies Patris, quia ſine Chriſto Pater non cognoſcitur ¶ Vel etiam hic dici poſſet: ad illuminationem ſcientiæ glorioſæ Dei,quæ fulget in facie Chriſti ad hoc,vt ipſe agnoſcatur, & prædicetur. Alii vero pro illis verbis: *In facie Chriſti*, egũt,in perſona Chriſti,& ita habetur in emendatioribus cordibus,id eſt,vice Chriſti,quia capite ſequẽti Apoſtolus ait; Pro Chriſto legatione fungimur.

Eccl.24. Sapientia diuina quid fecerit in cœlis vt oriretur lumen indeficiens. Eadẽ quomodo illuxerit in cordib. noſtris, vt ait Paulus.

Quid: In facie Chriſti Ieſu. *Mat.11.* Illuminatio ſcientię claritatis Dei cur fulgeat in facie Chriſti Ieſu, ſecundũ aliquos *2.Cor 5.*

Septima ſoluitur dubitatio. Quis ille theſaurus in vaſis fictilib. quẽ habemus.

Ad ſeptimum de theſauro in vaſis fictilibus,dicẽdum,Apoſtolum declarare, non tãtum ore,& ſermone prædicari Chriſtum per miniſtros,ſed etiã per eos geſtari,quantum attinet ad facta manifeſta in corporib. noſtris fragilibus. Vtitur autem ſimilitudine precioſi theſauri in vaſis teſtaceis reconditi, quę & vilia,& fragilia ſunt. Et metaphorice theſaurum vocat,ſpiritualem lucẽ corporum,quæ infinita eſt, & nobis debet eſſe pretioſa,& chariſſima,non ſecus atque theſaurus, quo nos ipſi ditamur, & efficimur diuinæ naturæ conſortes,& alios quoq; dicemus,vt paupertatem tenebrarũ ſuarum antiquarum,id eſt, ignorantiæ, & peccati agnoſcant,& à ſe ipſis propulſent,ac promereantur apud Deum æternæ vitæ remunerationem conſequi,& pro tali luce ſpirituali ſeruanda non dubitent in diſcrimen vitę ſe ipſos offerre. Ita Orig.hom. 9. in lib.Num. Spiritus ſancti gratiam,theſaurum vocat in vaſis fictilibus,id eſt, ſermonibus legis,qui viles,& in contẽptu habẽtur, pro eo quod nulla arte Grammatica expoliti videntur. De quo theſauro ait Salomon; *Theſaurus deſiderabilis,& oleũ in habitaculo iuſti.* Non enim omnibus idem theſaurus expetitur,ſed iuſtis,& piis eſt lumẽ diuinæ gratiæ,quod alitur oleo bonorum operum. Hic theſaurus in Euangelio inuenitur in agro, & abſconditur,vt comparari poſſit.

Cur ſic appelletur. *2.Pet.1.*

Orig.to.1. Quid Origeni theſauros in vaſis fictilibus. *Prou.21.* Qui habeant illum theſaurum tantummodo,vtque cõſeruent, & augeant *Matt.13*

Nec obſtat, theſaurũ ſpiritualẽ reponi in vaſculo fictili: quia etiam anima ſpiritualis in corpore eſt,& pręcipue habitat in corde,ſiue in mente,& ſpiritu noſtro. Corpora autem vocat fictilia,vel teſtacea,de quib. Dauid: Ipſe cognouit figmẽtum noſtrum: recordatus eſt,quoniam puluis ſumus.

Qua fiat diuina prouidentia theſaurus,vt illa in vaſis fictilib. reponatur. *Pſal 102.*

Addit cur theſaurum tantum in tam vili materia reponat: *ſublimitas*, inquit, *ſit virtutis Dei & nõ ex nobis*: id eſt: Non virtuti noſtræ adſcribatur,ſed diuinæ virtuti, & dicere poſſimus: *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Ideo voluit Deus nos cõ emptui haberi,& tribulationib. exponi, vt magis inclareſceret eius gloria in eo theſauro in nobis ſeruando,& aliis communicando per prædicationem. Quod ſi vaſa eſſent impatibilia, virtus ſeruans non eſſet ex Deo,ſed ex nobis ipſis,& quo viliori,ac fragiliori vaſculo res pretioſa committitur,eo magis Deus eſt eius cuſtos: quare etſi hæc potentia nobis inſit, non tamen ex nobis. Probat autem aſſiſtentẽ in ſe Dei virtutem non à ſignis tantum,& prodigiis,quæ faciebat per ipſum,ſed multo magis ab efficacia & fructibus fidei,& charitatis patiẽtis quæ reuera ſunt maiora miracula.

Huius rei quam reddat rationẽ Apoſtolus. *Pſal.113.*

Niſi in vaſis fictilib. reponeretur ille theſaurus, quid inde. Diuinam ſibi vim adeſſe,vnde potiſſimũ Apoſtolus deprehenderet.

Vnde ſubdit: *In omnibus tribulationem patimur.* Hoc eſt,vbique omni tempore,aut, omni in re tribulationem patimur. *Sed non anguſtiamur*. Vel,non anguſtamur. Quis enim tam ſtupidus natura eſſe poſſit, qui in preſſuris,tribulationibus gaudeat? tamen Paulus non ſolum non anguſtabatur, ſed amplius dilatabatur,inſtar ignis, qui dum

Paulus quomodo in omnib. tribulationẽ pateretur, ſed non anguſtaretur. Diuinę vis in Paulo veſtigium.

com-

compr͡imitur, excitatur potius, & ardentius ſcintillat. Affligi ergo in omnibus, fragilitatis eſt noſtræ: ſed animo non anguſtari, ſed potius dilatari, diuina eſt potentia, iuxta illud; Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi. *Aporiamur ſed non deſtituimur.* Græca habent ἀπορούμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι Et præpoſitio illa ἐξ in compoſitione auget Eſt autem aporian vox Græca, non Latina, & ſignificat perplexum eſſe, inopia, & paupertate premi, conſilio, & auxilio indigere, dubitationibus diſcruciari, conſilii inopem deficere. Hinc aporia, eſt dubitatio, perplexitas, inopia: & dubitatio, & perplexitas ad animum ſpectans, ſicut inopia ad res exteriores. Anxii enim dubitatione ſunt qui dubitant quidnam ſit agendum, videntes vndique mala impendere. *Sed non deſtituimur.* Diuino conſilio, aut fauore, neque tædio vllo ſuperamur. *Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur.* Adiuuamur enim à Deo, vt poſſimus perferre, & Deus nonniſi derelinquentes ſe, derelinquit. Perſecutiones autem bonos Chriſto magis coniũgunt quàm ſeparant. *Humiliamur, ſed non cõfundimur.* Deeſt hoc hodie in Græcis codicibus, ſicut & in quibuſdam Latinis, etſi rectè dictum ſit. Nam vera & profunda humilitas non fert ſecum confuſionem, ſed ſcientiæ lumen, & exaltationem. *Deycimur, ſed non perimus.* Id eſt: exturbamur ab hominum conſortio, vt nemo nobis faueat: ſed nõ perimus, quia Deus, & Angeli benignę nos ſuſcipiunt, ac fouent. *Semper,* inquit, *mortificationẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferẽtes.* Ecce quomodo geſtant Chriſtum in corporibus ſuis Apoſtoli. *Vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.* Dominum in hac parte imitantes; vt ſi commorimur ſimul cum Chriſto, viuamus etiam cum illo. Ambroſius mortificationẽ accipit pro parte, vt ſit ſenſus. Repręſentatur in corpore noſtro afflicto, & tribulato Chriſti mors; ſicut vita, & reſurrectio, dum liberamur à morte, quam certo putabamus nobis affuturam: vt cum obiicimur leonib⁹, & beſtiis, quę nobis parcere ſolent, & dum proiicimur in ignem, quem euadimus; & deiicimur in mare cum pondere ſubmergẽdi, & tamen ſeruamur viui, & incolumes. Et dũ Paulus lapidaretur in Antiochia Piſidię, relictus eſt pro mortuo; poſtea tamen inuentus eſt viuus, perinde atq; B. Sebaſtianus, qui cum fuiſſet ſagittis confixus, & quaſi mortuus relictus fuiſſet, tamẽ paulo poſt Diocletiano viuus occurrit, eiq; nimiam in Chriſtianos crudelitatẽ, & ſæuitiam exprobauit: non ſecus ac olim illud Chriſti corpus mortuum fuit, ac ſepulturæ traditum, diuina tamen Verbi virtute ad vitam hanc reuocatum fuit.

Pſal 4. Idem qua ratione aporiabatur.

Aporia quid.

Quare non deſtituebatur.

Perſecutiones iuſtis quid præſtent.

Paulus cũ humiliabatur, cur non confundebatur.

Cùm deiiceretur idẽ quare non peribat.

Paulus & cæteri omnes Apoſtoli quã obrem mortificationem Chriſti ſemper in ſuis corporibus circumferrẽt. *2. Timot 2.* Quomodo hanc mortificationem circumferrent.

Diuina erga illos prouidentia. *Act. 14.*

Matth.

Et ſubdit: *Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum.* Id eſt: Nos quandiu viuimus: alioqui quis dubitaturus erat de vita eius? qui et ã ignorabat, ſemel mortuos in mortem denuo tradi non poſſe. Vocat ergo ſe Paulus viuentem; quod natura animo præditus eſſe excelſo, & intrepidè quæcunq; pericula ingrediebatur. Et rectè ait; Tradimur propter Ieſum: non propter propria noſtra crimina, quod gloriosiſſimum eſt, ſicut & illud reddere multas pro vna morte. Rectè loco Oecumenius ſcripſit: *Propterea,* inquit *à Deo permittimur tradi in mortem, vt manifeſtetur quod ſurrexit Chriſtus. Qui enim indies non ſuſcitat, certe ſepulturum quoque excitauit.*

Quomodo Paulus ſemper cum viueret, in mortẽ tradebatur.

Quare propter Ieſum tradebatur.

Oecum. c. Deus cur id permittebat.

Ergo mors in vobis operatur, vita autem in vobis. Senſus eſt: Quod nos ſæpe moriamur, fructum in nobis operatur humilitatis, & cognitionis noſtri ipſorum, & omnipotentiæ Dei, per quam non ſuccumbimus tot mortibus. *Vita autem in vobis operatur;* Quia videntes nos viuere, & non ſuccumbentes morti, operatur in vobis fidem veritatis, vt credatis nos veros eſſe Chriſti miniſtros, qui in Spiritu agimus.

Mors vt in Paulo operabatur, vita autem in Corinthiis.

Ad octauum verò, quomodo poſſit eſſe idem Spiritus fidei cum illo Dauidis Pſ. 115. cum vnicuique proprius fidei habitus inſit & iuxta numerum tot fidei habitus ſint, quot fideles: Dicendum eſt, hic non eſſe ſermonem de communi fide, ſed de Spiritu fidei, qui inter dona Dei connumeratur, 1. Cor. 12. quæ non tantum homini ineſt vt ſit Chriſtianus, ſed ad vtilitatem et aliorum, & ædificationem Eccleſiæ miniſtro datur iuxta illud: *Vnicuique datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem.* Alii, inquit, datur fides in eodem Spiritu: quem habuit ille, qui dixit: Credidi propter quod locutus ſum. Qui enim talem fidem, & tam magnificam habent non ſilent, vt Pythagorici, ſed mox per eam depromunt quis ſit Deus, vt confiteantur beneficia à Deo accepta, & in eis augeantur.

VIII. dubium ſoluitur. De eodem ſpiritu fidei quem Dauid & Paulus, vt ipſe aſſerit, habebant.

1. Cor. 12.

Pſal 115. Fidei illius efficacia.

Etſi ergo omnis, qui fidem communem habet debeat fidem ore profiteri pro tempore, & loco quo interrogatur, factis verò & operibus habeat ſemper fidẽ exercere: qui tamen tale donum recipiunt, debẽt alios docere: dicitur tamen eadem fides, & idẽ Spiritus fidei, quia idem eſt autor, & idem eſt Spiritus, qui omnibus olim, & nunc eam nobis impertitur. Idem etiam quod attinet ad obiectum eius: nam verſatur circa illud:

Habens communẽ fidẽ, quid præſtare debet. *Rom. 10.* *Tit. 3.* Hebræorũ fidei, & Chriſtianorum, & Spiritus cur idem Apoſtolo.

Tit.1. *Ephes.4.*

Omne reuelatum à Deo eſt credendum. Vnde ad Titum vocat communem fidem, eo quod omnes attingat, iuxta illud; *Vna fides, vnum baptiſma*; & illud Magni Athanaſii: *Fides autem Catholica hæc eſt: Vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur.* Quod vero Iudæi crediderint Chriſtũ venturum, & pro humani generis ſalute moriturum, nos vero iam veniſſe, & pro nobis mortem oppetiiſſe; fidem non variat, cum ſit accidentarium.

Si eadem fides veterum Iudæorum, & noſtra cur illi venturum Chriſtum credebant, nos vero iã veniſſe.

CXV. Arg. Pſalmi: Credidi propter quod locutus ſum nimis, &c. quodnam ſit.

Cum autem hic Pſalmus 115. in Hebræa litera idem omnino ſit cum præcedẽti 114. in cuius fine legimus: *Placebo Domino in regione viuorum.* Et deinde poſt illam promiſſionem ſequatur: Credidi propter quod locutus ſum; colligimus, fidem illam eſſe æternorum bonorum. Cum etiam Propheta non dicat, quid crediderit; putant nonnulli, Dauidem illi fidem habuiſſe, & liberandum ſe à maximis periculis, & anguſtiis, in quibus verſabatur, dum Saulem fugeret. Vnde ſubdit: *Ego autem humiliatus ſum nimis*; & rurſus, *ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax*, &, *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*; vt non facile permittat Deus pios ab impiis necari. Hæc eſt enim ſumma totius illius pſalmi.

Dauid quid crediderit propheta.

Eiuſmodi fide diuina Apoſtolus inſtructus quid loquebatur.

Eundem ergo nacti Spiritum fidei, quo ille in perſecutionibus, & tentationibus conſtitutus confidenter dicebat: Credidi propter quod locutus ſum, ita & nos indubitata fide credimus, & ob eam cauſam cõfidenter loquimur, quod nõ modo ab vniuerſis periculis, & mortibus ſimus eximẽdi, verum etiam. *Scientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcum.* Qui a fidei noſtræ, & tribulationũ noſtrarum eſtis participes, vt commune quoque gloriæ conſortium ſit exhibiturus. Et ait, *Scientes*, non autem, Opinantes, ſed certa fide tenentes: hic eſt enim fidei noſtræ finis, nempe ſalus animarum.

Fidei finis quis ille.

Subdit: *Omnia enim propter vos.* Scilicet & dicimus, & facimus. *Vt gratia abundans, per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.* Hæc gratiarum actio fieri debet à multis, quoniam etiam illa gratia abundans ad multorum vtilitatem data eſt.

Per multos cur fieri volebat gratiarum actiones Apoſtolus.

IX. dub. ſolut. De exteriori homine qui corrumpitur quis nam ſit. *Orig. to.1.*

Ad nonum dubium in illud; *Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur; tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem.* Recte Origenes homil.13. in Ezechielem ſcripſit, hominem veterem ab infantia per pueritiam, & adoleſcentiam per ſenectutem in interitum, & corruptionem tendere: interiorem vero à vetuſtate peccati, & ſenectute tendere ad pueritiam, & infantiam. Et is renouatur de die in diem, propter aſſiduam à bonis operibus ſanctificationem. Nec hæc renouatio fit vno momento ipſius cõuerſionis: ſicut vno momẽto obtinetur illa renouatio, quæ fit in baptiſmo remiſſis omnibus peccatis. Sed vt aliud eſt carere febri, aliud ab infirmitate febribus affecta reualeſcere, & aliud eſt infixam ſagittam de corpore extrahere, aliud vulnus quod ea factum eſt ſanare: ita prima curatio, eſt cauſam amouere lãguoris, quod fit per omnium peccatorum indulgẽtiam, aliud ipſum ſanare languorem, quod fit paulatim proficiendo in renouatione imaginis, in qua erit perfecta Dei ſimilitudo. Relictus ergo nobis eſt animus excolendus, & quaſi ager, ſpinis purgandus, & quaſi arbor luxuriantibus ramis aſſidue ab agricola cœleſti putãda, vt fructum plus afferat, vt ita veniat perfecta renouatio, quæ neſcit interitum. Eſt autem vnus & idem homo quaſi duplex: eſt enim homo interior, & exterior.

Vt renouetur ille de die in diem ſecundum Origenem.

Quare de die in diem non ſtatim renouetur. *Ioan.15.*

Dubitari poſſet, an idem ſit homo vetus, & nouus? Reſpondeo: ſicut homo vetus, & homo nouus nõ ſunt duo homines, ſed vnus, licet ſecundum aliquid vetus, & ſecundum aliud nouus dicatur; ita homo exterior, & homo interior non ſunt duo homines, ſed vnus & idem ſecundum diuerſa ſic appellatus. Rurſus nec idẽ eſt homo vetus, & homo exterior, quare nec idẽ eſt homo nouus, & interior. Vetus enim homo conſiſtit in culpa, & in pœna: quæ duo non ſolum inueniuntur in homine exteriori: homo vero nouus intelligitur ſecũdum iuſtitiam, & gloriam; quæ duo etiam ad hominem interiorem pertinent: homo vero exterior eſt, quicquid habemus commune cũ brutis; homo interior, quicquid commune nobis eſt cum Angelis. Et ſicut Roma. 2. ponit Paulus Iudæum duplicem, nempe in carne, & in manifeſto circumciſionis, ſiue in litera, & Iudæum alterum in abſcondito cordis, & in ſpiritu, ſiue in circumciſione ſpirituali. Alibi etiam hortatur nos ad deponendum veterem hominem, & ad induendum nouum: non tamen hortatur ad deponendum exteriorem hominem, & ad induendum interiorem: quare diſtincta illa eſſe oportet.

Homo vetus & homo nouus an ſit vnus & idem.

Vtriuſque hominis propria.

Rom.2. Iudæus qui duplex Apoſtolo.

Ephes.4.

Ad poſtremum dubiũ in id: *Id enim quod in praſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ.* Reſpondemus, quod vbi renouationem interni hominis per tribulationes, & flagella indicauit; proponit iam ingens præmium, quod quiſque ſibi per eas promeretur, Vt enim Chriſtus factus obediens vſque ad mortem, reſurrectionem ſibi, & in cœlos exaltationem, & nominis ſui, cui omnia genua flectantur, gloriã comparauit

X. dub. propoſitũ paulo poſt ſoluetur. Tribulationum præmium.

Philip.2.

ita &

ita & Chriſti membra per eandem rationē voluit exaltari, & nominata in Eccleſia reddi, & omnium linguis celebrari, & vitæ æternæ præmium ſibi promereri. Et ad exprimendas vitæ illius cœleſtis opes ac theſauros, honeſtiſſimo gloriæ (quam nemo non expetit) vocabulo deſcripſit: nec illo contentus, addidit: pondus, vt ſolida videatur, & non tranſitoria gloria, ac vana, vt eſt mundana. Et quia reddenda eſt in æternum à Deo æterno; ideo addidit: *Æternum gloriæ pondus.* Nec his vocibus contentus adiecit: *Supra modum in ſublimitate.* Pro quibus verbis Græce legimus; καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, id eſt, de hyperbole in hyperbolen, ſiue, præter modum, & ſupra modum excelſa huius temporis paſſiones, quæ non tantum momentaneæ, ſed & leues ſunt. Et addit verbū, *Operatur*, eſt autem apud Paulum operari, aliquid promereri, & facere ſibi debitam mercedem, iuxta illud; *Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum*; quod tamen gratiæ ipſi Dei nititur, & pacto nobiſcum inito. Operatur autem, vt dixi, non efficienter, quod eſt impoſſibile, ſed per viam meriti, vt dixi: quoniam etſi Paulus alio loco aſſeruerit non eſſe condignas paſſiones, & afflictiones huius temporis ad futurā gloriam, quæ reuelanda eſt in nobis; intellige tamen non eſſe pares & condignas ex ſeipſis, & natura ſua, ſed ex Dei gratia, & pacto, & iure adoptiuæ Dei filiationis. Et moris Regū eſt ſemper proponere maiora præmia, quam mereatur curſus, aut victoria in certamine.

Gloriæ pōdus cur nominet Apoſtolus.

Quid eſt: ſupra modum in ſublimitate.

Operari quid Apoſtolo. *Rom. 4.*

Vlt. quæſt. ſolut. Tribulationis vt æternam gloriæ pōdus operātur in nobis, ſi non ſunt condignæ paſſiones ad futuram gloriam.

Qualis Dei munificentia in remunerādo. *Rom. 8.*

Et perpende Pauli artificium: interdum enim afflictiones extenuato oppoſitis præmiis ampliſſimis, docens afflictiones piorū minimum habere acerbitatis, & ſi cum infinito, & æterno gloriæ bono conferantur: aliquando vero exaltat, & vim illarum, ac meritum exaggerat, vt paſſiones, & afflictiones ſubire non formidemus. Quis autē Demoſthenes, aut Cicero tanta vi dicendi, & vbertate orationis præditus potuiſſet ita exprimere; & exaggerare rem iſtam, vt hic Paulus facit, qui mirifice animos noſtros ſuſpendit, & in admirationē excitat, vt non tam hæc audire, quā intueri videamur? Magnam enim ante tribulationi opponit gloriam, leuitati pondus ſupra modum excedens, temporali tranſeūti opponit æternū. Quod ergo tribulatio momentanea in corpore ſit, liquidum eſt, quia vniuerſum tempus æternitati comparatum, nihil eſt. Intellige autem, quod leuis ſit amanti ſpiritualia, & Chriſtum, pro quo leuis eſt omnis iactura corporis, & temporalium bonorum omnium, & leue eſt quicquid homo in hac vita pati poteſt, relatum ad id, quod anima ſeparata pati valet.

Pauli grādiloquentia ſummo artificio coniuncta.

Momentanea & leuis quare tribulatio.

Et ſubdit: *Non contemplantibus nobis quæ videntur; quæ enim videntur, temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna ſunt.* Hæc vice interpretationis addidit Apoſtolus. Præſentia omnia, temporanea ſunt, quæ oculis corporis perſpicimus: futura, quæ æterna ſunt, & immortalia, oculis fidei cernimus. Altius enim lumen eſt fidei, quam lumen rationis & lumen rationis altius lumine ſenſus: & viſio æternæ gloriæ maius lumen eſt, quam illud fidei. Ita vt hæc fides, ea, quę videntur, omnia reddat quodammodo inuiſibilia; quæ vero ſub aſpectum non cadunt, aſpectabilia nobis efficit. Hinc alibi dixit: *Fides, eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.*

Viſibilium & inuiſibilium rerum differentia.

Hebr. 11.

Non ergo contemplantibus nobis quæ videntur, & temporalia ſunt. Hoc eſt: Non conſiderantibus nobis, nec in pretio habentibus, aut pro ſcopo noſtro, & fine habentibus, quæ ante oculos conſpiciuntur præmia. Loquitur enim de præmiis, ſiue ſint viſibilia, qualia ſunt gloria corporis ſuſcitati, & dotibus glorioſis ornati, ſiue inuiſibilia, vt viſio cōprehenſio, fruitio, & poſſeſſio. *Quæ autem non videntur, æterna ſunt.* Ad quę vt ad ſcopū, & verum noſtrum finem, ſpectare debemus, in quo eſt vera, & ſempiterna beatitudo, ad quam per prædictas afflictiones ac tribulationes forti, & alacri animo ingredi contendimus, pręeunte Ieſu duce, & victore, qui dixit: *Confidite, ego vici mundum*; &, *Nonne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* quo ea ratione expetibilior, & munificentior eſſe æternæ vitæ adeptio, & poſſeſſio. Atque de hoc Capite hactenus dictum ſit.

Præmia quæ nobis minime ſpectanda, atque expectanda.

Quæ vero ſint.

Hebr. 6.

Ioan. 16. *Luc. 24.*

DISPVTATIO VI.

In verba Apoſtoli: Ca. 5. *Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ſed æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiſcimus habitationem noſtram quæ de cælo eſt, ſuperindui cupientes, ſi tamen veſtiti, & non nudi inueniamur,* &c. vſque in finem Capitis 5.

I. Dubit.

EXPLICANDVS primo loco venit ſcopus huius Capitis: declarat enim excellens gloriæ æternæ pondus, primum quantum ad corpus ſuſcitatum, &

Hebr.13. gloriæ dotibus veſtitum; deinde quantum ad animum noſtrum à corpore ſeparatum: & exponit nos hic vere exulare, nec habere ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirere.

II. dubitat. Secundo loco dubitatur, quid ſignificet hæc terreſtris domus noſtra: an aliquod domicilium ex lapidibus, & terra contextum, cum ipſum etiam cœlum opus ſit manuum, & digitorum Dei quoniam videbo, inquit ſanctus Dauid, cœlos tuos, opera digitorum tuorum, &c. cum prorſus idem ſit corpus, & eiuſdem temperaturæ. Pſal.8.

III. Tertio dubiũ eſt, quis eſt ille gemitus, quẽ pro habitatione noſtra de cœlo ſuperinduenda edimus: quid item eſt illud: Si tamen veſtiti, & non nudi inueniamur, & ad quid alludit Apoſtolus in eo loco: & quomodo non veſtis aliqua, ſed domicilium ſuperinduendum ſit: deniq; qua ratione ait. Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri; cum aliter alibi doceat Apoſtolus, nempe: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto; & Elias petiuit animæ ſuæ vt moreretur. Et vſque adeo hoc votum efficax eſt, & validum, vt quidam ſapientes, & iuſti habiti, vitam ſuam abrumpere non formidauerint. Philip 1. 3.Reg.19.

IV. Quarto dubitatur in illud: *Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus*: nam obſcurum videtur, & ægre intelligibile. 2.Cor 1. Epheſ.1.

V. Quinto in illud: *Quoniam dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore; & præſentes eſſe apud Dominum*: Quomodo ſcilicet Apoſtolus ait, nos, dum ſumus in hoc mortali corpore, exules eſſe; cum Scriptura clamet Deum nobis eſſe præſentem, & quod in ipſo viuimus & mouemur, & ſumus? & quod Sancti veteris Synagogæ Patres omnes ad nuntium mortis trepidauerunt, & illam horruerunt, vt Dauid, & Ezechias. *Et ideo*, inquit, *contendimus, ſiue abſentes, ſiue præſentes placere illi*; quod videtur dixiſſe ob imminens iudicium futurum, in quo reddenda eſt ratio omnium operũ ab omnibus per carnem factorũ. 3.Reg.17. Act.12. Pſal.6. Eſai.38.

VI. Sexto, quomodo ait: *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti*, cum perfecti nõ ſint iudicandi, ſed alios iudicaturi: mali etiã & impii in iudicium non veniant, de quibus: *Qui non credit, iam iudicatus eſt*; & Dauid: *Ideo non reſurgunt impij in iudicio*. Et cum ait: *propria corporis prout geſſit*, poſſet dubitari de pueris, qui nihil egerunt per ſeipſos, quod proprium dici poſſit, peccatum autem originale ſit omnibus commune. Matth.19. Ioan 3. Pſal.1.

VII. Septimo dubiũ eſt, circa illud: *Scientes ergo timorem Domini hominibus ſuademus, &c.*

VIII. Octauo, quid ſit illud: *Siue enim mente excedimus, Deo ſiue ſobrij ſumus, vobis*. Videntur enim obſcura verba: & qua ratione homines pii hic inſaniant, & ſobrie agentes ſint pro aliis, cum ſobrie agens ſibi tantum proſpiciat.

IX. Nono dubium eſt, quid illud: Neminem nouimus ſecundum carnẽ cum homines nonniſi per carnem, & faciẽ agnoſcamus: & quomodo vnquam potuit cognoſci ſecundum carnem Chriſtus, cum nondum fuiſſet incarnatus? aut quomodo, poſtquam mortuus eſt, & cœlos conſcendit ſecundum carnem agnoſci poteſt.

X. Decimo circa illud: *Si qua ergo in Chriſto noua creatura* dubium eſt, quia non videtur plena oratio, ſed aliquid ſupplẽdum eſſe videtur.

XI. Poſtremo, quomodo Chriſtus dicitur peccatũ ignorare, quia omnia nouit; aut quomodo dicitur Chriſtum feciſſe peccatum, cum de ipſo ſcriptum ſit: *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius*. Et quomodo iam reconciliati iubentur vt reconcilientur cum Deo. Hæc pauca breuibus ſunt à nobis diſſoluenda. Eſa.53. & 1.Pet.2.

Solut.I. quæſt. Quid propoſitum Apoſtolo in hoc cap. Ad primum dubium: per terreſtrem domum, vel vt Græca habent: *Si terreſtris huius domus tabernaculum diſſoluatur*: quidem craſſe interpretati ſũt terreſtres ædes, quas inhabitamus. Sed hoc vanum videtur, quia poſt deſtructas ædes noſtras, nõ ſtatim cœleſtem ædificationem accipimus. Loquitur ergo de corpore poſt reſurrectionem excitando. Habet enim libenter Apoſtolus ſermonem de reſurrectione, quam aliqui ex Corinthiis vel negabant, vel irridebant, vt olim Athenienſes, vel de ea dubitabant. Act.17. Et ſicut ſuperius duos depinxit homines, alterum internum, externum alterum, cum tãtum ſit vnus homo; ita hoc loco duo finxit domicilia, idem indicans per hanc allegoricam quod ſuperiori, nonnihil mutato orationis habitu.

Ad II. dub. Terreſtris domus quænam huius habitationis diſſoluatur. Terrenum domicilium vocat hoc corpus mortale, & corruptioni obnoxium, quod in illo ad tempus, veluti in conducto hoſpitio verſemur: vnde & σκῆνος Græce, id eſt, tabernaculum vocat, quod viatorũ, & militum, & paſtorũ eſſe ſolet, metaphora ſumpta à tabernaculis; quæ ad temporalẽ vſum extruuntur ex leui materia, & ſine ſolido fundamento, quod paulo poſt diruitur, & poſt cadit: ita corp' mortale ad tempus datum eſt vt caducum tuguriũ. Vnde & Patriarchæ, vt Apoſtolus ad Hebr. expendit, in tabernaculis per fidẽ inhabitabant; & princeps Apoſtolorũ in priori ſua Canonica eadem metaphora vtitur; ſanctus etiã Iob qui dixit: *Quanto magis hi qui habitant domos luteas, quæ terrenum habent fundamentum, conſumẽtur velut à tinea? quæ de veſte prodit, & veſtem corrodit: ita corruptio egreditur à corpore, & illud conuertit in terrã.* Hinc opponit ædificiũ Hebr.11. 1.Pet.? Iob.4. Tinea, & corruptio vnde prodeant. Matth.6.

perpetuæ

Terreſtris domus illa quam ædificationem habet ex Deo.
Philip.3.

Perpetuæ durationis: quo nomine aut beatæ immortalitatis ſtatus, qui poſt mortem manet, notatur; aut corpus incorruptibile & glorioſum, quale erit poſt reſurrectionẽ. Vnde Paulus dixit ad Philippenſes: *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Quocunq; autem modo interpreteris, nihil eſt incommodi: etſi tutius ſit ita accipere, vt initium huius ædificii ſit beatæ animæ ſtatus poſt mortem; conſummatio vero, ſit gloria vltima reſurrectionis.

Domus illa non manufacta quid Apoſtolo.
Pſal.8.

Quod autem ait; *Non manu factam.* De humana manu interpretandum eſt: nihil tamen effugit Dei manum, qui etiam digitis ſuis dicitur cœlos condere, quaſi altum & præclarum opus. Etſi ergo idem ſit corpus, quod ad ſubſtantiam attinet, aliud tamen atque aliud eſt, quod ad conditiones, & qualitates ſpectat.

Apoſtolus in eo quod ingemiſcebat habitationem ſuã quæ de cœlo eſt, ſuperindui cupiens, quid innueret.

Ad tertium dubium ſuper id: *Nam & in hoc ingemiſcimus,* &c. infra reſpondemus, illud interim dicendo, hoc ideo ab Apoſtolo dictum eſſe, vt conſtaret Sanctorum ſpes, & quantũ ſit ipſorum deſiderium. Tantum enim abeſſe, inquit, vt veritatis nomine ſubire mortem horreamus, vt magis corporis mole exonerari, & glorioſo corpore amiciri optemus. Ex quo oſtendit, naturale eſſe deſiderium, vt exuti corruptibili domicilio, aliud incorruptibile ſuperinduamur, pro quo hic frequenter gemimus, de quo Paulus ad Romanos ait: *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat;* & infra: *Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, &, parturit vſq; adhuc. Non ſolũ autem illa, ſed & nos ipſi primitias Spiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri.*

Rom.8.

Ædificatio ſeu habitatio noſtra quæ de cœlo ſit.
Quid eſt: Si tamen veſtiti & non nudi inueniamur.
Luc.15.
Matth.22.
Apoc.19.
Fidelium peculiare veſtimentum quod.

Et habitationẽ, ait noſtram, quæ de cœlo eſt, id eſt, in Chriſti capitis noſtri corpore, noſtræ futuræ immortalitatis imago, & ſeminarium eſt. Quod vero ſubiungit: *Si tamen veſtiti & non nudi inueniamur.* Hoc eſt: Si modo, cum de vita excedimus, non ſpoliati gratia inueniamur, quæ prima eſt ſtola de qua dixit Pater ad ſeruos: Adferte ſtolam primam, & induite illum. Alludit etiam ad veſtem nuptialem; vt digniſſimus apparere in nuptiis Agni, & recipere ſecundã ſtolam gloriæ. Et hoc verbo, *Si tamen non nudi,* &c. reſtringit ſermonem ſuum de ſtola ſecunda ad fideles tantum, quia illorum eſt peculiare veſtimentum. Exuuntur namque etiam impii corpore: ſed quia nihil in conſpectu Dei præter ignominioſam nuditatẽ accipient: ideo corpore glorioſo nõ ſuperueſtientur. Fideles vero quia per baptiſmũ Chriſtum induerunt, & fidei iuſtitia, atque operibus bonis induti in cõſpectu eius apparuerunt immortalitatis glorioſam veſtẽ recipient: impii vero non adferent veſtem candidam, quam acceperant in Baptiſmo.

Infideles quare non ſuperueſtientur, ſed fideles.

Ad III. dubium.
De ſenſu huius loci: Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtrã quæ de cœlo eſt, ſuperindui cupientes. &c.

Ac vt verũ fatear, hic ſane locus, de quo vt dixi, tertio loco dubitatum fuit, nempe; *Nam & in hoc ingemiſcimus,* &c. perdifficilis eſſe videtur, quia conueſtitus eſt præſenti metaphora. & phraſis eſt inuſitata, & ſolœcizãs, & facit ne facile poſſit ſenſus eius verus accipi, quem veteres Patres huic loco tradidere. Ait enim nos ingemiſcere, vt domicilium ſuper cœleſte ſuperinduere mereamur, ſentiẽs beati corporis immortalitatẽ. Superuacaneum aũt videtur adiicere. *Si tamen veſtiti, & non nudi inueniamur;* cum fieri nequeat, vt qui gloria immortalitatis ſuperueſtitus eſt, poſſit nudus, aut non veſtitus eadem gloria apparere. Quid aũt in hac clauſula de nuditate ſentiat ab iſta iam dicta gloria, palam indicant veteres Patres.

Solutio.

Dicendum ergo, quod cum prius non ſatis aperte dixiſſet, huiuſmodi habitationẽ ſuperinduere cupere, quaſi rem explanando ſubiunxit: Si tamen veſtiti, & non nudi inueniamur; ac ſi planius dicat: Hic in vitæ huius tribulationibus ſuſpiramus, cœleſte, & incorruptibile domicilium optantes induere; ſic tamen vt ne nudi, etiãſi ſimus immortali corpore induti, ſed cũ immortalitate etiã & gloria inueniamur ſuperueſtiti. Fruſtra ſiquidem, imo miſere fuerimus immortales, niſi cum immortalitate fuerimus cœleſti gloria donati: quandoquidem omnes iuxta Apoſtolum, tam pii, quam impii, ad immortalitatem reſurgemus, at non omnes ad cœleſtem gloriam immutabimur.

Alia iuſtorum immortalitas alia iniquorum hominum.
1.Cor.15.

In quo ingemiſceret Apoſtolus.

Quod vero ait, *In hoc,* ſiue Græce ἐν τούτῳ referri poteſt ad tribulationes memoratas, id eſt: Hac de re; vel, hac in re: vel referendum eſt ad verbum, τὸ σκῆνος, id eſt, habitaculũ. Vel ſenſus ſit: Ob id gemimus, quod cupiamus ſuperindui.

Admonet autẽ Auguſtinus productus à Beda in ſuis collectaneis in Paulũ, pro illo verbo, *Veſtiti,* in nonnullis codicib' ſcriptũ fuiſſe, *Expoliati,* in hunc ſenſum: Si quidem expoliati hoc corpore, Chriſtum fuerimus veſtiti nã quicunq; in Chriſto baptizantur, Chriſtum induunt. Et Tertull. li.5. aduerſus Marcionem (vt etiam lib. de Reſurrect. carnis) habet: *Deſpoliati & exuti. Siquidẽ & deſpoliati,* inquit, *non inueniamur nudi, id eſt, recipientes quod expoliati ſumus; id eſt, corpus.* Paulinus ep. ad Seuerum Sulpitiũ: *Si deſpoliatus,* inquit, *à corpore, non inueniar nudus ab opere.* Eandem indicat Ambr. lectionem, nempe, εἴγε ἐκδυσάμενοι id eſt, ſiquidẽ expoliati: quę

Galat.3.
Tertull.
Par.2.
B. Paulin.
Epi 5 circa med.
Ambro. hoc loco.

contemnenda non videtur, & procliuis eſt lapſus ab ἐνδύσασθαι in ἐκδύσασθαι. Vnde in ſequenti clauſula duo illa verba conferuntur. Eritq; planum, nos deſiderare ſuperindui quandoquidem quādo fuerimus expoliati hoc tabernaculo non inueniemur.

Qua ratione nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri.

Ideo ſubdit: *Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati, eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt a vita*: Quibus in verbis ſemet quaſi explanat, & cur dixerit ſe ſe ingemiſcere. Propterea, inquit, quod nolumus hoc corpore, quod ad ſubſtantiam attinet, expoliari. Et quid dixerit, ſuperueſtiri, vt abſorbeatur mortalitas à vita.

Senſus ergo eſt: Qui hoc verſamur corporis tuguriolo, variis ipſi preſſi moleſtiis atq; incommodis, gemendo Deū precibus ſolicitamus. Ita enim gemitū explicat Ambroſ. Non vt corpore ipſo ſpoliemur, quod ad ſubſtantiam attinet, nolumus enim hoc exui; ſed vt abſorpta, quæ nobis negotium faceſſit, corruptibilitate, ſuperinduatur immortalitate cū gloria, ne vltra mori poſſit, aut paſſionibus multiplicari. Hoc enim eſt abſorberi à vita, vt Auguſtinus ait. Neque enim dicēdus eſt abſorberi à vita, qui ad hoc ſurgit, vt angatur pœnis. Ad hæc ergo præſentis contemptum; & æternæ vitæ deſideriū his verbis nos excitat Apoſtolus. Neque verbum illud: *Nolumus expoliari*: contradicit alteri loco Apoſtoli dicentis: *Deſideriū habeo diſſolui, & eſſe cū Chriſto*, & illis viris ſanctis, qui mortē precabātur: Quia natura ſola eſt, quæ horret mortē, ac deprecatur natura vero gratia ornata & optat, & precatur. Subdit autē Apoſtolus: *Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt a vita.* Nam quia caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt neceſſe eſt interire quod corruptibile eſt in natura noſtra, vt vere reparemur, & reſtituamur in antiquum ſtatum: qua ratione corpus noſtrum hic vocatur carcer, qui nos hic tenet: quare ingemiſcimus vt vita futura omnem auferat corruptionem. Et totus hic ſermo videtur metaphoricus, nā domiciliū non induitur proprie, vel ſuperinduitur, ſed explicatur quod nō deſperato ab animo, ſed adiacente, & vnito animę habitaculo loquitur. Gloria enim corporis adiacet velut ſupremū indumentum corporis. Et ſuperinduitur non qui omnino nudus eſt ſed qui alia veſte ſuperueſtitur: quod ab infidelibus, vtraq; veſte deſtitutis fideles diſtinguit. Quare naturalis mortis horror à fiducia ſuperatur, non.n. difficulter veſtem annoſam, ſordidā, ac detritā quis abiicit,

Idem. Quid. Vt abſorbeatur quid mortale eſt, à vita.

Augu. li. de Gratia noui Teſtam. citatus à Beda in Collecta. in Paulum tom. 6.

Si nolebat Apoſtolus expoliari, quare cupiebat diſſolui. Philip. 1.

Neceſſe eſſe vt ſuperinduamur, prius non expoliari. 1. Cor. 15.

Proprie quid ſuperindui.

vt noua, & eleganti, ac durabili ornetur.

IV. ſolutiō dubitationis. De horum intellectu verborum: Qui autem efficit nos in hoc ipſum Deus

Ad quartum circa illud: *Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus*, reſpōdemus: probauerat hactenus, ſcientiā ex deſiderio, & gemitu, ſed poterat obiici, quod deſideriū tale non eſt ad id, quod excedit humani menſuram deſiderii: ideo occurrit per Antiphorā, dicendo quod non nuda natura, ſed Deus eſt, qui effecit nos ad hoc ipſum, id eſt, ad induendū, & ſuperinduendum domicilium cœleſte, ad habēdum corpus glorioſum: & hoc eſt, quod Deus nos ad illud præparauit ſeu potius parauit, vt Græca habet litera. Atq; hoc propter Chriſtum: nam ſi ille ingemuit, & mortem guſtauit pro nobis acerbiſſimā, quid magnū, ſi & nos propter illū gemamus, & propter gloriam noſtram? Et quia non ſufficit ad certitudinem præmii cōmenſuratio, ſed requiritur ſecuritas: ſubiungit, quod Deus non ſolū nos pręparauit ad habendum corpus glorioſum, ſed dedit etiam tanti præmii pignus, ſiue arrham, nō corpoream, ſed ſpiritualem. Spiritus.n. ſanctus, qui noſtrum cor inhabitat, non ſolum facit nos deſiderantes, & amantes, ſed etiā ſecuros, vt arrha reddit certos emptionis. Et ſcribit hæc Apoſtolus de viatoribus in ſummo gradu perfectis, in quo erat Paulus, non autem de incipientibus, aut proficientibus. Vel dat arrham Spiritus, hoc eſt excidere neſcientem: vnde & nonnulla gratiæ Dei præſentis colligitur certitudo. Spiritus etiam ſuo teſtimonio facit, vt firma ſit ac rata promiſſionis veritas. Duo enim ſunt Spiritus ſancti munera, nempe, oſtendere fidelibus quid ſit appetendum, & efficaciter eorum corda afficere ad illud, atque dubitationem omnem adimere.

Hebr. 2.

Deus cur dederit nobis pignus Spiritus.

Hoc pignus Spiritus qui accipiant. 1. Cor. 13.

Spiritus ſanctus duo præſtat.

Ad quintum dubium in id, *Audientes igitur ſemper, & ſcientes quoniam dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino (per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem,)* &c. reſpondemus, verbū primum, audentes Gręce dici θαῤῥοῦντες, cuius vocis vim & emphaſim volens interpres reddere, non dixit cōfidentes, ſed audentes; id eſt, audaci, & infracto animo ſumus, ac poſtea ſubdit. Audemus autem, & bonam voluntatem habemus: id eſt, conſtanter confidimus, quoniā dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino; hoc eſt, peregre agimus ſemoti à Domino. Et addit aliud verbum: *Bonam voluntatem habemus.* Græce εὐδοκοῦμεν id eſt, probamus à corpore potius eſſe peregrini Domino, quam contra hic corpore pręſentes, à Domino autem peregrinantes, & quia per parentheſim dictum eſt. *Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem*, declarat de quo corpore ſit ſermo, ſcilicet præſenti

Inferius V. dubit. propoſita diluetur. Quid eſt interim Audentes &c. bonam voluntatē habemus.

quo

quo durante, ambulamus per fidem, hoc eſt, ſumus viatores. Ambulare enim per fidem, eſt abſentia à Domino diſtincta contra præſentiam apud Dominum. Et Græce dicitur διὰ πίστεως, id eſt, non per aſpectū. Obſcurum eſt enim quod ait, *Per ſpeciem.* Eſt enim per ſpeciem videre, idem cum eo quod priori epiſtola dixit, *Facie ad faciem videre*. Id eſt, Scimus, & probamus præſentiam in hoc corpore, abſentiam eſſe à Deo, & è contrario præſentiam noſtram ad Deum, abſentiam eſſe à corpore: ideo malumus abſentes eſſe à corpore cum præſentia Dei quam à diuerſo.

Ambulare per fidem, quid.

1. Cor. 13.

Ex quo in primis deducimus, Paulum confutare errorem dicentium, animos à corpore ſeparatos non beari vſque ad reſurrectionem corporum. Erat: Volumus magis: quia dixerat ſuperius, *Nolumus expoliari*, aperte inſinuans, quod etſi nolumus expoliari, relatiue tamen ad præſentiam Dei, & abſentiam à corpore, malumus expoliari, vt præſentes ſimus apud Deum, quam manere in corpore abſentes à Deo. Animæ igitur ſtatim vt à corpore ſoluuntur, Dei præſentia fruuntur, nec amplius peregrinantur, modo hinc euaſerint innocentes, & mundæ, Bono ergo animo ſum° quia ſcimus nos peregrinari ad Dominū corpore: quæ cognitio noſtræ pacis, & fiduciæ cauſa eſt. Nam ideo perpetuo cruciatu æſtuant infideles, aut contumaces fremunt in Deum, quia putant ſe mox perituros, & ſummum felicitatis apicem in hac vita collocaſſe. Nos vero læto, & alacri animo pergimus ad mortem, quia nobis ſpes melior eſt repoſita. Vbi enim terreſtris domus iſta noſtra omnino diſſolui cœperit ad Dominum in æternas illas manſiones properamus, quas ille à conditione mundi ſuis ſanctis præparauit.

Quorum errorem hoc loco confutet Apoſtolus, dum volumus au magis præſentes eſſe apud Dominum.

Infideles cur perpetuis gehennæ ſuppliciis torqueantur.

Iob. 19.

Neque obſtat quod obiectum fuit: Deum non longe eſſe ab vnoquoque noſtrum in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus. Adeſt enim fidelibus, maiori ſui Spiritus parti, quoniam qui viuit in ipſis, reſider in medio eorum, imo intra ipſos, vt dixit Dominus: *Regnum Dei intra vos eſt.* Interim tamen abſens eſt à nobis, quia ſe corā videndum non exhibet, ſed adhuc exulam° à regno eius, & aula, in qua fruuntur eo ſēper Angeli.

Ad V. illud Dub. Quomodo peregrinamur à Domino, qui vbiq; ſemper nobis adeſt.
Act. 17.
Luc. 17.

Aduerte etiam Pauli prudentiam, quia triſtitia mortis, & conſummationis vocabula fugit, ac pro eis iocunda, deſiderabilia proponit. Vocat enim corporis diſſolutionem, conuerſationem cū Deo, ſiue præſentiam ad Deum: contra vero, dulcia huius vitæ nomina in triſtia commutauit. Vocat hanc vitā, peregrinationem à Domino eo conſilio, ne præſentium amore detineamur, quibus potius grauamur, & implicamur: ne etiam morituri indoleſcamus, ſed magis tanquam ad potiora bona profecturi gaudeamus. Vnde Tertullianus lib. de reſurrectione carnis, ponderans hoc verbum: *Defecerunt autem*, inquit, *Apoſtolo verba ad ſignificandum de corpore exceſſum? An ratione etiam noue loquitur? temporalem enim abſentiam à corpore volens ſignificare, peregrinari nos ab eo dixit, quoniam qui peregrinatur. etiam reuerteretur in domicilium.* Hæc ille. Ex quo diſcimus, veram fidem non contemptum tantum, ſed etiam deſiderium mortis gignere & è controuerſo infidelitatis ſignum eſſe mortis horrorem.

Mortem Apoſtolus præſentiā ad Dominum, vitā vero peregrinationē à Domino cur nominet.

Tertul. pro cul à med. p. 1.

Quinam optent, cōtra qui horreant mortem.

Quod vero veteris Teſtamenti Patres tantopere horruerint nuntios mortis, vt Dauid, & Ezechias, non tamen ſine omni ſpe, cum Abraham, Iſaac. & Iacob, & aliis placide, & abſque horrore mortui ſunt. Quidam tamen reſpōdent, futuræ vitæ reuelationem obſcurā fuiſſe in veteri Teſtamento, ac proinde tenuem cōſolationē in Deo habuiſſe. Qui ergo flebiliter deprecati ſunt mortem, id erat, quia puniebantur ob certa peccata ſua à Domino: ideo in morte iram Dei ſentiebant.

Dauid, Ezechias, & ſimiles, cur mortē formidauerint, ſi mortem iuſti deſiderant.
Pſal. 6.
Eſai. 38.
Altera ſol. quorundā.

Subdit: *Ideo contendimus*, ſiue certamus etiam pro arduo honore, *Siue abſentes, ſiue præſentes placere illi*, ſi prius peregrinantes illi non placuerimus. Græce aūt hæc duobus verbis eleganter dicūtur εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες: hoc eſt, ſiue domi præſentes, ſiue foris peregrinantes, hoc eſt incolētes, & hinc migrātes: & quandiu Dño viſum fuerit, vt hic maneamus, vel hinc recedamus. Nō enim ſimpliciter bonū eſt abire, ſed libenter hinc abire, neque graue ſit hic eſſe, ſed illibenter hic eſſe.

Quatenus hic in alteram vitam per mortē dimigrandum.

Sexto loco in illud: *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti*, quædam dubia attigimus, quæ nunc diluenda ſunt. Oſtēdit Apoſtolus in primis, omnibus eſſe incumbendum vt Deo placeant ſpe reſurrectionis, & diuini iudicij cognitione: quæ duo pietatis amorem, & ſtudium ſolent excitare. Quod ſi nos ad breue tempus inquilinos eſſe cognoſceremus, & pacto curſu ad Chriſtū nobis eſſe redeūdū: bonos qui hic patiuntur propter iuſtitiā, in ſpē bonā erigeremus; & impios, qui feliciter ſibi agere videntur, mentione tribunalis ſupremi prætereſaceremus. Par enim eſt, vt iuſti pro benefactis in corpore bona recipiant, & impij pro malefactis iuſta recipiant ſupplicia, iuxta illud: *Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala*

Ad VI. dubium. De eo q̄ omnes nos manifeſtari oportet ad tribunal Chriſti.

Matth. 5.
Quid: Vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit
Ioan. 5.

egerint, in reſurrectionem iudicij: quia non minus eſt iuſtus iudex in malis puniendis, quã in iuſtis remunerandis. Et ſicut reddet iuxta merita malorum operum, ita reddet iuxta merita bonorum, quicquid garriant Hæretici; quia hoc non minus frequens eſt in Scripturis, quàm prius; quanquàm merita bona piorum diuinæ gratiæ nitantur, ſine qua nemo eſt filius, aut iuſtus.

2.Tim.4. Quos iuguiet his verbis Apoſtolus.

Hoc autem iudicium in pueros, qui hinc deceſſerunt, non ſe extendit, qui nec boni quicquam, nec mali in corpore geſſerunt: idque docet B. Greg. Nazianz. in oratione de ſancto Lauacro, & Auguſtinus ſerm. de omnibus Sanctis, vbi concludit: Ad iudicium non venient nec pagani, nec hæretici nec Iudæi, quia de ipſis ſcriptum eſt: *Qui nõ credit, iam iudicatus eſt.*

Ad tribunal Chriſti qui non venient iudicandi. *Nazian. orat. 40. t. 2.* *Aug. ſe. 10.* *Ioann. 3.*

Septimum dubium diſſoluendum eſt in id; *Scientes ergo timorem Domini hominibus ſuademus. Deo autem manifeſti ſumus. Spero autem & in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe.* Significat: Cum ſciamus quæ illa die debent contingere, timorem, ſiue terrorem Domini hominibus ſuademus; id eſt, terribile illud, ac perhorreſcendum iudicium: vt probati ſimus Deo, & hominibus. Deo autem non eſt quod quicquam ſuadeamus, nam illius oculis conſpicui ſumus omnes, & opera noſtra. Et noue poſuit hoc loco, *Hominibus ſuademus* ſicut alibi dixit; *Modo enim hominibus ſuadeo, an Deo?* quo in loco Auguſtinus in expoſitione eius epiſtolæ interpretatur; Vt ſuadeamus idem ſit, quod Probatos nos reddere cupimus: & ſic accepit Chryſoſtomus Ambroſius autem, Suadeo illic interpretatur pro eo quod eſt, ſatisfacio: Hic vero; Hominibus ſuadeamus, ait, vt tradant: & prouideant, ne incurrant, & tunc pœniteant, quando pœnitentia fructum non habet. ¶Etenim ait: *Deo autem manifeſti ſumus. Spero autem & in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe.* Græca verba ſunt, Manifeſtati ſumus, & ſperamus veſtris conſcientiis manifeſtari. Ita enim ſe geſſerat Paulus inter Corinthios, vt aliud exiſtimare nec illi, nec ipſemet poſſet. Ne ergo videatur ſe laudare, aut crimen iactantiæ obiicere; reſpondet ſe quidem agere vicem doctoris in conſpectu hominis, ſed Deo ipſi notum eſſe, qua animi ſynceritate id egerit: quaſi dicat: Os meum loquitur hominibus, non ſecus atque cor meum Deum habet præ oculis.

VII. dub. ſol. Quid eſt: Scientes ergo timorem Domini hominib. ſuademus. *Galat. 1.* *B. Aug. t. 4.* *Chryſ. ho. 11. t. 4.* *Amb. t. 5.* Quam caſte atque ſyncere Apoſtolus Corinthiis Euangelizauerit.

Ad octauum dubium ſoluendum accedimus in illud: *Non iterum commendamus nos vobis, ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde Siue enim mente excedimus, Deo; ſiue ſobrij ſumus, vobis.* Quæ verba prima facie obſcura ſatis videntur, nec ſatis apparet quomodo pij inſaniant, aut quomodo ſobrie agentes alij proficiant. In primis igitur verbis ſubaudiendum eſt aliquid, quo ſermo ſit abſolutus. Nam illud: *Vt habeatis*, ſupple, vnde gloriari poſſitis aduerſus eiuſmodi, qui inaniter in conſpectu hominum gloriantur, vacui vera quæ in corde eſt, gloriatione. Et rurſus. *Vt habeatis* ſcilicet quod reſpõdere poſſitis his, qui facie tenus gloriãtur. Id enim eſt quod Græca habent ἐν τῷ προσώπῳ. Docet ergo ſe omnia facere pro gloria Dei, & pro ſalute proximorum, etiamſi quibuſdam inſanire videatur. Græca vero verba ita habent: εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. ἐξέστημεν ponit pro μαινόμεθα. Hoc eſt: Siue mente excedimus, vel per exceſſum mentis loquimur aliquid Vel, vt alij vertunt: Siue inſanimus ſcribendo, & prædicando de nobis excelſiora, hoc non nobis, ſed Deo conferimus, & ad Dei gloriam facimus, vt ne vos, exiſtimantes nos viles, contemnatis, & pereatis.

AdVIII. dub. n. D: litera & ẽ ſu horũ verborum, Vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde Siue enim mente excedimus &c. Omnes Pauli actiões quo tẽ derent.

¶*Siue Sobrij ſumus.* Id eſt: Siue humilia, & mediocria loquimur de nobis, id veſtri gratia facimus. ¶ Alij verbum σωφρονοῦμεν, interpretantur; ſiue ſana mente ſumus, ſiue vt Ambroſius vertit, ſanum ſapimus; Auguſtinus vero: *Si temperantes ſumus.* Et in his duabus propoſitionibus ſupplendum eſt per figuram: ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: *Siue inſanimus, Deo inſanimus: ſiue ſana mente ſumus, nobis ſana mẽte ſumus.* Et aduerte, Paulum oppoſuere μανίαν, ſiue inſaniam verbo σωφρονεῖν. Vide Actor. 26. idem Paulus: Non inſanio (inquit) optime Feſte, ſed veritatis, & ſobrietatis verba loquor.

Quid: Siue mente excedimus, Deo, ſiue ſobrij ſumus, vobis. Alter ſenſus. *Amb. t. 5.* *Aug. inferius citandus.* *Actor. 26.*

Verbum autem ἐξέστημεν, habetur etiam Marc. 3. vbi narratur de Chriſto dixiſſe conſanguineos, *Quoniam in furorem verſus eſt*: ὅτι ἐξέστη, id eſt. Apud ſe non eſt, & Cicero in Tuſculanis exiſſe ex poteſtate, ait, vt ponderat Budæus, quia non ſunt in poteſtate mentis ſuæ, vt ante erant, qui inſaniunt, quibus regimen totius animi à natura datum erat.

Marc. 3. *M. Tul. 4. Tuſ. Budæ. in com. linguæ Græcæ*

Certe Auguſtinus in collectaneis Bedæ: *Quid eſt*, inquit, *Mente exceſſimus Deo? Vt illa videamus, quæ non licet homini loqui. Quid eſt Temperantes ſumus vobis? Non, inquit, iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Et alibi: *Quod ait, mente exceſſimus Deo, vos capere non poteſtis. Exceſſimus enim omnia iſta carnalia, vos adhuc carnales eſtis. Deo ergo mente exceſſimus. Et quod vidimus, cum mente excedimus, effari non poſſumus.* Et infra: *Quid eſt, Tempe-*

2. Cor. 12. *1. Cor. 2.* *Idem in Pſalm. 103. tom. 8.*

rantes ſumus? Sic loquimur, vt capere poſſitis, quia & Chriſtus talem ſe fecit naſcendo, & patiendo, vt poſſent de illo homines loqui, & quæ ſequuntur. Theophylactus vero inter alias expoſitiones hanc aſſignat: *Si inſanimus Dei cauſa ita inſanimus, vt vos ad ipſum perducamus. Inſaniebat itaque Paulus, amatoriam inſaniam Dei dicturus, ac amatoris inſtar illi viuens, ſed eius quem amat amatoriam plane, ſeu (ſit venia dictioni nouæ) dilectoriam.* Hæc ille.

Theophyl.

Platoni diuinæ inſaniæ genera quatuor.

Plato in Phædro: *Diuinæ*, inquit, *inſaniæ ſiue maniæ quatuor ſpecies ſtatuuntur quibus totidem præeſſent dij. Et vaticinij quidem inſpirationem, Apollini; Myſteriorum vero atque efficaciam Libero, Poeticam vero Muſis, Amatorium furorē Veneri, & Amori. Optimum illud, præſtantiſſimumque furoris genus quarto loco attribuimus.* Hæc ille ſuo ſenſu abundans, & amantibus vltimum tribuit furorem, cui reſpondet furor eorum, qui non in ſeipſis, ſed in Chriſto dilecto viuunt, de quo Paulus, Viuo inquit, ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus: quia anima amantis non tam eſt vbi animat, quam vbi amat qui etiam optauit pro fratribus anathema eſſe à Chriſto.

Paulus quali fureret, & inſaniret amore, Galat. 2.

Rom. 9.

Charitas Chriſti vt vrgeret Paulum.

Cuius rei addit rationem: *Charitas enim Chriſti vrget nos.* Vel conſtringit, & extimulat; id eſt, totos poſſidet ac regit, vt eius afflatu quaſi correpti agamus hoc. *Exiſtimantes hoc.* Atque expendentes. *Quoniam ſi vnus* (ſcilicet Chriſtus) *pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt.* Et per conſequens omnium cogor quærere ſalutem, ne fruſtra pro ipſis Chriſtus videatur dependiſſe. Omnes ergo mortui ſunt, vel fuerunt, æternæ ſcilicet morti obnoxij propter peccatum originale, vt Auguſtinus libro de ciuitate Dei, 20. capite ſexto expoſuit. Vel denique: Omnes mortui ſumus veteri vitæ, vt deinceps noua ſimus creatura per Chriſti mortem ad nouam vitam regenerati. Cui ſenſui quadrant quæ ſequuntur *Vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.* Quibus verbis viam ſternit Apoſtolus ad parænesim, ſiue exhortationem bene viuendi ſequentem.

Quomodo omnes vult ait, mortui sūt

Ambr. t. 5.

Alter ſenſus.

Quæ charitas Chriſti Paulum vrgeret.

Nomen Charitatis, actiue & paſſiue accipi poteſt. Sed hoc loco magis conuenit paſſiue accipi: quis eſt enim adeo durus, qui non ſe totum voueat Chriſto, dum reputat quanto honore nos dignatus ſit, qui mortem pro nobis ſubiit? Et vt prius ſe dixit terrore ſolicitari ad officium; propterea quod reddenda erat ratio in iudicio; nunc addit alterum calcar, immenſam ſcilicet Chriſti erga nos dilectionem, cuius ſpecimen dedit ſuis in morte: & ita ſtimulat ad infinitos labores pro ſalute proximorū perferendos; ideo non ſinit dormire, aut ſegneſcere in functione nobis credita.

Ad quid vrgeret.

Ad nonum dubium circa illud: *Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſecundum carnem. Etſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum; ſed nuc iam non nouimus.* In plurali ait, nouimus, ego ſcilicet Paulus, Siluanus, & Timotheus: quæ verba vt præcedentibus conueniant, ita ſunt accommodanda. Cum omnes mortui in Chriſto, ipſi viuant: nos poſt hac, ſiue ex hoc ipſo tempore neminem nouimus viuere ſecundum carnem. Etſi nouimus ſecundum carnem vixiſſe olim mortalem Chriſtum: ſed iam amplius non ita viuere indubitata, fide nouimus. Quiſquis ergo in Chriſto noua effectus eſt creatura, ab hoc vetera tranſierunt, factaque ſunt illi omnia noua. Huius ſententiæ eſt Chryſoſt. quem ſequitur Theophylactus, cuius hæc ſunt verba: *Quia omnes occiſi a peccato, reuiximus, & viuificati ſumus per Chriſtum per Baptiſma, merito neminem nouimus ſtultum, inquit, ſecundum carnem viuentem, hoc eſt, iuxta veterem, & carnalem vitam. Omnes enim Spiritu regenerati, nouam, & ſpiritualem vitam auſpicantur, ducuntque.* Deinde poſt abiecta Apoſtoli verba, ſubdit: *Indicat quod Chriſtum ducem, & principem habemus vitæ ſpiritualis, ne ſecundum carnem viuamus. Etſi, inquit, Chriſtus olim ſecundum carnem erat, nunc tamen non porro eſt.*

IX. dub. ſolut. In id: Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſecundum carnē.

Paulus vt nouerit Chriſtum ſecundum carnem.

Chryſ. hom. 11 in hunc locum. t. 4. Theophyl.

Alter ſenſus.

Auguſtinus vero diſputans contra Fauſtum Manichæum, de beata vita futura interpretatur hunc locum, dicens: Apoſtolus ſuo more vitam noſtram futuram, quæ iam in ipſo homine mediatore Chriſto Ieſu capite noſtro reſurgente completa eſt, ita ſpe certa meditatur, tanquam iam adſit, præſēſque teneatur: quæ vtique vita non erit ſecundum carnem, ſicut iam Chriſti non eſt ſecundum carnem. Carnem namque hoc loco non ipſam corporis noſtri ſubſtantiam, quam Dominus etiam poſt reſurrectionē ſuam carnem appellat, dicens: *Palpate, & videte, quia ſpiritus oſſa, & carnem non habet ſicut me videtis habere:* ſed corruptionem, mortalitatemque carnis vult intelligi, quæ tunc non erit in nobis, ſicut iam in Chriſto non eſt.

Aug. l. 9 c. 7. contra Fauſt. c. 6

Luc. vlt.

Deinde ac præcedentia Apoſtoli verba reſpiciens: *Vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit*, ita poſt multa ſubiungit: *Itaque eorum pro quibus Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, & qui iam non ſibi, ſed illi viuunt*, neminem ſecundum carnem Apoſtolus nouerat propter ſpem futuræ immortalitatis, in cuius expectatione viuebant, quæ in Chriſto

Cap. 8 in princ.

iam non ſpes, ſed res erat: quem etſi nouerat ſecundum carnem, cum adhuc moriturus eſſet: iam tamen nō nouerat, quia eum reſūrrexiſſe nouerat, & vltra ei mortem nō dominaturam. Et quia omnes in illo, etſi nondum in re; iam tamen ſpe hoc ſumus, ſequitur, & dixit: *Si qua igitur in Chriſto noua creatura; vetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia noua.* Omnis ergo noua creatura, id eſt, populus innouatus per fidem, vt habeat interim in ſpe, quod in re poſtea perficiatur, in Chriſto habet iam, quod in ſe ſperat. Ita Auguſtinus. Vterque ſenſus bonus eſt.

Rom.6.

Noua creatura quid Auguſtini.

Addunt tamen nonnulli: *Etſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem*: eo quod Paulus dum Chriſtum perſequeretur, carnaliter agnoſcebat, ac per hoc non verum Meſſiā cognoſcebat, ſicuti nec modo Iudæi Chriſtum in Scripturis agnoſcunt, & ſperant adhuc venturum, & temporaliter regnaturū, & ſuis ſedibus Iudęos reſtiturum, & in hoc eſt omnis eorum ſpes repoſita: quam olim etiam habuit Apoſtolus, ſed iam diu illam dimiſerat.

Tertius ſenſus: quid ſcil. olim nouiſſe, amplius autē non noſſe Chriſtum ſecundum carnem.

Hoc loco Pauli abutitur Seruetus, vt probet, humanam Chriſti naturam à Diuinitate abſorptam eſſe. Sed hic non loquitur de corporis ſubſtantia, ſed de externa ſpecie: & non dicit non agnoſci à nobis carnem Chriſti, quam in Euchariſtia glorificatam percipimus, & guſtamus, iuxta illud; *Qui manducat meam carnem.* Imo hoc carnis fundamento ſublato corruit. Vnde enim fuiſſet incarnatio, & vnde immortalitatis nobis eſſet ſpes, niſi eius ſpeciem in Chriſto haberemus? Quomodo etiam aſcendiſſet in cœlū ſine carne; aut quomodo ſederet ad dexterā Patris, aut quomodo in forma hominis vēturus eſſet ad iudicandū.

Quartus ſenſus Michaelis Serueti, impii hominis & blaſphemi: qui refellitur.

Ioan.6.

In illis autem verbis: *Si qua ergo in Chriſto noua creatura*, quia non videtur plena oratio, & aliquid eſſe ſupplendum: propterea paulò clarior, & purior videtur lectio Græca, quæ habet: ἔιτις ἐν χριςῷ καινὴ κτίσις. Id eſt, ſi quis in Chriſto (ſcilicet viuit) noua creatura eſt, & ego Paulus non ſum ille, qui olim eram Saulus, ſed noua creatura, vt iam non ſapiant, quæ tum ſapiebant mihi, & quæ nunc reputo velut ſtercora. Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Si ergo ſecundum ſpiritum ſanctum renouari ſumus, ſecundum prudentiam Spiritus debemus ſapere, & hoc eſt ſignum renouationis.

X.dub.ſol. Id ſi qua ergo in Chriſto noua creatura, &c. quomodo intelligendum.

Act 9. Philip.3. 1.Cor.13.

Renouationis noſtræ ſymbolum.

Quare *Vetera tranſierunt.* Id eſt, Quæ erant veteris hominis, abolita ſunt. *Ecce facta ſunt omnia noua.* Sed nouæ creaturæ facti nouitatem tueri debemus. Vetera enim tranſierunt, id eſt caro, & vmbra ceſſerunt Spiritui, & veritati, Iudæorum omnes ritus & opera. Nam pro lege Moyſi habemus Euangelium, pro Ieruſalem, Eccleſiam, pro Terra promiſſa, portionem in Terra viuentium, Circumciſione, Baptiſmum, pro Manna, puriſſimum Chriſti Corpus, pro Aqua, Chriſti Sanguinem, pro Virga Moyſi, Crucem, pro agno irrationali, Chriſtum agnum innocentiſſimum tollentem peccata mundi; pro lapideis tabulis, carneas, ac ſpirituales, & impletum eſt illud Leuitici; *Vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis.*

Quænam vetera tranſierunt & quæ facta ſunt omnia noua.

Pſal.14.

Exod.32. Ioan.1. Exo.32. Infra 34. Leuit 26.

Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis. Id eſt: Quæcunque gratiæ, ac dona nobis ſunt, non niſi ex Deo ipſo profecta ſunt, qui nos ſibi reconciliauit, quod magnum eſt donum: & hoc per Chriſtum.

Omnia quæ ex Deo nobis proueniāt, & per quē.

Ad poſtremum illud: *Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans (vel imputans) illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo Eum qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit, &c.* Multa in hac clauſula merito dubitata ſunt. Primum quomodo Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi; & quomodo poſtea ſubdit: *Obſecramus pro Chriſto, recōciliamini Deo.* Secūdo, quomodo Chriſtus ignorat et peccatum, qui omnia nouit: cum ſit Dei ſapientia. Tertio, qua ratione dicitur Deus feciſſe Chriſtum peccatum, cum eſſet ſanctus ſanctorum. Denique quomodo nos effecti ſumus iuſtitia Dei in ipſo. Videtur enim magnifica, & excelſa hæc ſententia.

VI.dubit. ſoluetur infra.

Eius partes

Dan.9.

Reſpondemus ergo ad ſingula. Nam ad primum dicitur Deus eſſe in Chriſto, tanquam Pater in Filio, qui operatur, & loquitur per eum, eo quod ſit vna eorum natura, & ſubſtantia, & potentia, & voluntas: & quæ Chriſtus faciebat, Pater per ipſum faciebat. Et ita in eo nos patri reconciliauit: quæ reconciliatio in eo ſita erat, vt delicta nobis non imputaret, & rediremus in gratiam Dei, neq; de nobis vindictam ſumere proponeret. Et quia Deus & Chriſtus in hac reconciliatione voluerunt habere administros, qui & verbo prædicarent, & ſacramenta adminiſtrant; propterea hic ſubiunxit *Et poſuit in nobis verbum reconciliationis.* Significat. Etiam prouinciam, & curam prædicandi hanc humani generis reconciliationē cum Deo. Per verbū enim Sacramētum adminiſtratum efficitur reconciliatio.

VIII.quæſt. ſolut. Quomodo Deus erat in Chriſto mundum reconciliās ſibi.

Ioan.5. Hebr.1. Ioan.14.

Deus quod poſuerin Apoſtolis verbum reconciliationis.

Vnde

Vnde ſubdit illud; *Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.*

Apoſtoli pro Chriſto qua legatione funguntur. *Hebr. 3. Matth. vlt. Mar. vlt. Pſal. 18.*

Vbi primum magna Apoſtolorum dignitas declaratur. Sicut enim Chriſtus fuit legatus Patris ad nos miſſus, per quem recõciliati ſalui efficimur; ita Chriſtus Apoſtolos in vniuerſum mundum legatos deſtinauit, qui reconciliationem hanc & annunciarent, & mundo diſpenſarent, tanquam Deo nos exhortante, vel potius precante, & rogante. Et Deus proprie non precatur nos, ſed veluti precatur in miniſtrorum perſona. quod magnam emphaſim habet. Atque: *Reconciliamini Deo*. Id eſt: Deo vos per Chriſtum reconciliante, & per Apoſtolos vos vocante, & ad reconciliationem rogante, reconciliationem admittite, & brachiis reconciliationi occurrite, & ſacramenta quæ illi miniſtrant, percipite, quæ vaſa ſunt, quibus affluenter Chriſti merita communicantur, & inſtrumenta, quibus Chriſti mortem non tam fructuoſam, quam veſtram efficitis: arma, quibus muniti reddimini aduerſus inſidias diaboli: & medicina ſalutaris, quibus veſtra fulcitur debilitas: anchora qua firmamini in hoc proceloſo mari: baculus. quó ſubnixi è flagitiorum ſordibus aſſurgitis, & ad bona opera præſtanda roboramini.

Quid eſt: Reconciliamini Deo.

Sacramentũ mortis. *Epheſ. vlt.*

Ad illud quod obiiciebatur, Chriſtum non nouiſſe peccatum, reſpondemus intelligendum, facto ſcilicet aliquo ipſum incurrendo, vel perpetrando, quia Agnus eſt Dei tollens peccata mundi. Quæ enim reſpuimus, & reprobamus, dicimur non agnoſcere, iuxta illud; *Et confitebor illis, Quia nunquam noui vos: Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem*: ſicut etiam quis fœminam dicitur non agnoſcere, qua cum rem non habet, etſi optime alias illam nouerit.

Chriſtus quomodo omniſcius peccatũ nõ nouerat. *Ioan. 1. Matth. 7. Pſal. 6.*

Ad id vero, quod obiectum fuit, quomodo dicitur Chriſtus factus peccatum; reſpondemus, hoc dictum more Scripturæ, & tropo illi familiari: quoniam poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. Tale eſt illud: Sacerdotes peccata populi mei commedent, id eſt, ſacrificia pro peccatis oblata. Et quod dicitur, *Pro nobis peccatum fecit*: intelligendus eſt Deus Pater, de quo erat ſermo: nam eius obedientia Chriſtus crucem ſubiit pro nobis expiandis. Deus enim Pater peccatum fecit; hoc eſt, autore Auguſtino in Enchiridio, ſacrificium peccatorum. Vt nos, qui nil aliud quam peccatum eramus, iuſti efficeremur per eum.

Idem qua ratione factus fuerit peccatum, & à quo. *Eſai. 53. Oſea 4. Philip. 2. Aug. c. 14.*

Ita etiam explicandum eſt illud, nos factos eſſe iuſtitiam Dei: ſæpe enim abſtracta pro concretis vſurpat Scriptura: ſic per tenebras homines tenebroſos: per lucem homines Dei Spiritu afflatos. Vnde dixit alibi Paulus; *Eratis aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino*, Ita hic iuſtitiam pro populo iuſto accipit, ſicut etiam Circumciſionem, & præputium pro hominibus Circumciſis, & præputiatis paſſim vſurpat.

Nos quoque vt facti fuerimus iuſtitia Dei in Chriſto. *Epheſ. 5.*

DISPVTATIO VII.

In illa Apoſtoli verba c. 6. *Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei accipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis audiui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, &c.* vſque in finem capitis texti poſterioris ad Corinth.

PRimo agendum de ſcopo huius exhortationis. Et quid eſt, Adiuuantes exhortamur: & qui ſunt ij, quos exhortatur. Primum dubium.
Deinde quid eſt recipere gratiam Dei in II.
vacuum. Tertio cum ſubdit: *Tempore accepto, &c.* Quarto quis eſt qui hoc ait: & an locus productus ex Iſaia, ad rem faciat. III.
Quarto, quomodo præcipit, vt nulli detur IV.
offenſa, vt non vituperetur, inquit miniſterium noſtrum; cum hoc vix obtineri poſſit, vt non offendantur nonnulli ex ſubditis contra ſuperiores, & ita ſubmurmurent. Quinto, quis eſt iſte catalogus virtu- V.
tum quas enumerat. Sexto, quid eſt dicere, VI.
Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij, & cor noſtrum dilatatum eſt? nonne omnibus patebat os eius; qui eum audiebant prædicantem? Et cor eius ad omnes dilatatum erat, cum omnes ex charitate diligeret, & ſalutẽ eorum procuraret. Septimo, quid eſt: *Non an-* VII.
guſtiamini in nobis, anguſtiamini autem in viſceribus veſtris: quomodo ergo exhortatur ad dilationem, cum ait; *Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filijs dico) dilatamini & vos?* nam videtur ſibi contradicere, dicenti; *Anguſtiamini in vobis*, & rurſus, *Dilatamini & vos.* Octauo circa illud; *No-* VIII.
lite iugum ducere cum infidelibus, dubium eſt 1. Cor. 7.
quo tendat: an quod fugiant Corinthii coniugia cum infidelibus? at id vt non facerent, hortatus erat in ſuperiori epiſtola: vt videlicet fidelis lucretur partem infidelem. Nam & apud nos laudatum eſt ducere meretricem, vt ab infamiæ peccato illam

Nonum & vlt.

liberet. Poſtremò dubitatur, an textus qui ex Leuitico citatur à Paulo, ſit ad literam, & ad rem ipſam productus. Hæc pauca explicanda nobis in præſenti veniunt.

Soluitur primū dub. De argumento huius cap.

Quod ad ſcopum attinet, dixerat Apoſtolus in ſuperioribus; gratiam Dei, & redemptionem per Chriſtum factam; miniſterium etiam ſuum, & rationem reconciliationis explicauerat: iam illud peculiariter inſinuare, & vrgere incipit, ne gratiam Dei in vanum recipiant. Quamuis autem hæc verba quibuſdam videantur ad literam intelligenda de miniſtris, quia ſubdit: *Vt non vituperetur miniſterium noſtrum*, & rurſus: *Sicut Dei miniſtros*, dicâtq; in primis, Adiuuantes autem exhortamur, quaſi vocarent ſe ipſos Dei adiutores, ſicut priori epiſtolâ dixit; Dei enim ſumus adiutores, non Domini, & conditiones ipſæ, nimirū: In multa patientia in tribulationibus; in neceſſitatibus, & reliquis quod magis quadrat miniſtris: quam priuatis fidelibus: tanta ſiquidem virtutum ſupellex ad miniſtrum Dei ſpectat, ſicut etiam illæ poſtremæ, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ; à dextris, & à ſiniſtris, per gloriam, & ignobilitatē, per infamiam, & bonam famam: vt ſeductores, veraces, ſicut qui ignoti, & cogniti, &c. Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes: quod perpaucorum eſt, & magnorum Dei ſeruorum: dici tamen poteſt hæc proponi de miniſtris, vt ipſos populus fidelis imitari contendat, quoad eius fieri poterit.

1 Cor 3.

Miniſtrorum Chriſti conditiones.

Apoſtoli quales ſint Dei adiutores. Hebr. 1.

Ad illud verò: *Adiuuantes autem & exhortamur*. Dicimus Græcam eſſe vocem, συνεργοῦντες, hoc eſt cooperantes, ſiue adiuuantes Deum cooperando ei, & Angelis in miniſterium miſſis propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis, & aliis miniſtris, quos iuuat ad ferendū onus, & fratres, qui inter tot hoſtes auxilio indigent, & omnia quæ cooperantur in bonum electis, me ipſum etiam adiuuo, & admoneo cum aliis miniſtris. *Exhortamur*, inquit, Græcè eſt παρακαλοῦμεν, quod verbum tria habet ſignificata, nempe conſolari, obſecrare, & exhortari: & conſideranda eſt ſignificatio magis eſt apta. Significat ergo hic obſecrationem, quæ ſocios habet conſolationis, & exhortationis. Non ait, præcipimus, ſed exhortamur, & obſecramus. Non dominamur fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudii veſtri, vt ſuperius dixit. Exhortatio etiam ipſa non paruum eſt iuuamen, quæ cor accendit ad bellum, & ſpiritum cupiditatis extinguit, & Angelis, & Chriſto in diligentia, & alacritate ſimilem reddit: & licet ſciamus quid ſit agendum, indigemus tamen excitatione per verbum Dei, & monitione ad bonum.

Rom. 8.

Primus quomodo Corinthios adhortetur.

2. Cor. 1.

Exhortationis virtus.

II. dubium ſoluetur paulo poſt Quā gratiam Corinthii recipere in vacuū non debebant

Ad ſecundum cum ait: *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, reſpondemus. Græcè eſſe χάριν, quę accipitur pro omni dono neceſſario ad regendas animas, quas inter prima eſt gratia iuſtificans, quæ amatores facit paſtores ouium ſibi creditarum, quia chariſma epiſcopatus, vel præfecturæ reddit ſalutare ſibi, ſi præſtet charitate Dei, & proximi: & de hoc occulte notauit Timotheum, qui Epiſcopus erat: *Noli*, inquit, *negligere gratiam* (Græcè χάρισμα) *quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam*; & rurſus, *Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei* (illam ſcilicet viuificādo, & exercendo) *per impoſitionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis*. Nam quia verbi Dei precones intermedii ſunt inter Deum, & homines, ideo adferre debent Dei gratiam, ne tanto Dei dono; & gratię ingrati inueniātur. Deinde dare operam, ne inutile ſibi tantum donū reddatur.

2. Tim. 1.

Apoſtoli curnon ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis acceperant.

Ad II. dub. Quid recipere in vacuum gratiam Dei.

In vacuum autem, ſiue in vanum gratiā recipit, qui Deo non agit gratias, & bonum quod habet, ſibi, & non Deo adſcribit. Vel, qui gratiam accepit, nec in ea ipſa perſeuerat: & denique gratiæ aliorum inuidus exiſtit. Studium ergo Pauli eſt, vt omnes Chriſtum agnoſcant, & recipiant, ſe ei totos dedicent. In vacuum gratiam Dei non recipit, qui dicere poteſt cum Paulo: *Gratia Dei in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui*, & alio loco. *Contemplātes ne quis deſit gratiæ Dei*. Oleum datum viduę Sunamiti ceſſauit, quando non eſt inuentum vas aliud vacuum, quo reciperetur, quo modo ergo non dabit humilibus, & quærentibus, & petentibus, qui etiam quærit ſuperbos, & à ſe auerſos, vt dixit Dionyſius in epiſtol. ad Demophilum? Quod ſi ita ambitioſe quęrimus inſinuare nos in gratiam hominum, quomodo Dei ſpernere non formidamus?

Gratiam Dei in vacuum qui non recipiat. 1. Cor. 15. Hebr. 12.

4. Reg. 4.

Matth 7.

B. Dionyſ epiſt. 8. circa princ.

Hæc autem gratia in tribus præcipue conſiſtit, In Sacerdotio, ad precibus & ſacrificiis Deum exorandum, & placādum. Vnde væ paſtoribus, aut nunquam Miſſę ſacrificium celebrantibus, aut tarde, aut male celebrantibus: quia tales viuos, ac defunctos debitis ſuffragiis defraudant. Secundo in poteſtate dicendi, prædicandi, & exhortandi, corripiendi, & confirmandi: ad quæ præſtanda, opus eſt vita, & doctrina. Vnde Paulus Timotheum hortatur. *Attende*, inquit, *tibi, & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens & te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt*. Tertio in poteſtate paſtorali, ligandi ſcilicet & ſoluendi, præcipiēdi, & prohibēdi; Sacramenta miniſtrandi, & excommu-

In vacuum vt ne quis gratiā Dei recipiat, tria præſtare debet.

1 Tim. 4

Paſtoralis poteſtas quid requirat.

nicandi

nicandi. Ac hæc poteſtas amorem exigit, nam dixit Petro Chriſtus, *Diligis me plus? paſce oues meas,* in quibus Chriſtus, & oues diligendæ proponuntur. His tribus, cum opus eſt, adiicit Deus miracula, & donum prophetiæ ad ſalutaribus conſiliis ſubditos adiuuandos. Nec tales poſſunt excuſari, dicendo. Nemo nos conduxit: quia ſalarium accipiunt pro labore, & Eccleſia in eorum promotione, vel conſecratione: *Vade*, inquit, *prædica Euangelium in Eccleſia tua.*

Operatiorum vineæ Dominicæ hæc excuſatio: Nemo nos cō duxit, cur nulla. *Matth.*20.

III. ſol. qu. Cuius verba ſint hæc Tempore accepto exaudiui te & quæ ſequuntur. *Eſa* 49. *Rom.*9.

Ad tertium in id: *Ait enim: Tempore accepto exaudiui te*: non exprimens quis eſt ille qui ait. Sed nimirum intelligimus eſſe Deum, qui loquitur in Scripturis, vel Spiritū ſanctum, qui locutus eſt per Prophetas: aut ſi mauis, ſcripturam ipſam, de qua alio loco habet Paulus, *Dicit enim Scriptura Pharaoni.* Et frequenter ſic loqui conſueuit Paulus. Quia ergo quiſquam obiicere poterat, Non eſt in manu noſtra Dei gratiam recipere: reſpondet Paulus, Et ibi tempus acceptabile, & dies ſalutis, in quo ſe Deus propenſum reddit ad amandum nos, & ad exaudientes preces noſtras. Dies enim ſalutis dicitur ille, in quo auxilium ſanitatis, & proſperam incolumitatem accipimus, in qua ægrotis ſal⁹ adfertur, & medicamēta ſalutaria infunduntur. Dies autem hæc vita vocatur, quia ad operandum eſt apta, & in qua omne meritum comparatur, & cui ſuccedit vox futuri iudicij, in qua nemo poteſt operari. Et ita dies pro tempore accipitur. Et apud Eſaiam cap. 49. vnde hoc teſtimonium ſumpſit Apoſtolus, de Gentibus eſt ſermo ad Chriſtum vocandis, & in illius corpus inſerēdis. Et in illis verbis alloquitur Pater Filium, colligendæ ſuæ Eccleſiæ ducem, qui ſemper ab eo eſt exauditus, & qui omnem in eius nomine petentem ſe exauditurum in ſe recepit: *Quodcunq́, inquit, petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.*

Quis dies ſalutis ille ſit. *Ioan.*9. Vita hæc cur dies vocetur à Domino. *Eſai* 49.

Cui dicitur apud Prophetā: Tempore enim accepto exaudiui te, & reliq. *Ioan* 11. *Infra.*14.

Subdit: *Et in die ſalutis adiuui te.* Verbum, Adiuuandi, oſtendit vim liberi arbitrij: Deus enim adiuuat, & per ſe, & per miniſtros ad ſalutem per Chriſtum minimo labore & gratuito adipiſcendam: & qui benigne loquētem, & amplexum, & oſculum reconciliationis vocantem auerſantur, & reſpuunt, formidabilem iudicē experientur, cum clauſa fuerit ianua, & nullus redditus fuerit ad gratiam impetrandam.

Deus hominem quomodo adiuuet. *Matth.*25.

Ad quartum, cum ait: *Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum.* Oſtendit quid ſit in vacuum gratiam Dei non recipere. Et vtitur enumeratione, nō tam in ſua, & Timothei, & Siluani perſona loquens, quam in omnium Apoſtolorum, & aliorum miniſtrorum nomine, Proponit autem viuam probati, & fidelis Apoſtoli imaginem, vt intelligant Corinthij quam fuerint iniqui iudices, qui ventoſos pſeudapoſtolos & Traſones ſibi, & ſuis ſociis prætulerant. Agnoſcant etiam Epiſcopi, & paſtores, qui Apoſtolorū vocari ſucceſſores gloriantur, quanta virtutū ſupellectili præcellere debent, quo ſuo tanto muneri reſpondeant, & ne Corinthij pro ſeruis Chriſti agnoſcant eos, qui ſe lōge aliter gerunt, atque hoc ſuo exēplo præſcribit. Primū ergo dare operam miniſtros oportet, ne quo vitio aperto, aut operto laborent: quia hic eſt aſtus Satanæ, quærere aliquod peccatum in eis qui præſunt Eccleſiis, & verbum Dei docent: nam in Euāgelij, atq; adeo Chriſti ignominiā redundat. Quod ſi prædicator vileſcat, perit omnis ſpes profectus, & fruſtra apud alios de vindicanda ſua exiſtimatione contendit, cum ipſe ſibi flagitioſa vita iniuriam accerſat.

Sol. IV. dub. De nō dando vllā offenſionē.

In primis qui debent nemini dare vllam offenſionē.

Quomodo hoc fiat & quare ſecundum Apoſtolum.

Secus facientes, quam pernitioſi exiſtant.

Ad quintum de conditionib. miniſtrorum verbi Dei, cum ait: *Sed in omnibus exhibeamus noſmet ipſos ſicut Dei miniſtros.* Græca litera habet verbū *συνιστῶντες* quod Ambr. inſcriptus Commentar. & Aug. habet li. 4. de doct. Chriſt. ca. 20. poſt medium. Et legi poteſt, exhibemus, & commendamus. Et ita omnia hæc ad perſonam Pauli ſpectabāt nempe, Adiuuantes, ſiue cooperantes exhortamur vos, ne in vacuū, &c. nemini dātes vllam offenſionem, ſed in omnibus cōmendantes noſmetipſos ſicut Dei diaconi, ſiue miniſtri, in Nominandi caſu. Hanc enim ſui laudationem, commendationem vocat, quæ factis ipſis conciliat fauorem, & autoritatem.

V. dub. ſol. De conditionibus in miniſtris euangelicis ab Apoſtolo requiſitis. *Amb. to.*5. *Aug. t.*3.

Subdit: *In multa patientia*: Recte enim miniſtri Dei doctrina per patientiam noſcitur, & probatur. Et in catalogo laudū charitatis primo loco dicitur: *Charitas patiens eſt*: Debent enim paſtores ex amore Chriſti gregem paſcere. Et opus eſt propterea multa patientia, tum propter eos qui non credunt, ſed reſiſtunt veritati: tum propter eos qui credunt, non tamen intelligunt propter ingenij ruditatem, & tarditatem: tum propter credentes, & factis negantes, & alios ſcandalizantes: tum denique quia ſup omnes bene operari noſcuntur, qui patiētia præditi ſunt. Et vt ait Euangelium, fructum adferunt in patientia, qui opus perfectum habet, & ad perfectos ſpectat. Et oſtendit quibus notis veri Apoſtoli à pſeudapoſtolis diſtinguantur. Indicat etiam nullum eſſe probationis genus, quo non

Quid exhibere ſe miniſtrum Dei in multa patientia. 1.*Cor.*14. Cur in multa patiētia, 2.*Tim.*2. 1.*Tim.*1.

Patientes quomodo operātur. *Luc.*8. *Iacob.* 1.

Patientia quid.

fuerit examinatus à Chriſto. Eſt autem patientia, moderatio animi in rebus ad- uerſis. Et enarrat nouem genera malo- rum.

Tribulationes, neceſſitates, anguſtiæ, & plagæ quænam miniſtris Chriſti tolerandæ. 2.Cor.11.

Primum, *In tribulationibus*. Cum mens angitur, & corpus ſimul affligitur. Secun- dum. *In neceſſitatibus*. Id eſt, eorum, quibus indigemus, penuriam patientes. Tertium, *In anguſtiis*, ſiue anxietatibus, quæ oriuntur ex periculis magnis. Quartum, *In plagis* Quæ immeritis affliguntur propter veri- tatem, & iuſtitiam. Et ita intelligit flagella, & virgas, & alapas, de quibus poſtea: Ter, inquit, virgis cæſus ſũ: quinquies, quadrage- nas, vna minus, accepi.

Carceres. & ſeditiones.

Quintũ *In carceribus* Quos multis in locis ſuſtinuit. Sextũ. *In ſe- ditionib.* Nõ quas aliis inferam', ſed quas ab aliis illatas ſuſtinemus.

Amb t.5. 2 Cor 31. Act.6.

Ambr. legit pro illo verbo *permutationibus*, ſicut aliqui, *in perſe- cutionib.* quas per oppida ſingula fere expe- riebatur, vt Damaſci, Antiochiæ, Piſidiæ, I- conio, Lyſtris, Philippis, Theſſalonicæ, Berœæ, Corinthij, Epheſi, Ieroſolymis, ac Romæ,

Labores Pauli Apoſtoli. Pſalm.127.

Septimum. *in laboribus*. Scili- cet manuum, quibus tum ſe, tum ſuos ale- bat: implens illud: Laboribus manuum tuarum, quia manducabis, &c.

Vigiliæ eiuſdem, & ieiunia.

Octauum, & nonum, *In vigiliis, & ieiuniis*. Quia ſæpe noctes inſomnes ducebat, aut propter ſtu- dia, & concilia, aut ad præuenienda futura mala, aut propter preces, & inuocationem Dei: nam Act. 16. ipſe cum Sila media no- cte orabat:

Act.16.

Et cum his omnibus ieiunium non negligebat, etiam ſi hæc omnia pro in- numeris ieiuniis ſufficerent, vt teſtatur Chryſoſtom.

Ab eo qui degenerent Chryſ ho. 12.t.4.

Et ita tacite taxat delicatos, & ſomno vacãtes pſeudoapoſtolos, & noſtros paſtores, qui odio marceſcunt, & in pin- guibus reditibus deliciantur. Et quomo- do alias gloriaretur Apoſtolus in ieiuniis, niſi frequenter illa ſeruaſſet?

Miniſtri Dei caſtitatem, ſcientiam qualem habere debeant. Amb. to. 5.

Addit: *In caſtitate*, ſiue puritate, quæ de- cet maxime prædicatorem, & paſtorem. Rurſus, *In ſcientia*. Legis ſcilicet, & Euan- gelij, vt ait Ambroſ. ſiue vt alij legunt, pru- dentia, qua cum ratione in rebus vtimur, grauiter, & cum decoro verſantes.

Longanimitas eorũdem, & ſuauitas qualis ſit.

In lon- ganimitate. Qua expectamus reuocãdos ad fidem, & eos qui reſiſtunt, & ad meliorem frugẽ peccatores redituros ſperamus: quæ virtus propria Dei eſt. *In ſuauitate*. Vel be- nignitate, ſcilicet morum qua nos aliis fa- ciles, & tractabiles reddimus. *In Spiritu ſan- cto*. Autore omnium donorum, qui nullo dono ſpirituali abutitur. Et ponit Spiritum in medio donorum, ſicut cor eſt in medio corporis; & Sol in medio planetarum. Vel accipi poteſt metonymice Spiritus pro do nis ſuis.

In Spiritu S. miniſtrũ Dei ſe exhibere quid & in charitate non ficta.

In charitate non ficta. Sicut Spiri- tum ſanctum oppoſuit Hæreticis, & pſeudo apoſtolis, ita charitatem non ſimulatam opponit ſocordibus, & ignaris. Et omni- bus quæ volumus nobis fieri, aliis facia- mus, vt non diligamus verbo & lingua, vt Dilectus dixit, ſed opere & veritate.

Matth 7. 1.Ioan.3.

Ad- dit: *In verbo veritatis*. Quod opponit iis, qui verbo Dei abutuntur, & pro affectibus ſuis interpretantur, Si quis ergo loquitur, ait Petrus, loquatur quaſi ſermones Dei; id eſt, purum Dei verbum.

Quid in verbo veritatis, & virtute Dei 1.Pet.4.

In virtute Dei. Quæ per ſigna, & prodigia bonum, & ido- neum miniſtrum Paulum indicabant.

Quomodo item per arma iuſtitiæ. Sup r.3. Pſ.33

Per arma iuſtitiæ. Intellige ſpiritualia: nam iu- ſtitia eſt recedere à malo: & hæc ſunt ar- ma defenſiua; ſicut facere bonum, arma ſunt offendentium.

Quo pacto etiam à dextris, & à ſiniſtris,

Addit: *A dextris, & à ſiniſtris*. Id eſt, Ab eis quæ ſunt proſpera; & aduerſa; ita vt nec per aduerſa deiiciamur, neque per proſpera eleuemur. Per arma dextræ & ſiniſtræ nouem diſtinctiones de- xtrarum, & ſiniſtrarum ponit, Sed con- ſidera primum, quod honores, qui ab om- nibus auferuntur, vt proprium bonum opus numerat, nouit enim quanta res ſit non capi ob exhibitos honores.

Honores humani quid Apoſtolo.

Et inter ea quæ ſunt dexteræ, collocat. Prima igi- tur diſtinctio eſt. *Per gloriam, & ignobilita- tem*. Vel inhonorationem.

Paulus & Barnabas per gloriã & ignobilitatem quãdo exhibuerint ſe Dei miniſtros. Act.14. Sup.13.

Paulus, & Bar- nabas hanc gloriam habuerunt, quando Lycaonij eos voluerunt adorare vt deos. Ignominiam vero, quando Iudæi Antio- chiæ excitauerunt perſecutionem in ipſos, & eiecerunt eos de finibus ſuis. Et primum fuit dextrum, alterum ſiniſtrum.

Quãdo etiam per infamiam & bonam famam.

Secunda diſtinctio: *Per infamiam, & bonam famam*. Nam quidam eos agnoſcebant vt veros Chriſti miniſtros, & apud alios erant in- fames, & mali. Vbi vides etiam dextrum, & ſiniſtrum.

Iidem vt ſeductores quando, & veraces ſic ut qui incogniti etiam & cogniti.

Sicut in tertia diſtinctione, *Vt ſeductores, & veraces*. Et interpres variat dictionem, vt, ſicut, tanquam, quaſi, cum Græce ſit vna dictio, ὡς Habemur igitur à quibuſdam impoſtores, cum tamen ſimus veraces. Quarta, *Sicut qui ignoti, & cogniti*. Hoc eſt, etiam gloriæ, & ignominiæ: qui- buſdam enim noti erant, ac plurimum ab illis obſeruabantur; alij vero ne noſſe qui- dem ipſos dignabantur.

Quomodo quaſi morientes, cũ tamen viuerent.

Quinta: *Quaſi mo- rientes, & ecce viuimus*. Id eſt Tanquam morti proximi, & mox defuncti: & ecce vi- uimus, in gloriam Chriſti, & credentium,

Rurſus quando vt caſtigati, & non mortificati. Pſalm.117.

Sexta: *Vt caſtigati, & non mortificati*. Græce παιδευόμενοι, hoc eſt, correpti, non tamen mortificati, quia non derelinquimur vſ- que ad mortem, iuxta illud; Caſtigans ca- ſtigauit me Dominus, & morti non tradi- dit me. Tempore enim quo hæc Paulus ſcripſit, nulla erat à Romanis publica fa- cta punitio, vel mota perſecutio, cum pri-

mam mouerit Nero, ſub cuius principatu à principio venit in vrbem Romam Paulus, & in cuius poſtremo Imperij anno occubuit: atque eo tempore tantum Iudæi Chriſtianos perſequebantur. Et per Iudæos lapidatus eſt Stephanus, decollatus eſt Iacobus, & in carcerem Petrus cõiectus. Septima diſtinctio. *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.* Iudicamur ſiquidem triſtes, & mœrentes, habentes cauſas mœroris: ſed reuera intus in Spiritu ſancto gaudemus pro nomine Ieſu contumeliam pati. Octaua: *Sicut egentes, multos autem locupletantes.* Id eſt: Pauperes, & inopes: non quod velit Apoſtolus excludere veram paupertatem, ſed neceſſariam, & coactam. Multos autem, inquit, locupletantes, ſpiritualibus ſcilicet diuitiis, quanquam perfecti miniſtri non mendicauerint pro ſeipſis; mendicabant tamen pro aliis pauperibus ſanctis, vt de victu, & de neceſſariis illis proſpiceretur. Videant etiam, qui Eccleſiis præſunt, ne bonis temporalibus ad vſum pauperum datis abutantur. Poſtrema diſtinctio dextræ, & ſiniſtræ eſt: *Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Plus eſt nihil habere, quam eſſe pauperem. Vt ſunt Religioſi, qui voluntarie nihil habent, & omnia in ſpe poſſident, quia ſuper omnia bona ſua conſtituet eos Deus. Actu etiam poſſident omnia temporalia, qui ea calcant & cõtemnunt, de quibus; *Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit.* Et teſtatur experientia quod poſſeſſoribus bonorum ſpiritualium, Principes, & omnia quæcunque ſunt bona temporalia, ſubiiciuntur. In hac enumeratione bonorum quædã ſunt, quæ merito exiguntur ab omnibus Chriſti ſeruis: vt ſunt labores, vitæ ſynceritas, ſcientia, caſtitas, vigiliæ, ieiunia, charitas ſermo veritatis, & Spiritus ſanctus. Non eſt autem neceſſarium adeſſe vincula, carceres, plagas, perſecutiones, aut tyrannos: ſed parati tantum eſſe debent ad hæc omnia, ſi gloria Chriſti, & Eccleſiæ neceſſitas expoſtulat. Habet ergo arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris. De quibus Caſſianus libro 6. c. 9. *Omnia ergo*, inquit, *quæ proſpera reputãtur, & dextra dicũtur, quæ ſanctus Apoſtolus gloriæ & bonæ famæ vocabulo denotauit: illa etiam, quæ exiſtimantur aduerſa, quæ per ignobilitatem, & infamiam euidenter expreſſit: quæque à ſiniſtris eſſe deſcribit, efficiuntur viro perfecto arma iuſtitiæ, ſi illata ſibi magnanimiter ſuſtenauerit.*

Ad ſextum dicimus, Apoſtolum magno, & vehementi amore Corinthiis declarato dicere: *Os noſtrum patet ad vos, ô Corinthij.* id eſt: Silere nec poſſum, nec debeo apud vos & animus meus dilatatur, vt vos capiat vniuerſos. Cum ergo de ſe tanta dixiſſet, apoſtrophat ad Corinthios, vt internum affectum, & gaudium illis indicet, vt illis tãquam chariſſimis effundat quæcunque in corde deliteſcunt. Amicis enim nullum te nemus ſecretum, ſed & corda noſtra, & interna communicamus: ex abundantia enim cordis os loquitur: cũ his vero, quos amore non proſequitur, ora, & corda noſtra clauſa tenemus.

Et ſequitur: *Non anguſtiamini in nobis; anguſtiamini autem in viſceribus veſtris.* Cum ait, *in nobis*, in poſuit pro, de: Non, inquit, de nobis, qui tanta amoris ſignificatione vos proſequimur. *Anguſtiamini autem in viſceribus veſtris.* Id eſt, de vobis; qui eſtis in cauſa tantæ anguſtiæ. Ita enim præpoſitiones illæ, *in*, & *ad*, proponuntur pro, de, vt in his locis; *Dauid enim dicit in eum, Prouidebam Dominum, &c.* pro eo quod eſt, dicit de eo; & Dominus apud Lucam ait ad eum, ſcilicet Zachæum, pro eo quod eſt, de eo, *Quia hodie ſalus domus huic facta eſt.* Et quoniam paulo poſt arctabit connubia, prohibendo noua cum infidelibus coniugia, quia forte nõ poterant cum ſibi paribus coniugi, vt prius ante fidem ſuſceptam: propterea poterant anguſtiari. Coarctauerat etiam in priori epiſtola forum cauſarum, prohibendo litigare cum fratre ſub iudice infideli: arctaue rat etiam conuiuia, & prohibuerat manducare immolata Idolis, vel præſentibus infirmis, qui ſcandalizabantur, vel iudicante aliquo eſſe illud Idolothytum, inde Corinthij poterant cogitare mentes ſuas in anguſto poſitas eſſe. Et inde forte angebantur quod à ſolitis coniugiis, & conſuetis thoris deſiſtere deberent propter Pauli mandatum, quod ille per Timotheum, ſiue per Titum cognouerat: ideirco nunc declarat eis, quod anguſtia eorum non eſſet ab ipſis miniſtris, qui eis voluntatem, & puritatem Euangelij explicarant. Nam ſi hæc anguſtia à nobis eſſet profecta, profecto os noſtrum non eſſet apertum vobis, aut cor noſtrum ad vos dilatatum, vt eſt. Ergo non anguſtiamini à nobis, vel à noſtra doctrina, aut mandatis, & exemplis, ſed conſtringimini à viſceribus veſtris, in quibus intuimini humanos quoſdam reſpectus, & affectus. Et quod bis dicit, Anguſtamini, indicatiui modi eſt, & dilatamini, imperatiui. Et Latinius dicitur, anguſtari, quam anguſtiari, id eſt, conſtringi, & coarctari. Hinc quod dixit. *Non anguſtiamini in nobis*, non eſt verbum exhortationis, ſed annuntiat id quod eſt; id eſt, nullam habere cauſam, cur animo anguſto, & depreſſo

Marginalia (left): Act. 7. — Infra. 13. Ibid. 4. — Act. 5. — Miniſtri Dei ſicut egentes, vt multos locupletent. — In hoc quid paſtoribus Eccleſiæ prouidendum. — Iidem nihil habentes vt omnia poſſideant. — Matth. 24. Deut. 11. Ioſ. 1. — Earum, quas enumerauit Apoſtolus conditiones in miniſtris Dei quæ neceſſariæ requirantur. — Quid arma iuſtitiæ Caſſiano. — VI. dubitatio diluitur Quid ſit Apoſtolo:

Marginalia (right): Os noſtrũ patet ad vos, o Corinthij. — Amantiũ proprium. Matth. 12. — Ad VII. Dubiu. De his verbis: Non anguſtiamini in nobis, anguſtiamini autem in viſceribus veſtris. — Act. 2. Pſal. 15. — Luc. 19. — Quæ res anguſtare poterant animos Corinthiorũ. 2. Cor. 6. 1. Cor. 4. — Infra. — Eiuſmodi anguſtias Corinthij quibus falſo imputarent. — Quomodo anguſtari habebãt in viſceribus ſuis. — Anguſtiæ filiorum vnde.

ſint propter Paulum: ſicut anguſtantur filii de Patre ignobili, & diſcipuli ob magiſtrum imperitum, & indoctum, eiuſmodi præcepta nobis tradendo. Eſt ergo ſenſus: Nequaquam anguſtia coarctamini per me, cuius lingua vobis patet, & cuius cor dilatatum eſt: ſed veſtris affectibus ſeruientes coarctimini, & in anguſtias reducimini, quibus Pſeudoapoſtoli ſuis fraudibus ac dolis vos à libertate ſpiritus in ſeruitutem legis coanguſtant.

Pſeudoapoſtoli Corinthios quomodo coanguſtarent.

Vnde ſubdit: *Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & vos.* Græce non eſt participium, *Habentes*, ſed ſupplenda eſt particula κατὰ, id eſt ſecundum. Cum ergo ſit vobis eadem retributio, quæ nobis, & quam nos expectamus (tanquam filios dico) tibi enim futuri ſunt filii, vt ſunt parentes, quos imitantur filii ſicut filii Abrahæ, Abrahæ promiſſiones adipiſcuntur, *dilatamini, & vos.* Nam cum concipitur ſpes æternorum, tunc cor nullas patitur anguſtias.

Corinthij dilatari quã habituri erant retributionem cum Paulo.

Rom.9.

Vbi pondera, cor hominis materiale gaudio dilatari per diaſtrophen, ſicut triſtitia contrahitur per Siſtolen, & ſeruit ad hoc, vt impleamur ſpiritu, iuxta illud; *Aperi os tuum, & implebo illud*, nimirum ad præcepta ſeruanda, iuxta verbum Dauidis: *Viam mandatorum tuorum concurri, cum dilataſti cor meum.* Et cognito æternæ vitæ theſauro, dilatatur ad omnia bona, & conſtringitur abſentia temporalium. Cordis igitur latitudo ſignificat alacritatem & gaudium, ſicut anguſtum, & contractum cor ſignificat mœrorem, vel tædium, cui opponitur cor diffuſum, & dilatatũ: quemadmodum cum nobis eſt ſermo cum amicis, cor noſtrum ſe diffundit, nihil eſt rectum, & clauſum, patent omnes ſenſus, ibi animus exilit, & geſtit ſe palam exponere: hinc etiam fit, vt libera ſit lingua, neque hæſitet, aut ceſpitet, ſed libere, & cum fiducia loquatur. Quæ quidem inſeruire poſſunt ad hanc anguſtationem, vel dilatationem melius percipiendam. Et debet os prælati patere ad ſubditos, vt doceat, arguat, exhortetur, & precetur pro eis, & cor eius ad eos dilatari, vt ex corde, & ſyncere diligat.

Quomodo dilatari debebant.

Pſalm. 80.

Spiritus plenitudo quid conferat.

Pſalm. 118.

Quid cordis latitudo ſignificet.

Os ſacri paſtoris quãdo pateat ouibus Chriſti.

Ad octauum dicendum eſt, Apoſtolum coniugia cum infidelibus prohibere, dicẽdo: *Nolite iugum ducere cum infidelibus*: in quo alludit ad nomen Gręcum σύζυγος. Et hęc, vt diximus, erat materia anguſtiæ Corinthiorum, iungi non poſſe Chriſtianos cum infidelibus matrimonio. Et infideles vocat idololatras, vt quinta combinatio poſtremo loco poſita docet, cum ait: Quis conſenſus templo Dei cum idolis? Et hoc durum videbatur nobilis generis hominibus ad Chriſtum vocatis, non licere coniugia inire cum ſibi paribus hominibus, quod pauci eſſent Chriſtiani, multi vero infideles, quod efficere oporteret, ſi eis pares nobilitate non eſſent Chriſtiani. Vnde & hoc non ſemper fuit obſeruatum. Nam Cecilia Chriſtiana nupſerat, & Lucia ſimiliter Chriſti fidem profeſſa ſponſo Ethnico ex voluntate parentum nupſerat.

VII. dub. ſolut.

Cur Corinthij prohibentur iugum ducere cum infidelibus.

Diuæ Chriſti virgines quæ ſponſos habuerint infideles.

Ac ex quinque capitibus docet non licere Chriſtianis iungi cum idololatris. Primum eſt ex parte iuſtitiæ: quia ſtatus Noui Teſtamenti eſt miniſtratio iuſtitiæ, ſiue effici iuſtitiam Dei per Chriſtum, vbi loco perſonarum res ipſas poſuit. Secundum, ex differentia inter tenebras & lucem. Chriſtiani enim ſunt filii lucis, & ſpirituales; Idololatræ, filii tenebrarum ſpiritualium, hoc eſt, dæmonum. Tertium: *Quæ autem*, inquit, *conuentio Chriſti ad Belial.* Græce συμφώνησις, id eſt, concordia, ſiue conſenſio. Chriſtus enim eſt caput Chriſtianæ Eccleſiæ, Dæmon vero Belial eſt, & caput Idololatrarum. Interpretatur autem Belial, ſine iugo, id eſt, Qui nulli legi, aut regulæ, aut mandato ſubeſt, ſed omnia ſibi licere putat. Quartum: *Aut quæ pars fideli cum infideli?* Coniugii namque fructus ſunt filii, de quibus vterque coniugum ſimul participare non poteſt, eandem dulcedinem capere, quoniam illi fructus ſunt, quatenus Deo generantur, de quibus infidelis minime guſtat. Quintum: *Quis autem conſenſus templo Dei cum Idolis?* Non dixit, templo Dei cum templo Idolorum; ad ſignificandam directam contrarietatem inter templum, id eſt, fidelem, in cuius corde Deus habitat, & illud, in quo habitat Diabolus, cuius eſt ſimulachrum. Non enim Diabolus eſt habitator templi idolorum, ſaltem proxime, ſed per medium ſimulachrum: ſicut Deus eſt habitator templi ſui Chriſtiani enim ſunt templum Dei; & per hoc alieni eſſe debent ab iis, qui volunt colere ſimulachra. Eſt ergo hoc genus coniugii deteſtabile, fidelis enim qui conſentit cum Idololatra, videtur quodammodo conſentire cum Idolo: quod abſurdum eſt, quia fidelis eſt ſemper templum Dei. Idque probat per Scripturã Leuitici, quæ habet: *Quoniam inhabitabo in illis* (tanquam in templis meis) *& inambulabo inter eos* (quaſi in paradiſo meo pretioſo) *& ero illorum Deus* (peculiaris) *& ibi erunt mihi populus*, ſcilicet peculiaris. Hoc teſtimonium, vt diximus, habetur in capite 26. Leuitici. Quod autem ſequitur: *Propter quod*

I. Ratio Apoſtoli, quare Corinthij iugum ducere cum infidelibus non debebant.

2 Cor.5.

II.

III.

Belial quid Hebræis.

IV.

V. atque poſtrema.

Aliter Deus templũ iuſti, & fidelis inhabitat, aliter dæmon templum idolorum.

Chriſtiani qua fugere debeant ethnicorũ coniugia.

Sol. IX.

Circa illud teſtimoniũ Quoniam inhabito in illis, &c.

Leuit.26.

Vnde ſumptum ſit. *Eſai. 52. Ierem. 31.* Mos Apoſtoli in teſtimoniis pro ducendis. In eo quid cauendum.

exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit, Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in Patrem, &c. partim deſumptum eſt ex 52. Eſaiæ, partim vero Ieremiæ c.21. Etſi verba non omnino ſint eadẽ, ſenſus tamen idem eſt. Vbi vides licitum eſſe, ex multis Scripturarum locis teſtimonium vnum conficere ad vnum & idem probandum; non tamen te.nere, & abſque iudicio id præſtandum eſt. In quo à pleriſq; erratur, qui multitudine potius, quam pondere producunt, quo doctiores.

Corinthij vt exire de medio infideliũ debebant, & ab eis ſeparari.

Quod ait *Exite de medio eorum, & ſeparamini*: intelligendum eſt, vt exirent de medio idololatrarum, non quidem relinquendo patriam, aut locum, ſed cultum illorum iam hortatur, vt magis ſeparentur in coniugiis, conuiuiis & foro nam in his cum illis videbantur conuenire: vt omnibus rationibus, quibus poſſumus, ab illis ſeparari, & diſtincti ſimus. Dixit enim Dominus. *Non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam. Et inimici hominis, domeſtici eius.* Et hæc ſunt ſatis ad dubitatiunculas huius Cap.

DISPVTATIO VIII

In verba Apoſtoli capite 7. *Has ergo habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni iniquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem læſimus, neminẽ corrupimus, neminem circumuenimus*, & reliqua vſque in finem capitis.

I Dubitatio.

PAuca ſunt in hoc capite, quæ diſputatione indigeant, aut explicatione: more tamen noſtro aliquid eſt in dubium reuocandum, quo Textus Apoſtoli planior fiat. Primum igitur diſſerendum eſt de ſcopo, ex quo omnia pendent. II. Deinde quę ſunt illæ promiſſiones, de quibus ait: *Has ergo habentes promiſſiones.* III. Tertio quomodo perficienda eſt ſanctificatio in timore Dei; & cur nõ potius dixit, In charitate, quæ foras mittit timorem, & quæ omnem noſtram ſanctificationem, & purificationem perficit. (*1 Ioan. 4.*) IV. Quarto obſcurum eſt illud: *Capite nos, & Neminem læſimus, &c.* V. Quinto circa illud, *Multa mihi fiducia eſt apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis.* Videtur enim contradicere ſuperius dictis, de fugiendis nimirum coniugiis cum infidelibus: & quomodo gloriatur pro illis, cum maledictus ille habeatur, qui gloriatur, ſeu qui cõfidit in homine. (*Ierem. 17.*) Et quomodo habuit conſolationem in aduentu Titi à Corintho in Macedoniam, referentis eorum deſideriũ, fletum, & æmulationem. Quinto ſuper illud; *Quoniam etſi contriſtaui vos in Epiſtola, non me pœnitet: & ſi pœniteret, videns quod Epiſtola illa (etſi ad horam) vos contriſtauit nunc gaudeo.* dubitatur: quia aut bene fecit contriſtando eos, & ſic pœnitentia duci non debebat: aut male fecerat, & ſic nunquam debuit gaudere. Sexto, duæ illæ graues ſententiæ expendendæ ſunt nempe: *Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* VI. Altera autem ſententia eſt: Seculi autem triſtitia mortem operatur: quam mortem corporis, an animæ, an vtriuſque? Septimo circa illud: *Ecce enim hoc ipſum, ſecundum Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, &c.* VII. Expendenda eſt vis illius particulæ ſed, quia extranea videtur, & parum vſitata. Octauo, quis erat ille paſſus iniuriã & quis ille qui illam intulit. VIII. Et quomodo ait: *In conſolatione noſtra abundantius magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus eius ab omnibus vobis.* Hæc omnia aliqua obſcuritate ita ſunt affecta, vt aliquod lumen deſiderent interpretationis.

Ad primũ dub. Quid doceat in hoc c. Apoſtolus.

Quod ad ſcopum attinet, dicendum eſt, Apoſtolum progredi in prioris huius capitis parte ad exhortandum Corinthios vt à coniugio, & familiaritate ethnicorum abſtineant, vt fecit in poſteriori parte præcedentis cap. Lenit igitur prioris Epiſtolæ acerbitatem, & obedientiam illorum commendat. Poſt producta ergo teſtimonia Prophetarum, addit de ſuo admonitionem, qua ad omnimodam vitæ innocentiam animum intendamus. Prius enim Deus nobis gratiam largiter impertitur; poſtea à nobis poſcit mutuam grati animi memoriam. Ita dixit Abrahæ; *Ego Dominus omnipotens.* (*Gen. 17.*) Et poſtea ſubiungit, ac ſtimulat ad bonum *Ambula coram me, & eſto perfectus.*

II. Dubij ſolut. Corinthij quas habebant promiſſiones.

Ad ſecundum, cum dixit: *Has ergo habentes promiſſiones.* Dicimus, promiſſiones illas eſſe, nimirum nos eſſe templa Dei, & filios, ac filias Dei, & habere Deum inhabitantem, & inambulantem in nobis, vel præcedentem, & ducentem nos in via Dei.

Sol. III. dub. Sanctificatio vnde incipiat: quomodo perficiatur.

Tertiam ſoluimus dubitationem: Sanctificatio noſtra incipit à Baptiſmo, in quo permundamur ab omnibus peccatis, etiam originali, non ſolum quantum ad culpam, ſed etiam quantum ad debitam pœnam: & hoc gratuita Dei munificentia, & ſine vllis no-

noſtris meritis. Ita Paulus declarat in locis ſuperius citatis, quid ſit: *Immundum ne tetigeritis*. Perficitur autem dicta ſanctificatio per operum bonorum ſtudium, & per timorem Domini, per quem à malo recedimus. Soli enim homini à Deo relictum eſt vt poſſit ſeipſum perficere, & augere in ſanctitate, propter liberum arbitriũ, quod cæteris animantibus negatum eſt. Et hæc perfectio propria eſt eorum, quos gratia Noui Teſtamenti attingit. Nam Philoſophi conati quidem ſunt perficere, ſed non potuerunt: & hoc ideo, quia non potuerũt omnia peccata vitare. Vnde ex parte impuri & immundi remanebant.

Eccl. 1.

Cur mundi ſapientes ſanctificationem vnquam perficere nequiuerit.

Sanctificatio cur perficienda in timore Dei.

Ac ſubdit: *In timore Dei, vel, cum timore Dei* Qui expellit peccatum, quod eſt omnis immunditia: hic autem timor, filiorum eſt, & charitatis eſt effectus: timendum enim, ne Deus deſpiciat nos negligentes ſtudium pietatis, & pulchritudinis animæ noſtræ. Ait enim alio loco Apoſtolus; *Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini*. Idcirco potius dixit, *in timore*, quam in charitate. Declarat autem Auguſtin. lib. 3. de Doctrina Chriſt. capite ſecundo in poteſtate legentis eſſe, ſi velit diſtinguere: Mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, & ſpiritus perficientes ſanctificationem in timore Domini: capite nos, nemini nocuimus, &c. ſecundum illam ſententiam: Vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu: ſiue ſic velit legere: Mundemus nos ab omni coinquinatione carnis vt alius ſit ſenſus: Et ſpiritus perficientes ſanctificationem in timore Domini: capite nos: vt ſpiritus non ſit Gignendi, ſed Nominandi caſus in plurali, ita vt ſpiritus noſtram perficiant ſanctificationem. Sed inſpecto codice Græco, in quo eſt caſu Gignendi, facile poterat hæc ſecunda lectio falſitatis conuinci.

Eccl. 1.

Philip. 2.

B. Aug. l. 3.

2. *Cor.* 7.

Sol. IV. qu. Quid illud Capite nos

Soluamus quartam dubitationem circa illud; *Capite nos*, Capere, hoc loco non ſignificat intelligere, ſed capacem eſſe, ſicut vas, aut locus aliquis dicitur capax: in quo ſenſu dixit Ioannes in fine ſui Euangelij: *Nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros*: & ita accepit Dominus, cũ dixit: *Qui poteſt capere capiat*; &, *Sermo meus non capit in vobis*; &, *Non omnes capiunt verbum iſtud*. Ergo, *Capite nos*. Id eſt: capaces noſtri eſtote, & amplectimini nos in corde veſtro ſicut ego vos omnes amore lato complector. Vnde & ob hanc cauſam ad latitudinem cordis fuerat eos cohortatus, cum dixit: Dilatamini & vos. Ita vos me præceptorem veſtrum capite: nec eſt cur me non capere debeatis: quia *Neminem læſimus*. In perſona. *Neminem corrupimus*. Doctrina falſa, aut prauo vitæ exemplo. *Neminem circumuenimus*. Hoc eſt, fraudauimus, vel expilauimus, in bona veſtra inuolando. Cur ergo animi veſtri alienati ſunt à nobis, quia his tribus ſolent paſtores animos plebis à ſe abalienare, aut tyrannidem exercendo, aut per cupiditatem deuorando. Et tacite ſugillat pſeudoapoſtolos, qui lædebant, corrumpebant, atque defraudebant, quorum opera factum erat vt Corinthij ſe à Pauli charitate ſepararent.

I. Senſus, qui reiicitur.

Matth. 19. *Ioan.* 8.

Matth. 19.

Alter ſenſus proprius loci huius.

Quorſum hæc: Nemi nem læſimus, Neminem circumuenimus, A quibus Corinthij lædetentur corrũperentur: circumueni-rentur que tantummodo.

Subiungit: *Non ad condemnationem veſtrã dico*. Id eſt: Hæc ad vtilitatem veſtram dico, non ad condemnandum vos; cum adhuc ſit ſpes emendationis. Vel: Hæc non vt ingrati animi crimen affingam, dico; ſed ad veſtram vtilitatem. Et ſubdit rationem: *Prædiximus enim quod in cordibus noſtris eſtis ad cõmoriendum, & ad conuiuendum*. Senſus eſt: Gerimus vos in cordibus noſtris, & epiſtola noſtra ſcripta eſtis in cordibus noſtris: & ad ſignificandam arctam, & conſtantem amicitiam: ad commoriendum, & ad conuiuendum. Putant enim quidam, Paulum ad illud amicitiæ genus hic alludere, quo fiebat, vt amico mortuo, qui ſuperſtes manebat, ſibi mortẽ cõſciſceret. Tales erant olim, quos Galli vocabant Soduríos & Cæſar deuotos interpretatur libro. 3. de bello Gal. Vel ſi intelligatur de morte culpæ, Eo dolore, ait Paulus, accipimus mortem veſtram, quo noſtram; & eo gaudio afficimur de bona vita veſtra in gratia, ſicut & de mea.

Hæc Apoſtolus cur ad eandem nationem Corinthiorum mandicebat

Iidem quo modo in corde Apoſtoli erant ad commoriendum & ad conuiuendum.

2. *Cor.* 3.

Soduriorũ Gallorum hominum qualis amicitia.

Iul. Cæſar.

Alter ſẽſus

Quintum fuit dubium circa illud: *Multa mihi fiducia eſt apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus ſum conſolatione*. Non contradicit ſuperius dictis de fugiendis coniugiis cum infidelibus: nam in primis eos laudat, cum ait, *Multa mihi fiducia eſt apud vos*, Id eſt: Confido quod qui bene cœpiſtis, proficietis in melius, & ex bonis auditis de vobis, ſpero maiora in futurum. Et hæc fiducia bona eſt, quia non nititur homini puro: alioqui maledictus homo qui confidit in homine, ſed homini ornato Dei gratia, in qua niti, non eſt niſi Deo niti. Et non male dicitur qui confidit in homine, niſi tanquã in vltimo fine & tanquam in priora, & pupilli ſuæ ſalutis. Et ita intellige illud: *Nolite confidere in principibus: in filiis hominum in quib. non eſt ſalus*, & Micheas: *Nolite credere amico; & nolite confidere in duce* Vnde Paulus docet in aliquo homine eſſe fidendum, quod ſcilicet præſtabit officium ſuum. Ita de Philippenſibus idem ſentiebat: Confidens hoc ipſum, inquit, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu; & Iudæis, *Cõfidimus, ait, de vobis*

Ad V. dub. Si maledictus homo qui confidit in homine: quare multam fiduciam in Corinthiis Paulus habebat, & gloriationem.

Ierem. 17.

Maledictus homo quis, confidens in homine.

Pſalm. 145.

Micha. 7.

Homini, quatenus fidendum.

Philip. 1.

Heb. 6.

dile-

dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſaluti: quæ fiducia reducitur tandem ad Deum vt finem omnis noſtræ,& veræ confidentiæ.

Quatuor Pauli Apoſtol. quos in Corinthios gerebat animi affectus.

Conſueuit autem quadruplex affectus in cordibus diligentium conſurgere ex bonis quæ nobis dilecti operantur. Et primus, eſt effectus fiduciæ, de quo iam dixit. Secundus affectus, eſt gloriationis, de quo ait: *Multa mihi gloriatio pro vobis: quia Gloria patris eſt filius ſapiens.* Tertius, eſt affectus conſolationis, quo is qui dilatatur, & gloriatur, habet remedium contra triſtitiam, cui opponitur: & de hoc ait, *Repletus ſum conſolatione.* Quarto, conſurgit ex prædictis affectus exuberantis gaudii: nam etſi ex aliqua delectatione diminuatur triſtitia; non tamen in toto, niſi gaudium ſit vehemens. Et de hoc ait: *Superabundabo gaudio in omni tribulatione veſtra, quam gaudium ſuperat.* Quaſi diceret; Quid opus eſt multis in re perſpicua? quæ enim retulit mihi Titus de vobis; non modo ſatis ſunt ad pacandum cor meum, ſed & materiam mihi præſtant vobis fidendi, & ſecure de vobis gloriandi, & mœrorem meum ex tribulationibus conceptũ repellendi. *Multa mihi* (inquit) *fiducia*, vel *παῤῥησία*, id eſt, libertas, & confidentia alloquendi vos. *Multa mihi gloriatio pro vobis*, ſcilicet morigeris, & emendatis, quod Græce habetur, *ὑπὲρ ὑμῶν*, id eſt, de vobis; nam ponitur *ὑπὲρ* pro *περὶ*, vt alibi ſæpe dictum eſt. *Superabundo gaudio in omni tribulatione veſtra*. Nam vt in ſecunda Ioannis Catholica legimus; *Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.*

II. ac III.

Quarta.

Multa quæ Paulo fiducia, atq; gloriatio de Corinthiis erat.

Idem cur ſuperabundat latet gaudio in omni tribulatione ſua.

2 Ioan.

Quo de aduentu ſuo in Macedoniam hic Apoſtolo ſit ſermo.

Act. 16.

Sequitur: *Nam & cum veniſſemus Macedoniam, &c.* Narratiuncula quadam probat Corinthios ſuum eſſe gaudium in tribulationibus. Et licet hoc quidam intelligãt de primo Pauli aduentu in Macedoniam, Act. 16. tamen ex loci huius circumſtantiis conſtat loqui Apoſtolum de ſecundo aduentu. *Nullam* (inquit) *requiem ſeu relaxationem habuit caro noſtra.* Carnem vocat hominem exteriorem. *Sed omnem tribulationem paſſi ſumus: foris pugnæ.* Ab infidelibus, & Iudæis. qui extra Eccleſiam Dei ſunt. *Intus timores.* Id eſt, anxietates quas perpetiebatur ex morbis inteſtinis Eccleſiæ. Eſt enim in ea periculum ſemper ab infirmis, vel à falſis fratribus, ne Corinthii metu deiicerentur, aut fraudulentia Pſeudoapoſtolorum deciperentur: neque tam propriis, quam communibus malis angebatur Apoſtolus. *Sed* (his tamen non obſtantibus) *Qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos, Deus in aduentu* (ſeu per aduentum) *Titi.* A vobis ſcilicet in Macedoniam: quem hac commendatione ho-

Caro Apoſtoli (vt ipſe ait) quæ nullã requiem habuit in Macedonia.

Idem quas pugnas patiebatur, intus timores.

Titi ſui conſolatoris ad ſe aduenictis cur meminerit Apoſtolus.

norabiliorem reddere Corinthiis voluit, illisque magis familiarem atque amicum. Quod ſi quis diceret; Quid ad nos, ſi te Titus ſuo aduentu exhilarauit? Reſpondeo: Maxime hoc ad Pauli cauſam faciebat: nam Titus reuerſus ad Paulum, omnia ſacra ſibi renuntiauit, & beneficia à Corinthiis præſtita, & ſtudium ipſorum in Paulum abſentem. Et haud ob exiguas lacrymas ob peccata ſua effuſas narrabat, ex quibus Paulus potuit coniectare, eos à vera doctrina, quã ipſis tradiderat, non defeciſſe: & annuntiabat, inquit, veſtrum deſiderium inde ortũ, quod magnifaceretis doctrinam meam, & videndi mei deſiderio teneremini. *Veſtrum* (etiam) *fletum.* Quia illi doluerunt quod Paulus ſic illis ſuccenſuerit; quodq; tanto tempore ab eis abfuiſſet; quod ſignum erat luctus, & reuerentiæ erga Paulum: & quod eius obiurgatione commoti, peccata ſua lugerent. *Veſtram* (quoque) *æmulationem pro me.* Hoc eſt, beneuolentiam, & ſtudiũ quo accenſi fuerant in ſcortatorem illum; adeo vt magis gauderet, & dolores omnes ac moleſtias hoc gaudio ſubleuaret.

Corinthiis obiicientibus: Si te Titus ſuo ſuo lætificauit aduentu noſtra quid intereſt bene Pauli?

Titus Corinthiorũ fletum quẽ retulit Apoſtolo.

Quam etiã æmulationem.

Ad ſextum dubium in id; *Quoniam etſi contriſtaui vos in epiſtola, non me pœnitet: & ſi pœniteret, videns quod epiſtola illa (etſi ad horam) vos contriſtauit, nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam:* Hortatus fuerat ad omnimodam vitæ ſanctimoniam in poſterioris præcedentis capitis parte, nunc lenit illius epiſtolæ acerbitatem; ſic tamen, ut illa deprecari videatur, vt quaſi imprudens, & iratus in modo, & menſura exceſſerit (quia hoc Apoſtolicæ autoritati derogaſſet) verum ita, interea ſuam commendet erga eos charitatem qui ſalutem illorum rationem habuerit: & ſimul oſtendat, quam ſit neceſſaria, & frugifera præpoſitorum in Eccleſia Dei correctio. Et varie loquitur Paulus cum Corinthiis, quia eius verba diriguntur ad totam Eccleſiam, in qua alii de eo maligne ſentiebant, alii eum in ſummo habebant pretio, alii dubii erant, alii certi, alii vero obſtinati; ideo in hac tanta diuerſitate opus habuit orationem nunc huc, nunc illuc flectere; vt omnibus ſe accommodaret. Et acerbitatẽ correctionis mitigat hac ratione: quod illis ceſſerit in ſalutem. Etſi, inquit, vehementi oratione vos corripui, valdeq; contriſtaui, vt fere me pœnituerit; nunc tamen me adeo non pœnitet, vt etiam inde valde gaudeam, quia tantum fructum video inde vos percepiſſe. Nam ipſi mihi omnem adimũt pœnitudinem, vt pœnitere non debeam.

Paulo poſt ſoluetur ſexta dubitatio.

Quã prudenter ac circumſpecte Corinthiorũ quas dedecat Apoſt. obiurgationes moderetur ac leniat.

Cur vario ac multiplici Apoſtolus nunc ſermone cum Corinthiis vtatur,

Quænã illa moderatio obiurgationum illatum ac mitigatio ſit.

Nec eſt hic aliqua contradictio: nam verbum Pœnitendi, improprie hic eſt po-

Si Paulum pœnitet prioris epiſtolæ ſub

acerbæ quam dederat, quomodo non pœnitet? 2 *Cor.* 5. *Rom.* 8.

ſitum; vt cum idem verbum bis ponitur in eadem periodo, ſiue in eodem contextu; vt peccatum capite 5. huius epiſtolæ, & cap. 8. epiſtolæ ad Roman. bis poſitum, & pro ipſo peccato, & pro hoſtia piaculari pro peccato accipitur. Ita etiam hic pœnitere poſuit pro eo quod eſt dolorem capere. Paulus enim cum dolore afficeret Corinthios, doloris partem capiebat, ac ſibi quodammodo triſtitiam infligebat. Tametſi, inquit; vos pupugi, ac mihi doluit, quod durus vobis eſſe cogerer: nunc dolorem deſino; quia video id vobis vtile fuiſſe. Vt facit pater, cum punit filium minus obedientem, qui dolet dum filium flagellat; & nihilominus probat quia videt filio ſuo ſalutarem eſſe flagellationem.

Qualis Paulus cū Corinthijs fuiſſe videri poſſit.

Hebr. 12.

Et cum ait: *Videns quod epiſtola illa (etſi ad horam) vos contriſtauit*: Eclipſis eſt orationis, & ſupplendum eſt: profuit tamen plurimum, aut aliud quid ſimile. *Nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam.* Sunt enim interdum medici quidam, periti quidem alioqui, & fideles, ſed inclementes, & qui ægrotis non parcunt. Talem ſe eſſe negat Apoſtolus, qui addiderat aſpera remedia, niſi neceſſitate compulſus. Medici enim prudentis eſt non gaudere de amaritudine medicinæ, ſed de effectu ſanitatis.

Paulus quomodo gaudebat, quod Corinthii cōtriſtati erāt ad pœnitentiam.

Medici prudentis officium.

Vt autem melius explicemus illas duas ſententias, præmittenda ſunt verba illa præcedentia; *Contriſtati enim eſtis ſecundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis.* Triſtitiam fructuoſam declarat eſſe ex duobus: triſtitia namq; ſecundum ſe ipſam inutilis eſt, & omnibus inimica: nam ſpiritus triſtis exſiccat oſſa: ideo vt ſit vtilis, aliunde id habere debet. Eſt enim triſtitia ſecundum Deum, quæ eſt ratione iniuriæ, vel à ſe, vel ab aliis in Deum commiſſæ, vt hic accidit: vel ratione damni ſpiritualis in Eccleſia occurrentis, vt cum viri iuſti per mortem auferuntur. Et ideo ſubdit: *Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis.* Quibus verbis alterum fructum eueniſſe oſtendit, vitatione cuiuſcumq; damni ex contriſtante epiſtola Pauli. Nam triſtitia inimica eſt naturæ, & cor lædit, ac rodit, ex eo enim quod contriſtati ſunt ſecundum Deū, euaſerunt omne triſtitiæ damnum, quod ex Pauli epiſtola oriri poterat. Vel poſſumus ſic interpretari, Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Solet enim præceptor tunc magis prodeſſe diſcipulis, cum peccantibus nihil conuitiatur.

Vnde in primis Corinthiorū triſtitia, ſecundum Apoſtolū. *Prouer.* 17.

Alter fructus triſtitiæ Corinthiorum.

Quid item Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

Sed iam proponit duplicem dolorem, vel triſtitiam: alteram ex Deo, quæ pœnitentiam parit ad vitam, alteram, quæ ex ſeculo eſt, quæ deſperationem gignit ducentem ad mortem. Ita per oppoſitum, duplex gaudium eſt. Seculi quidem gaudium eſt, cum homines ſtulti, abſque timore Domini exultant in rebus vanis; alterum vero gaudium ſecundum Deum, cum homines totam ſuam felicitatem in Deo collocant, & in eius gratia acquieſcunt: atque in contemptu gaudii huius ſeculi declarant, ſic viuentes in terrena proſperitate, quaſi non vtantur; in aduerſis tamen rebus hilares. Triſtitia ergo mundi eſt, cum propter terrenam felicitatem homines animos deſpondent; & luctu opprimuntur, dum immodice dolent de opibus, dignitate, voluptate, & de amicis, & charis amiſſis. Triſtitia vero ſecundum Deum quem reſpicit, vnicam miſeriam ducit, excidiſſe à gratia Dei: & homines timore Dei perculſi lugent peccata ſua. Hanc triſtitiam facit originem, & cauſam pœnitentiæ ipſius.

Ad VI illā dubitationem propoſitam. De triſtitia ſecundum Deum, & triſtitia huius ſeculi, & vtriuſque effectus contrarius.

Triſtitia huius ſeculi, vel mundi qualis illa.

Quænam vero triſtitia ſecundum Deū.

His poſitis, explicanda eſt illa prior ſententia: *Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Altera vero eſt: *Seculi autem triſtitia, mortem operatur*: Prioris ſententiæ ſenſus eſt clarus: niſi ſibi diſpliceat peccator, & vitam ſuam priorem oderit, ac ſerio de agnitione peccati doleat, nunquàm ad Dominum conuertetur, neque talis erat triſtitia, quæ nouum animum pariat. A dolore ergo incipit pœnitentia: quia nemo poteſt in viam redire, niſi peccatum prius oderit: quod peccati odium, ac ſui diſplicentia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.

Quid ſignificet, Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.

Pœnitentia vnde oriatur.

Incertum porro eſt, vtrum referatur ad verbum Stabilem, ſiue quod Græce habetur, ἀμεταμέλητον, & recentiores vertunt, impœnitendam, vel minime pœnitendam Et prima facie ad ſalutem non pœnitendam referri videtur: nemo enim de triſtitia, ex qua ſalus tanta ſpiritualis, & cœleſtis oritur, pœnitere, ſed potius lætari & congratulari ſibi ſolet. Multi tamen referunt ad verbum, pœnitentiam, vt dicat Paulus; pœnitentiam haud pœnitendam operatur: ad differentiam pœnitentiæ pœnitendæ, vt ſunt innumeræ diuerſorum pœnitentiæ, qualis fuit Cain illa, Eſau, & Iudæ proditoris. Eſtq; locus apud Plinium Iuniorem in Epiſtola ad Macrinum, qui hæc verba Pauli mirifice illuſtrare videtur: ait enim: *Supereſt, ne rurſus prouincia quod damnaſſe dicitur, placeat, agatq; pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ.* Hęc ille. Vides igitur, quoſdam deſtruere, quæ olim conſtruxerunt, & retractare, quod ſemel decreto ſuo damnauerant.

Pœnitentiam in ſalutem ſtabilem, vt quidam intelligūt, triſtitia quæ ſecūdum Deū eſt, quemadmodum operetur. Eadem triſtitia iuxta ſenſum aliorum quare pœnitentiam ſtabilem operatur. *Geneſ.* 4. *Infra* 27. *Hebr.* 12. *Matth* 27. *Plin. li.* 9. *epiſt.* 190.

Ita ergo hoc loco triſtitia, dolor eſt, ſiue contritio; quæ ſi vera eſt, vt eſſe debet, in

Veræ effectus triſtitiæ.

homine

homine mutat vitam, & ſumit pœnas de ſe ipſo, & parit ſatisfactionem, qua Deo iam placato, & amantiſſimo parenti reddito ſatisfacere contendit.

Quid pareat item vera contritio.

Habes deinde contritione illa, quæ parit ſatisfactionem, peccata extingui, & non tãtum fide, ſed etiam pœnitentia (quæ peccatum ponit) iuſtificari peccatores, & falſam eſſe doctrinam Lutheranam, quæ contritionem, & ſatisfactionem, atque adeo confeſſionem ſacramentalem partes pœnitentiæ eſſe negat. Vel ergo efficit, ſiue operatur pœnitentiam non pœnitendam, vt legit Photius apud OEcumenium, aut efficit pœnitentiam, quæ ducit ad ſalutem, quæ neſcit pœnitentiam, ſed habet potius perpetuam gratulationem. Eſt autem hoc ſchema ex cõtrariis contextum, nimirum ſeculo, & Deo, morte, & ſalute, pœnitentia, & non pœnitenda; vt illud Comici. *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Seculi vero triſtitia mortem adducit: vt cum quis propter diuitias, aut gloriam, aut alia mundi bona amiſſa dolet. Hæc autem ſecunda ſententia, quæ antitheſis eſt prioris, ita eſſet ſupplenda: Seculi vero triſtitia pœnitentiam pœnitendam operatur in mortem, aut deſperationem.

Oecum. c. 8.

Terent. in And. Act. 1. Sce. 1.

Seculi triſtitia cur mortem operatur.

Sed prioris triſtitiæ; quæ ſecundum Deum eſt, vtilitatem, ac fructus à ſignis ſuis, vel ab annexis, quæ Corinthiis obuenerunt, colligit, cum ait: *Ecce enim hoc ipſum, ſecundum Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, &c.* Id eſt: ex quo vobis diſplicere cœpiſtis, ad tanta bona alia incitati eſtis. Et enumerat ſeptem fructus: qui enim pœnitentiam peccatorum ex corde agit, anxio & ſolicito animo eſt de ſalute ſua: defenſionem, & apologiam pro ſe meditatur, ac excuſationem: indignatur ſibi quod peccauerit: timet Dei offenſi iram: veniam deſiderat, ac precatur: ſtudio, & zelo tenetur alios ſuo exemplo ad honeſte viuendum prouocandi; ſumit de ſe pœnas pro peccatis commiſſis, denique neq; præterita iam, neque alia committit.

Septem octove eius quæ ſecundum Deum eſt, effectus triſtitiæ.

Quod vero ait: *Sed defenſionem ſed indignationem, &c.* particula, ſed quæ Græce ἀλλὰ, & aduerſatiua eſt, ſumitur pro coniunctione, imo, vt aliis in locis accipi ſolet; vel pro, inſuper. Photius autẽ apud OEcumenium accipit pro coniũctione, &. Et ita ſenſus erit: Quantam in vobis operatur ſolicitudinem, &, vel, inſuper apologiam. Et in his ſeptem eſt Auxeſis quędam ab inferioribus ad ſumma aſcendens, quam indicat particula illa repetita imo. Vt dicas; Mœror ille non ſolum attulit ſolicitudinem, ſed & purgationem inſuper, & indignationem, imo etiam timorem vſq; ad vindictam. Peccata enim vindicando, iudicium Dei quodãmodo anteuertimus, iuxta illud: *Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur.*

Oecum. loco præſcripto.

Iudicium diuinum quomodo anteuertitur.

1. Cor. 11.

Addit; *In omnibus exhibuiſtis vos, incontaminatos eſſe negotio.* Græce eſt, ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοῦ. Et eſt verbum illud quod ſuperius diximus: *In omnibus exhibeamus noſmetipſos.* Et poteſt verti: Cõmendaſtis, vos, ſiue comprobaſtis puros eſſe in negotio, quod Græce ἁγνοὺς ἐν τῷ πράγματι, dicitur, hoc eſt in negotio illo ſcortatoris. Ita enim alias admonuimus tractantes illa verba Apoſtoli; Et ne quis ſupergrediatur, neq; circumueniat in negotio fratrẽ ſuum: honeſte per negotium declarari rem turpem, at veneream. Ante enim impubertatis, dum nullo ſceleris ſenſu tangebamini, & ſcortator inter vos impure verſabatur.

Corinthii in omnib. vt ſe exhibuerint incontaminatos eſſe negotio.

2. Cor. 6.

In quo negotio.

1. Theſſ. 4.

Ad Octauum dubium circa illud; *Igitur etſi ſcripſi vobis, non propter eum, qui fecit iniuriam, nec propter eum qui paſſus eſt (ſiue læſus fuit, & ſupplendum eſt. ſcripſi) ſed ad manifeſtandum: ſolicitudinem noſtram quam habemus pro vobis coram Deo.* Dicere enim aliquis poſſet; Cur non propter illum qui intulit, ſed propter eum qui læſus eſt? Quia, inquit, illius ſcelere impulſus ſcripſi: haud tamen illi potiſſima fuerunt ſcribendi cauſa, ſed veſtri ob gratiam: nam teſte, ac ſpectãte Deo propter vos præcipue ſcripſi, ne paucorum morbo inficiantur vniuerſi: præferenda enim venit vniuerſitas vni. Si quis etiã obiiceret, Cur igitur nos obiurgabas, ſi puri eramus, & continentes, & eius negotii plane expertes? Reſpondet; Adeo me non pœnitet vos increpaſſe, vt aſſeram Epiſtolam illam ea de cauſa me conſcripſiſſe, vt omnibus iis noteſceret charitas mea iam antea vobis declarata, tum omnis ſolertia, & ſtudium veſtrum propter me ſuſceptũ. Et videtur hæc ſententia illi non diſſimilis. Num quid de bobus cura eſt Deo? *Ideo conſolati ſumus*, inquit, *vel conſolationem accepimus.* Ac repetit, quod ſupradixerat: Qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos, Deus in aduentu Titi: quia, vt ſubdit, refectus eſt ſpiritus eius ab omnibus vobis.

VIII. Sol. quæſtion. Quis ille qui accepit, & qui intulit iniuriam.

Quid reſpondeat huic Apoſtolus quęſtioni: Cur innocentes nos, Paulo, Corinthios, & incõtaminatos negotio auſus es obiurgare?

1. Cor. 9.

Quare cõſolatus ſit Deus Paulum in aduentu Titi.

Gloriatio noſtra quæ fuit ad Titum veritas facta eſt. Idiotiſmus eſt Hebręa, dicere; veritas facta eſt, pro, vera, ac ſolida facta eſt. Reliqua aperta, & clara ſunt. Putauit ergo Apoſtolus, laudibus poſſe Eccleſiam prouocari ad meliora, neque ſemper opus eſſe acerbe, & cum vituperatione agere cum peccantibus Et cum ait: *Abundantius magis*, duo comparatiua poſuit ad exprimendam maiorem emphaſim, vt ſolet alias interdum facere.

Subſtantiuis ſæpe pro adiectiuis nominibus vtuntur Hebræi.

Delinquẽtes non iniuriis ſolũ, ſed laudib. etiam ſunt adiuuandi.

DISPVTATIO IX.

In illa verba Cap. 8. *Notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ, & quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit, & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum*, & cætera quæ ſequuntur vſq; in finem Capitis.

I. Dubitatio. PRimo loco explicādum, quid agat Apoſtolus, & quo tendat. Deinde quæ ſit
II. illa gratia data Macedonibus; & quomodo in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipſorum fuit; & quomodo altiſſima eorum paupertas abundauit in diuitias ſimplicitatis. Videtur enim obſcurū prima facie & ſenſus, & verborum ordo.
III. Tertio dubitatur de teſtimonio, quod illis reddit, quod ſecundum virtutem, & ſupra virtutem voluntarii fuerint, cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiam, & cōmunicationem miniſterii, quod fit in ſanctos. Et in iis quæ ſequuntur: *Et non ſicut ſperauimus*, dubium eſt quid ibi ſupplendum ſit.
IV. Quarto in illud: *Ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat*,
V. dubium eſt, vbi tunc agebat Titus. Quinto in id; *Non quaſi imperans dico; ſed per aliorum ſolicitudinem, etiam veſtræ charitatis ingenium bonum comprobans*: vbi alii legunt: ingenium bonum; & quis eſt ſenſus, & quæ lectio ſit præſtantior huius loci.
VI. Sexto quomodo Chriſt' cum diues eſſet; propter nos egenus factus eſt.
VII. Septimo in illud: *Qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore*, dubitatur, quia erat dicendum è contrario, non ſolum velle, ſed & facere cœpiſtis: prius enim eſt velle aliquid, quam illud opere
VIII. præſtare. Octauo quomodo volūtas prompta ſecundum id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id quod non habet: quia etiam videtur accepta ſecundum id quod ipſe non habet, ſed poteſt per alios, quod per ſe non poteſt; nam tunc accepta erit ſecundum id quod habet in ſe, & ſecundum id quod non habet in alio. Poſſe quoque hic merito dubitari ex conſilio Domini; *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes*: quia videtur eleemoſyna modo excedere. Secundo etiam, quia Deus penſat affectum magis, quam cenſum, ac proinde voluntas grata Deo eſt, non ſolum ſecundum id quod habet, ſed etiam ſecundum id quod non habet, & tamen daret, ſi haberet. Quomodo ex facto viduæ laudatæ à Domino, quæ omnem victum ſuum obtulit Lucæ 21. & oblatio illa modum exceſſit eorum; quæ illa mulier nō habebat, & tamē fuit accepta prompta eius voluntas, & executio ſecundum id quod nō habuit. Nono dubitatur, an textus productus ex lib. Exod. 16. ad rem ipſam citetur: & quæ ſit illa æqualitas, de qua dicitur; *Qui multum non abundauit: & qui modicum, non minorauit*. Decimo ſuper illud: *Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in euangelio per omnes Eccleſias*, an intelligendum ſit de Marco, an de Luca. Et quod rurſus ſequitur, dubitationem habet; de quo dicat *Miſimus autem cum illis & fratrem noſtrū*, an fuerit ille idem, an alius. Poſtremo in illud: *Siue pro Tito, qui eſt ſocius meus, & in vobis adiutor, ſiue fratres noſtri, Apoſtoli Eccleſiarū, gloria Chriſti*, merito dubitatur, quia hæc verba videntur difficillima, & obſcuriſſima, aut aliquo ſolœciſmo non carere. Atque hæ quidem difficultates partę ſunt, & potius ad dictionem, & ſtylum ſpectant, quam ad ſenſus, quemadmodum etiam quę diximus c. præcedenti.

Matth. 19.

Luc. 21.

IX. Exod. 16.

X.

XI. & vlt.

Quod ad ſcopum ſpectat, præſenti, & proxime ſequenti capitibus de eleemoſyna agit, ſiue de largitione quæ fit in pauperes, cuius ſtudium in multis locis tam veteris, quam Noui Teſtamenti, quam commendatiſſimum eſſe voluit. Conſtat autem ex ca. 15. ad Romanos, & ex vltimo cap. prioris ad Corinth. & ex capit. 11. Actor. quod per illa tempora Claudii Imperatoris totum ferę terrarum orbem fames vniuerſalis afflixerit. Hinc Apoſtoli apud exteras eccleſias beneficentiam omnibus commendabant, vt ita proſpicerent Syriæ eccleſiis mira laborantibus penuria: & nunc idem facit hic Apoſtolus. Et exemplo Macedonicarum eccleſiarum: & artificioſe texit hunc ſermonem de eleemoſyna: nam ab obiurgatione non deſcendit ad hanc monitionem, quam ægre tuliſſent; ſed incipit ab encomiis, ne, ſi qua offenſio in Corinthiis reſederat, ex prioris, & acerbioris epiſtolę ſeueritate contracta, impedimento eſſe poſſet, quo minus valeret apud eos ipſius autoritas: ideo reconciliandis eorum animis hactenus vocauit: nunc purgatā omni offenſione, & recuperata miniſterii ſui gratia, commendat illis fratres Ieroſolymis agentes, vt illorum egeſtati ſubueniat. Quod certe initio epiſtolæ non magno affectu tentaſſet: commendata namque fuerat à Petro, & Apoſtolis hæc prouincia; & in ſe iā recepta, & iam ex parte curauerat. 1. Corinth. 16. nunc vrget multis argumentis, & in primis exemplo Macedonum, quorum laudes eo conſilio recitat

Ad I. dub. De argum. huius cap.

Rom. 15. 1. Cor. 16. Act. 11.

Ad beneficentiam pro ſanctis qui erant in Ieruſalē, quā caute Apoſtolus & prudēter Corinthios adhortetur.

1. Cor. vlt.

Macedonũ in pauperes beneficentiam cur vocet Apoſtolus.

apud Corinthios, vt ipſorum exemplo illos extimulet. Quanquam Macedones commendatione opus non haberent, aut aliorum exemplo; at Corinthii aliquo ſtimulo indigebant. Macedonum ergo opus, id eſt, beneficentiam in pauperes, gratiam Dei vocat, quo magis incitaret Corinthios ad æmulationem, quandoquidem Dei donum pium eſſe videtur erga egenos, ſicut etiam infirmis ſanitatem conferre: ſed hoc illo minus eſt, quia quæ pauperibus dantur, iudicant ſibi detrahi, & perire.

Solutio habetur inferius.

Quantis laudibus Macedones Paulus apud Corinthios ornet ac celebret.

1. Theſſal. 2.
2. Theſſal. 1.

Ad ſecundum: Laudat Macedones, id eſt, Theſſalonicenſes, quod afflictiones ſtrenue ferant: quod ipſum in prima & ſecunda epiſtola ad eos celebrauerat. Deinde quod miſericordia ad egenos, ſubleuãdos præditi eſſent. Tertio, quod ex ſua tenuitate non ſecus atq; ex abundantia aliquid ſibi detraxerint fratribus erogandum: nam direptæ erant illorum facultates ab aduerſariis, vt ipſe teſtatur. Quarto, quod ſupra vires eorum largirentur eleemoſynas. Quinto, quod etiam vltro prompti veniſſent ad hanc magnificentiam. Sexto, quod ipſi priores rogauerint Apoſtolum, vt hoc beneficium in ſanctos ſuſciperet; nec tantum rogarunt, ſed cum multa etiam obteſtatione. Septimo, quod non ſolum facultates, quales quales eſſent, ſed inſuper & ſe ipſos Domino, & miniſterio in ſanctos conſecrarũt: quæ miris, & exquiſitis verbis, & dicendi modis edifferit Apoſtolus.

Ad II. dub. De gratia Macedonũ quam fecerant ſanctis Ieroſolymitanis.

Gratia ergo fuit, quod Macedones hilaribus animis afflictiones pertulerint: nã tantum fuit gaudium, vt triſtitiam abſorberet. Impii enim aut ſenſum mali fugiendo, aut mentem ad vagas cogitationes diſtrahendo, inanibus ſolatiis ſe ludificant, aut mœrore deſperati ſuccumbunt. Ait ergo: *Quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit.* Id eſt: In variis, quas experti fuerant, tribulationibus, gaudium, eorum ſuperauit moleſtias. Deinde quod *Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.* Senſus eſt: Extrema, & profunda eorum paupertas ad liberalitatem non obfuit, ſed occaſio fuit magis abundandi. Et ſimpliciter magnas diuitias in largiendo oſtendit, ſumpta metaphora à vaſis exhauſtis, vt ex inanibus ſcriniis quicquid erat, depromerent, vt iam ad fundum foret peruentum. Quod contingere potuit propter direptionem, & expilationes, quas ab aduerſariis Fidei paſſi erant; Vel quia Theſſalonicenſes omnia bona ſua dederãt, vt in communi viuerent, imitantes Eccleſiam Ieroſolymitanam, vt in quodam loco illarum Epiſtolarum annotatum reliquimus. Et ſimplicitatem hoc loco vocat, teſte Theophylacto, animum inuidia vacantem, & ad impertiendum facilem. Profunda ergo, & extrema eorum paupertas opulentiſſima fuit propter ditiſſimum animi affectũ, & ad dandum promptiſſimum: nam liberalitas non de beneficiorum copia, ſed de liberalitate dantium æſtimari ſolet.

Altiſſima Macedonũ paupertas quo modo abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.

Alter ſenſus.

Theophyl. Liberalitas vnde æſtimanda.

III. Soluitur dub. De eo quod ſecũdum virtutem Macedonum, & ſupra virtutem voluntarii fuerant in largiendo.

Tertium dubium diſſoluitur de teſtimonio illo Macedonibus reddito. *Quia ſcilicet ſecundum virtutem, & ſupra virtutem voluntarij fuerunt.* Amplificatio enim eſt de prompto Macedonum animo: Tantum enim abfuit, vt nihil ab illis extorſerimus, vt ſponte ſua propẽſi fuerint ad officium, vt ſuperuacua fuerit omnis exhortatio noſtra. Quod ſi magnum eſt virtuti, & facultati noſtræ conſonum pro viribus tribuere, iuxta regulam à Tobia ſeniore exhibitam filio ſuo ſeniori: *Quomodo potueris,* inquit, *ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertire ſtude.* Raræ ergo, & admirandæ virtutis fuerit ſupra vires ſuas porrigere, quemadmodum olim Moſe viuente, obtulerunt vniuerſi principes tribuum, & filii Iſrael pro conſtruendo tabernaculo, vt opus fuerit præcone tubam ſonante, qui declararet ſatis eſſe Deo oblatam. Ecce hic habes opus ſuperrogationis, ſiue perfectionis. Addit: *Cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiã, & communicationem miniſterij quod fit in ſanctos.* Vbi iterum amplificat promptitudinẽ, quod non modo nõ expectarint monitionem, ſed eos quoque rogauerint, à quibus erant admonendi, & rogandi, niſi ſua ſedulitate omnium ſtudia anteuertiſſent. Et priores à nobis petierint, imo & coegerunt, vt beneficium illud acciperemus, & communicationem, quam κοινωνίαν vocat, hoc eſt, communionem, ſiue participationem, quam etiam χάριν, ſiue gratiam nominat: quia ex facultatibus erogando, nihil aliud quam eius gratiæ fuerunt œconomi.

Tob. 4. Tobiæ ſenioris formula in largiendo ſeruanda.

Exod. 35.

Contra Lutheranos opera perfectionis per negantes.

Mira Macedonum ad beneficentiam animi promptitudo, & alacritas.

Ac ſubdit: *Et non ſicut ſperauimus.* Hoc eſt: multo amplius quam ſperare audebamus. *Sed ſemetipſos dederunt, primum Domino, deinde nobis per voluntatem Dei.* Vbi primum aduerte, dandam eſſe pauperi eleemoſynam in ſignum, & teſtimonium, quod prius cor ſuũ Deo tradiderint, & tradere ſemetipſos Deo, & nobis, idem eſt: quia cum Deus per aliquem mandat, miniſtrum illi adiungit, tam in poteſtate iubendi, quam in obedientia. Vnde Apoſtoli dixerunt; *Viſum in Spiritu ſancto, & nobis.*

Cui benignè faciendum, & quomodo.

Eccl. 29. Proprium Diuinæ prouidẽtię. *Act. 15.*

Quartum dubium in id; *Ita vt rogaremus Titũ, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat in*

IV. Sol. du.

vobis

De loco vbi rogauit Paulus Titum, vt cœptum bonũ opus perficeret.

vobis; diſſoluendum eſt. Dicimus in primis hunc eſſe ſenſum: Priuſquam eſſet per me impulſus, ad nos venire feſtinauerit: ita perficiat in vobis gratiam meam, quo vos adhortaretur ad imitandum Macedonum obedientiam, & liberalitatem; & vt illis inferiores eſſe nolitis. Erat autem Titus Corinthii; vbi tum prædicabat, cum hæc ſcribebatur epiſtola. *Sed ſi ut in omnibus abundatis fide & ſermone, & ſcientia, & omni ſolicitudine, inſuper & charitate veſtra in nos, vt & in hac gratia abundetis.* Nimirum beneficii, & eleemoſynæ largitione, vt ſicut in aliis abundãt in hac tam præcipua virtute nollẽt eſſe illis inferiores. Vbi tacite illos ſtimulat ſuis ipſorum laudibus ad beneficentiam. De iſtis donis ſpiritualibus, quibus Corinthii opulenti erant, meminit. 1. Corinth. 1. dum ait *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, &c. quod in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia.*

Corinthii in charitate, & gratia quanam abundare debebat.

Quinta ſoluitur dubitatio. Legendum ne: Ingeniũ bonum, an vero, ingenium bonum comprobans: deque ſenſu horum verborum.

Quintum erat dubium circa hoc; *Non quaſi imperans dico; ſed per aliorum ſolicitudinẽ, etiam veſtræ charitatis ingenium bonum comprobans.* Senſus eſt: Ego nõ rogo vos, aut neceſſitate impoſita compello; ſed vt veſtra charitas probari à me magis poſſit, & prædicari, ſi per aliorum ſolicitudinem, & exempla prouocati, cæteris non ceſſeritis in hoc beneficentiæ genere. Græca verba habent: τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον, Id eſt, Ingeniũ bonorum, iuxta naturam ſc. & conditionẽ veſtram bonam, & ad bonam propenſam, vt interpretatur Chryſoſto. cum Ambroſio, atque ita apud Terentium putant quidã poni ingenium, cum ait: *Rurſus ad ingenium redit.* Vt enim ingenium debet eſſe in addiſcendo, & ſcientiam perfecte dirigit: ita in operando boni ingenii dicitur, qui aliorum exemplo cito mouetur ad bene operandũ.

B. Chryſ. hom 17. Amb. to. 5.

Ingenium bonum cõprobare, quid.

¶ Alii vero vertunt ingenuitatem, & ſynceritatem, atq; adeo non ingenium, ſed ingenium bonum ab interprete ſcriptum fuiſſe putant. Et comprobans, ait, vel probans; hoc eſt ad experimentum capiendum de affectu veſtræ dilectionis.

Sexta dub. ſoluitur. Chriſtus quomodo propter nos egenus factus eſt, cum eſſet diues.

Ad ſextum dubium ſoluendum accedimus in illud; *Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum diues eſſet; vt illius inopia, vos diuites eſſetis.* Hoc eſt dicere, Propter vos mendicauit, vt eius mendicitate vos diuites eſſetis. Vel, Veſtra cauſa vt mendicus nihil poſſidens, aliorum opibus eguit; cùm tamẽ locuples eſſet. Id enim ſignificant voces Grecæ. Et argumentatur Apoſtolus ab exemplo Chriſti imitando à Corinthiis: *Conſiderate*, inquit, *beneficentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti: nam nullus veſtris bonis parcetis, quæ non*

Chriſti paupertas qualis fuerit.

Paupertas & mendicitas differunt.

pro illius amore egenis fratribus promptiſſime expendatis. Ac vt recte dixit Auguſtinus. Quid facturæ ſunt diuitiæ eius, cuius paupertas nos diuites fecit.

Conſidera Chriſtũ ex hoc textu reuera mẽdicaſſe. Certe Ariſtophanes in Pluto differentiam inter πένητα, & πτωχὸν, hoc eſt, inter pauperem & mendicũ, aſſignat, cum ait:

Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος ὃν σὺ λέγεις ζῆν ἐστὶν μηδὲν ἔχοντα. τοῦ δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα.

& Martialis dicit:

Mart. li. 11 epig. 21.

Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.

Hæc enim proprie eſt mendicitas. Plerunque Apoſtolus argumenta petebat à Chriſti exemplo, quia vim magnam habẽt promouendi.

Septima ſoluitur dubitatio. Circa illud Qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore: quæ propoſtera videtur locutio.

Iam ſoluamus ſeptimam dubitationem: *Et conſilium in hoc do: hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolũ facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore.* Nouum argumentum ducit à facili, & vtili. Et conſilium opponit imperio, de quo dixerat; Non quaſi imperãs dico. Mirum autum videtur, quod Apoſtolus dixerit, Non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore, quaſi vero minus ſit facere, quã velle facere. Quare recte explicandum eſt: Nõ ſolum cœpiſtis modo facere, ſed etiam velle ab anno priore: quãquam hoc quod modo factum eſt, iam habuerit longo tempore voluntatem, cum needum eſſetis exemplo Macedonum incitati. Sic enim accidit multis, qui non temere vitæ perfectioris ſtatum aggrediuntur, eiuſmodi enim magis ſunt ſtabilia, & permanentia opera.

Altera ſol.

Tempus huius ſcriptionis epiſtolæ.

Vel ita interpretandum: Non ſolum me adhortatore cœpiſtis facere, verum etiam idem officium vltro, & non prouocati facere volebatis ab anno ſuperiori. Vnde coniectura eſt, poſt alterum annum ſcriptam eſſe hanc epiſtolam. *Nunc vero*, inquit, *& facto perficite.* Vt poſſitis pecuniam collectã ſanctis, qui ſunt in Ieruſalem, deſtinare. *Vt quemadmodum promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis.* Inter dilo illa extrema, velle, & perficere, quod eſt Græce ἐπιτελέσαι, medium collocatur facere; & repetenda προθυμία per figuram ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

Velle inter, & perficere quid medium.

Octaua dubitatio diluetur inferius.

Quo modo accipiendum aut legendum: Si. n. volũtas prõptã eſt ſecundũ id quod habet accepta eſt, non ſecundũ id quod non habet.

Octauum fuit dubium circa illud; *Si enim voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet, accepta* (ſiue εὐπρόσδεκτος *eſt*, vel Deo placet) *non ſecundum id quod non habet.* Cyprian. li. 3. ad Quirinum ca. 2. legit: *Si voluntas prompta eſt, ſecundum quodcunq, habuerit, acceptabile eſt* (vel potius, vt alii legunt, accepta) *non ſecundum quod nõ habuerit.* Verbum, Habendi, hoc loco eſt poſſe, ſiue poſſidere. Voluntas enim Deo prompta eſt ſecundũ id quod

poſſi-

Habere pro poſſe, vel poſſidere.

poſſidet, non autem ſecundum id, quod poſſet in futurum habere: nec opus eſt differre in aliud tēp⁹ ſingulus occaſionem benefaciendi oblatam; alioqui nullus eleemoſynæ dandæ relinqueretur locus, & charitas eſſet ſolum diuitum propria. Sed vt dixit Tobias: *Quomodo potueris, ita eſto miſericors, ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguū tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertire ſtude.* Et homo dicitur habere non tantum ea, quæ in ſua poteſtate ſita ſunt, ſed ea etiam, quæ in poteſtate ſunt aliorum; ſi quis tamē autoritate valeat apud eos, vt eleemoſynas conferat. ideo omnis oblatio in Veteri Teſtamento ſale condiebatur: quia diſcretæ debent eſſe eleemoſynæ.

Tob. 4.

Quid quod omnis oblatio in lege veteri ſale condienda erat.

Leuit. 2.

Corinthij quem modum in largiendo tenere debebant.

Paulus ergo tollit omnia ſubterfugia, ne dicant: Ego alo familiam, quam negligere eſſet inhumanum, Alius, Non multum poſſum dare propter tenuitatem, qua vix me poſſū ſuſtentare. Ideo Apoſtolus ſingulis præſcripſit, vt pro modo ſuæ facultatis cōferant. Et pauperibus non debet eſſe pudori ſua exiguitas; ſicut nec viduæ duo æra minuta fuerūt: nō enim ponderat Dominus quantum, ſed ex quanto donetur affectu.

Luc. 21.

I. dubitationis ſol.

Si qui volunt eſſe perfecti, omnia vendere debēt & dare pauperibus: quid Apoſtolus iuxta cuiuſque facultatem iubet eſſe tribuendū.

Matth. 19.

Ad primum ergo dubium ſuperius propoſitum de his qui volunt eſſe perfecti, & iubentur vendere omnia, & dare pauperibus, quæ eleemoſynæ ſpecies videbatur modum excedere; dicimus, Dominum loqui de eleemoſynis violentium mutare ſtatum ex ſtatu communi tranſeūdo ad ſtatum perfectionis: paulus autem ſermonem habet de largitione eleemoſynarū eorum, qui nō mutant ſtatum: nam tales moderatæ eſſe debent, & cōmenſuratæ facultatibus quas habent. ¶Ad ſecundum vero dubiū: quod Deus probat magis affectum, quam cenſum; ac proinde voluntas prompta grata eſt Deo nō ſolum ſecundum id quod habet, ſed etiam ſecundum id quod non habet: reſpondemus, explicando, aliud eſſe affectum aliud promptitudinem: nam promptitudo propie executionem, non quam velimus, ſed quam volumus, ſignificat affectus vero communis eſt tam voluntati deliberatæ, quam velleitati quam vocant, & qua appetimus ea, quæ non poſſumus. Et doctrina hæc Apoſtoli tradit quod regulare eſt, & ſecundum communem morum regulam laudabile eſt, at factum viduæ ſpeciale quid fuit. *Non enim* (ait) *vt alijs ſit remiſſio, vel relaxatio, vobis autem tribulatio, ſine anguſtia.* Et quia eclipſis eſt orationis aliquid ſupplendum eſt, vt cōſtet oratio, nempe dandum eſt vobis, vel petimus vt detis. Nec enim ego exigo ſupra id quod facultates veſtræ ferunt: non vt alij per quietem, & otiū

Si Deo prōpta voluntas ſecundum id quod habet, accepta eſt non ſecundum id quod nō habet, cur magis affectum dicitur probare quam cēſum.

Hæc verba Non enim vt alijs ſit remiſſio, vobis autē tribulatio, quem ſenſum habeant.

in delicijs ſint, vos autem ſupra vires conferentes indigentium ſuſtineatis. Eſt enim ſuperioris ſententiæ continuatio, quod tā in exigua, quam in magna facultate placeat Deo liberalis voluntas, qua non vult nos in anguſtias, & ad inopiam redigi, qua alij noſtra liberalitate diffluant, & abundent, *Sed ex æqualitate*, inquit, Id eſt: Vt fiat æqualitas. Græce eſt ἐξ ἰσότητος quam vocē quidam intelligunt iuris analogici, vt vocat Ariſtoteles. In quo ſignificatu monentur dñi æquabilitatem præſtare ſeruis, vt ait Apoſtolus ad Coloſſ. 4. Non vult enim Paulus conditione, & gradu ſeruos pares eſſe dominis. Sed hoc noīe intelligit humanitatē, clementiam, ac benignam tractationē, quā ſeruis dñi viciſſim reddere debent. Ita hanc analogiam quidam hoc loco intelligunt, vt quod quiſque noſtrum opibus, valet, laborantibus opem ferat, non autem vt alij luxurientur, alij vero eſuriant. Alij interpretantur, ἐξ ἰσότητος, id eſt, pari conditione: vt ſicut nunc vos abundantes largimini è veſtro, ita alij viciſſim de ſuo vobis egentibus tribuant: nam debet vltro citroque ius iſtud analogicum valere inter Chriſtianos. Vt idem ſit ἐξ ἴσου & ἐξ ἀμοιβῆς Non debet tamen hoc in largiendo ſpectari, in quo grauiter peccāt, qui tantum illis benefaciunt, à quib. paria, vel maiora expectant, quod non eſt Deum, vel proximū, ſed ſeipſum amare. Verus ſenſus quidem, ſed non ita ad rem videtur.

Corinthij vt debebāt tribuere ex æqualitate

Coloſſ. 4.

Alter ſēſus

Largientes eleemoſynam, quid cauere debeant.

Verius ergo interpretari videntur, qui hoc nomine mutuam compenſationem accipiunt, qua par pari referri ſolet, quaſi diceret Apoſtolus; Non ita dare iubemus, vt illi diteſcant, vos autem egeatis; ſed in hoc hortamur vos, vt ex iis, quæ vobis abundāt illorum ſarciatur, & reficiatur inopia, & ſaltem vt inter vos & illos quædam fiat æqualitas, dum vos ex illis, quibus abundatis, illorum ſuccurratis inopiæ; & illi viciſſim, in quibus ipſi abundant, veſtram ſuppleant pecuniam. Abundatis vos opibus temporalibus, illi vero pietate, & fiducia de Chriſto, qui dixit, *Date* (ſcilicet de veſtra abundātia) *& dabitur vobis, vt viciſſim de illorum abundantia accipiatis.*

Prior intelligentia curapuot, & congruētior.

Quid illud Date, & dabitur vobis.

Luc. 6.

Eſtque locus Euangelicus, quo hic ſenſus roboretur. Dixit enim Dominus apud Lucam: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula:* nimirum precibus, & bonis operibus, vt interpretatur in Epitaphio Fabiolæ Hieronymus de eadem verba faciēs, quæ multas eleemoſynas erogauerat in Chriſti pauperes. Sed illi has eleemoſynas penſarunt orationibus, & ſacrificijs

Infra. 16.

Pauperes, bene ſibi facientes vt recipiant in æterna tabernacula.

Hier. ep. 35. ſub fi. t. 1 parum à medio.

pro ipſa ad eum fuſis.

Idem illud Date, & dabitur vobis quid ſignificet.

Illud etiam: *Date, & dabitur vobis*: eundẽ ſenſum accipere poteſt. Date (nimirum tẽporalia) & dabitur vobis, nam illi pro vobis precantes, impetrabunt ſpiritualia. Et ita intellige illud, *In præſenti tempore, veſtra abundantia, illorum inopiam suppleat* (ſcilicet egeſtatem) *vt & illorum abundantia* (in ſpiritualibus nimirum) *veſtræ inopiæ ſit ſupplementum.* Ideo recte hortatur Salomon: *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tẽpora inuenies illum.*

Eccl.11.

Deo quãdo ſint gratæ eleemoſynæ. Luc.11.

¶ Aduerte etiam, noſtras eleemoſynas placere Deo, cum ex noſtra abundantia fratrum ſubleuamus egeſtatem. Eſt enim eleemoſynæ materia, id quod nobis eſt ſuperfluum, ſiue quod hic dicitur: Et ita Dominus dixit: *Quod ſupereſt, date eleemoſynam; & ecce omnia munda ſunt vobis.*

An hic locus Qui multum non abundauit, & qui modicum, non minorauit, apte producatur. Exod.16. Hiſtoricus eius loci intellectus.

Ad nonum dubium in illud, *Vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt, Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.* Explicatũ eſt quomodo fiat illa æqualitas, nunc confirmat illam æqualitatem ex verbis Scripturæ in Exodo, vbi iuxta Hebræam literam ita interpretatus eſt Hieronym. cuius hæc ſunt verba, *Nec qui plus collegerat, habuit amplius; nec qui minus parauerat, reperit minus.* Et loquitur de litera ad manna, quod ad menſuram gomor pro ſingulo capite erat accipiendum: qua menſura qui plus capiebant; non eo amplius quid habebant: nec qui minus collegerat, ſimiliter minus habebant: quod Paulus ad ſuum propoſitum æqualitatis deflexit. Et in verbis Pauli aliquid ſupplendum eſt, nempe qui multum colligebat, non abundauit, vel ſuperfluit; & qui minus colligebat, nihilominus habuit.

Manna cur Deus in vrna voluerit aſſeruari.

Vult ergo teſtimonium hoc de manna perpetui monumenti loco eſſe, quod non ſolo pane diuinitus alantur, ſed arcana virtute voluntatis eius, qui omnia, quæ creauit, conſeruat, & tuetur: rurſus à tali virtute nutritos eſſe ad tempus, vt diſcerent non ali hominem ſua induſtria, ſed benedictione Dei: & tanquam in ſpeculo admonerentur homines, exhiberi ordinarij victus, quo paſcimur imaginem, poſtquam de cœlo, id eſt de aere decideret. Ac iubebantur colligere in aceruos, quantum quiſque poſſet. Et licet aliqui plus, aliqui minus, prout homines ſunt alij aliis agiliores, in quotidianum vſum colligerent; nemo tamen plus ſibi in priuatum vſum ſumebat, quam ad menſurã gomor: & cum ita fieret, ſuppetebat omnibus, quantum ſufficeret, & nemo eſuriebat Et ita eſt applicanda hiſtoria.

Manna cœlo depluitũ Iudæis quãtum ſufficeret.

Chriſtianis quatenus largiẽdum ſit, teſte Apoſtolo.

Nobis tamen neque gomor, neque alia menſura à Deo præſcripta eſt, ad quam vniuſculuſq; diei fructus exigatur, ſed nobis commendata eſt frugalitas, & temperantia: & prohibitum, ne quis abundantia fretus laſciuiat. Ergo illi, quibus ſunt diuitiæ, vel ex patrimonio relictæ, ſiue induſtria & laboribus partæ, illi eog tent exceſſum, non luxuriæ, aut intemperantiæ deſtinatum eſſe, ſed tolerandæ fratrum egeſtati. Manna enim vocamus quicquid habemus vnde prouenit, modo vere noſtrum ſit: quia fraude, & illicitis artibus opes quæſitæ indignæ ſunt hoc nomine, ſed potius ſunt coturnices ab ira Dei ad nos miſſæ. Quod ſi quis vel auiditate nimia, vel diffidentia aliquã manna ſuppreſſerat; illud repoſitum ſtatim putreſcebat. Ita non dubitemus male dctas eſſe diuitias, & mox perituras, quæ cum fratrum iniuria congeruntur, idque cũ domini damno. Non ergo præcipitur illa æqualitas, vt nihil ſplendidius fas ſit ditibus veſci, quam pauperibus; ſed eatenus ſeruanda æqualitas, vt nemo eſuriat, nemo ebrius ſit, nemo abundantiam ſuppleat alios defraudando. Videtur etiam Dominus Luc.12. ſimile aliquid dixiſſe: *Videte*, inquit, *& cauete ab omni auaritia: quia non in abũdantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet.* Id eſt, vt ait Theophylactus: Neque qui multa poſſidet, diutius viuit, neque comitatur diuitiarum multitudinem vitæ longæuitas.

Quid manna communi more loquendi.

Num 11. Pſal 77.

Exod 16.

Quæ fieri à Corinthiis in largiẽdo debebat æqualitas.

1.Cor 11. Luc.12.

Quid ſignificet Chriſtus, cum ait, Non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt ex his quæ poſſidet.

Subdit Apoſtolus: *Gratias autem Deo qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis in corde Titi.* Laudat iam Apoſtolus eos, qui ad eleemoſynam accipiendam erant tranſmiſſi, vt omni auaritiæ ſuſpicione ſummota ad maiorẽ illos induceret conferendi promptitudinẽ. Hi autem erant Titus, Lucas, & quidam alius frater, quem non nominat. Primo ergo nominat Titum, quem diuino impulſu excitatum dicit, quod magni ad cauſam intereſſet. Eo enim legatio efficacior eſt, ſi agnoſcatur ab iis, ad quos mittitur, illum eſſe à Deo miſſum: & tam ſolicitum pro illis fuiſſe, ne in Chriſtianis exercitiis aliis Eccleſiis inferiores eſſent.

Corinthiacarum eleemoſynarũ collectores in pauperes Ieroſolymitanos, cur celebret, atque commendet Apoſtolus.

Legationis à legatis efficacia vnde pendeat.

Et cum ait: *Eandem ſolicitudinem*: ſupplendum eſt, quam ego ipſe pro vobis gero. Et non minus quam ego de vobis ſolicitus eſt Titus, qui cum Pauli hortatu ſuſciperet negotium, & hortationem à Paulo factam, cũ eſſet ſolicitior, non tam alienis conſiliis, quam ſponte ſua animatus fuit pro ſua diligentia: quod de ſecundo aduentu intelligendum eſſe, circumſtantiæ indicant.

Quam dederit Deus ſolicitudinem in corde Titi, & Pauli.

Ad decimum dubium in illud: *Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.* Duos alios inſinuat potius, quam nominat: alter eſt, quẽ aliqui volunt eſſe Lucam, alii Barnabam,

X. q. ſoluet. Quis ille miſſus a Paulo Corinthũ cu-

alij

ius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.

Act.15.

Altera opinio probatior.

B. Ignat. epiſt. 24. circa fin.

alij vero Apollo: quorum omnium laus erat in euangelizando. Sed ſi recte ducamus rationem, Barnabas eſſe non potuit, quia iam erat ab eo ſeparatus initio huius peregrinationis, vt habes Act.15. & Paulus relicto Barnaba, pro eo ſecum aſſumpſerat Silã. Quare probabilius multo eſt, quod Lucas fuerit, qui ſcripſit Euangelium, & qui comes deſignatus eſt Pauli, ſiue ſuffragijs electus χειροτονηθεὶς ab Eccleſiis. Idem comprobant Patres veteres, vt S. Ignatius ep. ad Epheſios, & Hieronym. in l. de Scripto Eccle. quos alij ſecuti ſunt. Vnde & Apoſtolũ Romam proficiſcentem, & nauigantẽ proſecutus eſt Luc.

Primæ opinionis Chryſoſtomi ſcilicet, occaſio.

B. Chryſoſt. hom. 18. Act. 12. Galat. 2.

Sed quia hoc loco ſcribitur, quod ordinatus ſit comes peregrinationis Pauli putauit Chryſoſtomus iſtum eſſe Barnabam: vnde Paulus mittitur cum Barnaba ad prædicandum Gentibus; & Gal. 2. *Cum cognouiſſent*, ait Paulus, *gratiam quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis, vt nos in Gentes, ipſi autem in Circumciſionem* (& ſupplendum eſt: Apoſtolatũ defungeremur) *Tantum vt pauperum memores eſſemus: quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere*: vbi vides Paulo, & Barnabæ commiſſum fuiſſe apoſtolatum Gentium, & curam pauperum nihilominus ad hæc dici poſſet, ſocietatem Pauli cum Barnaba ſolutam fuiſſe propter Ioannem cognomento Marcum; ac proinde hic non potuit eſſe Barnabas.

Opera noſtra quem ad finem ſingula dirigi debeant.

Subdit: *In hanc gratiam, quæ miniſtratur à nobis Domini gloriam, & deſtinatam voluntatem* Id eſt, ad colligendum hanc in ſanctos pauperes Ieruſalem beneficentiam, quæ ad Domini gloriam ordinatur, in quem finem, ac ſcopum debent omnia opera noſtra collimare. Vel: *Deſtinatam*, id eſt promptam animi noſtri voluntatem, ac ſtudium. *Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet.* Id eſt: Cauemus ne quem forte inceſſat huius eleemoſynæ ſuſpicio. Magna namque pecuniarum vis, obnoxia eſſe ſolet ſuſpicioni fraudis. Plenitudinem vocat, exuberantem pecuniam. *Prouidemus enim* (vel procuramus) *bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus.* Damus enim operam, vt non tantum culpa vacemus, verum etiam omni mali ſuſpicione. Et teſtatur ſe non tantum bonæ conſcientiæ coram Deo, ſed etiam bonæ exiſtimationis apud homines curam habuiſſe. Vult ergo Apoſtolus, vt in recte factis non negligamus hominum opinionem.

Quam plenitudinem Apoſtoli miniſtrabant in Domini gloriam.

Prouidere bona, & coram Deo, & coram hominib. quid ſit.

Quis ille alius frater quem Corinthũ miſiſſe ſe dicit Apoſtolus.

Miſimus autem cum illis & fratrem noſtrum, quem probauimus in multis ſæpe ſolicitum eſſe; nũc autem multo ſolicitiorem, confidẽtia multa in vos. Propoſuit tertium alium legatum non ſine encomio, & extollit ſua approbatione: quẽ quidam affirmant fuiſſe Siluanum, alij vero Timotheum, alij Barnabam, quem probauerat ſatis ſolicitum pro ſalute Corinthiorum; alij vero ex antiquis dicunt fuiſſe Apollo. Quiſque ſuo fruatur iudicio, quia cum ignoti ſit nominis, nulla eſt ratio magis pro vno, quam pro altero. ¶Quod igitur mittuntur tres legati, argumento eſt, magnam expectationem eſſe de eleemoſyna Corinthiorum. Hic igitur tertius, & innominatus probatur à Paulo, quia frater erat. Deinde, quia diligens, & ſolicitus pro Corinthiis. Tertio quia circa id negotij factus eſſet diligentior; *Confidentia*, inquit, (ſiue fiducia) *multa in vos.* Vel, Multa mihi fiducia eſt erga vos. Et laudis intenſio eſt, quod ait, In multis, & ſæpe.

Huius tertij fratris laudes & encomia.

Ad 9. dub. De conſtructione huius clauſulæ, ſiue pro Tito, qui eſt ſocius meus, &c. ſiue fratres noſtri, & reliq.

2. Cor. 11.

Iam reliqua, quæ ſubiungit, de quibus poſtremo dubitatum fuit, difficillima ſunt, & obſcuriſſima, & ſatis oſtendunt Apoſtolum Paulum, de ſe ipſa teſtatur, imperitum fuiſſe ſermone. Ac videntur apertum continere ſolœciſmum hæc verba: quia illud: ſiue pro Tito, εἴτε ὑπὲρ Τίτου. quod eſt Genitiui caſus Græce, & Ablatiui Latine, iungit cum Nominatiuo ſequenti, vbi etiam ponitur ὑπὲρ pro altera præpoſitione περὶ id eſt, prode, κοινωνὸς ἐμὸς καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργὸς εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν δόξα Χριστοῦ. Non videtur etiam cohærere Genitiui pluralis cum Genitiuo Titi, niſi cũ Ambroſ. legas, ἀδελφῶν, vt regatur à præpoſitione illa ὑπὲρ & legit: ſiue per Titum, qui eſt ſocius meus, & auditor in vobis, ſiue per fratres noſtros Apoſtolos Eccleſiarũ. Quod vero dicit relatiuum, non ſolum in his, quæ de Tito dicuntur, ſed etiam inferius, id mirum eſſe non debet: quia plerunque iuxta id vitioſum Hebræũ ſupprimitur. vt ſubaudiri ſolet ad rectæ Grammaticæ rationem. Vt dicamus: Siue pro Tito, qui eſt ſocius meus, & in vobis adiutor (ſiue cooperator) ſiue pro fratribus noſtris, qui ſcilicet ſunt Apoſtoli Eccleſiarum, & gloria Chriſti.

Amb. h. l.

Relatiuum nomen nõ ſemper exprimitur more Scripturæ.

Verba illa propoſita quid ſignificent.

Quod ad ſenſum attinet, Multa, inquit, eſt mihi fiducia erga vos, ſiue loquamur de Tito, qui eſt ſocius meus, & noſter cooperator, ſiue de fratribus noſtris, qui ſunt Eccleſiarum legati, id eſt, qui promouent gloriam Chriſti. Et nomen δόξα in Nominandi caſu ponendum eſt, vt habent correctiora exemplaria, & ita hic locus euaderet ſolœciſmum, & duritiam, quam præſefert. Si tamẽ in Gignendi loco ponatur gloriæ Chriſti, vt eſt apud Ambroſium, & editio noſtra habet, poſſet coniungi cum verbo, Apoſtoli Eccleſiarum, gloriæ Chriſti, id eſt, Eccleſia-

Idem ibid.

Altera ſol. *Chryſ. hom 18. c. 4.*

rum glorioſarum, quæ eſt phraſis familiaris Paulo. Vel Græce dixit δόξα de duobus illis fratribus. Vnde Chryſoſtomus: *Quid eſt*, inquit, *Siue Titi nomine? Si dicendum eſt*, inquit, *hæc poſſum dicere, quod ſocius meus eſt etiam erga vos. Vel enim hoc, inquit, vel quod Titi nomine aliquid ſit dictum, quia non vulgari homini factum eſt, nam ſocius meus eſt. Deinde ſubiungit Siue inquit, aliorum nomine audire aliquid vultis: & hi tam bene meriti ſunt, vt iuſtiſſime propter ſe vobis commendentur. Etenim & ipſi inquit, fratres noſtri ſunt, & Apoſtoli Eccleſiarum. Hoc eſt, ab Eccleſiis miſſi. Deinde quod maius his omnibus, gloria Chriſti. In illum enim referuntur, quæcunque his facta fuerint: ſiue igitur vt fratres illos volueritis excipere, ſiue vt Apoſtolos Eccleſiarum, ſiue vt aliquid in gloriam Chriſti facientes, multas habebitis occaſiones beneuolentiæ ergo illos.* Hactenus Chryſoſtomus.

Quinam Apoſtoli Eccleſiarũ.

III. ſed incongrua. *Iacob Faber Stapulen.*

Non deſunt etiam, qui illud, Socius me' referendum aſſeuerent non ad Titum, ſed ad fratrem illum ſuum tertium, quem commendat Apoſtolus: vt ait Iacobus Faber Stapulenſ. qui vt vitaret ſolœciſmos, putauit non de Tito, ſed de illo tertio collega dici: & propterea in Græcis non exprimit relatiuum. Sed reuera violentum videtur, & à veteribus non eſt proditum. Commentariola tamen Pelagij Hieronymo attributa, hæc verba: *Siue pro Tito qui eſt ſocius meus, &c.* nouum faciunt orationis caput. Hic tamen ſubaudiendum eſt, Id feceritis, ad quod vos adhortor, qui eſt ſocius meus. Vel hæc accipe ita, vt Græca reſpiciant: *Ipſe ſocius meus eſt, & in vobis adiutor, ſiue pro fratribus meis Apoſtolis Eccleſiæ Dei Chriſti* (ſic enim habet vetuſtũ exemplar, & ſupplendum: Si pro iis id feceritis) *Qui ſunt fratres noſtri, & Apoſtoli Eccleſiarum gloria Chriſti. Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis veſtræ, & noſtra gloria pro nobis, in illos oſtendite in facie Eccleſiarum.* Caietanus nõ improbabiliter exponit: Confidentiæ multæ locus eſt in nobis, aduenientibus his tribus ad nos multum poteſtis confidere. *Siue pro Tito.* Hoc eſt tam ratione Titi, qui eſt ſocius, & cooperator veſter, quam ratiõe fratrum noſtrorum, in quibus fidimus, quia fratres & legati Eccleſiarum miſſi ſunt. Et hoc dicit ad differentiam legatorum à Chriſto miſſorum, & qui proprie Apoſtoli vocãtur. Hæc ille fere.

Hiero. to. 9.

IV.

Senſus Caietani non inelegans, nec inconcinnus.

Oecum. c. 9 Solius cur Titi faciat hic Apoſtolus mentionem. *Chryſ hom 18 tam dicta.*

Oecumenius vero in illud; *Cuius laus eſt in Euangelio: Quare autem*, inquit, *Titi quidem nomen exprimit, horum autem non nouerant: & quia de his tanta dicit, quanta ad commendationem tantum ſufficiant: idque facit, volens etiam ſuſpicionem effugere, quod ſibi vellet aſſumere pecunias.* Sic Oecumenius, qui etiam ſicut Chryſoſtomus, aliqua ſuppleuit his verbis:

Siue pro Tito. Quandoquidem illorum virtutem oſtendit, deinceps propter ipſos exhortatur, & in ipſa exhortatione laudat eos & ait: Siue pro Tito aliquid dicere oporteat, hæc poſſum dicere, quod ſocius mihi eſt & adiutor meus erga vos, & ad veſtram ſalutem, ac fidem. Eſt autem eximia laus: ſiue pro aliis aliquid dicere oporteat; hæc habeo quæ dicam, quod ſunt fratres veſtri, legati Eccleſiarum, ex lectione videlicet. *Gloria Chriſti.* A ſua, inquit, conuerſatione gloriam Chriſto conciliant. *Vt videntes*, inquit *veſtra bona opera, glorificent Patrem veſtrũ qui in cælis eſt. Proinde documentum charitatis veſtræ.* Documentum hoc eſt demonſtrationem, argumentum, oſtenſionem. Demonſtrationem, inquit, dilectionis qua me diligitis, & gloriationis, qua de vobis gloriamur, in illos oſtendite, quod non temere, ac fruſtra de nobis glorier, ac ſi dicat: Si vultis oſtendere, quod vos quidem me diligitis, ego autem merito de vobis glorior, hos diligite, his beneuolentiam exhibete. *Ad reſpectum Eccleſiarum.* Hoc eſt, etiam ad honorem Eccleſiarum quæ ipſos miſerunt. Nam ſi eos honoraueritis, Eccleſias quæ eos miſerunt, honoraſtis. Hucuſque Oecumenius. ¶Porro quod ait: *Oſtenſionem oſtendite*, ſiue demonſtrationem demonſtrate, Hebraiſmus eſt: quale illud eſt; *Timorem eorum ne timueritis, &, Concupierunt concupiſcentiam in deſerto, &c.*

Dicti fratres Apoſtoli quomodo Apoſtoli Eccleſiarum, & gloria Chriſti. *Matth. 5.*

Iis trib. legatis Apoſtoli quam oſtenſionẽ vt ait oſtendere debebant Corinthij

Quid ſit facie Eccleſiarum.

Hebraiſmus. *Pſalm. 105. Eſai. 12.*

DISPVTATIO X.

In Apoſtoli verba c. 9. *Nam de miniſterio quod fit in Sanctos, ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis. Scio enim promptum animum veſtrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam & Achaia parata eſt ab anno præterito, & veſtra æmulatio prouocauit plurimos. Miſimus autem fratres, vt ne, quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte,* & reliqua in finem vſque Cap. 9.

I. Dubium.

PRimo hic dubitamus, an perſtet Paul' in eodem argumento tractando, an aliud agat, vt prima verba præſeferunt, & quaſi nihil de hac re ſcripſiſſet. II. Deinde quid ſignificet illud; *Ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis*; cum tamen iterum ſcribat. III. Tertio circa illud; *Miſimus autem, fratres, vt ne, quod gloriamur de vobis, euacuetur*, & ſubdit, *in hac parte*, quæritur quid eſt quod euacuari timet; & quæ eſt illa pars: & quomodo dicit: *Ne erubeſcamus nos* (vt non dica-

IV. dicamus vos) *in hac ſubſtantia.* Quarto quid eſt illud; *Vt præueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe ſic, quaſi benedictionem, non tanquam auaritia.*

V. Quinto in illud; *Qui parce ſeminat, parce, & metet*, quæritur, cur hac metaphora voluit

VI. vti Apoſtolus magis quam alia. Sexto in illud: *Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate: hilarem enim datorem diligit Deus* quæritur, cur tantopere diligat Deus in dante hilaritatem; & quare promittit Deum potentem largiri bona omnia temporalia, cum ſimus in nouo Teſtamento, in quo ſpiritualia, & æterna tantum promittuntur? Septimo; an loc' (VII. *Pſal. 111.*) ille *Diſperſit, dedit pauperibus*, tum ad literam, tum ad rem ipſam, de qua eſt ſermo, producatur. (VIII.) Octauo, quid ſignificat abundare in omnē ſimplicitatem, quæ operatur per multas (IX. & vlt.) gratiarum actiones. Poſtremo quid eſt, *Miniſterium huius offi y non ſolum ſupplet ea, quæ deſunt Sanctis, ſed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino.* Hæ ſunt dubitatiunculæ paruæ huius Capitis, quæ breuiter expediendæ ſunt.

Ad I. dub. De ſcopo Apoſtoli.

Primum dubium diluitur: Perſiſtit Paulus per totum hoc Caput in eodem argumento, exhortans Corinthios ad eleemoſynas largiter conferendas. Et ponit præfatiū culam, qua videtur de re noua loqui velle, & quam nondum hactenus attigerat; cum tamen idem proſequatur argumentum: & nonnulla permotus diffidentia hortar: Corinthios ad beneficentiam: nec ſuam monitionem indicat coniunctam eſſe cum vlla præteriti temporis reprehenſione: ita vt dicere videatur: Non doceo vos ſubueniendum eſſe ſanctis, quid enim opus eſt? vos enim ipſi ſatis habetis cognitum, & exploratum, & declaraſtis vos nolle illis deeſſe: ſed quia iactaui vbique veſtram liberalitatem, & fidem meam obſtrinxi, hæc cauſa non patitur me quieſcere.

I. ſol. q. De miniſterio Corinthiorum in Sanctos, ſi ex abundanti erat ſcribere cur ergo ſcribit Apoſtolus.

Ad ſecundum dubium in illud: *Ex abundanti eſt &c.* reſpondemus, Græce haberi, περισσὸν, id eſt, ſuperfluum, & ſuperuacaneū eſt mihi ſcribere vobis: quod dixit more Rhetorum, qui ſolent præoccupare, ne videantur iis, quibus cum agunt, in re illis nota conſiliū dare, quaſi ipſi per ſe inopes ſint conſilij: nam alioqui tam anxia ſolicitudo, odioſa eſſe poterat apud Corinthios, qui putare poſſent vel ſibi exprobrari ſuam pigritiam, vel ſe Paulo eſſe ſuſpectos: eos tamen hortari, & ſubinde vrgere voluit, quia videlicet non ignota illi erat humani ingenij inconſtantia; quæ in Protheo illo, ſiue Vertumno, qui ſe, vt Fabulæ ferunt, in varias formas transmutabat, à veteribus Poetis apte repræſentata eſt. Quamobrem nimis cauendo, ne à bono voluntatis propoſito reſilirent, nimius eſſe non poterat, ſed laudibus eos excitat ad liberalitatem, quib. eos ornabat apud Macedones. Vnde ait: *Scio enim promptum animum veſtrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones.* Cogita, quæſo bone lector, artem Spiritus ſancti: Macedones tanquam beneficos commendat apud Corinthios, ſicut Corinthios apud Macedones: *Quoniam*, inquit, *& Achaia parata eſt ab anno præterito.* Id eſt: Non ſolum Corinthus, ſed etiam vniuerſa Achaia parata eſt in Sanctos erogare eleemoſynas.

Humani mutabilitatem, & inconſtantiā ingenij vana & curioſa in quo demonſtraret antiquitas.

Diuinum Pauli artificium in ſuadendo Corinthus beneficentiam.

Ad 3. dub. Quid illud quod euacuari timebat Apoſtolus.

Diluamus tertium dubium circa illud: *Miſimus autem fratres*, Græce additur, tamen Et ſequitur: *Vt ne, quod gloriamur de vobis, euacuetur, in hac parte.* Senſus eſt: Ne gloriatio noſtra de vobis inanis reperiatur, & mendaces inueniamur, qui vos præparatos eſſe diximus in hac parte, nempe eleemoſynæ, vt quemadmodum dixi, parati ſitis: nam hoc Macedonibus dixerat: Achaia parata eſt ab anno præterito.

IV. dub. diluitur paulo poſt. Quo etiā veluti calcari Corinthios vrget Apoſtolus ad beneficentiā. Subſtantia gloriationis quid Apoſtolo.

Soluamus quartum dubium: *Ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos (vt non dicamus vos)* ſic enim per parentheſim legendum eſt: corrigit enim ſermonem. Vt melius, inquit, ominantes, non dicamus vos pudefieri, niſi amborum potius eſſet pudor: horum quidem, vbi ſuo deeſſent officio; ipſius vero, vt qui falſo gloriatus eſſet. Addit: *In hac ſubſtantia.* Vel, in hac hypoſtaſi, ταύτῃ τῆς καυχήσεως, id eſt, in hoc argumento, vel materia gloriationis, qua apud Macedones de vobis ſum gloriatus.

Ad 4 dub. reſponſio De præparanda te promiſſa benedictione. *1. Cor. vlt.*

Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, Siue, vt prius accedant ad vos: neceſſarium quippe erat & ipſos pudore, & ſeipſum mendacio liberare, *vt præparent repromiſſam benedictionem.* Sicut 1. Cor. 17. eleemoſynam vocauit λογίας, vt ibi annotauimus, id eſt, collectionem, à verbo λέγω quod eſt colligo, quoniam à multis fidelibus colligebatur: ita & nunc εὐλογίαν: quam vocem per nomen benedictionis interpres tranſtulit. Bonam & vberem dicit collectionem, ſiue eleemoſynam, de qua ſubdit, *Hanc paratam eſſe ſic, quaſi benedictionē, non tanquam auaritia.* Significat; ita vt ſit liberaliter donata eleemoſyna, non propter auaritiam violenta, aut triſtis: quia, vt ſubdit, Hilarem datorem diligit Deus. Quidam enim ægre, ac difficulter ita donant, vt propter tarditatem, ac difficultatem, ipſum meritum eleemoſynæ amittant. Quā merito benedictionem vocat, ad exprimendam vim vocis Hebrææ berocha, quæ tam fauſtam precationē, quam beneficentiā de-

Quomodo parata debebat eſſe Corinthiorum eleemoſyna ſic quaſi benedictio, non tanquam auaritia. Eiuſmodi eleemoſyna nomine benedi-

ctionis cur ven at.

nota: cui opponit Apoſtolus fraudatio c, & tenacitatem, vt diſcamus quali animo danda ſit eleemoſyna, nimirum alacri, & liberali, non coacto & ſordido.

Paulo poſt propoſita dubitatio diluetur. Dicendi verbum quo fere ſenſu Apoſtolus ſoleat vſurpare. *Epheſ. 5.* *Gal. 4.* Ad V. illud dub. reſpōdetur.

Quintæ dubitationi reſpondemus in id: *Hoc autem dico, Qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* In primis tribus verbis Græce non habetur verbum, dico, bene tamen ſubauditur, & ſubaudiendum eſſe videtur, nam Paulus ſolet eiuſmodi verbo ſententias paulo obſcurius dictas explicare, vt maiorem charitatem dictis conferat; vt in his locis: *Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*; &, *Dico autem, quanto tempore hæres paruulus eſt: &c.* & ita ſæpe Apoſtolus in eum ſenſum vti conſueuit illo verbo.

Quibus de cauſis hac Paulus ſit vſus metaphora: Qui parce ſeminat, parce & metet. *Matth. 13.* II. ratio. *Sup. 6.* III. & IV. ſi ne poſtrema.

Recte autem comparatur eleemoſyna ſemini iacto in terram: quia vt illi reſpondet ampla merces trigecupli, vel ſexagecupli, vel centupli fructus pro vno; ita paruæ eleemoſynæ magna reſpondet in cœlo merces. Deinde vt granum ſeminatum in terra recondi debet, ne aues illud deuorent; ita in eleemoſyna curandum eſt, vt neſciat (ait Dominus) ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Tertio, vt ex ſeminatis hoc anno, veſceris ſequenti; ita ex bonis laboribus, & meritis colliges æternam alterius vitæ mercedem. Denique vt ſatis non eſt labor iactandi ſeminis, ſeruandi, & purgandi à noxiis herbis niſi Deus præterea de ſuo mittat pluuias, Solem, ac ventos, quibus creſcat & multiplicetur ſemen, ac maturum reddatur: ita ſane opera noſtra, & induſtria, niſi Deus ſua vi, & fauore aſſiſtens, promoueat, vt non ſint tam opera hominis, quam opera Dei ipſius per gratiam nobiſcum cooperantis.

Hæc de ſemine, & meſſe tranſlatio Scripturis tum antiquis, tā nouis quā familiaris, & frequēs. *Matth. 13.* *Prou. 11.* *Eccl. 11.*

Hæc autem ſeminandi, & metendi metaphora, elegans eſt, & Scripturis familiaris, imo vel ipſi Ciceroni ſatis nota, qui in oratione ad populum, antequam iret in exilium: Eſt enim, inquit, liberale officium, ſerere beneficium, vt poſſis metere fructum. Chriſtus etiam tot parabolis de ſemine, & ſeminante, de zizaniis, & aliis multis illam metaphoram comprobauit; ſicut Salomon in Prouerbiis: *Seminanti, ait, ad iuſtitiam, merces fidelis*; & in Eccleſiaſte: *Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſet manus tua, quia neſcis quid magis oriatur, hoc an illud: & ſi vtrumque ſimul, melius erit.* Eſaias quoque, *Beati qui ſeminant ſuper omnes aquas*, vel iuxta aquas, quæ humorem ſeminatis præſtant. Et rurſus in Eccleſiaſte. *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas*, id eſt, homines vniuerſos, quia omnes morimur, & quaſi æquæ dilabimur: & Dauid pater eius: Qui ſeminant

Eſai. 32. Quid: Mitte panem tuum ſuper tranſeū tes aquas. *Eccleſ. 11.* *2. Reg. 14.*

in lacrymis, in exultatione metent. *Et qui ſe minat in benedictionibus.* Id eſt: Qui copioſas & abundantes faciunt eleemoſynas. *De benedictionibus & metet*, largam metent, & copioſam à Deo retributionem.

Pſ. 125. Seminare in benedictionibus quid, de benedictionibus & metere.

Sextum fuit dubium circa hoc, *Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate: hilarem enim datorē diligit Deus.* Reſpondemus, hoc ſumptum eſſe ex libro Eccli. 35. *In omni*, inquit, *dato hilarem fac vultum*; nimirum vt ita oſtendas dare etiam in primis cor tuum Deō, propter quem das eleemoſynam. Diligit autē Deus hilariter dantes tanquam ſibi ſimiles: nam & ipſe quoque maxime hilariter ſemper dat, & nulli improperat: quia triſtitia etiam comitari ſolet dantes non ex corde. Deus præterea reſpexit ad Abel (id eſt, ad bonum animum eius) & ad munera eius. Viduam item mittentem in Gazophylacium duo æra minuta, magis probauit Chriſtus, quam eos, qui plura & maiora obtulerant. Non enim conſiderat Deus quantum quis operetur, ſed ex quanto maioris affectu donetur. Et vt ſuperius dixit: *Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo.* Id eſt, Voluntaria ſit largitio, nō coacta. Et vt deſtinauit in corde, prout illi viſum fuerit, ſciens ſe Chriſto ipſi donare qui dixit: Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

Ad 6. dub. Cur tribuē dum in hilaritate. *Rom. 12* *Eccl. 35.* Hilarem cui datorē diligit Deus. *Iacob 1.* *Geneſ. 4.* *Luc. 21.* Quid eſt. Vnuſquiſque prout deſt. nauit in corde ſuo, ex triſtitia. *Matth. 25.*

Subdit Apoſtolus. *Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, &c.* Quo in loco videtur præoccupare, ac ſoluere quod ipſi obiici poterat. Diceret enim aliquis: Si abunde largitus fuero, rem meam familiarem exhauriam, & in egeſtatem redigar. Reſpondet, quod Deus potens ſit efficere, vt quicquid in Sanctos contuleritis, id multo cum fœnore ad vos redeat, nec ſinat vos egere: ſed expertus veſtram fidelitatem & largitatem in dando, vos in futurum bonis magis implebit, vt poſſitis abundantes eſſe in hac liberalitate: vt oſtendit in ſancto illo Ioanne, qui ab eleemoſynis cognomentum accepit, qui cum Deo decertare videbatur, an plus in pauperes diſtribueret, quam ipſe ſibi Deus diſtribuendum traderet.

His verbis Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, Apoſtolus vt occurrat Corinthiis.

Ioannes cognomento Eleemoſynarius quomodo cum Deo decertaret.

Verbum περισσεύειν, non tantum eſt abūdare intranſitiue, vt dicunt, ſed etiam tranſitiue, abundare facere, quo modo hic accipitur. Et nota Pauli probationem, Deum videlicet aliquid facturum ex eo, quod poſſit facere, vt ſi ſit potens, etiam faciat. Valet enim argumentum, cum ratio vrgeat, qua conſidera a, id facere debeat. Non enim poteſt eſſe ingratus Deus noſtris bene factis, qui nullis etiam noſtris meritis præcedentibus dat omnibus abundanter. Valet itaque hoc argumentum: Poteſt Deus

Deus ex eo quod poteſt, cur facere etiā iure debet.

Virginis ab omni labe

face-

præſeruatio cui nititur æquitati.

facere, ergo facit, cum ſe offert talis decentia, vt id facere debeat. Et potuit Deus ſanctificare animam Matris ſuæ, antequam incurreret originale peccatum; ergo fecit, quia inuenit magnam decentiam, ac debitum quoddã eum honorem exhibendi Matri ſuæ.

Abundare in omne opus bonum, quid.

Subdit: *Vt abundetis in omne opus bonum.* Hoc eſt, vt in omnibus ad vos ſpectantibus omnem ex integro ſufficientiam habentes, *Abundetis in omne opus bonum.* Id eſt, vtile, hoc autem eſt eleemoſyna, ſicut alibi de muliere effundente ſuper caput ſuum vnguentũ, dixit: Bonum opus operata eſt in me. Vel: in omne opus bonum, dixit; id eſt, Non ſolum in omni materia eleemoſynaria, ſed etiam, vt in omne aliud opus pietatis abundetis.

Matth. 26. Alter ſenſus.

VII. dub. diluitur. De loco Dauidis: Diſperſit dedit pauperib. &c. quã recte atque cõgruenter producatur.

Ad ſeptimum, vbi quæſitum eſt, an locus productus ex Pſalmo, apte proferatur, dicendum eſt, aptiſſime ad literam productum fuiſſe ex Pſalmo 111. in quo agitur vel de Chriſto capite, & poſt eum, & in eo de homine grato, & iuſto, & qui vacat miſericordiæ operibus; ita enim incipit: Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Nam ex Dei timore oritur diuinæ legis obſeruatio. Et idem eſt cum eo, quod Pſalmo primo dixit: *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte.* Et paullo infra ſubdit: *Iocundus homo qui miſeretur, & commodat.* Dictio, *Iocundus*, Græce eſt χρηστὸς, qui proprie ſignificat hominem, qui omnibus benefacere paratus eſt: hic ex corde miſeretur, & donat; vel ſi non poteſt donare, mutuo dat pecuniam, ſeu commodat veſtem, & alia. ¶ Hic, *Diſponit ſermones ſuos in iudicio.* Sermones vocat facta more Hebræo; hoc eſt, præparat ſe ad reddendam rationem de factis ſuis in iudicio, in quo de vnico charitatis in proximum præcepto potiſſimum examinandi ſumus. Quare ſubiungit: *Diſperſit, dedit pauperibus.* In quo alludere videtur ad ſemen quod in terram ſpargitur. Non ergo vir bonus, ſiue timens Deum, ſiue χρηστὸς, vni tantum prodeſſe vult, ſed in multos deſiderat eſſe beneficus. Et, *Dedit*, ait; non vendidit eleemoſynam, ſed gratis, & pure propter Deum donat. Et declarat, quibuſnam donet, nimirum *pauperibus*, non canibus, aut equis, aut auibus venatoriis; ſed hominibus: non propinquis, niſi forte indigeant; non diuitibus, non meretricibus, non ſcurris, denique, non donare, ſed reddere debent iuſtam, & pactam mercedem. Dat ergo pauperibus, non tantum mendicis, & extrema egeſtate laborantibus, ſed etiam parum habentibus, & qui proprie dicuntur pauperes. Additque: *Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.* Iuſtitiam vocat, qua iuſtus præditus eſt, quæ eſt omnis virtus, & præcipue beneficia, & eleemoſynam, quæ Matthæi ſexto. Iuſtitia dicitur ab Interprete noſtro, & quæ à Chryſoſtomo Græce dicitur ἐλεημοσύνη. Ambroſius hoc loco ſcribit: *Miſericordia ergo hæc, iuſtitia appellata eſt, quia ſciens, qui largitur, omnia Deum communiter omnibus dare, quia Sol eius omnibus oritur, & pluit, & terram omnibus dedit; idcirco diuidet cum iis, qui copiam terræ non habent; ne beneficiis Dei priuati videantur.* Hæc ille ſatis apposite. Eſt enim iuſtum, vt qui abundat, det indigenti, & ex ſuperfluis & abundantibus debitum eſt dandi. Et quia res omnes, quæ diſpenſantur in eleemoſynam, à vulgo, & ſtulta plebe perituræ putantur; per iſtam profuſionem in egenos immortales redduntur, propterea ſubdit: *Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.* Id eſt: Non deſinunt in morte, nec pereunt earum autori, nec deletæ ſunt à Dei memoria, vt mercedem ſibi debitam non accipiant, ſed in æterna retributione manent tanquam ſemen æternæ vitæ. Vnde & mox ſubdit. *In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit.* Quemadmodum, vt exemplo aliquo rem illuſtrem, ſapiens eſt, qui tenet eos flores, & maxime odoriferos, & qui paulatim marceſcerent, ſi in manibus ſuis eos teneret: poſiti tamen in alterius manibus, in perpetuum odorati, & ſpecioſi ſeruarentur in illius reponit manus: ita maxime ſapit, qui peritura, & corruptibilia bona ſua agnoſcentis, in manus Dei reponeret, vt in eo in æternum ſeruarentur. Subdit autem in fine eius verſiculi: *Cornu autem eius exaltabitur in gloria.* Quod eſt, exaltabitur, & glorificabitur apud Deum. Ita dicitur: Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iuſti: & Anna mater Samuelis ait: *Exaltatum eſt cor meum in Deo meo.* Vt autem hic locus apte à Paulo productus fuit, ita etiam Eccleſia Catholica aptiſſime legit hanc epiſtolæ partem in feſto D. Laurentii, qui theſauros Eccleſiæ diſtribuit pauperibus, & eripuit ab impio, & auariſſimo tyranno.

Pſalm. 1.

Iocundus homo quis, qui miſeretur, & commodat.

Diſponere ſermones ſuos in iudicio quid ſit.

Matth. 25.

Iocundus ille homo quibus diſpergere & dare debet pauperib. eleemoſynam.

Matth. 20.

Iocundi hominis iſtius iuſtitia, quæ manet in ſeculum ſeculi.

Supra 6. B. Chryſ. hom. 19. Ambro. t. 5.

Cur appelletur iuſtitia.

Matth. 5.

Quare hãc iuſtitiam Apoſtolus manere aſſerat in ſeculum ſeculi.

Act. 10.

Qua ratione maneat in ſeculum ſeculi.

Exemplo ſane quam eleganti declaratur quemadmodum in memoria æterna erit iuſtus.

Iuſti cornu vt exaltabitur in gloria.

Pſal. 74.

1. Reg. 2.

Explicemus quæ ſequuntur: *Qui autem adminiſtrat*, inquit, *ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ; vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.* Cum eleemoſyna quædam eſt æternæ mercedis, iuxta illud; *Seminãti ad iuſtitiam, merces fidelis*, hoc eſt, certa & ſtabilis: & hoc ſemẽ adminiſtratur homini

Quare Deus adminiſtrans ſemen ſeminanti, panẽ etiam ad manducandum præſtabit.

Prou. 11.

Quid: Seminanti ad iuſtitiã merces fidelis.

Deus vt panem ad manducandum præſtabit.

à Deo, à quo eſt omne bonum, vt pro ſuo arbitrio omnibus diſtribuat: *Deus ergo, qui adminiſtrat ſemen, etiam panem ad manducandum præſtabit*, id eſt, ſubminiſtrabit, vt valeat, qui ſeminat, ſeminare: ſicut ſuppeditant homines miniſtris & colonis ſuis. Deus etiam, qui ſuperat in immenſum beneficentiam noſtram, multiplicauit ſemen veſtrum, id eſt, bona temporalia, vt poſſi is abundantius ſerere. *Et augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ*, id eſt, copioſiorem dabit in alia vita mercedem, vt homo etiam lucretur in alio ſeculo per opera iuſtitiæ: quia omni habenti dabitur, & abundabit. Quod ſi Deus ſubminiſtrat terram ſerentibus ſemen, & panem nutrientibus corpus ſuppeditat: multo magis his, qui colunt cœlum, & animas alunt, daturus eſt ſemen; ex ſemine namq; non ſolum expectatur panis, ſed & ſeminis multiplicatio ad futuram ſationem, imo & lucrum iuſti prouentus. Ita tecum deputa cum Caietano: Hilaris dator eſt tanquam ſeminans; & eleemoſyna ipſa eſt velut ſemen ad fructum multiplicem ſatum. Habet enim vim ſeminariam ad producendum fructum multum. Et is, qui dat eleemoſynam, tanquam ſeminans dare debet; hoc eſt, reſpiciendo ad fructum futurum. Deus autem quemadmodum homini ſeminanti ſuppeditat ſemen, vires ſemini ſubminiſtrando (ipſe ſiquidem eſt actor naturæ) ita ſubminiſtrat vires eleemoſynæ ad fructificandum. Et quemadmodum non deficit Deus ſeminanti in actionibus naturalibus ſeminis, ita non deficit ſeminanti eleemoſynam in actionibus gratuitis ſecundum ordinem gratiæ, eleemoſynæ quaſi ſemini diffinitis. Et hæ tres actiones ſunt. Prima, *Panem ad manducandum præſtabit*. Secunda, *Et multiplicabit ſemen veſtrum*. Nam ex ſemine non ſolum expectatur panis, ſed expectatur multiplicatio ſeminis pro futura maiori ſeminatione. Tertia: *Et augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ*. Expectatur ſiquidem ex ſemine non ſolum panis pro victu propriæ familiæ, ac maior futura ſeminatio, ſed etiam lucrum iuſti prouentus. Ita Deus benedictus proportione quadam donat neceſſaria ad victum, & multiplicat ſationẽ eleemoſynariam. *Et augebit*, inquit, *incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ*. Id eſt, prouentus iuſtos iuſtitiæ, & bonorum operum, pro quibus noniſi iis, qui vocantur iuſti, æternæ vitæ regnum confertur. Et quanquam illa tria verba: Præſtabit, Multiplicabit, & Augebit, noſter Interpes verterit per futurum Indicatiui; noui tamen Interpretes per Imperatiuum tertiæ perſonæ vertunt, nimirum Præſtet, Multiplicet, Augeat: idem tamen

Idem quo modo augebit incrementa frugum iuſtitiæ noſtræ. *Matth. 25.*

Semẽ duo præſtat ſeminanti.

Caietani elegans horum intelligentia verborum Apoſtoli.

Deus præſtat ſeminantibus tria.

Deus item quomodo augeat incrementa frugum iuſtitiæ noſtræ. *Matth. 25.*

vtriq; & ſentiunt, & dicunt; niſi quod iuxta veterem interpretem, Paulus tradit, Deum efficere hos fructus per eleemoſynam. Per aliam vero lectionem Paulus precatur eoſdem fructus eleemoſynæ.

Et ſubiungit: *Vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem ſimplicitatem, &c.* Conſtructio in primis inſpicienda eſt, dixit enim ſuperius: *Vt abundetis in omne opus bonum*; ita hic ait: Vt in omnibus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatem, niſi velimus ſupplere verbum ſubſtantiuum: & in omnibus locupletati, ſcilicet eſtis. Non ſunt ergo condendæ opes, ſed potius habendæ ad omnem ſimplicitatem; id eſt, liberaliter largiendæ ſunt propter Deum, vt ſuperius diximus: *Quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.* Id eſt, per quam, & propter quam Deo agimus gratias.

Octaua ſoluitur dubitat. Quid abundate in omnẽ ſimplicitatem.

Quomodo illa operatur per multas gratiarum actiones.

Ad poſtremum dubium reſpondemus: *Quoniam miniſterium*, inquit, *huius officij, non ſolum ſupplet ea quæ deſunt Sanctis.* Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας, id eſt, miniſterium ſacrificii huius, quia pro victima, & ſacrificio accipitur coram Deo, quod eius amore impẽditur: ac tum demum verum eſt ſacrificium, cum per ſanctos Deo offertur, & pro quo Domino gratias agunt. Non ſolum ergo ſupplet ea quæ deſunt ſanctis pauperibus, verum etiam, pluſquam vſus poſtulat, ſuppeditat, qui per experimentum miniſterii huius Deum glorificant. Primum quidem, propter obedientiam veſtram credentem Euangelio. Deinde propter ſimplicitatem, ſiue beneuolentiam communicationis veſtræ. Poſtremo propter omnium obſecrationes quas veſtri gratia faciunt, vt ſi eis aliqua facultas viſendi detur, hæc non deſiderant propter pecunias, ſed vt gratiæ vobis datæ fiant ſpectatores. Addit: *Deſiderantium vos.* Nimirum videre, nam ita legit Ambroſius: *Gratias ago Deo ſuper inenarrabili dono eius.* Concludit poſt iam longam diſputationem de largitione eleemoſynarum in gratiarum actione. Et vocat inenarrabile donum, tum ex parte diuini amoris, ex quo procedit donum ſuperantis narrationem, quia longe plus eſt intus, quam narretur: tum ex parte præmii, quo remuneranda eſt eleemoſyna, quod videlicet nec oculus vidit, nec auris audiuit. Et gratias agit Deo Apoſtolus pro munere nondum accepto, ſed tantum ſperato; vt admiranda ſit Pauli prudentia tantopere Corinthios vrgentis ad largitionem.

Soluitur IX. dub. Circa illud Quoniam miniſteriũ huius officii non ſolũ ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, & quæ ſequuntur.

Sancti pauperes ſeruati ex Corinthiorũ in ipſos beneficentia Deum tripliciter glorificabant.

Ambr. i s. Gratias Deo agere Apoſtolus ſuper quo inenarrabili dono eius, & quare.

Eſai. 64. 1. Cor. 2.

DISPVTATIO XI.

In Apoſtoli verba: *Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem, & modeſtiam Chriſti, qui in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens autem confido in vobis. Rogo autem vos ne præſens audeam per eam confidentiam, qua exiſtimor audere in quoſdam qui arbitrantur nos tanquã ſecundum carnem ambulemus*, & reliqua vſque in finem cap. 10.

I. dubitat. PRimo quærendus ſcopus nobis, de
quo videtur Apoſtolus diſſerere. De-
II. inde quæ ſit hæc obſecratio per Chriſti mã-
ſuetudinem, & modeſtiam, ſeu humilita-
tem. Qua item ratione humilis eſſet Pau-
lus in præſentia, abſens autem audax, & cõ-
III. fidentior. Tertio quid cogitabant, qui Pau-
lum ſecundum carnem ambulare iudica-
bant; & quibus armis eſſet munitus Apo-
IV. ſtolus ad pugnandum. Quarto illud, Arma
militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia
Deo ad deſtructionem munitionum, con-
ſilia deſtruentes: videtur eſſe clarus, & a-
V. pertus ſolœciſmus. Quinto, quomodo e-
rat Paulus paratus vlciſci omnem inobedi-
entiam, cum impleta foret Corinthiorum
obedientia: videtur enim ſibi contradice-
VI. re: quia vbi eſt obedientia completa, nulla
reſtat inobedientia punienda. Sexto illud;
Quæ ſecundum faciem ſunt, videte, quomodo
VII. quadrat cum ſequentibus: *Si quis confidit ſibi Chriſti eſſe, &c. ita & nos.* Septimo quo-
modo poteſtas Pauli eſſet in ædificatio-
nem, & non in deſtructionem; cum tamen
non minus inſequeretur Iudæos, & excom-
VIII. municaret rebelles, & ſcandalizantes alios.
Octauo in illud: *Non enim audemus inſerere, aut comparare nos quibuſdam, qui ſeipſos commendant*, an ſcilicet ironice dicatur, an ſine
ironia; & quomodo non gloriatur in alienis
IX. & vlt. laboribus. Poſtremo quid eſt in Domino
gloriari, quod in Scripturis permiſſum eſt;
& quid rurſus gloriari in ſe ipſo, quod va-
num eſt, & vitioſum; & in Scripturis dam-
natum.

I ſoluitur dubitat. Quo tẽdat Apoſtolus.

Solutio primæ dubitationis eſt: Nouum orditur argumentum Apoſtolus, & agit in pſeudoapoſtolos, ac detractores, qui Apoſtolicæ dignitati, & autoritati derogabant, & inſcitiæ in abſentes ſeueritatis, audaciæ & inſolentiæ ipſum accuſabant, & Corinthiorum animos abalienare ab illo ſatagebant: hinc periculum erat ne Corinthii per illos ſeducti, partim ad Iudaicos, partim ad Gentilitios errores relaberentur. Igitur poſt enumerationem ſuarum afflictionum, poſt exhortationem ad ſui vicariam dilectionem, poſt atteſtationem de ſua erga illos magna fiducia, poſt neceſſitatis Sanctorum commendationem, opportune in ſermonem increpatorium ingreditur, & ſuas laudes coactus deprædicat. Nulli enim magis linguis, & voculis obtrectatorum ſunt expoſiti, quam qui pie, & vere de Chriſto docent. Et quo ſermo ſit tolerabilior, ab obſecratione orditur: deinde aduerſariorũ recenſet calumniam, cui autoritate Apoſtolica, & grauitate reſpondet.

Omnium qui maxime maledicentiæ ac maleuolentiæ hominum ſint expoſiti.

Ad II. dub. De Paulo humili quidem in præſentia, in abſentia autem audaci, ac confidẽti.

Secundum dubium diluamus: dicendo quod, quia Pauli nomen apud Corinthios odioſum reddere conabãtur: ideo ipſe magna emphaſi à pſeudoapoſtolis ſe diſcernẽs ait: *Ipſe autem ego Paulus*, primus veſter Apoſtolus, & in Chriſto Ieſu per Euangelium parens, *obſecro vos*, Magnum eſt illum rogare, qui imperare iure ſuo poterat. Et obſecrat cum magna atteſtatione, nimirum *per manſuetudinem* (ſeu lenitatem) *& modeſtiam Chriſti*. Quaſi dicat; Ipſum Chriſtum Saluatorem, teſtor, per cuius benignitatem exhibitam vos oro. Eſtq; hæc obſecratio ex re ipſa præſenti nata: nam calumniabantur aduerſarii, quod præſentia corporis parum dignitatis haberet, nam vt ille dixit:

1. Cor. 4. Pauli modeſtia, Corinthios, cũ iubere poſſet, obſecrantis.

Pſeudoapoſtoli Paulum in præſentia humilem, in abſentia confidentiorẽ vnde didicerant. Id falſum eſſe vnde conſtabat.

Minuit præſentia famam.

Et quod abſens, & procul exiſtens per epiſtolas fulminabat, quod ex literis prioribus colligebant. Et vtrumq; apte refellit, dum teſtatur nihil ſibi magis cordi eſſe, quã manſuetudinem Chriſti, cuius exemplum ipſemet præbuit, dicens: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*: & Propheta de ipſo: *Non clamabit, neq; contendet neq; audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet.*

Matth. 11. Eſai. 42. Matth. 12.

Paulus quomodo in facie quidem humilis eſſet inter Corinthios.

Qui in facie quidem humilis ſum inter vos. Hoc eſt, humilem & abiectum me oſtendo, diſſimulans autoritatem meam, & dignitatem. Et verba obtrectatorum μιμητικῶς oſtendit: quaſi dicerent de illo; in humilitate ſua ſimulata veterator quæſiuit, vt vobis dominaretur. Eiuſmodi enim voces ſpargebant. Διὰ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικείας hoc eſt, per clementiam, & æquitatem, ſiue moderationem, & naturam ad miſericordiam potius, quam ad vim vllam, vel ſummum ius proſequendum propenſam. Opponit enim Ariſtoteles in Ethicis ἐπιείκειαν exacto, & ſummo iuri: Hermogenes vero, violento. *Abſens autem confido* (vel confidens ſum, vel audeo, Græce θαῤῥῶ) *in vobis.* Hoc eſt, ferociter inſurgo, & tyrannide

Idem per manſuetudinem & modeſtiã Corinthios obſecraret.

Philoſop. 5. Ethic. 5. ca. 9. tom. 4.

Idẽ tertio abſens qui audax eſſet & confidentior.

libera veſtra colla premo. *Rogo autem vos.* Nondum explicauerat quid peteret, aut quid vellet: ideo alioqui ſupplendum docent; hoc autem rogo. Recte namque hoc loco quidam per epanalepſin (id eſt figurã, qua iam dicta reſumimus) hoc dictum eſſe volunt. Nam quia adiecerat quædam per manſuetudinem, & æquitatem, ſeu modeſtiam Chriſti, nondum ſatis explicauerat quid rogaret; & ideo verbum ſynonymum repetit. Dixerat enim ſuperius παρακαλῶ; deinde ſubiungit, δέομαι Quare abſurde Eraſmus prius dicta retulit ad ſuperiora, vt rogaret pecunias in eleemoſynas erogari. Nam per verbum Obſecrandi, quis non videat nouo Paulum vt prœmio? quod adhibuit, vt futuræ reprehenſionis acerbitatem leniret: ideo non dixit, Impero; ſed, Rogo: neque Audax ſum, inquit, vel ero, ſed cogitor, vel exiſtimor audax eſſe. Et non iaculatur fulmina, ſed obſecrat per Chriſtum.

Epanalepſis quid.

Quid roget nunc Paulus Corinthios, ſecundum Eraſmum, ſed inepte.

Qui arbitrantur nos (inquit) *tanquam ſecundum carnem ambulemus.* Tertio loco hoc fuit propoſitum, ac dubitatum, quid intelligerent per eiuſmodi verba aduerſarii. Paulus conqueritur de eorum iniquitate, qui nihil in ſe conſiderabant, preter carnem, hoc eſt, externam quandam, vt dici ſolet apparentiam, & à ſolo aſpectu eum æſtimabant, nec cogitabant quid intus lateret; ſicut nec Iudæi diuinitatem in Chriſto latitantem penetrabant. Ita Paulum à preſentia puſilla iudicabant, & vindictæ carnalis gratia eum abuti poteſtate: quod ex inceſtuoſi ſupplicio, & epiſtolis acerrimis colligebant. Interea Paulus placidus more boni preceptoris fungitur, nec ſtatim pœnas ſumit de male de ſe ſentientibus, ſed verbis corrigit primum, ac minatur, moraſq; nectit in pœnis exigendis. Incipiendum ergo Paſtori eſt à lenitate, & in ea perſeuerandum, donec tractabilem ſe præbeat ouis: extremum remedium eſt in ſeueritate.

III. dubita. diſſoluitur. Pſeudoapoſtolis quomodo ſecundum carnẽ ambularet.

2.Cor.5.

Pauli mitiitas, & clementia in aduerſarios: eaque maxime imitanda quibus.

Ac ſubiungit: *In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus.* Ambulare in carne, eſt habitare in corpore mortali, & corruptibili, ſeu verſari in hoc mundo, & carne obtegi: non tamen ſequimur affect⁹ carnales, ſed ſpiritualibus vtimur armis. Erat incluſus Apoſtolus corporis ſui ergaſtulo, ſed hoc non impediebat, quo minus virtus Spiritus ſancti ſe exereret in eius infirmitate. Et ſecundum carnem militant, qui nihil aggrediuntur, niſi mundanis preſidiis muniti, in quibus etiam ſolis ſuperbiunt, & fiduciam in Spiritus ſancti ductu non habent. Et oſtendit ſe Paulus prædicando bellum ac certamen contra alios ſuſcipere.

Ambulare in carne quid.

2.Cor.12.

Quid vero ſecundum carnem militare: idque quorũ ſit.

Et quod de ſe ait, in omnes Chriſti miniſtros competit, qui theſaurum hũc incomparabilem geſtant in vaſis teſtaceis.

Supra 4.

Quarto dubio reſpondemus circa illud: *Arma militia noſtra non carnalia ſunt, ſed potentia Deo.* Diſſerit de poteſtate miniſtrorum. Eſtque ſenſus: Etſi humiles & imbecilles vobis videamur; non tamen ſumus inermes, nec ad coercendos hoſtes Euangelii, robur nobis deerit. Et talis eſt noſtra militia, qualis eſt & armorum ſpecies. Spiritualibus armis muniti ſumus, ergo ſpiritualis eſt militia. Vnde ſequitur à contrariis, nos non ſecundum carnem militare. *Sed potentia*, inquit, ſeu valida, *Deo*, ſeu ſecundum Deum, ſiue pro Deo fortia, Deo per illa, & pro nobis certante. Vel, ad puniendum contumaces, & obloquentes, gladio ſeculari non vtebatur Apoſtolus, ſed armis Spiritus ſancti: non ad ſubdendum homines homini, vt fit armis carnalibus, ſed ad ſubdendum Deo, hoc eſt, in gloriam Dei. Arma carnalia ſunt diuitiæ, gloria, facundia, famulatus, ſociorum multitudo, equitum currus, & omnis apparatus bellicus, quo Pharao inſtructus perſequebatur Iſraelem fugientem, & Saul Dauidem, qui dicebat: *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.*

Ad 4. dub. reſponſio habetur inferius. Arma militiæ ſuæ non carnalia, ſed potẽtia Deo, quæ nã ſint Apoſtolo.

Eiuſmodi arma quomodo potentia Deo.

Quæ ſint arma carnalia.

Exod.14.

Pſalm.19.

Et apte Euangelii miniſterium comparat militiæ: quia ſicut militia perpetua eſt, & eſt vita hominis ſuper terram: ita qui ſe Deo addicit in obſequium eius, nullas habet inducias. Qui vero fidelibus Dei ſeruis hunc locum obiiciunt, & magiſtratus gladio Eccleſiam Dei exarmant, commiſeratione digni eſſent, ſi tantum ex ignorantia peccarent. Sed iſti prætextu clementiæ nocentiſſimum hæreſeos virus in Eccleſiam Dei aſpergere impune volunt: & Eccleſiæ Dei munus eſt poteſtati, vel brachio ſeculari puniendos eos tradere. Non enim ſine cauſa magiſtratus gladium portat.

Euangelicũ Paulus miniſteriũ militiã cur nominet.

Iob.7.

Contra Lutheranos armis Eccleſiam ſuis ſpiritualibus ſpoliantes.

Subdit: *Ad deſtructionem* (vel demolitionem) *munitionum.* Aperit nunc, ad quid valent arma Apoſtolicæ militiæ, & ſermone metaphorico deſcribit illorum armorum efficientiam: quaſi dicat: Arma hæc veſtra ſpiritualia valent ad deſtruendas munitiones omnes, quæ ſe fidei opponunt, quibus & dæmones, & homines veluti muniti ſunt contra Chriſti fidem. Et aperit per partes quæ ſint munitiones. Munimenta enim diabolica, ſunt conſilia, ſiue cogitationes, in quibus comprehendit omnes aſtutias, omnes artes, & conſilia,

Rom.13.

Quam ad deſtructionem munitionum Apoſtolicę valeant arma militiæ.

quibus

Eadē arma quam deſtruant altitudinem extollentē ſe aduerſus ſcientiam Dei.

quibus oppugnat fidem, & Eccleſiam. Deinde vocat altitudinem (ſiue celſitudinem) extollentem ſe, (ſeu quæ ſuſtollitur) aduerſus ſcientiam Dei. Dupliciter ſe ſolet munire mundus ad bellum inferendum. Primo arte, aſtu, dolis, & aliis machinationibus occultis, & ſtratagematibus, inſidiis, & ſimilibus. Deinde ferocia, & brachio valido, quæ per altitudinem deſcribuntur, id eſt, mundi gloriam, potentiam, & ſuperbiam, & ſimilia propugnacula, quibus ſe inexpugnabilem præ ſe fert. In verbo altitudinis, quidam producunt genus quoddam machinæ, quod repente ſublatum in altum muris inueherent hoſtes. Cumq; e meminerit armorum, apte ſubdit metaphoram munitionum, quarum aliæ artificio, aliæ altitudine erant inexpugnabiles.

Altitudo alius quid.

Arma mūdi carnalia Christi ſeruus cur minime extimeſcat

Hæc tamen omnia nihil exhorreſcere debet ſeruus Chriſti, quia quicquid eſt formidabile, quod ſuæ doctrinæ opponit, Deus vel nutu ſuo diſſipabit. Quare merito addit: *Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium* (ſic omnem cogitationem in obedientiam) *Chriſti*. Magna igitur eſt vis armorum Dei, quæ non ſolum poſſunt deſtruere contraria, tam in intellectu, quam in quadam celſitudine poteſtatis ac dignitatis, ſed etiam redigunt in captiuitatem omnem cogitationem, & vniuerſam facultatem intelligēdi, ad Chriſti obedientiam, dum credunt, ſperant, & amant.

Arma Deo potentia in captiuitatem vt dirigant omnem intellectū in obſequium Chriſti.

Propoſita diluitur dubitatio. De Grammatica huius loci: arma noſtra ſpiritualia ſunt &c. conſilia deſtruentes, ac reliqua.

Obiectum etiam fuit, hæc verba apertam continere ſolœciſmum. Arma inquit, militiæ noſtræ, non carni, & mundo, ſed Deo ſunt valida, cui militant, qui principaliter in illis pugnat: non, inquam, carnalia, ſed potentia ſunt Deo: *Conſilia deſtruentes.* Non enim Latine dicitur, arma noſtra, conſilia deſtruentes, & in captiuitatem redigētes, ſed dicendum erat, deſtruentia, & omnem intellectum in obſequium Chriſti redigentia. Sed reſponderi poteſt, ita legendum: *In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus; conſilia deſtruentes*: vt quæ intercedunt, per parentheſin legamus, hoc modo: *Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum*. Deinde ſequatur: *Conſilia deſtruentes, &c.* Vel poſſumus dicere, Participiis pro verbis vſum Apoſtolum fuiſſe, quomodo vertit Eraſmus, vt incipiat ſententia: quibus conſilia deſtruimus, & omnem altitudinem ſe extollentem in captiuitatem redigimus. Et ſupplendum more Hebræo relatiuum aſur. Quod enim interpres noſter dixit, Conſilia, ille vertit, λογισμοὺς, id eſt,

Altera ſol.

Eraſmus.

Idem.

ſyllogiſmos, & humanas captiones, quibus ad euertendam Chriſti fidem, & religionē ſe muniebant. Et per altitudinem ſe extollentem, notat ſuperbos, & ceruicoſos, qui extollunt ſe aduerſus, *Scientiam Dei*. Id eſt, à Deo reuelatam: ſicut Paulus vocat iuſtitiam Dei illam, quæ à Deo eſt infuſa. Ea ratione poſſet accommodari, vt diximus, ille ſolœciſmus. Quod ſi id non liceat, dicerem eiuſmodi loquendi rationem à nonnullis interdum vſurpari. Vnde Cyprianus lib. 3 epiſt. 11. ſimilem facit ſolœciſmum, ait enim: *Vna vox hominum erat gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymas exprimentes, complectentes eas, quaſi hodie pœna carceris eſſent liberati.*

Quæ ſe altitudo extollat, & aduerſus quam ſe ē-uam Dei.

B. Cypriani (ſi fas eſt dicere) ſolœciſmus.

Circa illud: *In captiuitatem redigentes omnem intellectum*, perpende, intellectum, ſiue cogitationem hominis in captiuitatem duci, cum conuincitur. Conuincebat aūt Paulus, & alii Apoſtoli poſt Chriſtum intellectus, & cogitationes hominum, tum per ſigna euidentia, & prodigia, tum per diſputationes opera Spiritus ſancti inſtitutas. Et hoc in obſequium Chriſti, quia nō pertinaciter repugnabant, ita vt mererentur obiurgationē. Et qui ſic vincuntur, & captiui ducuntur, felices ſunt; & in hoc genere victoriæ tam victi, quam victores triumphant.

Intellectus hominis quando captiuetur.

Quare in obſequiū Chriſti.

Ad quintum, quomodo erat Paulus paratus vlciſci omnem inobedientiam, cum completa foret Corinthiorum obedientia; dicendum eſt, ſenſum eſſe: dum permiſti ſunt boni cum malis, prohibemur à vobis id facere, ne eadem plaga inuoluat vos, qui per pſeudoapoſtolos decepti eratis. Ideo expectat Paulus vt decepti reſipiſcant: & poſtquam moniti fuiſſent per hanc epiſtolam, tunc in promptu habebat vlciſci omnem inobedientiam, ſcilicet ſuo tempore. Dicit ergo Apoſtolus ſibi non tantum datam poteſtatem ad cogendum in obſequiū Chriſti voluntarios diſcipulos, ſed etiam ad vlciſcendos rebelles, ſuaſq; minas, & terrores inania non eſſe terriculamenta puerorum, ſed habere paratam executionem, vt vulgo dici ſolet. Et licet hæc intelligi queāt de ſpirituali poteſtate ligandi, & ſoluendi, per quam rata ſunt in cœlis, quæ in terra fiunt, vel de corporalibus pœnis, quibus vtebantur Apoſtoli in contumaces, vt quidam volunt, vt Petrus, qui Ananiam, & Sapphiram, voti defraudatores, morti adiudicauit, & Paulus, qui Elymam magum cæcitate percuſſit, & inceſtuoſum Satanæ tradidit: tamen, quia raro, non ſemper vtebantur miraculis, & quia finis erat eos reddere Chriſto obedientes, vt hic dicitur, & ad Rom. 1. ideo prius præcipiuntur abſoluere,

V. ſol. dub. Corinthiorum obedientia cōpleta, qua ratione Paulus poterat eorū inobedient ā vlciſci.

Pauli Apoſtoli quam efficax poteſtas, & inuicta.

Hæc poteſtas qualis videatur quibuſdā.
Matth. 16.
Infra 18.
Ioan 20.
Act. 5.
Infra 13.
1. Cor 5.
Quid quod Eccleſiæ miniſtri ſoluere iubentur prius quā ligare.
Rom 1.

quam

quam ligare, & remittere peccata, quam retinere.

VI. dub. ſo. Quid eſt? quæ ſecūdum faciē ſunt, videte, & quomodo cum ſequētibus cohæreat.

Ad ſextum ſuper id; *Quæ ſecundum faciem ſunt, videte.* Reſpondemus: difficilia videntur hęc verba, eo vel maxime quod non appareat, quomodo conueniãt cum ſequentibus. Dicendum tamen, hæc verba apoſtrophen eſſe Apoſtoli, qua deflectit ſermonem ab obtrectatoribus ad eos, quod pſeudoapoſtoli deceperant, & ſui erant obſeruantiores, nec tamen prudenter animaduertebant eorum ſtudia, ſed inani fuco ſibi patiebantur oculos perſtringi. Quaſi dicat, Magnificatis eos, qui ampullis turgent; me vero, qui oſtentatione, & iactantia careo, damnatis. Nam ea tantum cernitis, quæ ſunt iuxta faciem, id eſt, quę foris videntur, & oſtentationis potius habent ſpeciem, quam efficaciam.

Alter ſenſus.

Quidam interpretatur hæc de ſignis euidentibus, quibus poſſint deprehēdi pſeudoapoſtoli: vt ſi diues, ſi elatus, ſi falſa virtutis imagine perſonatus; an vero æquum ſit, vt ex rebus præſentib⁹ iudicetis altera parte nondum audita. Et illud verbum Græcum βλέπετε commune ad indicatiuum, & imperatiuum faciunt, vt percontantis poſſint eſſe verba, ſiue aſſerentis, reſpiciendo ad Pauli humilitatem, iuxta faciem abiecti, proinde & iubentis: tamen imperatiue, aut certe aſſertive, legunt fere omnes.

Qua ratione Corinthii audientes pſeudoapoſtolos, multo magis Paulū audire debebant.

Subdit: *Si quis confidit ſibi Chriſti ſe eſſe, hoc cogitet iterum apud ſe, quia ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos.* Iactabant pſeudoapoſtoli ſe Chriſti eſſe ſectatores; & Chriſtum forſan propriis oculis aſpexiſſe. Id ſi dicerent Corinthii: Sunt hi Chriſti diſcipuli, cur non ergo audiemus eos prædicantes? & cur non eos venerabimur? Reſpondet, quod ſi id tantum apud vos valet; ſum & ego Chriſti diſcipulus: quod ſumit pro confeſſo, vt hic titulus ſibi adimi nequeat: vnde & ſeruum Ieſu Chriſti ſe vocat. Quicunque ergo vult haberi Chriſti miniſter, neceſſe eſt vt me ſecum enumeret vt fecerunt Apoſtoli Galat. 2. Quicunq; ergo mihi detrahunt, non ſunt habendi pro Chriſti ſeruis: non eſt omnium ita confidenter loqui, ſed illius, qui tantis ſignis, & prouinciarum ad Chriſtum conuerſione eum honorem ſibi compararat.

Vnde agnoſcēdi Chriſti ſerui.

Galat. 2.

VII. dub. ſoluetur inferius. Quid impulit Apoſtolum vt gloriaretur de poteſtate, quā à Chriſto in ædificationem, acceperat.

Septimo dubio reſpondendum ſuper illud; *Nam etſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram, non erubeſco.* Dixerat ſe eſſe Chriſti diſcipulum: quod autem ſe eorum numero adnumerit, quos longe antecedebat, modeſtiæ fuit. Quia tamen non ita modeſtus eſſe volebat, quin ſuam autoritatem ſaluam retineret, nūc addit minus ſe dixiſſe, quam ſuo iure dicere poterat, neq; ex vulgari numero miniſtrorum erat, ſed eximius etiam inter Apoſtolos. Poſſem inquit, amplius aliquid de poteſtate noſtra gloriari. Quod ſi facerem, nequaquam pudeſiam: eſſet enim iuſta materia. Eſtque figura occupationis: quia neque tacet de ſua gloria, & tamen lōgiori eius ſermone ſuperſedet, vt intelligāt Corinthii non niſi inuitum gloriari, vt certe ſua improbitate cogebant eum pſeudoapoſtoli. Fuerat enim electus Apoſtolus ad fundandam Eccleſiam Corinthiorum: & ne de poteſtate ſibi data calumniarentur eum; addit ſe eam à Deo accepiſſe, non autem priuata autoritate ſibi vendicaſſe, atq; eius poteſtatis fidem, ac modum eſſe ad ſalutem eorum; quare nec moleſtus, nec grauis illis eſſe volebat, quia data in ædificationem tantum, non in deſtructionem ſibi poteſtas à Domino erat, id eſt, ad promouendam pietatem religionis: & ad virtutis officia excolenda: hoc enim eſt quod hic dicit. Contrarium horum deſtruit, ac tectis verbis pſeudoapoſtolos notauit, quod non Eccleſiæ ædificationi, ſed ſuis duntaxat commodis conſulerent.

Paulus Apoſtolus cā ſibi poteſtatem à Chriſto datam cur aſſerat.

Quomodo ad ædificationem data ſit, nō ad deſtructionem.

Ad VIII. dubium. Si ad ædificationem tantum, nō ad deſtructionem hanc Paulus poteſtatem acceperat, cur puniebat rebelles, ac contumaces. 1. Cor. 4. Infra 13.

Obiiceret aliquis; Si tuus Apoſtolatus, & eius poteſtas tibi Paule collata ſunt ad ædificationem, cur minitaris? cur fornicarium tradis Satanę? cur aſſeris tibi vindictam, & in promptu te habere iudicas illam aduerſus inobedientes, & contumaces? Reſpondeo; Paulus nihil hic dicit, quod ad impios ſpectat, ſed Corinthios alloquitur, quibus volebat Apoſtolatum ſuum eſſe ſalutarem, & eorum reſpectu nil niſi in ædificationem poterat. Verum ſi quis inſanabili morbo laborat, profecto demolitione vtendum, ſecundum illud quod dictum eſt Ieremiæ: Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, diſſipes, & ædifices, & plantes. Sicut medicus vrit, & ſecat, & membrum integrum deperdit; & Paulus fornicarium tradit Satanæ, vt ſpiritus ſaluus fiat.

Paulus quā ſe bonū medici officiū præſtabat. Ierem. 1. 1 Cor. 5.

Cū hominis veteris interitu, vt alibi dicitur, Dei imaginem reparamus poteſtas Eccleſiæ, ad deſtructionem à Domino conceſſa quomodo negatur.

Cæterum quod alibi ait, quod interitu veteris hominis inſtauramur in imaginem Dei, vt Rom. 6. Epheſ. 4. Coloſſ. 3. id nihil repugnat Pauli verbis. Nam illa deſtructio in bonam partem accipitur, ſicut hic in malam, ſcilicet pro ruina eius rei, quæ Dei non eſt. Quare ſubdit: *Vt autem non exiſtimer tanquam terrere vos per epiſtolas. (Quoniam quidem epiſtolæ, inquiunt, graues ſunt, & fortes; præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis.)* Vel vt alii vertunt, nihili. Hoc eſt: Nolo nunc in immenſum per epiſtolam

Pauli epiſt. graues qui cem eſſe ac

glo-

fortes, præſentiam autem corporis infirmam, qui calumniabantur apud Corinthios. Calumniæ confutatio.

gloriari; ne, quod mihi impingunt, videar minacibus epiſtolis vos territare. Recenſet ergo ipſam aduerſariorum calumniam, quod videlicet ſcriptis ſuis audax eſſet, & fulminaret, præſentia eſſet abiectus, & ſui diſſimilis. Et addit reſponſionem ad calumniam. Hoc cogitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes, tales (ſcilicet erimus) & præſentes in facto. Factum vocat efficaciam prædicationis.

Ad 8. dub. reſponſio. Quibus non audebat ſe Apoſtolus inſerere, aut comparare: & an hæc verba ſint ironica, necne.

Octauum dubium diluendum eſt in id; *Non enim audemus inſerere, aut comparare nos quibuſdam, qui ſe ipſos commendant; ſed ipſi in nobis noſmetipſos metientes, & comparantes noſmetipſos nobis.* Pulchre diuinus Apoſtolus regerit in pſeudoapoſtolos, quod ipſi Paulo impingebant. Erant enim obtrectatores eius glorioſi, magnificaque de ſeipſis prædicantes, quo Pauli autoritatem apud illos eleuarent: quos hac ironia notat (nam ironice proculdubio loquitur.) Cur enim Apoſtolus nō audeat ſe pſeudoapoſtolis cōferre, qui dicet paulo poſt: Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe à magnis illis Apoſtolis. Idem poſtea non ſolum ſe illis audacter comparat, deriſa eorum vanitate, ſed longe etiam à tergo nos relinquit. Tali ergo ironia pungit non modo illos Thraſones impudentes, ſed etiam Corinthios, qui iniqua ſua approbatione illos fouebant.

2. Cor. 11.

Corinthiorum cæcitas, & impudentia.

Paulus cur laudat ſemetipſum, & hoc tamen vitiū in aliis reprehendit & vituperat.

Si quis obiiciat, Paulum in eo in quo alios reprehendit, ipſum quoq; peccare: nam mox ſe ipſum commendat. Reſpondemus in primis, finem eſſe conſiderandum commendationis ſuæ, ſi bonus ſit, & virtuti conſonus, an vitioſus, ac reprobus. Deinde illi dicuntur ſe ipſos commendare, qui cum veræ laudis inopes ſint, ac ieiuni, ſe glorioſe efferendo mentiuntur ſe eſſe, quod non ſunt, aut nō eſſe, quod ſunt, vt ipſe infra ait, iuxta Græcam literam, Non intelligunt. Vbi neſcios eorum digito oſtendit. Parum, inquit, prudenter animaduertunt, quod ex ſuo ipſorum animo ſe ſe metiuntur, & ſibi magni videntur, & viciſſim laudari ab aliis gaudent. Luſcus inter cæcos acute videt. ſurdaſter inter ſurdos non male audit. Tales erant iſti, qui ſe inter alios venditabant, quo præſtantiores nō aſpicerent: nam ſi ſe cum Paulo, aut cum alio ſimili contuliſſent, ſtolidam ſuam opinionem mox ponere coacti fuiſſent. Vnde ait: *Ipſi in ſeipſis ſeipſos metiendo, & ſibi ipſis ſeipſos conferentes, non intelligunt.* Id eſt, imprudentes ſunt, quia pro gloria quam affectant, dedecus reportant. Hinc ſequitur;

Qui commendent ſeipſos.

Quales illi apud Corinthios Thraſones quos notat Apoſtolus. Idem quā imprudentes ac ſtolidi.

Nos autem non in immenſum gloriabimur. Iſta enim eſt Græca litera, at Latina ita habet: *Non enim audemus inſerere, aut comparare nos quibuſdam, qui ſeipſos commendant; ſed ipſi in nobis noſmetipſos metientes, & comparantes noſmetipſos nobis.* Id eſt, ſed nos metientes: vbi ponitur participium pro verbo; hoc eſt, metimur noſmetipſos in nobis. Significat; Non opinione, & laudibus aliorum, ſed noſtris virtutibus, & poteſtate à Chriſto tradita. Poſſunt ergo præſentia verba vel ad Pauli perſonam referri, vt interpres noſter reddidit, & ſupplendum eſt verbum, Sumus; vel verba ſūt pſeudoapoſtolorū ad pſeudoapoſtolorum perſonam. Et vtrumque indicauit Chryſoſtomus, & eius ſectator Theophylactus, qui ſcribit: *Illi*, inquit, (ſcilicet pſeudoapoſtoli) *non dignantur, neq; volunt ad quempiam illorum conferri, ſed ipſi ſibi ipſis conferuntur, ſecumq; ipſi certant erga ſe mutuo, nec ſentiunt quam ſint ridiculi, ita ſe ſe oſtentantes. Vnuſquiſque enim ſe ipſum meliorem iudicans, alterum deiicit: ſicq; omnes per ſe mutuo probati videntur, quoniam ridiculum ſit, ipſi non intelligunt. Nos vero contra noſmetipſos metimur, cum nihil aliud nobis, quam quod iniunctum eſt, vindicamus, & comparamus noſmetipſos nobis, quia quod noſtrum officium eſt, facitamus.* Hæc ille.

Paulus, nō vt illi nebulones, quomodo ſemetipſū metiretur.

B. Chryſoſt. hom. 21. Theophyl.

Hic locus: Non enim audemus inſerere, aut comparare nos quibuſdā, qui ſeipſos commendant, &c. de Paulo, an de pſeudoapoſtolis intelligatur.

Rurſus alii ſunt, qui huius ſermonis priorem partem ad ipſum Apoſtolum pertinere volunt, intelligentes Paulum non metiri ſe ex opinione, aut laude aliorum, ſed ſui ipſius virtutibus, ac poteſtate Chriſto tradita: reliquā vero partem ad pſeudoapoſtolos referūt, ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς ἐν συνίεσιν, id eſt, ſeipſos ſeipſis, ſubaudi, comparantes. *Non intelligunt*; id eſt, dum male malis conferuntur & mutuo ſe collaudant, non intelligunt ſe ridiculos videri. Nam συνιῶσιν, poteſt deſcendere à verbo συνίημι, id eſt intelligo. Si vero deriuetur a verbo συνεῖμι, id eſt ſimul ſum, vel conuerſor, inde plures ortæ ſunt lectiones, & variæ enarrationes horum verborum. Item αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐν ἑαυτοῖς, poſſunt eſſe primæ perſonæ, vel tertiæ in Græco idiomate. Ambroſio vero inſcriptus cōmentarius, totum textum tribuit Paulo, ſicut Græca litera, & Auguſt. in Pſal. 34. & in Pſal. 141. totū de pſeudoapoſtolis interpretatur; Alii vero partim de Apoſtolis, partim de pſeudoapoſtolis. Ab eo autem loco: Nos autem non in immenſum gloriabimur, loquitur de ſe, & ſui ſimilibus Apoſtolis.

Ambroſii opinio. Ambr. to. 5. Altera B. Auguſtini. B. Aug. to. 8.

Quæ nam probabilior opinio Pſeudoapoſtoli qua menſura ſeipſos metiēbantur, intrinſeca, an extrinſeca.

Secundus autem ſenſus meo quidem iudicio videtur cæteris præſtantior. Pro quo clarius percipiendo perpende: Homo, qui ſeipſum iudicat, duas habet menſuras, vnā intrinſecam, quæ eſt affectus proprius; extrinſecam alterā, quæ accipitur ex effectib. Illi autem metiebantur ſeipſos prima regula,

gula, quæ iniqua eſt: quia comparabant ſe metipſos ſibi ipſis: id eſt, tales ſe eſſe putabant, quales ſe eſſe affectabant, & ad illud ſe extendebant, quo non pertingebant, ſecundum veram regulam. Ideo turpiter errabant, non intelligentes vnde ſit accipienda menſura. Prædicabant enim vel non miſſi; vel ſi miſſi, extendebant falcem in meſſem alienam, & ad eos ibant, & euangelizabant, quos Pauli, & alii Apoſtoli iam conuerterant. At B. Paulus non ſic. Ideo ſubiungit: *Nos autem non in immenſum gloriabimur, ſed ſecundum menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus menſuram pertingendi vſque ad vos.* Quibus verbis oſtendit ſe habere in eos autoritatem, cum per Euágelium ipſos genuerit; ita vt ſupra menſuram ſibi datam à Deo limites poteſtatis ſuę non extenderet. Erat enim rationi conſonum, vt qui per illum venerant ad ſalutem, Gentes ſub eius cura, & poteſtate eſſent; in cuius figuram dictam fuit: Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit, & ſic ordinauit Dominus, & ipſi Apoſtoli inter ſe conſenſerunt, ex B. Petri tamen autoritate, vt eſt probatũ.

Cur illi errarent grauiter.

1. Cor. 4.

Quid illud Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit. *Deut. 11. Ioſue 1. 1. Cor. 9. Matth. 10. Luc. 10.*

Subdit Apoſtolus: *Vſque ad vos enim peruenimus in Euangelio Chriſti: non immenſum gloriantes in alienis laboribus.* Hic oblique taxat pſeudoapoſtolos, qui ſecus faciebãt per ignorantiam ſuam. *Spem autem habentes creſcentis fidei veſtræ in vobis magnificari ſecundum regulam noſtram in abundãtia.* Sperabat enim Paulus per creſcentem Corinthiorum fidem, abundanter magnificari iuxta ſuam menſuram; hoc eſt, non ſolum inter alios, ſed etiam in aliis populis propter odorem fructus, quam habuit in illis. *Non immenſum,* ait, *gloriantes in alienis laboribus.* Vbi alii ſcilicet prius prædicaſſent: ſed vt dixit ad Roma. 15. vbi non erat auditum de eo (ſcilicet Domino) vt etiam illi audirent. Eſt ergo ſenſus: Speramus futurum, vt indies creſcente fide noſtra, inter vos, vel in vobis magnificemur, & id quidem iuxta regulam noſtram. Sed tamen ad abundantiã vſque, ita vt in regionibus, quæ vltra vos ſunt, euangelizemus. Si tamen, ne in aliena regula in iis quæ præparata ſunt, gloriemur. Regulam, vocat ditionem, & præſcriptum prædicationis terminum, ſumpta metaphora à Terra promiſſa, quam certis funibus, & menſuris diſtinxit Deus in duodecim tribus, & in vnaquaque tribu diuiſit ſingulis familiis poſſeſſionem ſuam. Vnde illud; *Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis*, Et rurſus: *Funes ceciderunt mihi in præclaris. etenim hereditas mea præclara eſt mihi.* Quæ ratio loquendi non diſſimilis eſt illi, qua vtuntur Græci, & Latini, ſeu ſe quemque metiri pede: quod ſumptum eſt à pictoribus, qui ſeptem pedibus propriis corporis menſuram accipiunt.

In immenſum qui gloriarentur in alienis laboribus.

Qua ratione Paulus ſperauerat per creſcẽtem Corinthiorũ fidem abundanter magnificari iuxta ſuã menſurã. *Rom. 15.*

Idem in aliena gloria, in qua gloriari nolebat.

Vnde ſumpta hæc metaphor. *Pſal. 77. Pſal. 15.*

Ait ergo Apoſtolus: Nunc me decebat occupari in acquirendis nouis Eccleſiis, idque adiuuantibus vobis, ſi fructum protuliſſetis, quãtum oportuit, nunc autem moram mihi adfertis veſtra incredulitate. Hinc ad Roman. 15. ſcribit ſe euangelizaſſe ab Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum, vbi Chriſtus non fuerat adhuc euangelizatus. Vnde nec Romam intendebant venire ad euangelizandum niſi per tranſitum, vt proficiſceretur in Hiſpaniam, vbi nondum Chriſti fides erat euangelizata. Veriſimile vero fit, pſeudoapoſtolos gloriari ſolitos, quod prædicando totum orbem peragraſſent.

Corinthii quare impedierint Apoſtolũ, ne latius, vt optabat, Chriſti euangeliũ propagaret. *Rom. 15.*

Pſeudoapoſtolorum immenſa gloriatio qualis illa.

Nec obſtat verbum Chriſti apud Ioannem: Alii laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. Et paulo ante: In hoc enim eſt verbum verum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit: nam hoc dictum fuit de prophetis, qui populum Dei coluerunt, & exemplo vitæ, & vaticiniis ſuis ad excipiendum Chriſtum ſuo tempore venturum præpararunt, & quaſi ad fruges ferendas terram illam arando, & purgando ad Chriſti Euangelium diſpoſuerũt. Et quoniam Apoſtoli ſortiti ſunt prouincias ad Chriſti Euangelium diſſeminandum, non debebat vllus Apoſtolus in alterius prouinciam ſe intromittere, ne videretur in alienis laboribus gloriari. At vero qui Apoſtolis ſucceſſerunt, vt Epiſcopi, & prædicatores verbi Dei, niſi illorum fundamẽtis, & iactis ſeminibus doctrinæ innixi, & ſancte in Domino in alienis laboribus gloriari debent.

Apoſtoli in quorum laborem introierint vt dixit Dominus *Ioan. 4.*

Cui Apoſtoli in ſua tantum ſorte ſinguli, non in aliena, prædicare debebant.

In Apoſtolorum laboribus qui merito gloriari & poſſint, & debeant.

Ad poſtremum, circa illud: *Qui autem gloriatur, in Domino glorietur. Non enim, qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt. ſed quem Deus commendat.* Reſpondemus: Abrumpit hunc ſermonem Apoſtolus, & per correctionem ait, *Qui gloriatur, in Domino glorietur*: hoc eſt, Omiſſis aliis, ſolius Dei gloriã quæramus, cuius negotium gerimus. Gloriari autem in Domino hic accipitur aliter atque 1. Corinth. 1. & Ierem. 9. Eſt enim illic agnoſcere Deum bonorum omnium autorem, vt ei' gratiæ adſcribant quicquid eſt bonum in ſe ipſis, ne ſe ſe efferant, aut attollant, ſed illum ſolum glorificent. Hic autem gloriari in Domino, eſt, in vnius Dei arbitrio reponere omnem noſtram gloriam. Non enim omnis qui proprias laudes ebuccinat, aut ab hominum opinione pendet, ille vere probatus eſt, cum ſcripſit: *Laudet te alienus,*

Solutio quæſtion. Quid in Domino gloriari.

1. Cor. 1. Ierem. 9.

Alibi quid in Domino gloriari.

Prouer. 27.

& non

1. Cor. 4.

non os tuum, ſed qui à Deo laudatur, de quo: *Tunc laus erit vnicuique à Deo*. Et gloriari in Domino, eſt gloriari de vero bono, & de dono vero, non autē de falſo, aut præſumpto: nam nos quæcunque habemus, à Domino, & per Chriſtum habemus, qui dicitur accepiſſe dona ab hominibus, id eſt, ſecundum menſuram cuiq; congruam. Nam qui ſic humiliter cum hac notitia, & confeſſione, & gratiarum actione gloriatur Domino, probatus eſt, id eſt, bona eſt eius gloriatio, alioquin ſe laudare, & commendare vaniſſimum eſt.

Chriſtus vt accepit dona in hominibus iuxta Prophetam. *Pſalm. 77.*

Glorians in Domino quomodo probetur.

Verum hæretici noſtro ſeculo negant vllum Chriſtianum gloriari poſſe in aliqua re, perinde ac ſi eſſemus ſtupida membra, & quaſi à capite in nos nulla vis recte operandi deſcenderet. Quod verum eſt, dum ſumus in veteri Adam. At in Chriſto non ita eſt, qui ſuos milites tantis beneficiis ornauit, & tantis præmiis promiſſis excitauit, vt gloriari poſſent in Domino, etſi cum timore futuri caſus, cum nondum ſit exactæ militiæ noſtræ tempus completum.

Licere de benefactis in Domino gloriari, contra Lutheranos.

Quatenus gloriandū.

Ait autem: *Non qui ſe ipſum commendat*, vel qui ab aliis hominibus huius ſeculi cōmendantur: quia ſæpe adulantur, aut de rebus minus laude dignis nos commendant, vel impudenter mentiuntur; ſiquidem omnis homo mendax. Secus eſt de iis qui à viris laudatis commendantur, vel qui à ſanctis & virtutis cultoribus celebrantur, & quod agnoſcunt ſanctas actiones, quia Deus ipſe commendare videtur, vt B. Virgo, cum dixit: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatum me dicent omnes generationes*, & Ezechias Rex orabat: *Obſecro Domine, memento quaſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis, fecerim*, & B. Paulus ſua enarrans in ſpiritu geſta, dixit: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* Nam in talibus ſe ipſos commendantibus, & laudantibus, Deus eos commendabat, & laudibus celebrabat.

Quare ſe ipſum commendat, vel ab aliis commendatur, minime probatus eſt. *Pſalm. 115* *Rom. 3.*

Sanctum de ſeipſis laudes cuius ſint, & cur probentur. *Luc. 1.* *Eſa. 38.*

2. Tim. 4.

DISPVTATIO XII.

In Apoſtoli verba cap. 11. *Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ. Sed & ſupportate me. Aemulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia veſtra, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Nam ſi is qui venit, & alium Chriſtum prædicat, quem non prædicauimus*, & reliqua vſq; in finem Capitis.

IMportunitate, & imprudentia pſeudoapoſtolorum, qui ſe ſe falſis laudibus commendabant, coactus etiam fuit Apoſtolus propter Corinthios diſcipulos, ne à ſua doctrina, & Euangelio deficerent, veras ſuas laudes in medium adferre, eorumque vitia, & arrogantiam apertius inceſſere per duo ſequentia capita. Vere autem ſe ipſum laudaturus, veniam à principio precatur, enumerationē ſuorum encomiorum modeſte inſipientiam appellans. Actum enim eſſe ſolet de doctrina alicuius, cum eius autoritas labefactatur. Nemo ergo in exemplum ſuum rapiat hanc gloriandi cauſam, & ſub eius prætextu ſuam iactantiam veſtiat: quia illud vitium, vel apud Ethnicos, ſemper male audit, vtpote fœdum, & pudendum, alienum ſemper à viro bono, & prudenti, nedum à ſanctiſſimo, & prudentiſſimo viro B. Paulo. Hic eſt igitur ſcopus eorum, de quibus hic edifferit.

Quid anſā dederit Apoſtolo, hoc, & ſeq. ca. de ſuis virtutibus gloriandi.

Quænam Pauli, vt ait, inſipientia.

Cur laus in ore proprio ſordeſcat.

Secundo; priuſquam prædictam cauſam aggrediatur, ad votum ſe conuertit mira arte, vt facere ſolent, qui non audent rogare: & confeſtim collecta fiducia Paulus rogat, vt ſummam inſipientiam Corinthii ſufferant, hoc eſt: Quia res gloriationibus agēda eſt, & conſueuiſtis patienter admodum ferre, imo admirari eos, qui immodice ſuas laudes deprædicant: vtinam mihi, inquit, tanta ſit gratia apud vos, vt me quoque per inſipientiam de meis laudibus differentem ad tempus ſufferatis. Illud enim vocat modicum, ſcilicet tempus, & modicam inſipientiam meam, quæ in ſeipſo laudando conſiſtit, enarrando magnifica ſuarum laudum præconia. Non quod ineptiret ita dicendo, nam ex neceſſitate vrgebatur, & ſibi temperabat, ne poſſet iudicari immodicus, & quia non efferebat ad propriam gloriam, ſed ad propriam eorum vtilitatem, ſed quia res putida eſt, & ab hominum modeſtia aliena.

Perelegans Apoſtoli ad ſui ipſius commendationem præmunitio.

Modicum inſipientiæ Pauli ſuſtinere Corinthii quod debebant.

Innuit etiam his verbis, quod in priori epiſtola capit. 4. & capit. 9. etiam in contentione ſe commendauerat illis. Vnde aliqui non recte ſcandalizati fuerant, & à ſuperbia intumuerant. Quare ſubdit: *Sed & ſupportate me, æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* Oecumenius ait: *Non dixit: Amo vos, ſed quod maius eſt, zelotypus ſum erga vos, hoc eſt, Ardenter amo. Deinde, ne exiſtiment quod propter humana, nempe pecunias, aut* glo-

Quorſum id: Sed & ſupportate me. 1. *Cor. 4.* *Infra 9.*

Eccleſiæ Corinthiorū ſponſus Chriſtus.

Paulus Corinthios quà æmularetur Dei æmulatione. *Ioan. 3.*

Quis vero Eccleſiæ paranymphus Paulus.

Quid: Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. *1. Cor 7.*

Chriſti miniſtri quales eſſe debeant, exemplo Chriſti.

gloriam ita ipſos amet, ſubiungit, zelo Dei vt vobis proſim. Hæc ille. Hæc autem Zelotypia ſancta erat, & caſta, quæ non erat tantum excuſabilis, ſed etiam laudabilis: non quia vos eſtis ſponſa mea, ſed quia ſponſa Chriſti. Ego vero paranymphus, ſiue pronubus, id eſt, conciliator nuptiarum. Et quia ad Deum pertineat hæc Zelotypia, vocando eam zelum Dei, ſubiungit: *Deſpondi enim vos* (ſiue, Adoptaui vos) *vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* Senſus eſt: Exhibete vos virginem caſtam, & ſanctam corpore, & ſpiritu, vt in priori epiſtola dixit, hoc eſt: Præſtate vos immaculatos, & integros Chriſto. Hæc præmittit ſuis laudibus Dei zelo, vel æmulatione: quoniam duplex eſt Zelotypia, vna quæ ab amore noſtri proficiſcitur, vt vitioſa eſt; altera, quam pro Deo ſuſcipimus, & hic pius, & rectus eſt zelus, qui reſpicit Deum, quo ſponſas Chriſto adducebat in coniugium, & in eius coniunctione retinebat. Non ſibi ergo Zelotypus erat, ſed Chriſto tantum, quod & eius miniſtris conuenire debet, vt ſint Chriſto Zelotypi.

Corinthios virginē cur caſtam in ſingulari appellet Apoſtolus.

B. Chryſ. 4

Matth. 25.

Animarū cū Chriſto ſponſo prærogatiua coniugii.

Geneſ. 24.

Pſalm. 44.

Ioan. 3.

Et virginem caſtam, ait, in ſingulari, non diuerſas virgines vni viro, ſed omnes, non vt vnicam virginem, id eſt, vnicam Eccleſiam, ad quam ſingulę concurrunt virgines, non vt deſponſæ, ſed vt partes vnam & eandem integram Eccleſiam, & Chriſti ſponſam conſtituentes. Porro Chryſoſtomus homil. 23. in hanc epiſtolam inquit: *Præſens tempus deſponſationis eſt, futurum thalamorum, poſtquam dicent: Surrexit Sponſus. O nouas res; In mundo virgines manent ante nuptias, poſt nuptias non item: Huius autem non ſic: nam licet non ſint virgines ante nuptias illas, poſt nuptias tamen virgines fiunt. Sic omnis Eccleſia virgo eſt.* Et infra ſubdit: *Huius typus erant ea, quæ de Abraham leguntur. Etenim ille quoque ſeruum fidelem miſit deſponſaturum filiam Gentilem, & hoc loco miſit Deus miniſtros deſponſaturos Filio ſuo Eccleſiam, & olim Prophetas hæc dicentes: Audi filia, & vide, & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Hęc ille. Huius ergo ſponſæ ſunt pronubi, id eſt, miniſtri, qui & Ioanne Baptiſta vocantur amici ſponſi.

Hoc exemplum. Timeo aūt ne ſicut ſerpens ſeduxit, & quo tendat.

Geneſ 3. Matth. vl. 1. Tim. 3. Oſeæ 2.

Tertio dubitatur circa illud; *Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu,* quo modo ſcilicet hortetur Paulus, ne ſponſa Chriſti ab eo deficiat; cum ſcriptum ſit: *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi;* cum ſit etiam columna, & firmamentum veritatis, & per Oſeam dixerit: *Et ſponſabo te mihi in æternum.* Dicendum eſt in primis, Apoſtolum commode veterem hiſtoriam ad ſuum inſtitutum producere. Vt enim ſerpens blandiloquētia, & magnificis promiſſis mulierem ſeduxit, quæ credidit id futurum, quod pollicebatur ſerpens, non autem virum, qui deceptus non fuit in præuaricatione; ſed tantum ne contriſtaret ſuas delicias, illi aſſenſus eſt: ita & pſeudoapoſtolis Corinthiis imponunt. Et non dicit; Metuo idem, ne quo pacto fiat in vobis, ne illos, aut omnino condemnare, aut abſoluere videretur; ſed mediam viam tenens, eos, qui decepti fuerant, reuocat; qui vero nondum decepti, cautiores fierent, admoniti. Et perſtat adhuc metaphora virginis, oſtenditque qualis ſit ea virginitas, nempe vt vni Chriſto ſyncere per fidem, & amorē, & obedientiam adhæreamus, & cum illo coniuncti maneamus, *Ne corrumpantur,* inquit, *ſenſus veſtri* (& excidant) *à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Frequenter pro Græca voce *νοήματα*, interpres noſter vertit, ſenſus. Auguſt. in Pſalm. 90. concione vltim. ſub fin. tom. 7. vertit, mentes, quod magis proprium eſt: alioqui ſenſus extenduntur non ſolum ad illos rationis, ſed etiam ad illos corporis. Vnde ſenſus, viſus, & auditus, &c. Beatus autem Ambroſius in hymno Eccleſiæ, qui eſt de virginibus, canit, ad hæc verba alludens:

Quomodo pſeudoapoſtoli Corinthios ſeducerent, teſte Paulo. *1. Tim. 3.*

Apoſtoli prudentia.

Corinthiorum ſenſus, quos metuebat Paulus ne corrumperentur. *B. Auguſt.*

Te deprecamur largius,
Noſtris adauge ſenſibus,
Neſcire prorſus omnia
Corruptionis vulnera.

Quomodo corrūpi poterant à ſimplicitate.

Illa autem verba: *Et excidant,* putantur adiecta. Ait autem, *Ne corrumpantur à ſimplicitate,* pro eo quod eſt corruptela ipſa à ſimplicitate alieni reddantur. Simplicitas animi erga Chriſtum, eſt puritas Euangelica, excludens admixtionem ſeruitutis legalis.

Eccleſia Dei, Chriſti ſponſa cū deficere non poſſit, Corinthios Apoſtolus cur hortatur ne deficiāt.

Seductores Corinthiorum pſeudoapoſtoli cur diabolo comparentur.

Quod autem in contrarium argumentati ſumus, quod non poſſit corrumpi ſpōſa Chriſti, teſtibus Oſea, & Euangeliſta, quos protulimus; Reſpondemus, illos locos intelligendos eſſe de vniuerſali eius Eccleſia, cum qua ſemper eſt, & erit in ſempiternum. Partes enim eius quædam deficere videntur, & non tantum ab amore eius, ſed etiam à fide. Significantur autem adulterati mentes ſimul atque vel minimum à pura Chriſti doctrina huc & illuc deflectunt, quique hominum doctrinæ acquieſcunt, qui meri ſunt Satanæ lenones: nam tales produnt minime ſe colere fidem coniugalem. Et ſeductores diabolo comparat propter aſtutiam, & malitiam, qua corda fidelium corrumpere conantur. Ac verſutiæ opponit ſimplicitatem; innuens quod non aperte deficiant

Corin-

Corinthii in totum à Chriſto, ſed monens ne paulatim à ſimplicitate, quam didicerāt, ad aliena figmenta deflectendo tandem degenerarent. Aſtutiæ enim dæmonis fuit ſerere quæſtiones, & argumenta, quibus Euā ſimplicem inuolueret, vt à ſimplicitate caderet, volens in eo eſſe ſapiens, vbi debuit eſſe ſimplex.

Eua mater noſtra infelix vt excedit à ſimplicitate.

Marloratus impius Caluiniſta, hoc loco affigit Catholicis, quod hunc locum de virginibus per vim vſurpauerint, cum Apoſtolus toti Eccleſiæ Corinthiorum, in qua erant coniugati, & inconiugati, applicauerit. Sed hic Marloratus noluit intelligere, quod ſacrata Deo virginitas nullius ſit vtilitatis, niſi adſit virginitas mentis, per fidem, & amorem: & quod illæ quæ tantum donū Deo obtulerunt, debent eaſdem leges, quę de virginibus fide puris hic traduntur, obſeruare. Vt enim hæc cauere debent à corruptoribus hæreticis, & magnifica profitentibus, ita ſacræ Deo virgines à corporis ſui corruptoribus, & lenonibus ſibi proſpicere. Adde, quod illa verba quæ præcedūt: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*, maxime virginibus congruunt, quæ ſe ipſas Deo deuouerunt: & periculoſum eſt, ne tales aliis non virginibus ſe comparantes, vane in ſe ipſis glorientur, & fiant ex numero virginum fatuarum, quæ non ſumpſerunt ſecum oleum humilitatis in lampadibus.

Quid hic contra cœlibatū ſus immunda grunniat Marloratus infelix.

Deo quatenus grata virginitas.

Secunda ratio pro cœlibatu.

Matth. 25.

Quarto circa illa verba: *Nam ſi is qui venit, alium Chriſtum prædicat, aut alium ſpiritum accipitis, aut aliud Euangelium, quod non recepiſtis, &c.* dubitari poteſt, quo modo poſſit alius Chriſtus prædicari, vel alius Spiritus accipi, vel aliud Euangelium recipi; cum tamen omnis hæreſis, teſte Ambroſio, Chriſto hæreat, & vnus & idem ſit Spiritus, & cum non aliud Euangelium, vt habes ad Gal. 1. Dicendum eſt, aliter hic accipi nomē Alius, cum dicitur, Alius Chriſtus, Alius Spiritus, & Aliud Euangelium, quam in aliis locis. Loquitur enim hic de Pſeudoapoſtolis, ſeu prædicatoribus, qui mundi ſapientia turgidi, & inani verborum ornatu Chriſtum prædicantes, amplius quid; & magnificentius adferre videbantur, quam Chriſtum ſolum; à quibus etſi alii excellentiorem Chriſtum, & ampliorem Spiritum, aut magnificentius Euangelium, quam nos prædicauimus, aut per nos annūtiari oportebat: optimo ſane iure me poſthabito, illū nobis dominari pateremini, quod illius nō ſecutiſſem ſermonem, qui merito erat prædicandus.

Si omnis hæreſis Chriſto hęret, quomodo ali⁹ Chriſtus poteſt, aut aliud Euāgelium prædicari. *B. Amb. t. 5. Galat. 1.*

Pſeudoapoſtoli qualē Chriſtum, Spiritum & Euangeliū prædicarent.

Aliū Chriſtū prædicare quid.

Et vbi nos habemus, alium Chriſtum, Græce eſt, alium Ieſum, nam primum intolerabile eſſet prædicare, nempe Chriſtum, ſi alius eſt diuerſus, & contrarius. Atq; hic eſt ſenſus Theophylacti, vbi alium Chriſtum intelligit, non diuerſum, ſed excellentiorem, magnificentioremque. Conſueuimus enim dicere. Hæc eſt alia ciuitas, id eſt, amplior, & ditior: hæc eſt alia oratio, id eſt, cultior, & multo elegantior. Quare illud ad Gal. 1. non pugnat cum hoc, quia ibi aliud Euangelium, eſt diuerſum, ſiue contrarium, hic vero, aliud Euangelium, id eſt, nobilius, & præſtantius.

Qualis hęc Apoſtoli locutio.

Perpendendum tamen eſt. omnem hæreſim, alium reuera Chriſtum prædicare, qui non eſt is, qui primus iam venit; & aliū Spiritum ſanctū ea ſuggerentem, quę prior non dixit. Aliud etiam Euangelium, id eſt, nouum, quod aliquid Chriſto affingat, & aliquid detrahat eorum, quæ vetus Chriſt⁹ de ſe dixit.

Quod omnis hæreſis aliū Chriſtum, aliū Spiritum, & aliud prædicaret Euangeliū quam Apoſtoli prædicarent.

Ac ſubdit: *Exiſtimo enim (vel æſtimo) nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis.* Circa conuerſionem Gentium procurandam, & miſſionem meam in omni teſtimoniorum, & miraculorum genere, & in omni laborum tolerantia declarandam, atq; corroborandam. Per magnos autem Apoſtolos intellige cæteros Chriſti veros Apoſtolos, vt Petrum, Iacobum, & Ioannem, qui dicuntur columnæ ad Galat. 2. vel eos qui inter Corinthios ob pompam, & diuitias magni habebantur. Etſi veteres Patres de veris Chriſti Apoſtolis hoc intelligant, vt non minus ſibi, quam illis in ſua doctrina & prędicatione Corinthii nitantur, ſed ne ob imperitiam ſermonis, quam aliis quoque non defuiſſe conſtat, minorem aliis Apoſtolis illum exiſtimaret, ſubiungit: *Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia.* Nemo hoc dictum à Paulo in contumeliam, aut contemptum aliorum Apoſtolorum exiſtimet; neque hic ſe cæteris præfert, ſed tantum modo quodam æquat, quaſi diceret; Si ſpectetur Euangelii fructus, non arbitror me cæteris Apoſtolis: non dixit, ſuperiorem, aut parem, ſed non inferiorem, vt diſcat vnuſquiſque modeſte de rebus ſuis, etiam excellentibus loqui.

Paulus quare nihil minus fecerit à magnis Apoſtolis.

Galat 2.

Cur ſe imperitum ſermone idē aſſerat, ſed non ſcientia.

Pauli modeſtia.

Beza quoque hæreticus hoc loco abutitur ad euacuandum Petri primatum: quaſi vero quicquam lædat eius paſtoratum ſuper omnes oues, aut agnos, aut in Apoſtolatu, quæ eſt ſumma poteſtas, quæ poteſt ſimul pluribus competere. Non eſſent autē omnes pares honore, & autoritate, vt ait Cyprianus.

Quā ridicula hæc Bezæ & leuis argutatio: Nihil minus ſe Paulus fecit à magnis Apoſtolis, vbi ergo Petri primatus? *B Cyp. li. de ſimpl. præl.*

Quinto dubitatur de illa ſententia: *Etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia.* Imperitus, inquit, id eſt, rudis, ſiue idiota, & plebeius:

Paulus quomodo imperitus ſermo.

ne, cũ dux eſſet verbi, & omnium linguarum peritiſſim⁹. *Act.14.*

quia dux erat verbi cum Barnaba comite: qui ideo vocabatur Mercurius, ſicut Barnabas Iupiter, vt in actis Apoſtolicis habetur. Ad hæc quomodo ſine magna vi eloquentiæ vniuerſum mundum ad Chriſtum traxiſſet? Et cum eſſet eximius prædicator, quomodo poterat eſſe imperitus ſermone?

1.Tim.1.

I. Solutio.

Dicendum eſt in primis, vt rudem, & imperitum ſermone habitum fuiſſe Apoſtolum, ſecundum quorum opinionem & ſententiam hic loquitur, quia ſermo eius habebat ſimplicitatem ſpiritualem, & non illam ſeculi affectatam eloquentiam redolebat. Sic enim accidere ſolet veris, & ſynceris verbi Dei prædicatoribus, qui pure ſtudent veritatem ſuadere, cuius ſimplex debet eſſe oratio.

II. Solutio.

Deinde illud: Etſi imperitus ſermone: concedentis potius eſt, quam negantis, ac ſi diceret, Fac me imperitum eſſe ſermone; at non ſcientia, & veritate, quam ſibi parem eum Apoſtolis facit: quoniam ſcientia potius deſideranda eſt ab Euangelizante, quam fucus ſermonis.

Paulũ vere imperitum fuiſſe ſermone, vnde conſtet. *1.Cor.2.*

Adde, quod alibi imperitum ſermone aperte ſe eſſe fatetur. Veni, inquit, ad vos, non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Et paulo poſt, ſermo meus, & prædicatio mea non perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus, & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.

Aliud multiplex argumentũ de eadem imperitia ſermonis.

Et hanc linguæ imperitiam in Apoſtolo multa arguunt, & in primis tot Anandapota, tot Hyperbata, tot Parentheſes, tot Eclypſes, tanta in verbis vnius temporis pro altero henallage, & præpoſitionum, quarum vna vſurpatur pro altera, tanta ſuperfluitas particularum, Vt, Et, quod, & quoniam, tanta Hebraiſmorum in peregrina, hoc eſt Græca, retentio, tot ſolœciſmi à Patribus annotati, etiam in ipſa lingua Græca, in qua ſcribebat, ne quiſquam illos interpreti noſtro tribuat. Et cum facile homo loquens ſolœcizet, ſi recte linguam nõ calleat, minus tamen ſcribendo ſolœcizare ſolet.

Hier. in c.3. ad Ephe. 2. tom. 9. agnoſcendũ vt Paulo, ſi ſolœcizat interdum, teſte Hieron.

Docet tamen Hieronymus in caput 1. ad Epheſ. quod ſolœciſmi Apoſtolici, ſi poſſint ad certam aliquam metaphorã, vel tropum referri, per quam excuſentur, id eſſe magis de Apoſtolo ſentiendum. Nam Paulus etiam patria Tarſenſis erat, qui nõ procul diſtabat à ciuitate Solos, vbi admodum ruditer, ac barbare loquebantur: & ex illa ciuitate natus eſt ſolœciſmus, vt tradunt eruditi.

Quorum teſtimonio ſanctorum Paulus etiã fuerit imperitus ſermone.

Agnoſcunt autem Patres, Paulum imperitum ſermone, Gregorius Nyſſenus in tractatu quodam, vbi de ſelectis quibuſdam verbis Apoſtoli loquitur, Chryſoſtomus libr. 4. de Sacerdotio, & Hieronymus in epiſtolam ad Epheſios, & in Quæſtionibus ad Algaſiam:

D Chryſ. l. *B. Hier. l. 2. in c. 3. to 9.*

Qui non iuxta humilitatem, inquit, ſed vere dixerat; Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia: nequaquam Paulum de humilitate, ſed de conſcientia veritate dixiſſe, etiam non approbamus. Profundos enim & reconditos ſenſus lingua non explicat. Et cum ipſe ſentiat quid loquatur, in alienas aures puro non poteſt transferre ſermone. Quem cum in vernacula lingua habeat diſertiſſimum, quippe Hebræus ex Hebræis, & eruditus ad pedes Gamalielis, viri in lege doctiſſimi, ſe ipſum interpretari cupiens inuoluitur.

Act 22.

Idem Apol. 1 ante med. tom. 2. Altera Hieronymi ſententia, & quænam illarũ probabilior.

Quanquam idem in epiſtola ad Pammachium, & Marcellinum, quæ Apologia eſt aduerſus Ruffinum, productis his verbis Pauli: *Etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia*, aliter docere videtur, ait enim: *Ille Hebræus literis eruditus, & ad pedes ductus Gamalielis, quem non erubeſcit, iam Apoſtolica dignitatis magiſtrum dicere. Græcam facundiam contemnebat, vel certe, quod erat humilitatis, diſſimulabat; vt prædicatio eius non in perſuaſione verborum, ſed in ſignorum virtute conſiſteret, ſpernens alienas opes, qui in ſuis diues erat.* Hæc ille. Quod igitur priori loco dixerat, Paulum pro humilitate diſſimulaſſe eloquentiam, poſteriori loco veriſimilius tradit fuiſſe potius ex ignorantia.

1.Cor.2.

Paulus, & cæteri Apoſtoli vt fuerint imperiti ſermone, tñ tamen Euangelii prædicatione orbi perſuaſerint vniuerſo. *Luc. 21.*

Obiiciet aliquis, An non Chriſtus Apoſtolis commodam, & neceſſariam dicendi facultatem ad euangelizandum impertitus eſt, qui promiſit: Dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarii noſtri? alioqui appoſiti ad docendum non eſſent, cum tamẽ Paulus velit eos deligi in Epiſcopos, qui potentes ſint exhortari in doctrina ſua, & eos qui contradicunt, redarguere. Reſpondemus, Paulum non ita ſe fateri ſermone imperitum ſimpliciter, ſed quia ſplendore dictionis, & eloquentia luminibus Rhetoricis adornata non polleret.

Diuina Paulum eloquentia præditum extitiſſe.

Non negauerim tamen, illum eloquentia diuina per Spiritum ſanctum cumulatiſſimum extitiſſe: quod vel abunde teſtantur iſtæ duæ ad Corinthios miſſæ epiſtolæ, & præſertim hæc poſterior ad miraculum efficax, & Corinthios rapiens, & in quemcunque velit effectum, transformemus. Etſi non conceſſero Beato Paulo ſublimem illã Platonis grandi loquentiam, & vim ac δεινότητα, hoc eſt, efficacitatem Demoſthenis, vel lenitatem, ac ſuauitatem Iſocratis, aut grauitatem Thucydidis; dabo tamen illi vnum Spiritum ſanctum, cuius virtute omnes permouebat, in admirationem

rapiebat

rapiebat, verita es altiſſimas docendo imprimebat, denique ſiue in dehortando à Iudaiſmo, ſiue ad Chriſti Euangelium cordibus imprimendum, ſiue ad vitia vitanda, ſiue ad virtutes amplectendas, fulminabat, atque tonabat. Chriſti enim organum erat qui per illud loquebatur, & calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Cuius eloquentiam admirati Lyſtrenſes, illum ſimul cum Barnaba adorare voluerunt; & Feſtus Iudææ procurator admirandus magna voce dixit; Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam cõuertunt. Denique & illud ex B. Auguſtini doctrina recolendum, variam eſſe eloquentiam: & alia quidem tribuenda eſt puero, alia fœminæ, alia viro maturo, alia ruſtico, & alia viro erudito. Nec iam dicenda eſt, inquit, eloquentia, ſi perſonæ non conueniat eloquentis. Ita etiam alia dicendi & ſcribendi ratio conueniebat Philoſophis & Oratoribus, & mundi ſapientibus, alia vero longe alterius rationis, & ſublimior præſtanda erat à ſupremis, & ſanctiſſimis Apoſtolis, quæ non tam verbis rhetoricis, aut polito ſermone fideret, quam rebus ipſis magnificentiſſimis; ac plane diuinis, quas Apoſtoli prædicabant. Adde quod de Demoſthenis ſcriptis memoriæ proditum eſt, magnã partem Demoſthenis abeſſe nunc nobis, ob viuam vocem, geſtum, vultum, & pronuntiationem. Quis ergo ſibi non perſuadeat, magnam partem in Paulo à nobis deſiderari, ob viuam vocem, & Spiritus ſancti energiam in eo operantis.

Pſal. 44. Act. 14. *Infra 26.* *B. Aug.* Eloquentia non vna tantum eſt ſed varia, ac multiplex, teſte Aug. Bona pars (ſicut Demoſthenis) Paulinæ eloquẽtiæ quæ nã deſit.

Subiungit Apoſtolus; *In omnibus autem manifeſtus ſum vobis.* Vel vt alij habent, manifeſti ſumus vobis: quod non ſubdole venerim ad vos, vt ſcilicet faciunt pſeudoapoſtoli, qui ſimulatione ſanctimoniæ vobis imponunt. Et ne adæquare ſe cæteris Apoſtolis, arrogantiæ tribueretur; iudices facit Corinthios, modo ex ipſa experientia iudicẽ. Nam ex multis argumentis compertum habebant, non fruſtra ipſum, & ab re gloriati.

In quibus manifeſtus Corinthiis fuerit Apoſtolus.

Circa illud; *Nunquid peccatum feci, me ipſũ humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis,* dubium eſt, quæ fuit illa humiliatio Apoſtoli, per quã exaltati ſunt Corinthii. Dicendum eſt, ſenſum eſſe ironicum, & exprobatorium in faciem ingrati animi eorum. Humiliauit enim ſe in eo, quod non eſt vſus iure ſuo accipiendo honorem mercedis debitæ euangelizandi, iuxta illud Chriſti præceptum, Dignus eſt operarius mercede ſua. Et hoc *Vt vos,* (inquit) *exaltemini.* Scilicet in fide, promptius cæteris credendo, dum me videtis gratis euangelizare. Vel: Exaltemini

Qua nam Paul. humiliatione Corinthij exaltati fuerint. *Luc. 10. Matth. 10.* Corinthiorum exaltatio quænã illa.

id eſt, Sitis ſuperiores multis aliis, quibus non ſine ſumptu euangelizatum eſt, ſicut Dominus ordinauit. Et in hoc tantum peccaui in vos, *Quod alias Eccleſias ſpoliaui, accipiẽs ſtipendia ad miniſterium veſtrum.* Scilicet à Macedonibus. *Et cum eſſem,* inquit, *apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui.* More Hebræo Et, poſuit pro, quia. Atque hoc factum vehementer amplificat; cum ait: *Alias Eccleſias expoliaui,* vel vt vis Græcæ vocis ſonat, deprædatus ſum. Hoc eſt: Adeo peperci vobis, vt cum premerer inopia, voluerim alias Eccleſias deprædari, quo abſque veſtris impendiis vobis inſeruirem; ſumpta metaphora à re militari: nam vt victores ex domitis à ſe gentibus prædam capiunt, ita, Paulus quicquid ſumebat ab Eccleſiis, quas Chriſto acquiſierat, victoriæ ſuæ præda erat, quanquam ab inuitis nunquam quicquam ſumpſiſſent, ſed quod gratis illi erogarent.

A quib. acceperit ſtipendium Apoſtolus in miniſteriũ Corinthiorum. Quale ſtipendium tantum acciperet à fidelibus.

Eſt veritas Chriſti in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Ne quiſquam cogitaret eo ſpectare Paulum vt in poſterum liberiores eſſent erga ſe Corinthij, & prioris temporis erratum compenſare ſtuderent; ſacroſancto iureiurando teſtatur ſe in perpetuum obſeruaturum non ſolum Corinthi, ſed & in regionibus Achaiæ, quod gratis ſit prædicaturus Chriſtum, nec cuiquam oneri futurus. Et illa verba: *Eſt veritas Chriſti,* formulam iuramenti continent; & eſt perinde ac ſi dixiſſet: Veritas Chriſti in me non cenſeatur, niſi hæc gloria mihi permaneat inter Achaicos. Gloriationem vero vocat, nihil accipere. Et ita maxima de cauſa ad Chriſti gloriam ſpectante iurabat. Et hoc fecit, vt Pſeudoapoſtolis occaſionẽ gloriandi adimat; ne, ſi forte ſimiles Paulo inuenirentur, & gloriarentur ſe gratis euangelizare, vel in hoc eſſent Paulo præſtantiores, cum ipſe gratis prius doceret.

Paulus cur iuret & Corinthi, & in regionibus Achaiæ perpetuo ſe euãgelizaturũ ſi gratis. Qualis hęc locutio Eſt veritas Chriſti in me. Pſeudoapoſtolorum vana, & iniqua gloriatio, à Paulo præciſa.

Subiungit: *Quare? quia non diligo vos? Deus ſcit.* Occupatio eſt. Diceret enim aliquis, Cur non accipis? quia non diligis nos? Et reſpondet per Antipophoram: An hoc, ſignum ſit animi parum beneuoli, *Deus ſcit.* Vbi iterum iurat. Nec reſpondet directe ad interrogata: ſed obliqua reſponſio plus ponderis habet, cum ſuæ beneuolentiæ erga nos teſtem Deum faciat. Quia enim de actu interiori dilectionis erat ſermo, citat eum, qui nouerat, & adhibuit iuramenta, quæ licita, & ſancta ſunt, quod rectum haberent finem, & legitima cauſa ſubeſſet.

Expenditur quod Paulus nõ defectu amoris in Corinthios id faceret, oſtendere volẽs, vbique iurans dixit: Deus ſcit.

Septimo circa illud: *Num eiuſmodi Pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe*

Pſeudoapoſtoli qui nam ſint.

in Apoſtolos Chriſti, &c. Dubitatur, & quid ſit Satanam transfigurari in Angelum lucis. Dicendum eſt, Pſeudoapoſtolos eſſe, qui non ſunt à Deo, vel ab eius legitimis Apoſtolis miſſi, ſed ſponte venientes, & à ſeipſis currentes, qui etſi miſſi eſſent, nec falſam traderent doctrinam, officium tamen ſuum non ſyncere obirent; & quos aliena Pauli gloria vreret. Et dicuntur operarij ſubdoli, vel doloſi, quia dolo, & fuco operantur, & euangelizant non in veritate, & trãſfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti. Intendebant etiam illi quæſtum, & gloriam, & profitebantur ſemiiudaiſmum; iidem verorum Chriſti Apoſtolorum perſonas ſumebant, ac ſicut hypocritæ induebant perſonam ſynceri Chriſtiani: quomodo corrupta mulier ſpeciem virginis Deo ſanctificatæ aſſumit.

Ierem.23.

Iidem cur operarij ſubdoli.

Satan quomodo trãſfiguret ſe in Angelũ lucis.

Et non mirum (ait) *ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis.* Nimirum vel ſpeciem aſſumendo Angeli boni, & lucidi, vt decipiat, vel cum tenebras ſuas, & peccata ſic ornat, vt à luce diſtare nihil videantur, de quibus loquitur Iudas in Catholica ſua, & Petrus in ſecunda epiſtola c. 2. *Via namq; diaboli duplices ſunt*: quandoquidem aperto marte procedit, vt leo furibundus, per tyrannos nos aggrediens; interdum vero ſub dole per eos, qui ſeſe fingunt nobis miſſos à Deo, vt ſunt Hæretici, de quibus Dominus: *Attendite*, inquit, *à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium; intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Nec mirum, ſi tales imitantur Satanam ſuum parentem, qui in Angelum lucis, hoc eſt, in Chriſtum ipſum non raro ſe transfigurat. Sed iſtos, dixit Dominus à fructibus ſuis cognoſcendos. Et inter alia ſigna inficiantur illi nebulones, Chriſtum iudicem iuxta merita quorumcunque non iudicaturum: & tamen teſtatur Apoſtolus, talem futurum eorum finẽ, qualis opera ipſorum, ſecundum quæ vnicuique retribuit Deus iuſtus iudex.

2.Pet.2.

Viæ diaboli duplices ad perdendum.

Matth.7.

Eius miniſtri (quales pſeudoapoſtoli) vnde agnoſcantur.

Ibid.

2.Cor.11.

2.Tim.4.

Item Satanas ſe transfigurat inuiſibiliter, ſuggerendo bona, vt inde eliciat mala, & viſibiliter, mentiendo ſe eſſe Angelum Dei: quod in viſione imaginaria contingit, vt in multis à diabolo deluſis eſt videre. Nam Hieroni monacho perſuaſit, vt ſe in puteum præcipitem daret; futurum affirmans, vt inde diuinitus educeretur propter merita ſua, & Circumcellionibus idẽ perſuaſit, vt ſe de eminenti loco præcipitarent, & vt ſe calce & aceto exocularent; ac denique vt ſe præfocarent, & alios cogerent ad mortem ſibi inferendam, vt teſtis eſt Auguſtinus.

Idem Satanas quomodo ſe transfiguret occulte, & manifeſte.

Quid Hieroni monacho & Circumcellionibus perſuaſerit magnus veterator ille.

Subdit Apoſtolus: *Iterum dico, (ne quis me putet inſipientem eſſe (alioquin velut inſipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier.* Repetit quod in capitis principio præmiſerat, cum dixit: *Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ*, quodque ibi propoſuerat, modo enarrare incipit. Eſt autem inſipientiæ argumentum, temere, & nulla vera cauſa iactare ſeipſum. Ego vero, Paulus inquit, neqꝫ aquam vt demens id ago, ſed coactus, & neceſſitate vrgente. Malo enim ſeuera nomen habere inſipientis me iactãdo, quam non gloriari cum Euangelij detrimento. *Quod loquor, non loquor ſecundum Deum, ſed quaſi in inſipientia, &c.* Senſus eſt: Quod dico ſecundum nobilitatem carnalem, & glorior, non eſt ſecundum Deum: *Sed*, quaſi inquit, *in inſipientia*, quia coactus, & propter Deum id facio. Quod vero ſubdit: *In hac ſubſtantia gloriæ*: id eſt, in hac ſubſtantia de nobilitate carnis, quæ nullum habet apud Deum meritum. Et ſignificat, In hoc argumento, ſiue in hoc genere gloriationis.

Paulus ſeipſum commendans, cur tamen minime deſiperet.

Paulus quod loquebatur quomodo non loquebatur ſecũdum Deũ, ſed quaſi inſipientia Idem qua in ſubſtantia gloriæ loqueretur.

Octauo dubitatur circa verba ſequẽtia, quia multa hic recenſet, quæ in Scripturis, non habentur ei accidiſſe. Et verba prima facie glorioſi, & iactantis ſe videntur Pauli, in quibus interdum Corinthios pungit, ac taxat. Cum igitur ait: *Libenter enim ſuffertis inſipientes; cum ſitis ipſi ſapientes*: ironia eſt, & quædam obiurgatio, & ſapientes per Antiphraſin eos, qui minime ſapiunt, vocat. Deſpiciebatur ab illis Paulus; & ideo ait, *Quandoquidem ita ſapitis*, ſapientum officium præſtare in me ferendo. Quidam vero intelligunt hæc verba ſine ironia: quod durum, & violentum videtur. *Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit.* Hoc triplicem pati poteſt intelligentiam. Primam, quod ironice Corinthios perſtringat, quia nihil veri ferre queant, vt ſolent delicati: vel ſocordiæ eos inſimulet, qui pſeudoapoſtolis ſe in pudendam ſeruitutem addixiſſent: vel quod referat in aliena perſona, quod odioſe de ipſo Paulo prædicabatur, ac ſi tyrannidem ſibi in eos vſurpaſſet. Secundus ſenſus communiter receptus eſt & textui congruit, quod pſeudoapoſtoli Eccleſiæ dominari, non ſeruire cupiebant, excedebant ſumptibus immodicis; accipiebant munera, & auiditate inſatiabili Eccleſiam deuorabant; arrogantia idem intolerabili inſoleſcebant, tyrannidem exercebant; demum contumeliis innumeris eam afficiebant.

Pauli ironia.

Corinthii quam inſipientes, ac ſtulti.

Huius dicti Apoſtolici Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit ſenſus triplex.

Singuli ſẽſus quam Apoſtoli cohæreãt.

Tertius etiam ſenſus cohæret: quia paſſim Paulus traducebatur à maleuolis, quaſi impotenter dominaretur: à qua re tamen

In faciem cædi, quã contumelioſum, ac turpe.

lon-

Ioan.18. *Act.23.*

longe aberat. Secundus etiam ſenſus cohæret cum ſuperioribus: Vos omnia fertis ab aliis, ſi vos opprimant, ſi veſtra exigant, ſi contumelioſe vobiſcum agant: de me cur minus feratis, cum in hac parte me illi ſuppereut.

In faciem autem cædere, ſummum contemptum ſignificat: vt indicat alapa Christo inflicta à Malcho, & Paulo à ſeruo Ananiæ Pontificis in faciem percuſſo. *Secundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.* Quaſi diceret; Me ipſum inhonoro, qui cum illis in contentionem deſcendo. *Quaſi nos,* inquit, *infirmi fuerimus,* id eſt, ſine poteſtate. Significat enim talem fuiſſe, qui hoc multo magis, quam illi, poterat exercere. Græca habent: *Iuxta contumeliam loquor.* Id eſt, quod ad contemptum, & contumeliam attinet, mihi ſermo eſt; Perinde vos tractant, ac ſi in faciem cæderent. Poſtquam ergo vos opibus, libertate, & honoribus ſpoliant; eos tamen ſuſtinetis, admiramini: & colitis.

Pauli infirmitas ſecũdum Corinthios, qualis erat

Iuxta contumeliam loqui quid

Alter ſenſus.

Senſus quoque eſſe poſſet: Cogor vobis iſta obiicere, & oſtendere quam contumelioſe vobiſcum agant. Vel: Hæc dico propter ignobilitatē, quam iſti nobis tribuunt ſumus enim, quod ad iſta attinet, infirmi, quippe quod nos nunquam adegerimus vos in ſeruitutem, aut ſpoliauerimus. Sed potius priori ſententiæ videtur ſtandum. Fuitque hæc mundi conſuetudo ſemper, & erit in finem, contumaciter reſiſtere Dei ſeruis, ad minimas occaſiones obſtrepere, & obmurmurare, de ſeueritate moderata conqueri, abhorrere ab omni diſciplina: impoſtoribus autē, & pſeudoapſtolis ſeruiliter ſe ſubiicere, omnia illis permittere, quicquid oneris imponere ipſis libuerit, patienter ſuſtinere. Stultum populi genus carnifices, & tyrannos mauult, quam liberatores, veræque libertatis aſſertores. Ita Iſraelitæ, contempto Samuele, maluerunt ferre iugum faſtuoſi, & tyrannici Regis

Hæc lectio Latina: Secundum ignobilitatem dico, quid ſignificet.

Mundi ingenium, ſtultitiæ, inſipientiæque pleniſſimum,

1.Reg.8.

Subdit: *In quo quis audet? (in inſipientia dico) audeo & ego.* Id eſt: In quocunque negotio, vel, In quacunque re quiſque animos attolit, ſeque audet iudicare, audeo & ego. *In inſipientia (tamen inquit) & non ſecundū Deū.* Elegantiſſimus eſt hic præſens locus, vt tradit B. Auguſtinus libro 4. de doctr. Chriſt. tom 3. ſub initium, cap. 7. vbi totum hoc caput late perſequitur, vbi ornamenta Rhetorices obſeruat, aut ea detegit, vt intelligamus quanta vis eloquētiæ accederet ſua ſponte ad Pauli ſapientiam. Recenſet quædam, de quibus Pſeudoapoſtoli ſe iactabāt in quibus ſe Apoſtolus æquabat: vt eſſe Hebræum, id eſt, Transfluuialem: quia flumen

Pauli artificium ſenſim ad ſuas laudes & encomia Corinthiorum minori offendiculo deſcēdentis.

D. Auguſt.

Hebræus cur Paulus idem & Iſraelita.

tranſierat, cum è patria migraret in Chanaan. Vnde ſubdit. *Hebræi ſunt, & ego: Iſraelitæ ſunt, & ego.* Hic fuit primus ei dedentium pater, & cui data fuit circumciſio. Si ergo carnis nobilitatem iactant, par ego illis inuenior Sed hæc futilis, & ieiuna gloriatio. Vana eſt enim gloriatio de noſtrorū virtutibus, quibus tamen minime reſpondemus, ſed degeneres inuenimur.

Geneſ.32. *Rom. 4.* *Geneſ.17.*

Addit, *Miniſtri Chriſti ſunt, & ego.* Iam recenſet ea, quæ veræ laudis ſunt, in quibus ſe non ſolum æquat, ſed etiam ſe excellentiorem oſtendit: & vbi eorum fumos flatu diſcuſſit, ad ſolidas acceſſit laudes, & in quibus ſerio gloriandum eſt, tum ab illorum ordine ſeipſum ſegregat. Nam eſſe Chriſti ſeruum, magnificentius eſt quam primogenitum eſſe inter primogenitos ex Abrahæ familia. Et miniſtros eos vocat, quia ſe tales eſſe iactabant. *Vt minus ſapiens dico, excellentius ego* (vel plus ego, vt habet noſter interpres) Græce eſt, ὑπὲρ ἐγώ, id eſt, magis ego. Et quia ait: *Minus ſapiens dico* (vel vt Græca habent, Deſipiens loquor) intelligitur coactus in laudem ſuam prorupiſſe: quaſi diceret; Fingite hanc ſtultam eſſe iactantiā; veram tamen eſt. Quare quod Apoſtolus dixit inſipiēter ſe feciſſe; conſtat tamen prudentiſſime, & ſapientiſſime ab ipſo factū. *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius.* Firma eſt probatio, vbi res ipſa in mediū proferrtur, & in plurali ait, laboribus; cum tamen poſtea dicat: in labore, & ærumna: quia ibi de alio labore eſt ſermo; vt dicimus *In plagis ſupra modum, in mortibus frequenter.* Mortes ponit in plurali pro pluribus periculis, quæ præſentem mortem intentabāt: & verborum, ac rerum congerie obruit lectorē. Et quod dixerat in genere de plagis, vel verberibus, explicat per ſpecies. Et quia Iudæis tunc erat ablata per Romanos iuriſdictionis poteſtas, flagellis tamen cædere, genus erat modicæ coercitionis. Credibile tamen eſt Iudæis fuiſſe permiſſam. Nam ex Senatus Iudæorum decreto cæſos eſſe Apoſtolos, refert Lucas Actor. 5. Erat ergo lex Dei, vt vbi delinquentes capitalem pœnam eſſent demeriti, ſed minora peccaſſent, coram iudice cæderentur non vltra quadraginta ictus loco taurino inflictos, ne ſæuitia corpus deformaretur, aut mutilaretur. Poſtea vero Iudæi, aut vera, aut ſimulata humanitate, quadrageſimum ictum non addebant, ne forte aliquando calore excitati, numerum ab illis præfixum excederent. Succeſſu vero temporis, vt res fere in peius degenerare ſolent ad eū plagarum numerum putarunt omnes ſontes cædendos; cum tamen Dominus præciperet

Quantus Chriſti miniſter Apoſtolus eſſet Paulus.

Pſeudoapoſtolos Paulus cur vocet Chriſti miniſtros.

Pauli ſapiens ſeipſū laudantis in ſapientia.

Quæ firma cenſeatur probatio.

Paulus in quibus fuerit mortib. frequenter

A quibus flagellis cæſus, Iudæiſne, an à Romanis.

Act.5.

Deut.25.

Iudæi quadragenas, cur vna minus infligerent. Quæ mens fuerit Dei præcipientis vt

peret, non quouſque tandem progredi, ſed vbi ſiſtere deberet ſeueritas.

Quod vero ſubiungit Apoſtolus; *Quinquies, quadragenas*, iungendum eſt, quadragenas cum verbo, accepi, & ſupplendum eſt ad nomen quadragenas, ſcilicet plagas. *Ter virgis cæſus ſum.* Scilicet à lictoribus Romanorum, qui ob id non tantum ſecures, ſed etiam virgarum faſces ante magiſtratum geſtabant. *Semel lapidatus ſum à Iudæis.* Lyſtris ſcilicet, vrbe Lycaoniæ, vbi pro mortuo relictus fuit. *Ter naufragium feci.* Quia frequenter ei fuerant maria, & flumina traiicienda, non eſt dubium eum naufragia pertuliſſe: etſi Lucas Actor. 27. vnius tantum meminerit naufragij, tempore ſcilicet quo nauigauit Romam: quemadmodum vnius flagellationis tantum mentionem fecit Actor. 16. nam alteram, quam Actor. 22. tribunus quidam illi inferre tentauerat, euaſit, eo audito, quod eſſet ciuis Romanus. Ex quibus apparet, nos integram Pauli hiſtoriam, non habere, neque ſingula, quæ acciderunt, commemorari, ſed præcipua tantum. *Nocte, & die in profundo maris fui.* Sæpe enim per Ægeum, & Icarium maria tranſmiſit, vel in Græciam, vel in Aſiam: ſæpius oberrauit in mari Mediterraneo, Syriaco, Carpatio, & Iconio. Neque dici poteſt, nocte, atque die in profundo maris fuiſſe, quando miſſus fuit Romam ad Cæſarem, ſed hoc multo poſt, poſt vtramque epiſtolam ſcriptam ad Corinthios euenit: ideo de eo nequit intelligi. Quidam interpretantur, poſt naufragium noctem vnam cum die natando perduraſſe, & vndis ſubmerſum, vt refert Anſelmus. Vel, vt teſtis eſt Theophyl. in puteo quodam Bytho dicto apud Lyſtrios, illud euenit: quæ ſententia mihi probabilior videtur. *In itineribus ſæpe.* Vbi ſunt pericula præſentanea mortis ob inſidias, quas ſibi Iudæi inſtruebant; quando deuouerunt ſe pluſquam quadraginta viri ex Iudæis, dicentes neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum. *Periculis ex genere*, Hoc eſt, à Iudæis, propter odium, quo flagrabat apud eos ob legem abolendam, & Chriſtum ſtabiliendum dixerat enim Dominus Ananiæ, Ego oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. *Periculis ex Gentibus.* Propter idololatriam, quam abrogabat, & falſos deos Gentium, quorum cultum tollebat, vt Dianæ Epheſiæ Actorum 19. *Periculis in mari.* A piratis, & inſidiis quas patiebatur in naui à vectoribus. *Periculis in ciuitate.* Quæ ſuſtinuit tum Antiochiæ, tum Philippis, Theſſalonicæ, Athenis, Corinthi, & Epheſi, ac Damaſci, vnde in ſporta ſubmiſſus per muros aufugit; & magni tumultus in illis ciuitatibus excitati ſunt propter eum. *Periculis in ſolitudine.* Non ſolum à feris, & à prædonibus, ſed etiam à penuria in victu, vel veſtitu. *Periculis in falſis fratribus.* Hoc longe periculoſiſſimum diſcrimen, poſtremo loco ob id propoſitum ab Apoſtolo: minus enim nocere poteſt hoſtis vetus, quam ſimulatus amicus. Et id ſcelus vehementer execratur Dauid. *Quoniam ſi inimicus*, inquit, *meus maledixiſſet mihi*, *ſuſtinuiſſem vtique, &c. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus*, & quæ ſequuntur. Vehementiſſime vero, & acerrimis verbis inſectatur Baſilius in quadam epiſtola, recenſens hoc teterrimum vitium, quod cum creatus eſſet Archiepiſcopus Cæſarienſis, exhibiti eſſent ſibi pro familiaribus, & ſodalibus peſſimi quidam, & corruptiſſimi homines, qui eum obſeruarent in cibo, & potu, & reliquis. Fuerunt & alij falſi fratres, de quibus ad Galatas ſecundo, ſed propter ſubintroductos, inquit, falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram. Tales enim fuerunt, Philetus, Hermogenes, Demas, & Nicolaus aduena Antiochenus, Cherinthus quoque, & alij plerique. Denique infinitus eſt numerus falſorum fratrum in Eccleſia Dei, & vt ille dixit: *Nuſquam tuta fides*, tot ſunt ſectæ Hæreticorum, & omnia occupauit hypocriſis, & ſimulatio. Subdit, *In labore, & ærumna, ſiue moleſtia.* Laborem manuum recenſet, ex quo non ſine moleſtia viuendum ſibi erat. *In vigiliis multis*, ob curas, & ſolicitudines graues, & ob rationem, & ſtudium ad prædicandum neceſſarium. *In fame, & ſiti.* Quæ ex neceſſitate, & penuria, ſicut ieiunium oritur ex voluntate. Idcirco ſubdit: *In ieiuniis multis.* Voluntariis ſcilicet, quæ ad orationem præparabant, vt D E I adminiculo protegeretur. *In frigore, & nuditate.* Cum peregrinaretur ſcilicet ad prædicandum, in varia loca, vel detineretur in vinculis, vel nauigaret, vel veſtibus deſtitueretur quod attritas, ac laceras iam geſtaret. *Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, & ſolicitudo omnium Eccleſiarum.* Hic in primis aduerte, vocem, inſtantia, non eſſe adiectiuum nomen, quod ſi foret, dicendum erat, Inſtans, & quotidiana mea ſolicitudo, ſed eſt nomen ſubſtantiuum ἐπισύστασις, quod ſignificat concurſum, aut factionem inſidioſam. Vnde Actorum 24. ait Apoſtolus coram Felice; *Neque in templo inuenerunt me cum aliquo diſputantem, aut concur-*

iuxta menſuram peccati, eſſet & plagarum modus.

Quomodo accipiendum. Quadragenas, vna minus accepi. A quibus Paulus fuit ter virgis cæſus, idem quando lapidatus, & à quibus.

Act. 14.

Quando ter naufragium fecit

Infra 27. *Supra 16.* *Infra 21.*

Paulus itē quando nocte, & die in profundo maris fuit.

Minus probabilis quorundā opinio.

Probabiliores aliorū ſententiæ.

B. Anſel. t. 2.

Cur ſua commemoret itinera Paulus.

Act. 23.

Idem pericula ex genere quo& cur paſſus *Rom. 11.*

Infra 19.

Act. 9. *2. Cor. 11.*

Pericula in falſis fratribus poſtremo omnium recenſuit Apoſtolus.

Eſai. 54.

Falſos fratres quos fuerit expertus etiā S. Baſil.

Baſil ep. 75.

Galat 2.

Paulo qui fuerint falſi fratres.

Virg. 4. Æneid.

In quo fuit labore, & ærumna S. Paulus.

Idem quare in vigiliis multis, in fame quoque & ſiti.

Quando in frigore & nuditate.

Inſtantia quæ Apoſtoli quotidiana, quā nominat.

Act. 24.

Variæ interpretatio nes Patrũ.

curſum facientem turba,&c. Vbi pro concurſu eadem vox Græca poſita eſt.

Theophylactus interpretatur furibundum inſultum; alij conſpirationẽ doloſam. Auguſtinus legit, *Incurſus in me quotidianus*; & Syriaca lectio habet, *Et cœtum qui eſt contra me quotidie*: nam hæc vox denotat multitudinem, quæ aduerſus aliquem coierit idque non ſemel, ſed pluries. Vt intelligas præter eas perſecutiones, quæ extrinſecus & foris erant, id eſt, ab Ethnicis quotidie inferendas inſidias, & inſultus ciuitatis, & populorum, qui ſeditionem mouebant contra Euangelium. Et quia multiplices curæ tanquam agmina quædam obruebãt Apoſtolum, vſus eſt hac voce per tranſlationem admodum ſignificãte: etſi Græca ſcholia non explicẽt per metaphoram; ſed proprie, cum tamen videatur metaphorica, quia dicitur in Græco codice, χωρὶς τῶν ἐκτὸς ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν & per Appoſitionis figuram ſubiungitur, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, id eſt, Qui quidem incurſus, vel inſultus ſolicitudo eſt omnium Eccleſiarum.

Aug. l. 4. de Doct. Christian. ca. 7. ante med. & ſ. ſub init.

Ratio huius metaphoræ aſſumptæ, nẽpe: Inſtantia mea quotidiana.

In eos, qui inſtantiam Pauli quotidianam, inſultus carnis intelligunt.

Non tacebo, quod quidam voluerunt intelligere inſultus carnis contra eũ: quod prope ridiculum videtur: nam eiuſmodi inſultus non ab extrinſeco, ſed ab intrinſeco eſt, & indignus, qui hic nominaretur à Paulo. Et quæ eſſet cõiunctio huius inſultus cum cura & ſolicitudine omnium Eccleſiarum, ne aut metu tyrannidis, aut pſeudoapoſtolorum inſidiis, aut dæmonum dolis, & aſtu à vera doctrina deficerent, quæ non tenuis, aut leuis erat ſolicitudo, ſed tãta erat, vt quicquid illi acciderat, putaret ſibi accidiſſe. Nam cur anxia ſympathiam gerebat, de qua quaſi explicando ſubdit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Vt doloris magnitudinẽ exprimeret, dixit, *Vror*, ſiue ardeo; vt zelum non modo augentem, ſed exurentem, & abſumentem, metaphora ab igne ſumpta, deſignet.

Vt iſe cur dixerit ſcãdalis infirmorum.

Sunt qui pro illa voce ἐπισύστασις, censẽt legendum, ἐπίστασις: quæ lectio apte connecteretur cum verbis ſequentibus: Solicitudo omnium Eccleſiarum. Nam etſi coniunctio copulatiua, Et, non adſit, poteſt tamen intelligi per appoſitionem, quæ ſcilicet ἐπίστασις eſt ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Nam ſignificat animaduerſionem, imo etiam præfecturam, ſiue cuſtodiam paſtoralem, quod oſtendit maſculinum eius ἐπιστάτης, quod denotat præſidem, præfectum, magiſtratũ, & paſtorẽ. Vnde Lucas c. 5. Vbi Petrus, *Præceptor*, inquit, *tota nocte laborantes, nihil cepimus*, & cap. 9. *Præceptor bonum eſt nos hic eſſe*; & cap. 8. *Præceptor perimus*. Idem cap. 17. *Ieſu præceptor, miſerere noſtri.*

Altera acceptio eorum verborum: Inſtãtia mea quotidiana & ſolicitudo omniũ Eccleſiarum.

Luc. 5.

Infra. 9.
Supra 8
Infra 17

Decimo dubitatur circa illud, *Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor.* cur poſt tam magnam gloriationem, ſubiungit aliam gloriationem in his quæ infirmitatis ſuæ ſunt, cum plerumque quæ eiuſmodi ſunt, homines celare ſoleant, & abſcondere, quia potius dedecus, quam gloriam pariunt: & in ſuperioribus non minus in iis, quæ infirmitatis ſuæ ſunt, quam in iis quæ ad infirmitatem, & imbecillitatem carnis ſpectant, gloriatus fuerit: vt in laboribus, vigiliis, fame, & ſiti, frigore, & nuditate. Dicendum eſt, Apoſtolum libentius in iis, quæ infirmitatis ſuæ ſunt, gloriari. Et eſt ſenſus: Si gloriari oportet, propter vos, ea quæ paſſus ſum, erunt mihi materia gloriationis; ad explicandum, quod hæc quæ enarrauit, ad probandum attulit, ſe eſſe plus miniſtrum Chriſti, quam pſeudoapoſtolos. Quæ ne quis conficta, aut falſa eſſe exiſtimet, ſubdit: *Damaſci præpoſitus gentis Aretæ Regis, &c.* Ab hoc loco volunt quidam duodecimi capitis initium eſſe ſumendum, & ibi incipit apud Haymonem & Ambroſium. Et hiſtoriam de fuga ſua per muros narratam Actor. 9. perſequitur Apoſtolus: quæ ne vt fabula exciperetur, iuſiurandũ interponit. Damaſci, genitiuus eſt aduerbialis: nam Græce eſt, in Damaſco, ſcilicet, accidit hiſtoria, quæ fuit tyrocinium Pauli: quod ſi talia pertulit tyro, quid de eo iam veterano milite ſentiendum eſt? Et, præpoſitus gentis apud Græcos vnica vox eſt, nimirum ἐθνάρχης, quæ vox ſimilis eſt aliis, vt tetrarcha, & aliæ generis eiuſdẽ. Hic autem Areta vocatur ſocer Herodis tetrarchæ Antipæ, & Ioannis Baptiſtæ peremptoris: ſi quidem is Rex fuit Arabiæ Petreæ, & Damaſcenæ ciuitatis, quæ proxima eſt Arabiæ, dominus, vt docet Ioſephus libro decimooctauo Iudaic. antiquit. c. 9. & 11. & hæc omnia contigerũt procurantibus Iudæis, quibus in hac re gratificari vrbis Præfectus voluit. Cum vero clauſæ eſſent portæ ciuitatis argumentum eſt, quanto furore impij arderent contra Paulum. *Et per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum.* Nam volens ſeipſum ſeruare prædicationi, & ſciens quod ipſe ſolus quæreretur ad mortem, non detrectauit humanum auxiliũ per fugã, ne Deũ videretur tentare: tũc enim diuinum auxilium expectari debet, quãdo deeſt humanum. Et licet dictũ ſit: *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus*: Paulus tamen non erat mercenarius, ſed verus paſtor, qui quotidie ſe ad mortem exponebat pro

Quam ſolida Pauli gloriatio de infirmitatibus ſuis, cum illa gloria, & laus amiſſa gloriatio.

Pſeudoapoſtoli in quo ſe Chriſti miniſtros minime prædicerent vt Paulus.

Suam de fuga Damaſcena quã Paulus texit hiſtoriam confirmet iuramento.

Haymo & pſ. Amb.

Matth. 14

Quare Paulus aufugit.

Ioann. 10.

Quomodo ſic paſtor & nõ mercenarius fuit.

pro

gula, quæ iniqua eſt: quia comparabant ſe metipſos ſibi ipſis: id eſt, tales ſe eſſe putabant, quales ſe eſſe affectabant, & ad illud ſe extendebant, quo non pertingebant, ſecundum veram regulam. Ideo turpiter errabant, non intelligentes vnde ſit accipienda menſura. Prædicabant enim vel non miſſi; vel ſi miſſi, extendebant falcem in meſſem alienam, & ad eos ibant, & euangelizabant, quos Pauli, & alii Apoſtoli iam conuerterant. At B. Paulus non ſic. Ideo ſubiungit: *Nos autem non in immenſum gloriabimur, ſed ſecundum menſuram regulæ, qua mẽſus eſt nobis Deus menſuram pertingendi vſque ad vos.* Quibus verbis oſtendit ſe habere in eos autoritatem, cum per Euãgelium ipſos genuerit; ita vt ſupra menſuram ſibi datam à Deo limites poteſtatis ſuæ non extenderet. Erat enim rationi conſonum, vt qui per illum venerant ad ſalutem, Gentes ſub eius cura, & poteſtate eſſent; in cuius figuram dictam fuit: Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit, & ſic ordinauit Dominus, & ipſi Apoſtoli inter ſe conſenſerunt, ex B. Petri tamen autoritate, vt eſt probatũ.

Cur illi errarent grauiter.

1. Cor. 4.

Quid illud Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit. *Deut. 11.* *Ioſue 1.* *1. Cor. 9.* *Matth. 10.* *Luc. 10.*

Subdit Apoſtolus: *Vſque ad vos enim peruenimus in Euangelio Chriſti: non immenſum gloriantes in alienis laboribus.* Hic oblique taxat pſeudoapoſtolos, qui ſecus faciebãt per ignorantiam ſuam. *Spem autem habentes creſcentis fidei veſtræ in vobis magnificari ſecundum regulam noſtram in abundãtia.* Sperabat enim Paulus per creſcentem Corinthiorum fidem, abundanter magnificari iuxta ſuam menſuram; hoc eſt, non ſolum inter alios, ſed etiam in aliis populis propter odorem fructus, quam habuit in illis. *Non immenſum,* ait, *gloriantes in alienis laboribus.* Vbi alii ſcilicet prius prædicaſſent: ſed vt dixit ad Roma. 15. vbi non erat auditum de eo (ſcilicet Domino) vt etiam illi audirent. Eſt ergo ſenſus: Speramus futurum, vt indies creſcente fide noſtra, inter vos, vel in vobis magnificemur, & id quidem iuxta regulam noſtram. Sed tamen ad abundantiã vſque, ita vt in regionibus, quæ vltra vos ſunt, euangelizemus. Si tamen, ne in aliena regula in iis quæ præparata ſunt, gloriemur. Regulam, vocat ditionem, & præſcriptum prædicationis terminum, ſumpta metaphora à Terra promiſſa, quam certis funibus, & menſuris diſtinxit Deus in duodecim tribus, & in vnaquaque tribu diuiſit ſingulis familiis poſſeſſionem ſuam. Vnde illud; *Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis*, Et rurſus: *Funes ceciderunt mihi in præclaris. etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.* Quæ ratio loquendi non diſſimilis eſt illi, qua vtuntur Græci, & Latini, ſeu ſe quemque metiri pede: quod ſumptum eſt à pictoribus, qui ſeptem pedibus propriis corporis menſuram accipiunt.

In immenſum qui gloriarentur in alienis laboribus.

Qua ratione Paulus ſperauerat per creſcẽtem Corinthiorũ fidem abundanter magnificari iuxta ſuã menſurã. *Rom. 15.*

Idem in aliena gloria, in qua gloriari nolebat.

Vnde ſumpta hæc metaphor. *Pſal. 77.* *Pſal. 15.*

Ait ergo Apoſtolus: Nunc me decebat occupari in acquirendis nouis Eccleſiis, idque adiuuantibus vobis, ſi fructum protuliſſetis, quãtum oportuit, nunc autem moram mihi adfertis veſtra incredulitate. Hinc ad Roman. 15. ſcribit ſe euangelizaſſe ab Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum, vbi Chriſtus non fuerat adhuc euangelizatus. Vnde nec Romam intendebant venire ad euangelizandum niſi per tranſitum, vt proficiſceretur in Hiſpaniam, vbi nondum Chriſti fides erat euangelizata. Veriſimile vero fit, pſeudoapoſtolos gloriari ſolitos, quod prædicando totum orbem peragraſſent.

Corinthii quare impedierint Apoſtolũ, ne latius, vt optabat, Chriſti euangeliũ propagaret. *Rom. 15.*

Pſeudoapoſtolorum immenſa gloriatio qualis illa.

Nec obſtat verbum Chriſti apud Ioannem: Alii laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. Et paulo ante: In hoc enim eſt verbum verum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit: nam hoc dictum fuit de prophetis, qui populum Dei coluerunt, & exemplo vitæ, & vaticiniis ſuis ad excipiendum Chriſtum ſuo tempore venturum præpararunt, & quaſi ad fruges ferendas terram illam arando, & purgando ad Chriſti Euangelium diſpoſuerũt. Et quoniam Apoſtoli ſortiti ſunt prouincias ad Chriſti Euangelium diſſeminandum, non debebat vllus Apoſtolus in alterius prouinciam ſe intromittere, ne videretur in alienis laboribus gloriari. At vero qui Apoſtolis ſucceſſerunt, vt Epiſcopi, & prædicatores verbi Dei, niſi illorum fundamẽtis, & iactis ſeminibus doctrinæ innixi, & ſancte in Domino in alienis laboribus gloriari debent.

Apoſtoli in quorum laborem introierint vt dixit Dominus *Ioan. 4.*

Cui Apoſtoli in ſua tantum ſorte ſinguli, non in aliena, prædicate debebant. In Apoſtolorum laboribus qui merito gloriari & poſſint, & debeant.

Ad poſtremum, circa illud: *Qui autem gloriatur, in Domino glorietur. Non enim, qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.* Reſpondemus: Abrumpit hunc ſermonem Apoſtolus, & per correctionem ait, *Qui gloriatur, in Domino glorietur*: hoc eſt, Omiſſis aliis, ſolius Dei gloriã quæramus, cuius negotium gerimus. Gloriari autem in Domino hic accipitur aliter atque 1. Corinth. 1. & Ierem. 9. Eſt enim illic agnoſcere Deum bonorum omnium autorem, vt ei gratiæ adſcribant quicquid eſt bonum in ſe ipſis, ne ſe ſe efferant, aut attollant, ſed illum ſolum glorificent. Hic autem gloriari in Domino, eſt, in vnius Dei arbitrio reponere omnem noſtram gloriam. Non enim omnis qui proprias laudes ebuccinat, aut ab hominum opinione pendet, ille vere probatus eſt, cum ſcripſit: *Laudet te alienus,*

I. ſolutio quæſtion. Quid in Domino gloriari.

1. Cor. 1. *Ierem. 9.*

Alibi quid in Domino gloriari.

Prouer. 27.

& non

1.Cor.4.

non os tuum, ſed qui à Deo laudatur, de quo: *Tunc laus erit vnicuique à Deo*. Et gloriari in Domino, eſt gloriari de vero bono, & de dono vero, non autẽ de falſo, aut præſumpto: nam nos quæcunque habemus, à Domino, & per Chriſtum habemus, qui dicitur accepiſſe dona ab hominibus, id eſt, ſecundum menſuram cuiq; congruam. Nam qui ſic humiliter cum hac notitia, & confeſſione, & gratiarum actione gloriatur Domino, probatus eſt, id eſt, bona eſt eius gloriatio, alioquin ſe laudare, & commendare vaniſſimum eſt.

Chriſtus vt accepit dona in hominibus iuxta Prophetam. *Pſalm.77.*

Glorians in Domino quomodo probetur.

Licere de benefactis in Domino gloriari, contra Lutheranos.

Verum hæretici noſtro ſeculo negant vllum Chriſtianum gloriari poſſe in aliqua re, perinde ac ſi eſſemus ſtupida membra, & quaſi à capite in nos nulla vis recte operandi deſcenderet. Quod verum eſt, dum ſumus in veteri Adam. At in Chriſto non ita eſt, qui ſuos milites tantis beneficiis ornauit, & tantis præmiis promiſſis excitauit, vt gloriari poſſent in Domino, etſi cum timore futuri caſus, cum nondum ſit exactæ militiæ noſtræ tempus completum.

Quatenus gloriandũ.

Quare ſe ipſum commendans, vel ab aliis commendatur, minime probatus eſt. *Pſalm.115. Rom.3.*

Ait autem: *Non qui ſe ipſum commendat*, vel qui ab aliis hominibus huius ſeculi cõmendantur: quia ſæpe adulantur, aut de rebus minus laude dignis nos commendant, vel impudenter mentiuntur; ſiquidem omnis homo mendax. Secus eſt de iis qui à viris laudatis commendantur, vel qui à ſanctis & virtutis cultoribus celebrantur, & quod agnoſcunt ſanctas actiones, quia Deus ipſe commendare videtur, vt B. Virgo, cum dixit: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatum me dicent omnes generationes*, & Ezechias Rex orabat: *Obſecro Domine, memento quaſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis, fecerim*, & B. Paulus ſua enarrans in ſpiritu geſta, dixit: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* Nam in talibus ſe ipſos commendantibus, & laudantibus, Deus eos commendabat, & laudibus celebrabat.

Sanctum de ſeipſis laudes cuius ſint, & cur probentur. *Luc.1. Eſa.38. 2.Tim.4.*

DISPVTATIO XII.

In Apoſtoli verba cap. 11. *Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ. Sed & ſupportate me. Aemulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia veſtra, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Nam ſi is qui venit, & alium Chriſtum prædicat, quem non prædicauimus*, & reliqua vſq; in finem Capitis.

IMportunitate, & imprudentia pſeudoapoſtolorum, qui ſe ſe falſis laudibus commendabant, coactus etiam fuit Apoſtolus propter Corinthios diſcipulos, ne à ſua doctrina, & Euangelio deficerent, veras ſuas laudes in medium adferre, eorumque vitia, & arrogantiam apertius incellere per duo ſequentia capita. Vere autem ſe ipſum laudaturus, veniam à principio precatur, enumerationẽ ſuorum encomiorum modeſte inſipientiam appellans. Actum enim eſſe ſolet de doctrina alicuius, cum eius autoritas labefactatur. Nemo ergo in exemplum ſuum rapiat hanc gloriandi cauſam, & ſub eius prætextu ſuam iactantiam veſtiat: quia illud vitium, vel apud Ethnicos, ſemper male audit, vtpote fœdum, & pudendum, alienum ſemper à viro bono, & prudenti, nedum à ſanctiſſimo, & prudentiſſimo viro B. Paulo. Hic eſt igitur ſcopus eorum, de quibus hic ediſſerit.

Quid anſã dederit Apoſtolo, hoc, & ſeq. ca. de ſuis virtutibus gloriandi.

Quænam Pauli, vt ait, inſipientia.

Cur laus in ore proprio ſordeſcat.

Secundo; priuſquam prædictam cauſam aggrediatur, ad votum ſe conuertit mira arte, vt facere ſolent, qui non audent rogare: & confeſtim collecta fiducia Paulus rogat, vt ſummam inſipientiam Corinthii ſufferant, hoc eſt: Quia res gloriationibus agẽda eſt, & conſueuiſtis patienter admodum ferre, imo admirari eos, qui immodice ſuas laudes deprædicant: vtinam mihi, inquit, tanta ſit gratia apud vos, vt me quoque per inſipientiam de meis laudibus diſſerentem ad tempus ſufferatis. Illud enim vocat modicum, ſcilicet tempus, & modicam inſipientiam meam, quæ in ſeipſo laudando conſiſtit, enarrando magnifica ſuarum laudum præconia. Non quod ineptiret ita dicendo, nam ex neceſſitate vrgebatur, & ſibi temperabat, ne poſſet iudicari immodicus, & quia non efferebat ad propriam gloriam, ſed ad propriam eorum vtilitatem, ſed quia res putida eſt, & ab hominum modeſtia aliena.

Perelegans Apoſtoli ad ſui ipſius commendationem præmunitio.

Modicum inſipientiæ Pauli ſuſtinere Corinthii quod debebant.

Innuit etiam his verbis, quod in priori epiſtola capit.4. & capit.9. etiam in contentione ſe commendauerat illis. Vnde aliqui non recte ſcandalizati fuerant, & à ſuperbia intumuerant. Quare ſubdit: *Sed & ſupportate me, æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* Oecumenius ait: *Non dixit: Amo vos, ſed quod maius eſt, zelotypus ſum erga vos, hoc eſt, Ardenter amo. Deinde, ne exiſtiment quod propter humana, nempe pecunias, aut* glo-

Quorſum id: Sed & ſupportate me. 1. Cor.4. infra 9.

Eccleſiæ Corinthio rũ ſponſus Chriſtus.

Paulus Corinthios qua æmularetur Dei æmulatione. *Ioan.3.*

Quis vero Eccleſiæ paranymphus Paulus.

Quid: Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. *1.Cor 7.*

Chriſti miniſtri quales eſſe debeant, exemplo Chriſti.

gloriam ita ipſos amet, ſubiungit, zelo Dei vt vobis proſim. Hæc ille. Hæc autem Zelotypia ſancta erat, & caſta, quæ non erat tantum excuſabilis, ſed etiam laudabilis: non quia vos eſtis ſponſa mea, ſed quia ſponſa Chriſti. Ego vero paranymphus, ſiue pronubus, id eſt, conciliator nuptiarum. Et quia ad Deum pertineat hæc Zelotypia, vocando eam zelum Dei, ſubiungit: *Deſpondi enim vos* (ſiue, Adoptaui vos) *vni virgo virginem caſtam exhibere Chriſto.* Senſus eſt: Exhibete vos virginem caſtam, & ſanctam corpore, & ſpiritu, vt in priori epiſtola dixit, hoc eſt: Præſtate vos immaculatos, & integros Chriſto. Hæc præmittit ſuis laudibus Dei zelo, vel æmulatione: quoniam duplex eſt Zelotypia, vna quæ ab amore noſtri proficiſcitur, vt vitioſa eſt; altera, quam pro Deo ſuſcipimus, & hic pius, & rectus eſt zelus, qui reſpicit Deum, quo ſponſas Chriſto adducebat in coniugium, & in eius coniunctione retinebat. Non ſibi ergo Zelotypus erat, ſed Chriſto tantum, quod & eius miniſtris conuenire debet, vt ſint Chriſto Zelotypi.

Corinthios virginē cur caſtam in ſingulari appellet Apoſtolus.

B.Chry.t.4

Matth. 25.

Animarū cū Chriſto ſponſo prærogatiua coniugii.

Geneſ.24.

Pſalm.44.

Ioan.3.

Et virginem caſtam, ait, in ſingulari, non diuerſas virgines vni viro, ſed omnes, non vt vnicam virginem, id eſt, vnicam Eccleſiam, ad quam ſingulę concurrunt virgines, non vt deſponſæ, ſed vt partes vnam & eandem integram Eccleſiam, & Chriſti ſponſam conſtituentes. Porro Chryſoſtomus homil. 23. in hanc epiſtolam inquit: *Præſens tempus deſponſationis eſt, futurum thalamorum, poſtquam dicent: Surrexit Sponſus. O nouas res; In mundo virgines manent ante nuptias, poſt nuptias non item: Huius autem non ſic: nam licet non ſint virgines ante nuptias illas, poſt nuptias tamen virgines fiunt. Sic omnis Eccleſia virgo eſt.* Et infra ſubdit: *Huius typus erant ea, quæ de Abraham leguntur. Etenim ille quoque ſeruum fidelem miſit deſponſaturum filiam Gentilem, & hoc loco miſit Deus miniſtros deſponſaturos Filio ſuo Eccleſiam, & olim Prophetas hæc dicentes: Audi filia, & vide & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Hęc ille. Huius ergo ſponſæ ſunt pronubi, id eſt, miniſtri, qui & Ioanne Baptiſta vocantur amici ſponſi.

Hoc exemplum. Timeo aūt ne ſicut ſerpens ſeduxit, &c. quo tendat. *Geneſ 3. Matth. vlt. 1.Tim.3. Oſeæ 2.*

Tertio dubitatur circa illud; *Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu,* quo modo ſcilicet hortetur Paulus, ne ſponſa Chriſti ab eo deficiat; cum ſcriptum ſit: *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi;* cum ſit etiam columna, & firmamentum veritatis, & per Oſeam dixerit: *Et ſponſabo te mihi in æternum.* Dicendum eſt in primis, Apoſtolum commode veterem hiſtoriam ad ſuum inſtitutum producere. Vt enim ſerpens blandiloquētia, & magnificis promiſſis mulierem ſeduxit, quæ credidit id futurum, quod pollicebatur ſerpens, non autem virum, qui deceptus non fuit in præuaricatione; ſed tantum ne contriſtaret ſuas delicias, illi aſſenſus eſt: ita & pſeudoapoſtolis Corinthiis imponunt. Et non dicit; Metuo idem, ne quo pacto fiat in vobis, ne illos, aut omnino condemnare, aut abſoluere videretur; ſed mediam viam tenens, eos, qui decepti fuerant, reuocat: qui vero nondum decepti, cautiores fierent, admoniti. Et perſtat adhuc metaphora virginis, oſtenditque qualis ſit ea virginitas, nempe vt vni Chriſto ſyncere per fidem, & amorē, & obedientiam adhæreamus, & cum illo coniuncti maneamus, *Ne corrumpantur,* inquit, *ſenſus veſtri* (& excidant) *à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Frequenter pro Græca voce *νοήματα*, interpres noſter vertit, ſenſus. Auguſt. in Pſalm. 90. concione vltim. ſub fin. tom. 7. vertit, mentes, quod magis proprium eſt: alioqui ſenſus extenduntur non ſolum ad illos rationis, ſed etiam ad illos corporis. Vnde ſenſus, viſus, & auditus, &c. Beatus autem Ambroſius in hymno Eccleſiæ, qui eſt de virginibus, canit, ad hæc verba alludens:

Quomodo pſeudoapoſtoli Corinthios ſeducerent, teſte Paulo. *1.Tim.3.*

Apoſtoli prudentia.

Corinthiorum ſenſus, quos metuebat Paulus ne corrumperentur. *B. Auguſt.*

Te deprecamur largius,
Noſtris adauge ſenſibus,
Neſcire prorſus omnia
Corruptionis vulnera.

Quomodo corrūpi poterant à ſimplicitate.

Illa autem verba: *Et excidant*, putantur adiecta. Ait autem, *Ne corrumpantur à ſimplicitate,* pro eo quod eſt corruptela ipſa à ſimplicitate alieni reddantur. Simplicitas animi erga Chriſtum, eſt puritas Euangelica, excludens admixtionem ſeruitutis legalis.

Eccleſia Dei, Chriſti ſponſa cū deficere non poſſit, Corinthios Apoſtolus cur hortatur ne deficiāt.

Seductores Corinthiorum pſeudoapoſtoli cur diabolo comparentur.

Quod autem in contrarium argumentati ſumus, quod non poſſit corrumpi ſpōſa Chriſti, teſtibus Oſea, & Euangeliſta, quos protulimus; Reſpondemus, illos locos intelligendos eſſe de vniuerſali eius Eccleſia, cum qua ſemper eſt, & erit in ſempiternum. Partes enim eius quædam deficere videntur, & non tantum ab amore eius, ſed etiam à fide. Significantur autem adulterari mentes ſimul atque vel minimum à pura Chriſti doctrina huc & illuc deflectunt, quique hominum doctrinæ acquieſcunt, qui meri ſunt Satanæ lenones: nam tales produnt minime ſe colere fidem coniugalem. Et ſeductores diabolo comparat propter aſtutiam, & malitiam, qua corda fidelium corrumpere conantur. Ac verſutiæ opponit ſimplicitatem; innuens quod non aperte deficiant

Corinthii in totum à Chriſto, ſed monens ne paulatim à ſimplicitate, quam didicerāt, ad aliena figmenta deflectendo tandem degenerarent. Aſtutiæ enim dæmonis fuit ſerere quæſtiones, & argumenta, quibus Euā ſimplicem inuolueret, vt à ſimplicitate caderet, volens in eo eſſe ſapiens, vbi debuit eſſe ſimplex.

Eua mater noſtra infelix vt excedit à ſimplicitate.

Quid hic contra cœlibatū ſus immunda grunniat Marloratus infelix.

Marloratus impius Caluiniſta hoc loco affigit Catholicis, quod hunc locum de virginibus per vim vſurpauerint, cum Apoſtolus toti Eccleſiæ Corinthiorum, in qua erant coniugati, & inconiugati, applicauerit. Sed hic Marloratus noluit intelligere, quod ſacrata Deo virginitas nullius ſit vtilitatis, niſi adſit virginitas mentis, per fidem, & amorem: & quod illæ quæ tantum donū Deo obtulerunt, debent eaſdem leges, quę de virginibus fide puris hic traduntur, obſeruare. Vt enim hæc cauere debent à corruptoribus hæreticis, & magnifica profitentibus, ita ſacræ Deo virgines à corporis ſui corruptoribus, & lenonibus ſibi proſpicere. Adde, quod illa verba quæ præcedūt: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*, maxime virginibus congruunt, quæ ſe ipſas Deo deuouerunt: & periculoſum eſt, ne tales aliis non virginibus ſe comparantes, vane in ſe ipſis glorientur, & fiant ex numero virginum fatuarum, quæ non ſumpſerunt ſecum oleum humilitatis in lampadibus.

Deo quatenus grata virginitas.

Secunda ratio pro cœlibatu.

Matth. 25.

Quarto circa illa verba: *Nam ſi is qui venit, alium Chriſtum prædicat, aut alium ſpiritum accipitis, aut aliud Euangelium, quod non recepiſtis, &c.* dubitari poteſt, quo modo poſſit alius Chriſtus prædicari, vel alius Spiritus accipi, vel aliud Euangelium recipi; cum tamen omnis hæreſis, teſte Ambroſio, Chriſto hæreat, & vnus & idem ſit Spiritus, & cum non aliud Euangelium, vt habes ad Gal. 1. Dicendum eſt, aliter hic accipi nomē Alius, cum dicitur, Alius Chriſtus, Alius Spiritus, & Aliud Euangelium, quam in aliis locis. Loquitur enim hic de Pſeudoapoſtolis, ſeu prædicatoribus, qui mundi ſapientia turgidi, & inani verborum ornatu Chriſtum prædicantes, amplius quid; & magnificentius adferre videbantur, quam Chriſtum ſolum; à quibus etſi alii excellentiorem Chriſtum, & ampliorem Spiritum, aut magnificentius Euangelium, quam nos prædicauimus, aut per nos annūtiari oportebat: optimo ſane iure me poſthabito, illū nobis dominari pateremini, quod illius nō fecit, item ſermonem, qui merito erat prædicandus.

Si omnis hæreſis Chriſto hęret, quomodo ali⁹ Chriſtus poteſt, aut aliud Euāgelium prædicari. *B. Amb. t. 5. Galat. 1.*

Pſeudoapoſtoli qualē Chriſtum, Spiritum & Euangeliū prædicarent.

Aliū Chriſtū prædicare quid.

Et vbi nos habemus, alium Chriſtum, Græce eſt, alium Ieſum, nam primum intolerabile eſſet prædicare, nempe Chriſtum, ſi alius eſt diuerſus, & contrarius. Atq; hic eſt ſenſus Theophylacti, vbi alium Chriſtum intelligit, non diuerſum, ſed excellentiorem, magnificentioremque. Conſueuimus enim dicere. Hæc eſt alia ciuitas, id eſt, amplior, & ditior: hæc eſt alia oratio, id eſt, cultior, & multo elegantior. Quare illud ad Gal. 1. non pugnat cum hoc, quia ibi aliud Euangelium, eſt diuerſum, ſiue contrarium, hic vero, aliud Euangelium, id eſt, nobilius, & præſtantius.

Qualis hęc Apoſtoli locutio.

Perpendendum tamen eſt, omnem hæreſim, alium reuera Chriſtum prædicare, qui non eſt is, qui primus iam venit; & aliū Spiritum ſanctū ea ſuggerentem, quę prior non dixit. Aliud etiam Euangelium, id eſt, nouum, quod aliquid Chriſto affingat, & aliquid detrahat eorum, quæ vetus Chriſt⁹ de ſe dixit.

Quod omnis hæreſis aliū Chriſtum, aliū Spiritum, & aliud prædicaret Euangeliū quam Apoſtoli prædicarent.

Ac ſubdit: *Exiſtimo enim (vel æſtimo) nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis.* Circa conuerſionem Gentium procurandam, & miſſionem meam in omni teſtimoniorum, & miraculorum genere, & in omni laborum tolerantia declarandam, atq; corroborandam. Per magnos autem Apoſtolos intellige cæteros Chriſti veros Apoſtolos, vt Petrum, Iacobum, & Ioannem, qui dicuntur columnæ ad Galat. 2. vel eos qui inter Corinthios ob pompam, & diuitias magni habebantur. Etſi veteres Patres de veris Chriſti Apoſtolis hoc intelligant, vt non minus ſibi, quam illis in ſua doctrina & prędicatione Corinthii nitantur, ſed ne ob imperitiam ſermonis, quam aliis quoque non defuiſſe conſtat, minorem aliis Apoſtolis illum exiſtimaret, ſubiungit: *Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia.* Nemo hoc dictum à Paulo in contumeliam, aut contemptum aliorum Apoſtolorum exiſtimet; neque hic ſe cæteris præfert, ſed tantum modo quodam æquat, quaſi diceret; Si ſpectetur Euangelii fructus, non arbitror me cæteris Apoſtolis: non dixit, ſuperiorem, aut parem, ſed non inferiorem, vt diſcat vnuſquiſque modeſte de rebus ſuis, etiam excellentibus loqui.

Paulus quare nihil minus fecerit à magnis Apoſtolis.

Galat. 2.

Cur ſe imperitum ſermone idē aſſerat, ſed non ſcientia.

Pauli modeſtia.

Beza quoque hæreticus hoc loco abutitur ad euacuandum Petri primatum: quaſi vero quicquam lædat eius paſtoratum ſuper omnes oues, aut agnos, aut in Apoſtolatu, quæ eſt ſumma poteſtas, quæ poteſt ſimul pluribus competere. Non eſſent autē omnes pares honore, & autoritate, vt ait Cyprianus.

Quā ridicula hæc Bezæ & leuis argutatio: Nihil minus ſe Paulus fecit à magnis Apoſtolis, vbi ergo Petri primatus? *B Cyp. li. de ſimpl. prel.*

Quinto dubitatur de illa ſententia: *Etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia.* Imperitus, inquit, id eſt, rudis, ſiue idiota, & plebeius:

Paulus quomodo imperitus ſermo.

ne,cū dux eſſet verbi, &omnium linguarum periſſim⁹. *Act.14.*

quia dux erat verbi cum Barnaba comite: qui ideo vocabatur Mercurius, ſicut Barnabas Iupiter, vt in actis Apoſtolicis habetur. Ad hæc quomodo ſine magna vi eloquentiæ vniuerſum mundum ad Chriſtum traxiſſet? Et cum eſſet eximius prędicator, quomodo poterat eſſe imperitus ſermone?

1.Tim.1.

I. Solutio.

Dicendum eſt in primis, vt rudem, & imperitum ſermone habitum fuiſſe Apoſtolum, ſecundum quorum opinionem & ſententiam hic loquitur, quia ſermo eius habebat ſimplicitatem ſpiritualem, & non illam ſeculi affectatam eloquentiam redolebat. Sic enim accidere ſolet veris, & ſynceris verbi Dei prędicatoribus, qui pure ſtudent veritatem ſuadere, cuius ſimplex debet eſſe oratio.

II. Solutio.

Deinde illud: Etſi imperitus ſermone: concedentis potius eſt, quam negantis, ac ſi diceret, Fac me imperitum eſſe ſermone; at non ſcientia, & veritate, quam ſibi parem eum Apoſtolis facit: quoniam ſcientia potius deſideranda eſt ab Euangelizante, quam fucus ſermonis.

Paulū vere imperitum fuiſſe ſermone, vnde conſtet. *1.Cor.2.*

Adde, quod alibi imperitum ſermone aperte ſe eſſe fatetur. Veni, inquit, ad vos, non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Et paulo poſt, ſermo meus, & prædicatio mea non perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus, & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.

Aliud multiplex argumentū de eadem imperitia ſermonis.

Et hanc linguæ imperitiam in Apoſtolo multa arguunt, & in primis tot Anandapota, tot Hyperbata, tot Parentheſes, tot Eclypſes, tanta in verbis vnius temporis pro altero henallage, & præpoſitionum, quarum vna vſurpatur pro altera, tanta ſuperfluitas particularum, Vt, Et, quod, & quoniam, tanta Hebraiſmorum in peregrina, hoc eſt Græca, retentio, tot ſolœciſmi à Patribus annotati, etiam in ipſa lingua Gręca, in qua ſcribebat, ne quiſquam illos interpreti noſtro tribuat. Et cum facile homo loquens ſolœcizet, ſi recte linguam nō calleat, minus tamen ſcribendo ſolœcizare ſolet.

Hier. in c.3. ep. ad Ephe. li.2. tom.9. Ignoſcendū vt Paulo, ſi ſolœcizat interdum, teſte Hieron.

Docet tamen Hieronymus in caput 1. ad Epheſ. quod ſolœciſmi Apoſtolici, ſi poſſint ad certam aliquam metaphorā, vel tropum referri, per quam excuſentur, id eſſe magis de Apoſtolo ſentiendum. Nam Paulus etiam patria Tarſenſis erat, qui nō procul diſtabat à ciuitate Solos, vbi admodum ruditer, ac barbare loquebantur: & ex illa ciuitate natus eſt ſolœciſmus, vt tradunt eruditi.

Quorum teſtimonio ſanctorum Paulus etiā fuerit imperitus ſermone.

Agnoſcunt autem Patres, Paulum imperitum ſermone, Gregorius Nyſſenus in tractatu quodam, vbi de ſelectis quibuſdam verbis Apoſtoli loquitur, Chryſoſtomus libr. 4. de Sacerdotio, & Hieronymus in epiſtolam ad Epheſios, & in Quæſtionibus ad Algaſiam:

D Chry. s. B. Hier. l. 2 in c.3. to 9.

Qui non iuxta humilitatem, inquit, *ſed vere dixerat; Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia: nequaquam Paulum de humilitate, ſed de conſcientia veritate dixiſſe, etiam non approbamus. Profundos enim & reconditos ſenſus lingua non explicat. Et cum ipſe ſentiat quid loquatur, in alienas aures puro non poteſt transferre ſermone. Quem cum in vernacula lingua habeat diſertiſſimum, quippe Hebræus ex Hebræis, & eruditus ad pedes Gamalielis, viri in lege doctiſſimi, ſe ipſum interpretari cupiens inuoluitur.*

Act 22.

Idem Apol. 1 ante med. tom.2. Altera Hieronymi ſententia, & quænam illarū probabilior.

Quanquam idem in epiſtola ad Pammachium, & Marcellinum, quæ Apologia eſt aduerſus Ruffinum, productis his verbis Pauli: *Etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia*, aliter docere videtur, ait enim: *Ille Hebræis literis eruditus, & ad pedes ductus Gamalielis, quem non erubeſcit, iam Apoſtolica dignitatis magiſtrum dicere. Græcam facundiam contemnebat, vel certe, quod erat humilitatis, diſſimulabat; vt prædicatio eius non in perſuaſione verborum, ſed in ſignorum virtute conſiſteret, ſpernens alienas opes, qui in ſuis diues erat.* Hæc ille. Quod igitur priori loco dixerat, Paulum pro humilitate diſſimulaſſe eloquentiam, poſteriori loco veriſimilius tradit fuiſſe potius ex ignorantia.

1.Cor.2.

Paulus, & cæteri Apoſtoli vt fuerint imperiti ſermone, tā tamen Euangelii prædicatione orbē perſuaſerint vniuerſo. *Luc.21.*

Obiiciet aliquis, An non Chriſtus Apoſtolis commodam, & neceſſariam dicendi facultatem ad euangelizandum impertitus eſt, qui promiſit: Dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarii noſtri? alioqui appoſiti ad docendum non eſſent, cum tamē Paulus velit eos deligi in Epiſcopos, qui potentes ſint exhortari in doctrina ſua, & eos qui contradicunt, redarguere. Reſpondemus, Paulum non ita ſe fateri ſermone imperitum ſimpliciter, ſed quia ſplendore dictionis, & eloquentia luminibus Rhetoricis adornata non polleret.

Diuina Paulum eloquentia prædictum extitiſſe.

Non negauerim tamen, illum eloquentia diuina per Spiritum ſanctum cumulatiſſimum extitiſſe: quod vel abunde teſtantur iſtæ duæ ad Corinthios miſſæ epiſtolæ, & præſertim hæc poſterior ad miraculum efficax, & Corinthios rapiens, & in quemcunque velit effectum, transformemus. Etſi non conceſſero Beato Paulo ſublimem illā Platonis grandi loquentiam, & vim ac *δεινότητα*, hoc eſt, efficacitatem Demoſthenis, vel lenitatem, ac ſuauitatem Iſocratis, aut grauitatem Thucydidis; dabo tamen illi vnum Spiritum ſanctum, cuius virtute omnes permouebat, in admirationem

rapiebat

rapiebat, verita‹t›es altiſſimas docendo imprimebat, denique ſiue in dehortando à Iudaiſmo, ſiue ad Chriſti Euangelium cordibus imprimendum, ſiue ad vitia vitanda, ſiue ad virtutes amplectendas, fulminabat, atque tonabat. Chriſti enim organum erat qui per illud loquebatur, & calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Cuius eloquentiam admirati Lyſtrenſes, illum ſimul cum Barnaba adorare voluerunt; & Feſtus Iudææ procurator admirandus magna voce dixit; Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam cõuertunt. Denique & illud ex B. Auguſtini doctrina recolendum, variam eſſe eloquentiam: & aliam quidem tribuenda eſt puero, alia fœminæ, alia viro maturo, alia ruſtico, & alia viro erudito. Nec iam dicenda eſt, inquit, eloquentia, ſi perſonæ non conueniat eloquentis. Ita etiam alia dicendi & ſcribendi ratio conueniebat Philoſophis & Oratoribus, & mundi ſapientibus, alia vero longe alterius rationis, & ſublimior præſtanda erat à ſupremis, & ſanctiſſimis Apoſtolis, quæ non tam verbis rhetoricis, aut polito ſermone fideret, quam rebus ipſis magnificentiſſimis; ac plane diuinis, quas Apoſtoli prædicabant. Adde quod de Demoſthenis ſcriptis memoriæ proditum eſt, magnã partem Demoſthenis abeſſe nunc nobis, ob viuam vocem, geſtum, vultum, & pronuntiationem. Quis ergo ſibi non perſuadeat, magnam partem in Paulo à nobis deſiderari, ob viuam vocem, & Spiritus ſancti energiam in eo operantis.

Pſal. 44. Act. 14. — *Infra 26.* — *B. Aug.*

Eloquentia non vna tantum eſt ſed varia, ac multiplex, teſte Aug.

Bona pars (ſicut Demoſthenis) Paulinæ eloquẽtiæ quænã deſit.

Subiungit Apoſtolus; *In omnibus autem manifeſtus ſum vobis.* Vel vt alij habent, manifeſti ſumus vobis: quod non ſubdole venerim ad vos, vt ſcilicet faciunt pſeudoapoſtoli, qui ſimulatione ſanctimoniæ vobis imponunt. Et ne adæquare ſe cæteris Apoſtolis, arrogantiæ tribueretur; iudices facit Corinthios, modo ex ipſa experientia iudicẽt. Nam ex multis argumentis compertum habebant, non fruſtra ipſum, & ab re gloriati.

In quibus manifeſtus Corinthiis fuerit Apoſtolus.

Circa illud; *Nunquid peccatum feci, me ipſũ humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis*, dubium eſt, quæ fuit illa humiliatio Apoſtoli, per quã exaltati ſunt Corinthii. Dicendum eſt, ſenſum eſſe ironicum, & exprobatorium in faciem ingrati animi eorum. Humiliauit enim ſe in eo, quod non eſt vſus iure ſuo accipiendo honorem mercedis debitæ euangelizandi, iuxta illud Chriſti præceptum, Dignus eſt operarius mercede ſua. Et hoc *Vt vos*, (inquit) *exaltemini.* Scilicet in fide, promptius cæteris credendo, dum me videtis gratis euangelizare. Vel: Exaltemini id eſt, Sitis ſuperiores multis aliis, quibus non ſine ſumptu euangelizatum eſt, ſicut Dominus ordinauit. Et in hoc tantum peccaui in vos, *Quod alias Eccleſias ſpoliaui, accipiẽs ſtipendia ad miniſterium veſtrum.* Scilicet à Macedonibus. *Et cum eſſem*, inquit, *apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui.* More Hebræo Et, poſuit pro, quia. Atque hoc factum vehementer amplificat; cum ait: *Alias Eccleſias expoliaui*, vel vt vis Græcæ vocis ſonat, deprædatus ſum. Hoc eſt: Adeo peperci vobis, vt cum premerer inopia, voluerim alias Eccleſias deprædari, quo abſque veſtris impendiis vobis inſeruirem; ſumpta metaphora à re militari: nam vt victores ex domitis à ſe gentibus prædam capiunt, ita, Paulus quicquid ſumebat ab Eccleſiis, quas Chriſto acquiſierat, victoriæ ſuæ præda erat, quanquam ab inuitis nunquam quicquam ſumpſiſſent, ſed quod gratis illi erogarent.

Qua nam Paul. humiliatione Corinthij exaltati fuerint.

Luc. 10. Matth. 10.

Corinthiorum exaltatio quænã illa.

A quib. acceperit ſtipendium Apoſtolus in miniſteriũ Corinthiorum.

Quale ſtipendium tantum acciperet à fidelibus.

Eſt veritas Chriſti in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaia. Ne quiſquam cogitaret eo ſpectare Paulum vt in poſterum liberiores eſſent erga ſe Corinthij, & prioris temporis erratum compenſare ſtuderent; ſacroſancto iureiurando teſtatur ſe in perpetuum obſeruaturum non ſolum Corinthi, ſed & in regionibus Achaiæ, quod gratis ſit prædicaturus Chriſtum, nec cuiquam oneri futurus. Et illa verba: *Eſt veritas Chriſti*, formulam iuramenti continent; & eſt perinde ac ſi dixiſſet: Veritas Chriſti in me non cenſeatur, niſi hæc gloria mihi permaneat inter Achaicos. Gloriationem vero vocat, nihil accipere. Et ita maxima de cauſa ad Chriſti gloriam ſpectante iurabat. Et hoc fecit, vt Pſeudoapoſtolis occaſionẽ gloriandi adimat; ne, ſi forte ſimiles Paulo inuenirentur, & gloriarentur ſe gratis euangelizare, vel in hoc eſſent Paulo præſtantiores, cum ipſe gratis prius doceret.

Paulus cum iuret & Corinthi, & in regionibus Achaiæ perpetuo ſe euãgelizaturũ gratis.

Qualis hæc locutio Eſt veritas Chriſti in me.

Pſeudoapoſtolorum vana, & inani qua gloriatio, à Paulo præciſa.

Subiungit: *Quare? quia non diligo vos? Deus ſcit.* Occupatio eſt. Diceret enim aliquis, Cur non accipis? quia non diligis nos? Et reſpondet per Antipophoram: An hoc, ſignum fit animi parum beneuoli, *Deus ſcit.* Vbi iterum iurat. Nec reſpondet directe ad interrogata: ſed obliqua reſponſio plus ponderis habet, cum ſuæ beneuolentiæ erga nos teſtem Deum faciat. Quia enim de actu interiori dilectionis erat ſermo, citat eum, qui nouerat, & adhibuit iuramenta, quæ licita, & ſancta ſunt, quod rectum haberent finem, & legitima cauſa ſubeſſet.

Expenditur quod Paulus nõ defectu amoris in Corinthios id facere, oſtendere volẽs, vbique iurans dixit: Deus ſcit.

Septimo circa illud: *Num eiuſmodi Pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe*

Pſeudoapoſtoli qui nam ſint.

Ioan.18. Act.23.

longe aberat. Secundus etiam ſenſus cohæret cum ſuperioribus: Vos omnia fertis ab aliis, ſi vos opprimant, ſi veſtra exigant, ſi contumelioſe vobiſcum agant: de me cur minus feratis, cum in hac parte me illi ſuperent.

In faciem autem cædere, ſummum contemptum ſignificat: vt indicat alapa Chriſto inflicta à Malcho, & Paulo à ſeruo Ananiæ Pontificis in faciem percuſſo. *Secundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.* Quaſi diceret; Me ipſum inhonoro, qui cum illis in contentionem deſcendo. *Quaſi nos,* inquit, *infirmi fuerimus,* id eſt, ſine poteſtate. Significat enim talem fuiſſe, qui hoc multo magis, quam illi, poterat exercere. Græca habent: *Iuxta contumeliam loquor.* Id eſt, quod ad contemptum, & contumeliam attinet, mihi ſermo eſt; Perinde vos tractant, ac ſi in faciem cæderent. Poſtquam ergo vos opibus, libertate, & honoribus ſpoliant; eos tamen ſuſtinetis, admiramini: & colitis.

Pauli infirmitas ſecū dum Corinthios, qualis erat

Iuxta contumeliam loqui quid

Alter ſenſus.

Senſus quoque eſſe poſſet: Cogor vobis iſta obiicere, & oſtendere quam contumelioſe vobiſcum agant. Vel: Hæc dico propter ignobilitatē, quam illi nobis tribuunt ſumus enim, quod ad iſta attinet, infirmi, quippe quod nos nunquam adegerimus vos in ſeruitutem, aut ſpoliauerimus. Sed potius priori ſententiæ videtur ſtandum. Fuitque hæc mundi conſuetudo ſemper, & erit in finem, contumaciter reſiſtere Dei ſeruis, ad minimas occaſiones obſtrepere, & obmurmurare, de ſeueritate moderata conqueri, abhorrere ab omni diſciplina: impoſtoribus autē, & pſeudoapſtolis ſeruiliter ſe ſubiicere, omnia illis permittere, quicquid oneris imponere ipſis libuerit, patienter ſuſtinere. Stultum populi genus carnifices, & tyrannos mauult, quam liberatores, veræque libertatis aſſertores. Ita Iſraelitæ, contempto Samuele, maluerunt ferre iugum faſtuoſi, & tyrannici Regis

Hæc lectio Latina: Secundum ignobilitatem dico, quid ſignificet.

Mundi ingenium, ſtultitiæ, inſipientiæque pleniſſimum.

1. Reg. 8.

Subdit: *In quo quis audet? (in inſipientia dico) audeo & ego.* Id eſt: In quocunque negotio, vel, In quacunque re quiſque animos attolit, ſeque audet iudicare, audeo & ego. *In inſipiētia* (tamen inquit) *& non ſecundū Deū.* Elegantiſſimus eſt hic præſens locus, vt tradit B. Auguſtinus libro 4. de doctr. Chriſt. tom 3. ſub initium, cap. 7. vbi totum hoc caput late perſequitur, vbi ornamenta Rhetorices obſeruat, aut ea detegit, vt intelligamus quanta vis eloquētiæ accederet ſua ſponte ad Pauli ſapientiam. Recenſet quædam, de quibus Pſeudoapoſtoli ſe iactabāt in quibus ſe Apoſtolus æquabat: vt eſſe Hebræum, id eſt, Transfluuialem: quia flumen tranſierat, cum è patria migraret in Chanaan. Vnde ſubdit. *Hebræi ſunt, & ego: Iſraelitæ ſunt, & ego.* Hic fuit primus credentium pater, & cui data fuit circumciſio. Si ergo carnis nobilitatem iactant, par ego illis inuenior. Sed hæc futilis, & ieiuna gloriatio. Vana eſt enim gloriatio de noſtrorū virtutibus, quibus tamen minime reſpondemus, ſed degeneres inuenimur.

Pauli artificium ſenſim ad ſuas laudes & encomia Corinthiorum minori offendiculo deſcē dentis. D. Auguſt.

Hebræus cur Paulus idem & Iſraelita.

Geneſ.32. Rom. 4. Geneſ.17.

Addit, *Miniſtri Chriſti ſunt, & ego.* Iam recenſet ea, quæ veræ laudis ſunt, in quibus ſe non ſolum æquat, ſed etiam ſe excellentiorem oſtendit: & vbi eorum fumos flatu diſcuſſit, ad ſolidas acceſſit laudes, & in quibus ſerio gloriandum eſt, tum ab illorum ordine ſeipſum ſegregat. Nam eſſe Chriſti ſeruum, magnificentius eſt quam primogenitum eſſe inter primogenitos ex Abrahæ familia. Et miniſtros eos vocat, quia ſe tales eſſe iactabant. *Vt minus ſapiens dico, excellentius ego* (vel plus ego, vt habet noſter interpres) Græce eſt, ὑπὲρ ἐγώ, id eſt, magis ego. Et quia ait: *Minus ſapiens dico* (vel vt Græca habent, Deſipiens loquor) intelligitur coactus in laudem ſuam prorupiſſe: quaſi diceret; Fingite hanc ſtultam eſſe iactantiā; vera tamen eſt. Quare quod Apoſtolus dixit inſipiēter ſe feciſſe; conſtat tamen prudentiſſime, & ſapientiſſime ab ipſo factu. *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius.* Firma eſt probatio, vbi res ipſa in mediū profertur, & in plurali ait, laboribus; cum tamen poſtea dicat: in labore, & ærumna: quia ibi de alio labore eſt ſermo; vt dicimus *In plagis ſupra modum, in mortibus frequenter.* Mortes ponit in plurali pro pluribus periculis, quæ præſentem mortem intentabāt: & verborum, ac rerum congerie obruit lectorē. Et quod dixerat in genere de plagis, vel verberibus, explicat per ſpecies. Et quia Iudæis tunc erat ablata per Romanos iuriſdictionis poteſtas, flagellis tamen cædere, genus erat modicæ coercitionis. Credibile tamen eſt Iudæis fuiſſe permiſſam. Nam ex Senatus Iudæorum decreto cæſos eſſe Apoſtolos, refert Lucas Actor. 5. Erat ergo lex Dei, vt vbi delinquentes capitalem pœnam eſſent demeriti, ſed minora peccaſſent, coram iudice cæderentur non vltra quadraginta ictus loco taurino inflictos, ne ſæuitia corpus deformaretur, aut mutilaretur. Poſtea vero Iudæi, aut vera, aut ſimulata humanitate, quadrageſimum ictum non addebant, ne forte aliquando calore excitati, numerum ab illis præfixum excederent. Succeſſu vero temporis, vt res fere in peius degenerare ſolent ad eū plagarum numerum putarunt omnes ſontes cædendos; cum tamen Dominus præci-

Quantus Chriſti miniſter Apoſtolus eſſet Paulus.

Pſeudoapoſtolos Paulus cur vocet Chriſti miniſtros.

Pauli ſapiens ſeipſū laudantis in ſapientia.

Quæ firma cenſeatur probatio.

Paulus in quibus fuerit mortib. frequenter

A quibus flagellis cæſus, Iudæiſne, an à Romanis.

Act.5.

Deut.25.

Iudæi quadragenas, cur vna minus infligerent. Quæ mens fuerit Dei præcipientis vt

peret

iuxta menſuram peccati,eſſet & plagarum modus.
Quomodo accipiẽdum. Quadragenas, vna minus accepi. A quibus Paulus fuit ter virgis cæſus,idem quando lapidatus, & à quibus. *Act.14.*
Quando ter naufragium fecit *Infra 27. Supra 16. Infra 21.*
Paulus itẽ quando nocte,& die in profundo maris fuit.
Minus probabilis quorundã opinio.
Probabiliores aliorũ ſententiæ. *B.Anſel. t. 2.*
Cur ſua commemoret itinera Paulus. *Act.23.*
Idem pericula ex genere quo & cur paſſus *Rom.11.*
Infra 19.

peret,non quouſque tandem progredi,ſed vbi ſiſtere deberet ſeueritas.

Quod vero ſubiungit Apoſtolus; *Quinquies,quadragenas*,iungendum eſt, quadragenas cum verbo, accepi, & ſupplendum eſt ad nomen quadragenas, ſcilicet plagas. *Ter virgis cæſus ſum.* Scilicet à lictoribus Romanorum, qui ob id non tantum ſecures, ſed etiam virgarum faſces ante magiſtratum geſtabant. *Semel lapidatus ſum à Iudæis.* Lyſtris ſcilicet, vrbe Lycaoniæ, vbi pro mortuo relictus fuit. *Ter naufragium feci.* Quia frequenter ei fuerant maria, & flumina traiicienda,non eſt dubium eum naufragia pertuliſſe: etſi Lucas Actor.27. vnius tantum meminerit naufragij,tempore ſcilicet quo nauigauit Romam:quemadmodum vnius flagellationis tantum mentionem fecit Actor.16.nam alteram, quam Actor.22.tribunus quidam illi inferre tentauerat, euaſit, eo audito,quod eſſet ciuis Romanus. Ex quibus apparet,nos integrã Pauli hiſtoriam,non habere, neque ſingula,quæ acciderunt,commemorari, ſed præcipua tantum. *Nocte,& die in profundo maris fui.* Sæpe enim per Ægeum, & Icarium maria tranſmiſit,vel in Græciam, vel in Aſiam:ſæpius oberrauit in mari Mediterraneo,Syriaco,Carpatio, & Iconio. Neque dici poteſt, nocte, atque die in profundo maris fuiſſe, quando miſſus fuit Romam ad Cæſarem, ſed hoc multo poſt, poſt vtramque epiſtolam ſcriptam ad Corinthios euenit:ideo de eo nequit intelligi. Quidam interpretantur, poſt naufragium noctem vnam cum die narando perduraſſe,& vndis ſubmerſum, vt refert Anſelmus. Vel,vt teſtis eſt Theophyl. in puteo quodam Bytho dicto apud Lyſtrios, illud euenit: quæ ſententia mihi probabilior videtur.*In itineribus ſæpe.* Vbi ſunt pericula præſentanea mortis ob inſidias, quas ſibi Iudæi inſtruebant, quando deuouerunt ſe pluſquam quadraginta viri ex Iudæis, dicentes neque manducaturos, neque bibituros,donec occiderent Paulum. *Periculis ex genere,*Hoc eſt,à Iudæis,propter odium, quo flagrabat apud eos ob legem abolendam,& Chriſtum ſtabiliendum dixerat enim Dominus Ananiæ, Ego oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. *Periculis ex Gentibus.* Propter idololatriam, quam abrogabat, & falſos deos Gentium, quorum cultum tollebat, vt Dianæ Epheſiæ Actorum 19. *Periculis in mari.* A piratis, & inſidiis quas patiebatur in naui à vectoribus. *Periculis in ciuitate.* Quæ ſuſtinuit tum Antiochiæ, tum Philippis, Theſſalonicæ, Athenis, Co-

Act.9. 2.Cor.12.
Pericula in falſis fratribus poſtremo omniũ cur recenſuit Apoſtolus.
Eſai.54.
Falſos fratres quos fuerit expertus etiã S Baſil. *Baſil ep 75*
Galat 2.
Paulo qui fuerint falſi fratres.
Virg.4. Æneid.
In quo fuit labore,& ærumna S. Paulus. Item quare in vigiliis multis, in fame quoque & ſiti.
Quando in frigore & nuditate.
Inſtantia quæ Apoſtoli quotidiana, quã nominat.
Act 24.

rinthi,& Epheſi,ac Damaſci, vnde in ſporta ſubmiſſus per muros aufugit; & magni tumultus in illis ciuitatibus excitati ſunt propter eum, *Periculis in ſolitudine.* Non ſolum à feris,& à prædonibus, ſed etiam à penuria in victu, vel veſtitu. *Periculis in falſis fratribus.* Hoc longe periculoſiſſimum diſcrimen, poſtremo loco ob id propoſitum ab Apoſtolo: minus enim nocere poteſt hoſtis vetus, quam ſimulatus amicus. Et id ſcelus vehementer execratur Dauid. *Quoniam ſi inimicus*, inquit, *meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, &c.Tu vero homo vnanimis,dux meus, & notus meus*,& quæ ſequuntur. Vehementiſſime vero, & acerrimis verbis inſectatur Baſilius in quadam epiſtola,recenſens hoc teterrimum vitium, quod cum creatus eſſet Archiepiſcopus Cæſarienſis, exhibiti eſſent ſibi pro familiaribus,& ſodalibus peſſimi quidam, & corruptiſſimi homines, qui eum obſeruarent in cibo,& potu, & reliquis. Fuerunt & alij falſi fratres, de quibus ad Galatas ſecundo, ſed propter ſubintroductos,inquit,falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram.Tales enim fuerunt,Philetus, Hermogenes, Demas, & Nicolaus aduena Antiochenus,Cherinthus quoque, & alij plerique. Denique infinitus eſt numerus falſorum fratrum in Eccleſia Dei, & vt ille dixit: *Nuſquam tuta fides*, tot ſunt ſectæ Hæreticorum, & omnia occupauit hypocriſis, & ſimulatio. Subdit, *In labore,& ærumna, ſiue moleſtia.* Laborem manuum recenſet, ex quo non ſine moleſtia viuendum ſibi erat. *In vigiliis multis*, ob curas, & ſolicitudines graues, & ob orationem, & ſtudium ad prædicandum neceſſarium. *In fame, & ſiti.* Quæ ex neceſſitate, & penuria, ſicut ieiunium oritur ex voluntate. Idcirco ſubdit: *In ieiuniis multis.*Voluntariis ſcilicet, quæ ad orationem præparabant, vt DEI adminiculo protegeretur.*In frigore,& nuditate.*Cum peregrinaretur ſcilicet ad prædicandum, in varia loca, vel detineretur in vinculis, vel nauigaret, vel veſtibus deſtitueretur quod attritas, ac laceras iam geſtaret. *Præter illa,quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana,& ſolicitudo omnium Eccleſiarum.* Hic in primis aduerte, vocem, inſtantia, non eſſe adiectiuum nomen, quod ſi foret, dicendum erat, Inſtans, & quotidiana mea ſolicitudo, ſed eſt nomen ſubſtantiuum ἐπισύστασις,quod ſignificat concurſum,aut factionem inſidioſam. Vnde Actorum 24. ait Apoſtolus coram Felice;*Neque in templo inuenerunt me cum aliquo diſputantem,aut con-*

cur-

Variæ interpretationes Patrū.

curſum facientem turba,&c. Vbi pro concurſu eadem vox Græca poſita eſt.

Theophylactus interpretatur furibundum inſultum; alij conſpirationē doloſam. Auguſtinus legit, *Incurſus in me quotidianus;* & Syriaca lectio habet, *Et cœtum qui eſt contra me quotidie*: nam hæc vox denotat multitudinem, quæ aduerſus aliquem coierit idque non ſemel, ſed pluries. Vt intelligas præter eas perſecutiones, quæ extrinſecus & foris erant, id eſt, ab Ethnicis quotidie inferendas inſidias, & inſultus ciuitatis, & populorum, qui ſeditionem mouebant contra Euangelium. Et quia multiplices curæ tanquam agmina quædam obruebāt Apoſtolum, vſus eſt hac voce per tranſlationem admodum ſignificāte: etſi Græca ſcholia non explicēt per metaphoram; ſed proprie, cum tamen videatur metaphorica, quia dicitur in Græco codice, χωρὶς τῶν ἐκκλησιῶν παρεκτὸς ἡ ἐπισύστασις, μὴ ἡ καθ' ἡμέραν. & per Appoſitionis figuram ſubiungitur ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν: id eſt, Qui quidem incurſus, vel inſultus ſolicitudo eſt omnium Eccleſiarum.

Aug. l. 4. de Doct. Chriſtian. ca. 7. ante med. & 3. ſub init.

Ratio huius metaphoræ aſſumptæ, nēpe: Inſtantia mea quotidiana.

In eos, qui inſtantiam Pauli quotidianam, inſultus carnis intelligunt.

Non tacebo, quod quidam voluerunt intelligere inſultus carnis contra eū: quod prope ridiculum videtur: nam eiuſmodi inſultus non ab extrinſeco, ſed ab intrinſeco eſt, & indignus, qui hic nominaretur à Paulo. Et quæ eſſet cōiunctio huius inſultus cum cura & ſolicitudine omnium Eccleſiarum, ne aut metu tyrannidis, aut pſeudoapoſtolorum inſidiis, aut dæmonum dolis, & aſtu à vera doctrina deficerent, quæ non tenuis, aut leuis erat ſolicitudo, ſed tāta erat, vt quicquid illi acciderat, putaret ſibi accidiſſe. Nam cur anxia ſympathiam generat, de qua quaſi explicando ſubdit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Vt doloris magnitudinē exprimeret, dixit, *Vror*, ſiue ardeo; vt zelum non modo augentem, ſed exurentem, & abſumentem, metaphora ab igne ſumpta, deſignet.

Vti ſe ſcur dixerit ſcādalis infirmorum.

Altera acceptio eorum verborum: Inſtātia mea quotidiana & ſolicitudo omniū Eccleſiarum.

Sunt qui pro illa voce ἐπισύστασις, cenſēt legendum, ἐπίσκεψις: quæ lectio apte connecteretur cum verbis ſequentibus: Solicitudo omnium Eccleſiarum. Nam etſi coniunctio copulatiua, Et, non adſit, poteſt tamen intelligi per appoſitionem, quæ ſcilicet ἐπίσκεψις eſt ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Nam ſignificat animaduerſionem, imo etiam præfecturam, ſiue cuſtodiam paſtoralem, quod oſtendit maſculinum eius ἐπιστάτης, quod denotat præſidem, præfectum, magiſtratū, & paſtorē. Vnde Lucas c. 5. Vbi Petrus, *Præceptor*, inquit, *tota nocte laborantes, nihil cepimus*, & cap. 9. *Præceptor bonum eſt nos hic eſſe*; & cap. 8. *Præceptor perimus*. Idem cap. 17. *Ieſu præceptor, miſerere noſtri.*

Luc. 5.

Infra. 9. Supra 8. Infra 17.

Decimo dubitatur circa illud, *Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor.* cur poſt tam magnam gloriationem, ſubiungit aliam gloriationem in his quæ infirmitatis ſuæ ſunt, cum plerumque quæ eiuſmodi ſunt, homines celare ſoleant, & abſcondere, quia potius dedecus, quam gloriam pariunt: & in ſuperioribus non minus in iis, quæ infirmitatis ſuæ ſunt, quam in iis quæ ad infirmitatem, & imbecillitatem carnis ſpectant, gloriatus fuerit: vt in laboribus, vigiliis, fame, & ſiti, frigore, & nuditate. Dicendum eſt, Apoſtolum libentius in iis, quæ infirmitatis ſuæ ſunt, gloriari. Et eſt ſenſus: Si gloriari oportet, propter vos, ea quæ paſſus ſum, erunt mihi materia gloriationis; ad explicandum, quod hæc quæ enarrauit, ad probandum attulit, ſe eſſe plus miniſtrum Chriſti, quam pſeudoapoſtolos. Quæ ne quis conficta, aut falſa eſſe exiſtimet, ſubdit: *Damaſci præpoſitus gentis Aretæ Regis, &c.* Ab hoc loco volunt quidam duodecimi capitis initium eſſe ſumendum, & ibi incipit apud Haymonem & Ambroſium. Et hiſtoriam de fuga ſua per muros narratam Actor. 9. perſequitur Apoſtolus: quæ ne vt fabula excipiatur, iuſiurandū interponit. Damaſci, genitiuus eſt aduerbialis: nam Græce eſt, in Damaſco, ſcilicet, accidit hiſtoria, quæ fuit tyrocinium Pauli: quod ſi talia pertulit tyro, quid de eo iam veterano milite ſentiendum eſt? Et, præpoſitus gentis apud Græcos vnica vox eſt, nimirum ἐθνάρχης, quæ vox ſimilis eſt aliis, vt tetrarcha, & aliæ generis eiuſdē. Hic autem Areta vocatur ſocer Herodis tetrarchæ Antipæ, & Ioannis Baptiſtæ peremptoris: ſi quidem is Rex fuit Arabiæ Petreæ, & Damaſcenæ ciuitatis, quæ proxima eſt Arabiæ, dominus, vt docet Ioſephus libro decimooctauo Iudaic. antiquit. c. 9. & 11. & hæc omnia contigerūt procurantibus Iudæis, quibus in hac re gratificari vrbis Præfectus voluit. Cum vero clauſæ eſſent portæ ciuitatis argumentum eſt, quanto furore impij arderent contra Paulum. *Et per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum.* Nam volens ſeipſum ſeruare prædicationi, & ſciens quod ipſe ſolus quæreretur ad mortem, non detrectauit humanum auxiliū per fugā, ne Deū videretur tentare: tūc enim diuinum auxilium expectari debet, quādo deeſt humanum. Et licet dictū ſit: *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus*: Paulus tamen non erat mercenarius, ſed verus paſtor, qui quotidie ſe ad mortem exponebat

Quam ſolida Pauli gloriatio de infirmitatibus ſuis, cum in gloria, & aliamis ſit iſta gloriatio.

Pſeudoapoſtoli in quo ſe Chriſti miniſtros minime proderent vt Paulus.

Suam de fuga Damaſcena quā Paulus texit hiſtoriam confirmet iuramento.

Haymo & Epiſ. Amb. c. 5.

Matth. 14.

Quare Paulus aufugit.

Ioan. 10.

Quomodo ſic paſtor & nō mercenarius fuit.

pro

pro Chriſti ouibus. Fugere autem licet, quando ſolus paſtor quæritur ad mortem, & non imminet periculum ouibus. Mirum autem eſt, quod glorietur Apoſtolus in fuga; cum nullum ſpecimen generoſi ſpiritus in ea ſit, ſed imbecillitas animi, & metus mortis ad fugam homines compellat. Verũ fugiſſe hominem ſuo loco, & tempore, viciſſe eſt.

Quum honorifice de ſua idem fuga glorietur.

Quod ſi vrgeas, capitale fuiſſe muros tranſilire; cum ſecundum leges imperiales muri ſancti, & portæ ſanctæ vrbium habeã tur; mori ergo potius debuit, quam ſua cauſa turbari publicum ordinem. Reſpondeo, conſiderandum fuiſſe finem legum: hoc enim per leges cautum eſt; ne ſcilicet vrbes latrociniis, hominibus proditionibus ſint expoſiti: vbi vero de liberando innocente homine agitur, ceſſat illa ratio. Vnde reprehenſione caret, quod furtim euaſit præſertim cum Dominus dixerit: *Cum perſequetur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam.* Fugiunt nãque & ſtrenui duces nonnunquam, vt iterum pro patria pugnare valeant. Quos inter cum Demoſthenes rogatus eſſet cur fugeret? Seruo, inquit, me patriæ. Etſi ergo prima facie timidi, & imbecilli actus eſſet Pauli fuga, in veritate tamen prudentiæ actus fuit: vt ſeruaretur vtilitati Eccleſiarũ, quæ ex Gentibus congregatæ ſunt.

An Damaſcenos ille tranſiliens muros Imperalia edicta violauerit.

Matth. 10.

Hanc fugã Apoſtolus Demoſtheneo quo reſponſo tueri valebat.

DISPVTATIO XIII.

In Apoſtoli verba: *Si gloriari oportet (non expedit quidem) veniam ad viſiones, & reuelationes Domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim: (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit) raptum huiuſmodi vſque ad tertium cælum. Et ſcio huiuſmodi hominem (ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit) quoniam raptus eſt in Paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*: & reliqua in finem vſque Cap. 12.

I. Dubit.

II. Dubit.

III. Dubit.

CIrca hoc Caput in primis dubitatur, quo tendat Apoſtolus, & quid agat in eo. Deinde ſi non expedit gloriari, cur accedit ad viſiones, & reuelationes, in quibus maxima ſolet eſſe materia gloriationis & quæ ſit differentia inter viſiones, & reuelationes. Tertio, quare ait in tertia perſona: *Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim*, & quare loquitur de re ante tot annos geſta. Quarto, quomodo Paulus in raptu ignorabat an eſſet in corpore, an extra corpus; cum Daniel dicat: *Intelligentia opus eſt in viſione*, ſcilicet prophetica: at intelligentia expellit ignorantiam cuiuſcunque rei. Quinto, quid eſt tertium cœlum, in quo Paulus raptus fuit, & an idẽ ſit raptus in Paradiſum, & raptus in tertium cœlum, an vero ſint diuerſi raptus, & diſtincti, vt quidam volunt. Sexto in dubium venit, an Paulus in raptu eſſentiam diuinam viderit: quod Auguſtinus, & B. Thomas aperte confitentur. Deinde, ſi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, ſuperuacaneum ergo videri poſſet quod Paulus audiuit, ſi perpetuo ſilentio erat ſupprimendum; cum tamen manifeſtatio Spiritus detur ad vtilitatem, Eccleſiæ ſcilicet. Septimo, circa illud: *Pro huiuſmodi gloriabor, pro me autem nihil, niſi in infirmitatibus meis*, dubiũ eſt, quomodo hoc dixerit, cum iſta diuina, & eminentiſſima dona argumẽtum ſint maximæ gloriæ, & gloriationis? Rurſus, quomodo ait: *Et ſi voluero gloriari, non ero inſipiens*: nam videtur ſibi contradicere, qui ſuperius dixerat, inſipientiam eſſe ſeipſum laudare, & gloriari in ſeipſo. Octauo, circa id: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet, dubitatur quis eſt iſte ſtimulus carnis? nam & Græce σκόλοψ vocatur, multa ſignificat, & quæritur in quo ſenſu hic dicatur. Deinde difficilius eſt intelligere, quid per hanc metaphoram dicere voluerit: multa enim dicuntur de iſto ſtimulo, & quidam referunt ad capitis dolorem, alii ad ſtomachum, alii ad morbum iliacũ; quidam ſtimulum referunt ad ſenſum libidinis, quidam vero ad ſanctam Theclam virginem ſpecioſiſſimam: alii denique perſecutiones ſibi illatas à perſecutoribus Iudæis. Dubium quoque eſt quid colaphizat, vel colaphus. Nono, quid eſt, quod Paulus orans pro ſtimulo amouendo, non tamen fuerit exauditus, cum dictum ſit illi; Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Et infra: Cum enim infirmior, tunc potens ſum. Decimo quæritur, an præter Dei gratiæ habitum nobis inhærentem, neceſſarium ſit Dei auxilium ad cauendum à peccato, & ad bene operandum, & in bono perſeuerandum.

IV. Dubit. Dan. 10. V. Dubit. VI. Dub. Auguſtinus Thom. locis inferius citandis. 1. Cor. 12. VII. VIII. IX. X.

Ad I. dub. reſponſio. Quid propoſitum Apoſtolo in hoc cap.

Vt ſoluamus primam dubitationem, dicimus, adhuc Paulum perſtare in ſuis recenſendis laudibus, & principio ſibi quaſi in medio curſu manum iniicit, ſeq; inuitum facere teſtatur, vt impudentiam multorum coarguat, admoneatq; ſuo exemplo, vt

vt quò quiſque pluribus,& præſtantioribus gratijs abundat, eò minus de ſua excellentia aut cogitare, aut recordari, aut verba facere debeat. Quò enim quis dona ſua acutius cernit, eò minus ſeipſum agnoſcit, vt deberet. Nam etſi non ſit ignoranda Dei gratia, tum vt grati animi ſignum Deo edamus; deinde vt ad rectum eius vſum expergeſiamus: veruntamen vt inde gloriandi anſam accipiamus, id magno periculo non caret.

Cur ſcire debemus quæ à Deo donata ſunt nobis. 1.Cor. 2.

Ad ſecundum illud: *Si gloriari oportet(nō expedit quidem)* nec ad aliquod bonum conducit ob ſui,&aliorum periculum. Ita tamē habet Græca lectio: Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι Id eſt: Gloriari mihi non conducit: cum verò oportet, ad Dei gloriam, & vtilitatem fratrum faciendum eſt. Pro dictione autem Oportet, aliqui legunt δή, id eſt, Sanè, vel certè: alij verò legunt δεῖ, id eſt, Oportet, interrogantes hoc modò legendo: Gloriari oportet? non expedit mihi. Vel vtraq; particula aſſertiuè legenda eſt, vt ſit ſenſus: Gloriari opottet ob manifeſtæ corruptionis Corinthiorum periculum à pſeudopoſtolis. Tamen, quia pſeudapoſtoli de reuelationibus ſibi factis peculiariter, erant ſoliti verba facere; proinde Paulus de ſuis viſionibus ſed veris coactus eſt gloriari, ne illis inferior videretur. Nam maximis quibuſq; viris ad res magnas deſtinatis Deus ſe peculiaribus reuelationibus patefecit, vt Abrahæ, Moyſi, Eſaiæ: Ezechieli, Danieli, & reliquis Prophetis. Et ita Photius apud Oecumenium: *Gloriari verò in alijs, inquit, quam in ijs quæ infirmitatis meæ ſunt, non expedit mihi. Dixit enim paulò antè: Si gloriari oportet, de his, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. Deinde poſito infirmitatis exemplo ſubiungit conſecutiuè ad id, quod dictum eſt: ac ſi dicat: Quæ verò non ſunt infirmitatis, ſed magis ſublimitatis, & potentiæ, de his, inquit, non expedit mihi gloriari. Quomodo ergo etiam hæc dicis? Nollem, inquit, ſed propter veſtram ſalutem, etiam quæ nollem ſuſcipio.* Hæc ille.

Secundæ quæſtionis ſolut. Si gloriari non expedit, cur de ſuis viſionibus Paulus & reuelationibus gloriatur.

Quos Deus ſuis viſionibus, & reuelationibus illuſtrare ſoleat.

Oecum. c.10.

Quibus de rebus modeſtiſſimus malebat Apoſtolus gloriari.

Veniam autem ad viſiones, & reuelationes Domini. Inter viſiones, & reuelationes hoc eſt diſcrimen, quòd reuelatio ſæpè contingit vel per ſomnium, vel per oraculum, in quo nihil oculis apparet: viſio autem interdum ſine reuelatione datur. Dominus autem ſolet patefacere quid ſibi voluerit vel per ſe, vel per alium, id eſt. per Angelum, vel Prophetam, declarat. Vt verbi gratia: In viſione imaginaria aliqua videntur vel externa abſq; reuelatione, vt habes in viſione dormientis Pharaonis de ſeptem ſpicis, & ſeptē bobus macilentis, & è contrario de ſeptem pinguibus: & in viſione Nabuchodonoſor, qui vidit ſtatuam auream, argenteam, æream, ferream, & luteam: & Baltaſar Rex vidit oculis ſuis ſcripturam in pariete in hęc verba: Mane, Thecel, Phares: & quid ſibi vellet, non intellexit, niſi rogato Daniele, qui eius reuelationis, ſicut etiam prioris viſionis Pharaonis intelligentiam accepit Ioſeph. Quando verò videmus aliqua, & viſa intelligimus, ſimul viſio, & reuelatio concurrunt etſi ſint diſtincta dona. Græcè tamen dicitur: *Veniam enim ad viſiones, & reuelationes.* Nam vt omittam, quòd alij multas viſiones habuerint: nā Luc.1. cognouerunt Iudæi, quòd Zacharias viſionem vidiſſet in templo, & Apoſtolis transfigurationis ſuæ teſtibus Chriſtus edixit: *Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat,* & de Petro in Actis Apoſtol. habemus, primum, quòd viſionē habuerit lintei; deinde quòd cum eductus eſt de carcere, exiſtimabat ſe viſum videre: Paulus tamen multis viſionibus illuſtratus fuit: nam cū conuerſus fuit ad Chriſtum Act.9. miſſus eſt ad illum Ananias, & dixit; *Saule frater, Dominus miſit me Ieſus, qui apparuit tibi in via qua veniebas.* Et inferius Barnabas narrauit Apoſtolis, quomodo Saulus in via vidiſſet Dominū, & quia locutus eſt ei: Act.16. viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt: Cap.18. Dixit Dominus nocte per viſionem Paulo: *Noli timere, &c.* vt agnoſcas B. Paulum frequentibus Dei viſionibus enutritum, & aſſuetum fuiſſe. Nec mirū, cùm de ipſo prædictum à Dauide legamus: *Ibi* (ſcilicet inter Apoſtolos) *Ben-iamin adoleſcentulus in mentis exceſſu:* vt etiam Patres veteres interpretantur, quemadmodum Auguſtinus, & alij.

Viſio, & reuelatio diſtinguuntur.

Viſiones quædam reuelationibus minimè coniunctę.

Geneſ.41.

Daniel.2.

Infra 5.

Viſio, & reuelatio quando ſimul ſint.

Quas viſiones Euangelica commemoret hiſtoria.

Luc.1.

Matth.17.

Act.10.

Infra 12.

Paulus quàm frequentes habuerit viſiones à Domino.

Supra 9.

Infra 16.

Infra 18.

Pauli viſiones vbi prænunciatæ.

Pſal.67.

B. Auguſt. in hũc Pſal.10.8.

Tertia ſoluitur dubitatio: Loquitur Apoſtolus in tertia perſona de ſeipſo; *Scio hominem in Chriſto, &c.* quia excellētiam de ſe rerum narrationem faciebat. Ita loquebatur de ſe Chriſtus, vt cum diceret: *Filius hominis qui eſt in cœlo;* &, *Filius hominis non habet vbi caput reclinet:* Ioannes quoq; Euangeliſta paſſim de ſe dicit: *Hic eſt diſcipulus, quem diligebat Ieſus.* Habet autem huiuſmodi ſermo amabilem quandam modeſtiam: vt tum maximè quis virtutes illuſtriores faciat, cum præ humilitate celare illis ſtudet. Ait: *Hominem in Chriſto.* Id eſt, Baptizatum, & renouatum in Chriſto; ad differentiam hominis externi nondum regenerati, ſed regenerationem ſui corporis expectantis in reſurrectione mortuorum, vt habes Roman.8. Addit, *Ante annos quatuordecim.* Non temerè tempus præfiniuit: tum vt intelligerent Corinthij, Paulum non fuiſſe nouitium in eiuſmodi raptibus, & viſionibus: vt Actor. 22. raptus eſt in templo, dum oraret: & ſæpè reue-

III dub. ſolut. De ſe Paulus in tertia perſona cur dicat: Scio hominē in Chriſto, &c.

Ioan.3.

Luc.9.

Homo quis in Chriſto.

Rom.8.

Cur ante annos quatuordecim, dicat, nec tempus determinat viſionis.

Act.22.

Act.22.

reuelationes accepit de fide myſterijs,& de locis,ad quæ prædicaturus venire debebat: tũ vt intelligerent, quòd qui per quatuordecim annos eas viſiones reticuiſſet, nonniſi neceſſitate eas modò propalauerit: id enim celaturus erat,niſi improbitas, & impoſtura pſeudapoſtolorum coegiſſet:denique, vt innueret, quòd qui ante tot annos talia accipere meruerat, cogitarent qualis, & quantus nunc eſſet poſt tot annos,ac tantos exantlatos labores.

Quo tempore illa viſio acciderit.

Numerus autem annorum cogit nos fateri, hanc reuelationem Paulo in ipſo prædicationis curſu, non autem in initio conuerſionis ſuæ cõtigiſſe. Annis enim decem & ſeptem prędicauerat tunc Chriſtum,priuſquam vnà cum Barnaba deſcenderet Ieroſolymā: & colligitur ex Gal.1.& 2.quia in priori loco ait; *Deinde poſt annos tres veni Ieroſolymam videre Petrum* In poſteriori verò,*Deinde,poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Ieroſolymam cum Barnaba*: ab eo autem aſcenſu cum Barnaba in Ieruſalem poſt nonnullos annos ſcripſit hanc epiſtolam. Prius enim Macedoniam ingreſſus fuit; deinde Athenas,& Corinthum conuertit:inde regreſſus traiecit in Aſiam, & inde nauigauit in Syriam: vbi viſitata Eccleſia Ieroſolymitana per Anthiochiam,Galatiam, & Phrygiam, tandẽ redijt Epheſum:à qua rurſus ſoluens per Troadem,venit iterum in Macedoniã, ex quo Corinthum hanc ſecundam deſtinauit epiſtolam. Cæterùm ſi hæc omnia vt minimũ ſupputemus, non potuit perficere ante ſexennium. Sequitur ergo ex hoc numero annorum computato,quòd circa decimum à conuerſione ſua annum hanc viſionem à Deo acceperit. Et fieri nequaquã potuit, vt eam viſionem nunc attingat,cuius meminit Lucas Act.22.vbi etiã expreſsè dicit ſe in templo raptum fuiſſe, dum oraret,ſecundùm literam Græcam. Latina tamen lectio habet: *Factum eſt autem reuertenti mihi in Ieruſalẽ.et oranti.fieri me in ſtupore mentis*: quoniam illa viſio fuit imminente iam Pauli captione, & adductione eius ad vrbẽ Romam: ipſe verò iam ante ſcripſerat epiſtolam iſtam ad Corinthios ex Troade, vel ex Macedonia.

Gal.1. — Pauli peregrinatio. *Actor.16. Infra 17. Infra 18. Ibid. Infra 19. Infra 20.* — Præciſum eius tempus viſionis quod nam illud. — *Act.22.* De qua viſione hoc dictum non poſſit intelligi.

Altera quorũdam opinio *B.Thom.lect.1.ante dimid. Supra 9.*

Non diſſimulabo, B.Thomam hoc loco ex ſententia quorundam ſatis probabili colligere,quod has viſiones habuerit in illo triduo,quo poſt proſtrationem ſuam à Domino manſit Damaſci non videns, neque manducans,neque bibens.Sed vtcunq; res habeat,mihi ſolidiora videntur quæ primo loco dixi.

Ad IV. dubiũ. Quomodo ſuum Paulus raptum ignorare potuerit in tertium cœlũ.

Quarto dubio,quomodò Paulus potuerit ignorare an eſſet in corpore, vel extra corpus, cum viſio prophetica intelligentia opus habeat,quæ excludit ignorantiam; & cum alij rapti in extaſim, nouerint ſe animo in corpore contento raptos eſſe, Reſpondemus: Raptus vocem propriè quandam violentiam alicui rei contra,vel potius ſupra motum ſibi naturalem, & intrinſecum ſignificare: violentum autem dicitur, cuius principium eſt extra, nihil conferente eo quod vim patitur, vt tradit Philoſophus in Ethicis.

Violentum quod. — *Ariſt. lib. 3. Ethico.cap.1.*

Duplex raptus corporeus & incorporeus ſecundùm Scripturas. — *Dan. vlt. 33. Act.8.*

Deinde dicimus duplicem eſſe in Scripturis raptum, corporeum alterum,qualis fuit ille Propheta Habacuc, qui per Angelum deportatus eſt in Babylonem in lacum leonum,vbi erat ſeruus Dei Daniel:& Act. 8.de Philippi Diaconi raptu legimus: *Cum autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum,& amplius non vidit eũ Eunuchus &c. Philippus autem inuentus eſt in Azoto.* Et rurſus Apoſtolus dixit de ſuſcitandis in die iudicij: *Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Chriſto in aëra, & ſic ſemper in Domino erimus.* Alter verò raptus propriè eſt animę,de quo Ezechiel: *Emiſſa,* inquit,*ſimilitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me ſpiritus inter cœlum,& terram,& adduxit me in Ieruſalem in viſione Dei*: de hoc etiam in Apocalypſi cap.1. habetur: *Ego Ioannes frater veſter fui in ſpiritu in Dominica die.*

1.Theſſ.4. Ezech.8. Apocal.1.

Altera opinio Thomæ ſcilicet, & Caietani. — *B.Thomas lect.1 à medio rom.16.*

Thomas verò cum Caietano tradit,non fuiſſe ignotum Apoſtolo, an raptus eſſet cum corpore, an ſine corpore, ita vt fuerit anima à corpore ſeparata(hoc enim eſt eſſe extra corpus)ſed propriè ſignificatur,quòd modus exiſtendi animæ pro tempore raptus ignotus fuerit:& eos reprehenſionem non euadere, qui diſputando ſcire volunt, quæ tamen ſe neſcire, ipſemet Paulus,qui talia paſſus eſt,confeſſus fuit. Vnde Auguſtinus lib.12.ſuper Geneſin ad lit.cap.5.poſt multa diſputata concludit:*Reſtat ergo fortaſſe,vt quoniã mentiri non poſſet Apoſtolus, qui tanta cura egit vt diſcerneret, & quid neſciret, hoc ipſum enim ignoraſſe intelligamus, vtrùm quando in tertium cœlum raptus eſt,in corpore fuerit,quomodò eſt anima in corpore, cum corpus viuere dicitur,ſiue vigilantis ſiue dormientis, ſiue in extaſi à ſenſibus corporis alienata: an omnino de corpore exierit, vt mortuum corpus iaceret, donec peracta illa demonſtratione, membris mortuis anima redderetur, & non quaſi dormiens euigilaret, aut extaſi alienatus denuo rediret in ſenſus, ſed mortuus omnino reuiuiſceret.* Et capite penè poſtremò: *Denique quamuis abrepto Apoſtolo à carnis ſenſibus in tertium cœlum, & Paradiſum: hoc ipſum certè defuit ad plenam,perfectamque cognitionem rerum, quæ Angelis ineſt, quod ſiue in corpore, ſiue extra corpus eſſet, neſciebat.*

B.Aug.to 9.

lat. Hoc itaq; non deerit, cum receptis corporibus in reſurrectione mortuorum, corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate.

Magnus Athanaſ. tom 1. Matth. 24.

Athanaſius ſerm. 4. contra Arrianos exponens illud: *Quomodo Chriſtus aſſerat ſe diem iudicij ignorare*, inter alia opponit hunc locum Apoſtoli: *Noui hominem in Chriſto ante annos quatuordecim. ſiue in corpore, neſcio, ſiue extra corpus, neſcio: Deus autem ſcit. Quid igitur dicitis*, inquit, *Neſcit ne Apoſtolus, quid ſibi acciderat in viſione? quantumcunque dicat ſe neſciuiſſe: quod ſi illum affirmetis neſciuiſſe, videte ne qui non aſſueti eſtis cadere, in Phrygum iniquitatem decidatis, qui aſſeuerant neſciuiſſe Prophetas, Verbique miniſtros, quid facerent, aut de quibus renuntiarent. Contra, ſi pronuntietis Apoſtolum dicentem ſe neſciuiſſe, nulla iſthic ignorantia laboraſſe, cum haberet in ſe Chriſtum ſibi omnia reuelantem, qui (quæſo) non fueritis peruerſiſſimo, & reprobiſſimo animo, cum aſſeueretis, Apoſtolum dicentem ſe ignorare ſcire? & Dominum itidem dicentem ſe ignorare, neſcire?* Et infra ait: *Sed tamen ſe non nouiſſe Paulus dixit, duabus, vt ego exiſtimo, de cauſis: quarum alteram ipſe elocutus eſt; ne propter exceſſum reuelationum alium quis eum arbitraretur præter eo, quem videbat: altera deinde cauſa; ne cum Saluator, ſi ipſe ſe ſcire fateretur, ſeruus ſupra Dominum ſuum, & diſcipulus ſupra Magiſtrum videretur. Igitur Paulo dederat, vt ſciret, multo magis ipſe ſcientia inſtructus fuit.* Hæc ille, qui paulo ante attulerat exemplum Eliſei, dicens: *Certe Eliſeus nouerat, quomodo Elias aſſumptus eſſet: verum quamuis rem certam haberet, tamen diſcipulis Prophetarum exiſtimantibus Eliam in aliquem montium abiectum eſſe principio quidem conſcius eorum, quæ viderat, operam dabat vt perſuaderet id quod res eſſet: ſed vbi illi acrius inſtarent, ſilentium tenuit finitq; eos ad inueſtigationem digredi. Quid igitur? an quia tacuit, rem incognitam habebat? minime gentium ſed tamen quaſi ignarus id illis conceſſit. vt ita negotij fide percepta, & rebus exploratis, nihil vlterius ambigerent de Eliæ aſſumptione. Igitur multo magis Paulus, qui ipſe raptus fuit nouerat quomodo raptus fuerit: ſiquidem & Elias idem cognitum habebat: à quo ſi interrogatus fuiſſet, dixiſſet forſitan, qua ratione aſſumptus eſſet.* Eſt ergo ſenſus Athanaſii. Paulum neſciiſſe non quid ignoraret, ſed quod vellet eſſe ſecretum, & celatum.

Paulum ſuum raptum cognouiſſe, probat, Athanaſ. aduerſus Arrianos ex duplici capite.

2.Cor.13.

Paulus ſuũ raptum aſſeruit ſe ignorare, dupliciter ſecundum Athanaſ.

Matth. 10.

Exemplũ Athanaſ. in Eliſeo.

4.Reg. 2.

Hæc quã Paulus ignorauit viſio quid arguat.

Dan.10.

Nec mirum eſſe debet, etſi intelligentia opus ſit in viſione prophetica: hęc tamen ipſa ignorantia indicat non humana, ſed diuina virtute hoc factũ contigiſſe, quo melius exprimitur reuelationis magnitudo, dum Deus ita eum coegit, vt Paulus ipſe modum non caperet. Nec incredibile id putandum eſt: quia interdum ſe nobis ita manifeſtat Deus, vt modus tamen ſenſum noſtrum lateat. Neq; hoc certitudini fidei quicquam derogat, quæ hoc vno conſtat, ſi ſentiamus Deum nobis loqui, imo diſcimus potius eorum modo, quæ neceſſaria ſunt cognitu, expectandam eſſe ſcientiam, reliqua vero Deo commendanda.

Eiuſmodi ignoratio cur fidei minime repugnet, quid conferat.

Quando ergo ſe neſcire fatetur, quomodo iſtud contigerit, nihil eſt periculi ſi hoc nos cũ tanto Apoſtolo ignoremus. Hæc eſt illa docta caligo Dei, in qua qui minus nouerunt, magis nouerunt. Ita et ſ Petrus vna cum aliis duob⁹ Apoſtolis claritate ſeu maieſtate Domini trãsfigurati oppreſſus, extaſiſq; raptus, neſciſſe quid diceret, merito ab Euangeliſta perhibetur. Adæ quoque, ſiue dormienti, vt habet Hieronymi interpretatio, ſiue in extaſi poſito; vt 70. interpretes vertunt, ablata eſt coſta lateris ad formandã Euam, ipſomet Adamo quomodo fuiſſet ablata, ignorante: & ſponſa ait: *Ego dormio, & cor meum vigilat*: quia ad corporeas interpellationes ſopitas corpori, & ſenſibus dormit; Deo autem, ac bonis ſpiritualibus, ac voluptatibus perfruitur. Vnde & à talibus ſeuere exigit, vt ſilentio tegant atq; occultent quod viderunt. Et ſacrę literę vbi ſimile quid accidiſſe enarrãt, magna verborum parcitate vtuntur, rem vno; aut altero verbo notantes, vt facile intelligatur eſſe arcanum aliquod, & ineffabile, quod verbis exprimi vix queat. Vnde Apocalypſ. 2. vocatur Manna abſconditum, & calculus candidus ſcriptus nouo nomine, quod nemo ſcit niſi qui accipit. Oecumenius ponderans hoc verbum: *Siue extra corpus, neſcio: Modeſte*, inquit, *loquitur, ſuam non occultans ignorantiam, Licuiſſet enim de hoc tacere.* Hæc ille.

Diuinæ qua offuſcantur Dei ſerui, effectus caliginis.

Luc. 9.

Quibus etiã ignorantibus & inſciis, diuinæ acciderint viſiones.

Geneſ. 2.

Cant. 5.

Apoc. 2.

Oecu. c. 10.

Soluamus quintum dubium: Dicimus multis modis à Patribus accipi hoc quod dicitur de tertio cœlo: de qua re conſultat B. Thomam qui velit: Mihi vero ille prę cęteris ad literam ſenſus præſtare videtur, vt tertium cœlum intelligamus Empyreum: quoniam aer, & oẽs cœli viſibiles, et ſ connumerato firmamento, ſiue octaua ſphœra pro vno cœlo cõputantur, ſupra quod aquę quæ ſupra cœlis ſunt, hoc eſt, cœlum aqueũ ſiue cryſtallinum, quod & primum mobile dici conſueuit, pro ſecundo cœlo computatur. Tertium vero eminentiſſimum, Empyreum à Patribus ponitur, quod cœlum cœli vocatur, Terra viuentium, & Regia Dei ſiue à magna voluptate quam præſtat Paradiſus nominatur. Illud tamen non videtur probãdum, quod interpretatio Ambroſio inſcripta tradit, in hoc tertio cœlo, ſeu circulo quem vocat, ſitam eſſe Lunam.

V. fol. qu. In quod raptus fuerit tertium cœlũ Paulus.

Pſal 148. Quænam aquæ ſupra cœlos ſint iuxta Prophetã

Aliis quid tertium cœlum, ſed inepte.

Altera quæſtio erat, an raptus in tertium

In cœlum, & in paradiſum ſint ne duo raptus, an vnus, & idē Apoſtolo.

cœlum, & raptus in Paradiſum, ſit vnus, & idem, an vero diuerſi. Et Auguſtino quidē, ac Thomæ, & Caietano vnus & idē raptus, & vna & eadē viſio videtur, ſed paulo latius explanata, & repetitione confirmata, ne putetur fabuloſa. Et quia in vtraque dicitur ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit. Significatur etiam eadem viſio ab illuſtratione intellectus per hoc quod ait, tertium cœlum, & à ſumma voluptate, qua voluntatem, & affectum ſatiauit.

Altera opinio, nec improbabilis.

Hermas Lathmat.

Glo. I. interl.

Hermas tamen Læthmatius in li. de Tabernaculi conſtructione, qui noſtro ſeculo floruit, deſtinctos raptus aſſerit fuiſſe, vt etiam docet Gloſſa Interlinearis. Tū primo, quia peculiariter ponit, cum dicat, *εἰς τὸν Παράδεισον*, qui articulus Paradiſum, alium oſtendit eſſe à cœlo. Tum ſecundo, quia in plurali dixit: *Veniam ad viſiones, & reuelationes Domini*, Et infra ait: *Ne magnitudo reuelationū extollat me*: Non ergo vna tantum reuelatio fuit.

II. argum. pro hoc ſenſu.

III.

Tum tertio, quia enarrato raptu in tertium cœlum, ſubdit per coniunctionem copulatiuam, Et ſcio huiuſmodi hominem: illa enim particula has duas res coniungit natura quaſi diuerſas: niſi quis velit intelligere, Et, pro, id eſt, Glorioſius item eſt tum Chriſto qui rapuit, tum Paulo qui raptus eſt bis hoc donum dediſſe, & illum bis accepiſſe, quam ſemel.

IV. & VI. ab autoritate Patrum.

B. Epipha.

Geneſ. 2.

Tum denique, quia Patres permulti id teſtantur, & in primis Epiphanius Hæreſi 64. contra Origeniſtas, vbi cōprobās, Paradiſum eſſe eximiam terræ partem ex qua Tigris, & Euphrates profunduntur, inquit: Non enim ex ſupernis de cœlis effunduntur, ac eliduntur. Nam neq; ſuſtinere potuiſſet terra, vt tātam aquę molem aceruatim ex alta delabentem ſuſciperet. Et ſubiungit: Sed neq; Apoſtolus aſſerit, Paradiſum eſſe in tertio cœlo, ſi quis ſubtiles ſermones audire nouit. Noui .n. raptum vſq; ad tertium cœlum, dicens: & noui talē hominem, ſiue in corpore, ſiue ſine corpore, Deus nouit, quod raptus eſt in Paradiſum. Duas reuelationes magnas ſe vidiſſe indicat, cum bis aſſumptus ſit euidenter; ſemel quidem, vſque ad tertium cœlum; ſemel vero in Paradiſum,. Hæc ille, ponderans diuerſa eſſe loca, tertium cœlum, & Paradiſum: & bis dictum: Scio hominem in Chriſto, & iterum, Et ſcio hominem.

Theophyl.

Theophylactus hoc loco ait: *A tertio cœlo rurſum raptus eſt in Paradiſum. Raptus eſt ergo, vt ne in hoc quidem, reliquis Apoſtolis, qui Chriſto conuixerunt, ſit inferior.* Adde Oecumenium qui in illud: *Siue in corpore*, ſcribit: *Dictū illud: Siue in corpore neſcio, ſiue extra corpus, neſcio, ſecundo repetit: non ita, vt quis putare poßit battalogum eſſe, & ſuperflue de eodem raptu vtrumq; dicere: ſed illud quidem de raptu ad cœlos, hoc autem rurſum de raptu inde ad Paradiſum.*

Helias Cretenſ.

Helias Cretenſis in ſecundam orationem Nazianzeni de Theologia, explicando tertium cœlum, ait, Aerem, primum eſſe cœlum, de quo *Volucres cœli*, &, *De rore cœli, & pinguedine terræ*, & iterum. *Qui operit cœlum nubibus, &c.* Secundum, firmamentum, quod vocatur cœlum: tertium illud ante omnem diem cum terra factum, & in hoc aſcēdit cœlum Paulus, & inde rurſus in Paradiſum.

Pſalm. 8.

Gene 27.

Pſalm. 146.

Greg. to. 2.

Gregorius quoq; Roman. lib. Moral. 118. cap. 5. initio ſatis aperte indicat diuerſos fuiſſe raptus.

B. Cyp c. 13.

Et ante eum Cyprian. lib. de Exhortatione Martyrum, inſinuat eſſe diſtinctum, his verbis: *Plus non accipere in paßionis mercede, quam quod hic ſuſtinemus in ipſa paßione probat B. Apoſtolus Paulus, qui dignatione diuina vſq; in tertiū cœlum, atque in Paradiſum raptus*, & reliqua.

Primaſ. Auguſt diſcipulus.

Primaſius Auguſtini diſcipulos hunc locū ponderans; *Quod iterum*, inquit, *repetit ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, oſtendit alterā fuiſſe viſionem*:

Haymo Epiſc.

Haymo in eadem verba ſcribit: *Bis raptum ſe dicit Apoſtolus: primum ad tertium cœlum, poſtea in paradiſum, non in illum paradiſum terrenum, vbi quondam fuit Protoplaſtus ſed in cœleſtem paradiſum. Nam paradiſus interpretatur, hortus deliciarum, & ſignificat beatitudinem electorum, cœleſtem ſcilicet requiē, ad quam raptum ſe dicit Apoſtolus eo modo, quo ad tertium cœlum.* Atque hæc ſunt, quę nobis probabiliora videntur.

Geneſ. 2.

Paradiſus quid ſonet.

Ad VI. du. Paulus in raptu an Deum viderit.

Sextam dubitationem diluimus, dicendo, præclaros autores non deeſſe, qui tradunt Paulum in hoc raptu Deum facie ad faciem vidiſſe, quemadmodum vident Beati, quanquam tranſeunter, non autem permanenter, vt ita dicam, quia ad breue tempus Deum per eſſentiam vidit: quod etiam de Moyſe confitentur; atq; huius ſententiæ in primis fuit Auguſtinus, qui id tribuit Paulo, in libr. de Videndo Deum, ad Paulinam, vbi definit, quod ipſa Dei ſubſtantia à quibuſdam videri potuit in hac vita poſitis, ſicut à Moſe, & à Paulo, qui vidit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Et li. 12. ſuper Geneſin ad literam cap. 13. & 28. idem docet, cuius verba recitantur in Gloſſa Ordinaria ſuper hunc locum. Sequitur autem B. Thomas hanc Auguſtini doctrinam ſemper: vt 2. 2. q. 175. art. 3. & aliis in locis: quanquam ante Auguſtinum idem de Moſe dixerit Baſilius hom. 1. in Hexameron & nonnulli alii.

Aug. ep. 112 c. 15. tom. 2.

Idem to. 3.

B. Thom. to. 11. par. 2.

Baſil. to. 1.

Altera opinio probabilior.

Quanquam autem hæc ſententia pia ſit, & probabiles ob hos tantos Doctores, & alios fortaſſe, quos ego non expreſſi: alii tamē ſunt, quibus hoc nō ſit veriſimile, quoniam ipſe Paul. 1. Tim. 6. oppoſitum docuit

1. Tim. vlt.

cum dixit: *Quem* (ſcilicet Deum) *nullus hominum vidit, ſed neq; videre poteſt*, & Moyſi quærenti faciem Domini videre, reſpondit ille: *Non videbit me homo, & viuet.* Adhæc Ioannes capite 1. Euangelii ſui idem tradit: *Deum*, inquit, *nemo vidit vnquam: Vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit*: Proxime autem præceſſerant: *Lex per Moyſen data eſt gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Et ita videtur excluſus Moyſes à Deo videndo, quod vni ſoli Chriſto tribuitur. Atq; hanc ſententiam magni Patres, & antiquiſſimi multi ſequuntur; è quibus Dionyſius eſt Areopag. capite 4. de Cœleſt. Hierar. & ca. 1. de Myſtica Theologia, cuius hęc ſunt verba: *Nec enim abre diuinus Moſes primum vt mūdetur, admonetur, & rurſus vt ab iis qui non ſunt huiuſmodi, ſeparetur, & poſt omnem illam expiationem buccinarum clangores varios exaudit, cernitque lumina plurima, plures, atque multifidos vibrantia radios. Mox vero ſegregatur à vulgaribus turbis: & cum electis ſacerdotibus ad ſummitatem aſcenſionum diuinarum conſcendit, ibique non ipſi congreditur Deo, neque ipſum cernit (eſt enim inuiſibilis Deus, ſed locum vbi ſtetit.* Idem ſenſit Chryſoſtomus homil. 14. in Ioann. Cyrillus item libr. 1. ſuper Ioann. cap. 22. & Theophylact. in caput Ioann. 1. Hieronymus libr. 3. in Pelagianos, & Gregorius libro 18. Moral. capit. 27. & 38. & inter Pontifices peculiariter id aſſerit Euariſtus epiſt. 4. ad Epiſcopos Africæ, nimirū quod Moyſes Deum non viderit. Atq; hæc mihi probabilior videtur ſententia, de qua re alibi latius diſſerui, vt propterea cogar hic breuius agere.

Exod. 33.
Ioan. 1.
Dionyſ. Areopag.
Exod. 19.
Chryſoſt. hom. 27.
Theophyl.
Hieron. l. 2.
Gregor. l. 1.
Euariſt. Pontif.
Libr. 1.
Enarra. Euang.

Hæc autem ſententia ex multis quæ hoc loco habentur, confirmatur. Primo, quia nihil dicit ſe vidiſſe, ſed audiuiſſe, quia per modum diſciplinæ accepit: quanquā Prophetæ interdum audire extendant ad viſiones, iuxta illud; *Domine audiui auditionem tuam & timui.* Sed hoc loco parum ſolidū eſt. Deinde quia hic ait: *Audiui arcana verba, vel ineffabilia*: at Deus trinus & vnus, vna res eſt ſimpliciſſima, quem ſi vidiſſet Paulus, vnū tantum verbum vidiſſet, & non plura. Tertio, quia ſubdit: *Quæ non licet homini loqui.* non ergo vidit eſſentiam, alioqui dixiſſet, quæ non poſſunt homini narrari, illud ponens, ſi licuiſſet, potuiſſet narrari: & ſi omnino non poſſent, in quam vtilitatem aliorum accepiſſet hanc reuelationem? Et bene ait: *Homines loqui*: quod intelligendum eſt de homine carnali, & animali, qui illa quæ Dei ſunt, capere non poteſt, bene autē ſpiritualis. Vnde & Apoſtolus in malā partem ponit nomen hominis: vt ibi etiam: *Nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?*

I argum. ex verbis Apoſtoli, quo probatur Paulum, Deū minime vidiſſe.
Habac. 3.
II.
III.
Arcana verba cui non licet homini loqui.
1. Cor. 2.
Infra 3.

Spirituales ergo, & in filios Dei euecti, quæ Dei ſunt, valent intelligere vt teſtatur Elias Cretenſis in ſecundam illam Orationem Nazianzeni de Theologia. Vnde Dionyſius Areopagita multa ſibi à Paulo de Angelis, & eorum ordinibus, & nominibus, & officiis tradita, in libris ſuis de Angelica Hierarchia inſeruit. Chryſoſtomus quoque teſtatur, quod Tito, & Timotheo, & ſimilibus fidelibus hæc, quæ viderat, reuelauerat. Vnde dixit: *Tu ergo fili mi, quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Epiphanius tamen in hæreſin 38. contra Caianos teſtatur, hos hæreticos confinxiſſe libellum nomine Pauli Apoſtoli nefariis actionibus refertum, quo etiam Gnoſtici appellati vtuntur: quem, Aſcenſum Pauli vocant, occaſione inuenta ex eo, quod Apoſtolus dicit, ſe aſcendiſſe vſq; in tertium cœlum, ac audiuiſſe arcana quæ non licet homini loqui. Et hæc ſunt, inquiunt, arcana verba.

Elias Cretenſis t. 1. operum.
B. Gregor. Nazian.
B. Chryſ.
Caianorū de Aſcenſu Pauli, impudens, ac nefarium figmentū.
B. Epipha.

Quod ſi dicas, hoc loco verba poni pro factis; reſpondemus tamen, quod etſi quādoque verba pro rebus poni ſoleant more Scripturæ; ſicut è contrario viſus pro auditu, vt Exod. 20. *Populus*, inquit, *videbat voces.* Exempla vero auditus pro viſu ſunt, vt illud: *Videamus hoc verbum, quod factum eſt quod fecit Dominus, & oſtendit nobis*, & de Rege Ezechia dicitur; *Non fuit verbum, quod non oſtenderet eis Ezechias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua*: hoc tamen in præſentia locum non habet; nam res proprie non dicuntur audiri, ſed videri. Non negauerim tamen, quod nugatorum omnium nugaciſſimus Marloratus Caluiniſta aſſerat, Dionyſium noſtrum nugatorem extitiſſe in libris de Cœleſti, & Eccleſiaſtica Hierarchiis, & multa comminiſci auſum fuiſſe; cum ex raptu, vel extaſi Ioannis multa nos docuerit Spiritus ſanctus, & ex aliis ad alios Patres factis, maxime autem eorum, quæ tradiderunt nobis prophetæ in extaſim rapti, & eleuati à Deo acceperunt, quo conſtaret, illa Dei ſolius eſſe, & non humana.

Improbatur hic ſenſus.
Audiuit arcana verba, id eſt, facta more Scripturæ.
Exod. 20.
Luc. 2.
Eſai. 39.
Marlorati hominis nugaciſſimi, de Magno Dion. Areopag. nugatio.
Apoc. 1.

Ad ſeptimum circa illud: *Pro huiuſmodi gloriabor, pro me autem nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis. Nam etſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam.* Pro huiuſmodi, inquit, re gloriabor, Græce enim dicitur, ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, & ponitur propoſitio ὑπὲρ pro περὶ, quæ ſignificat de, vel ſuper, cum auferendi caſu, iuxta illud:

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Vel pro huiuſmodi homine interno rapto in Paradiſum; pro me, id eſt, externo homine

VI. dub. infra diluetur.
Pro infirmitatibus gloriari, quid.
Virg. lib. 1. Aeneid.

Alter ſenſus.

mine non rapto non gloriabor, niſi in infirmitatibus meis: etſi reipſa idem ſit internus & externus homo. *Nam etſi voluero*, inquit, *gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam.* Occupatio eſt: nam dicere poterant maleuoli: Non vis gloriari, quia non potes. Reſpondet: Si cordi eſſet gloriari nihil peccarem, nec inſipientiæ arguerer: nam vane, & ad oſtentationem, & mendaciter nihil facerem. Vere autem facerem omnia, ſi enarrare vellem, quantis me beneficiis Deus affecerit. Et inſipientiam vocat, non vt ſupra, quia inepti ſunt, ac cupidi qui gloriantur, ſi qua iactantia, vel ambitio appareat: ſed fœdior eſt ſtultitia, & minus tolerabile, ſi ab reglorietur, hoc eſt, mentiatur eſſe quod non eſt; nam ad leuitatem accedit etiam impudentia.

Ad VII. dubium. Si non eſt inſipiens Apoſtolus gloriando, gloriationem ſuperius ſuam cur inſipientiam nominauit.

Sequitur: *Parco autem; ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.* Non ait: Ne credat, aut ne dicat; ſed ne exiſtimet, id eſt, cogitet, aut ſuſpicetur maius aliquid quam ſit mea dignitas. Nam Lycaones videntes in Paulo & Barnaba numẽ quoddam diuinitatis, illis ſacrificia offerre volebant: ideo quæ de ſeipſo erant, tacebat, & occultabat Paulus. Nam ſi homines exiſtimabant ipſos eſſe Deos, ob ſignorum magnitudinem, & tantos immolare volebat: quid non feciſſent, ſi reuelationes manifeſtaſſet? Hæc omnia propter obtrectatores Pauli dicta ſunt, quorum vox erat: *Quorum quidem epiſtolæ graues ſunt, & fortes, præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis.* Ac ſi diceret Apoſtolus; Aſpectus, & ſermo nihil de me magnificum promittunt, non ergo recuſo prauus in oculis hominum haberi. Hinc Grego. libr. 18. Moral. cap. 5. *Omnes veraciter ſancti non ſolum gloriam ſuam ſupra modum omnino non appetunt, ſed etiam hoc ipſum videri refugiunt, quod eſſe meruerunt. Vnde egregius ille prædicator veritatis contra pſeudoapoſtolos loquens, dum virtutes eius eximia operationis ſua pro diſcipulorum eruditione narraret, dum tot ſe pericula toleraſſe, coaceruata perſecutione deſcriberet, & poſthac vſque ad tertium cœlum, rurſuſque in Paradiſum raptum ſe eſſe memoraret, vbi tanta cognoſcere potuiſſet, quanta eloqui omnino non poſſet, erat de ſe adhuc fortaſſe admirabiliora locuturus; ſed ab humana laude alta ſe conſideratione temperans ſubdit: Parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Habebat ergo adhuc de ſe aliquid dicendum; qui pauit dicere: ſed egit vtrumq; doctor egregius, vt & loquendo quæ egerat, diſcipulos inſtrueret, & tacendo ſeſe intra humilitatis limitem cuſtodiret. Nimis namq; eſſe ingratus, ſi de ſe diſcipulis tota reticeret, & fortaſſe nimis incautus ſi de ſe tota diſcipulis proderet. Sed mirabiliter, vt dictum eſt, egit vtrumq; vt loquendo erudiret vitam audientium, & tacendo cuſtodiret ſuam.* Hæc ille admodum ſapienter, & & admirabiliter, vt ſolet.

Quo modo parcebat Apoſtolus non gloriando, ne quis exiſtimaret ſupra id quod videbat in eo aut audiebat aliquid ex ipſo.

Act. 14.

Paulus & Barnabas pro diis habiti à quibus, & quare.

2.*Cor* 10.

Præſentia corporis infirma quæ Pauli, & ſermo contemptibilis.

D.Greg.t.1

Omnium veraciter ſanctorũ, vt ait Magnus Gregorius ingenium.

Mira Apoſtoli prudentia.

Octauæ dubitationi circa illud: *Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ qui me colaphizet propter quod per Dominum rogaui, &c.* Reſpondemus primum ex Anſelmo, Dominum ita egiſſe cum Paulo, atq; cum triumphanti olim fieri ſolitũ erat. Nam cum inter tot acclamationes &, laudes, & honores procederet in triumphum, prodibat homunculus, qui illi inſtillaret: Memento te eſſe mortalem. Et Romanus Pontifex cum magna Pompa in Sedem Petri inthronizandus deducitur, accenditur in ligno prælato ſtupea materia, quę quã breuiſſime accenſa reſtinguitur, & accinitur *Pater ſancte, ſic tranſit gloria mundi.* Ita Deus viam iuſtorum inter proſpera & aduerſa ita temperat, ne in externa vitia prolabantur; id eſt, ne affetãtur proſperis, vel ne aduerſis demergantur.

Ad VIII. dubitat. reſpon. ſubiicietur infra.

Quid Deus ſtimulũ carnis prouidens Paulo feciſſe videatur ſecundum Anſelmum.

B. Anſel. tom. 11.

Quomodo iuſtorũ vitã Deus moderetur Opt. Max.

Textus vero Græcus habet; Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι: id eſt, ne excellentia, ſiue abundantia reuelationum efferar, vel extollar. Vbi perpende, Reuelare idem eſſe quod, Velum tollere. Eſt autem duplex velum, alterum limitatum à natura, quæ ad quædam tantum intelligenda valet; velata vero à Deo, quæ ſupernaturalia ſunt. Poſt peccatum vero maius velum habemus, quo cor humanum diuina videre non poteſt, nec ad omnia, etiam naturalia aſſurgit, etiam ſic ad pauca, & tarde, cum difficultate attingat: ideo opus etiam eſt vt hoc velamen auferatur, vt ſecreta & arcana Dei quæ reuelantur, percipere valeamus. Conſtat enim, Apoſtolo maxima myſteria eſſe patefacta, præcedente tamen acquiſita ſcientia per Gamalielẽ præceptorem ſuum. Vnde de illo dicit Petrus; *Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundũ datam ſibi patientiã ſcripſit vobis*; ipſe vero Epheſ. 1. *Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eius, illuminat oẽs oculos cordis veſtri.* Idem quoq; teſtatur, quod cum Iudęi conuerſi fuerint ad Dominũ, auferetur velamen; rurſus Galatis ſcribit; *Cum autẽ placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris ſuæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret Filium ſuũ in me, & Euangelizarẽ illum in Gentibus, etc.* Vnde & de illo ad Ananiam Dominus. *Ego oſtendã illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Et ita multis modis velũ abſtulit à Paulo, quo poſſet eſſe capax arcanorum Dei.

Reuelare quid.

Duplex velum homini impoſitum à Deo quod.

Act. 22.

1.*Petr. vlt.*

Epheſ. 1.

2.*Cor.* 3.

Galat. 2.

Act. 9.

Ait ergo: Ne abundatia, & excellentia,

Quatenus hoc.

reue-

ſtimulo carnis ſuæ eguerit Apoſtolus.

reuelationum efferat:nam hoc per accidẽs ob corruptionem naturæ accidere ſolet. Donum enim Dei ex ſe non extollit, ſed humiliat potius cor eius ad illum à quo accepit,non ſecus atque arborũ rami frugibus pleni humiliantur, & deorſum inclinantur. Tamen,quia natura ſe confert cum aliis illa dona non habentibus,in ſeipſis exaltantur cum ſaltem deberẽt in Domino gloriari,& in ſeipſis confundi. Nam qui in ſeipſis efferuntur,ſimiles ſunt ſeruis , & familiaribus Regum,qui Principum ſuorum gratia & fauore abutuntur.

Simile.

1. Cor. 1.
2. Cor. 10.

Deus Opt. Max. ſtimulo carnis ſuæ probãs Apoſtolũ, quam bonum medicum ſe præbuit.

Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ.
Agnoſce Dei ſapientiam, qui minori malo pœnæ illatæ,maius malum culpæ,id eſt,excellentiæ,& vanæ gloriæ, mederi volebat: non ſecus ac prudens medicus minus vulnus infert,quo maius,& exitialius ſanare valeat & febre leuiori,quæ tertio quoque die accedit,acutam , & peſtiferam frequenter curat. Agaſo quoque cum videt ſarcinam, quam mulus geſtat,in vnam partem inclinatam,ſaxo,aut alio onere ex alia parte oppoſito æquat ac dirigit.

Alterum exemplum.

Stimulus quid Latinis.

Stimulus,inquit,*carnis meæ, Angelus Satanæ qui me colaphizet, &c.* Hic ſunt duo dubia explicanda,alterum de voce ipſa ſtimuli, alterum,de re ipſa,quæ metaphoræ reſpondet: quia in vtroque multa occurrunt dicenda. In primis igitur ſtimulus , Latinis eſt lignũ ferro præacuto terminatum, quo boues ad opus ſtimulantur, quod Græce κέντρον vocatur,cuius hic nulla eſt mentio , etſi alibi de hoc dixerit Dominus ad Paulum: *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Ponitur & 1. Corinth. 15. *Stimulus mortis peccatum eſt.* Sed hoc loco Græce non eſt illa vox , ſed altera , nimirum σκόλοψ. De qua voce eruditi in primis audiendi ſunt ; deinde an Scriptura ſacra hac voce Græca vtatur,& in quem finem. Eruditi igitur tradunt, quod σκόλοψ ſignificat ligna præacuta, ſiue præuſta,quæ claudendis hortis, vel ſuſtinendis viribus ſolo infiguntur. Significat etiam ſurculos acutiores,& inhærentes & qui ambulantibus inter ceduas ſyluas pedibus moleſti ſunt. Vnde ſæpe apud Dioſcoridem repetitum inuenitur, Σκόλοπας ἕλκει vel σκόλοπας ἐπισπᾶται, ſiue ποιεῖ σκόλοπας. Hermolaus interpretatur , aſſulas, & tela corporibus inhærentia ; Ruellius autem, ſpicula,& aculeos,& Marcellus, ſurculos & aculeos. Gellius quoque Androdi hiſtoriam interpretans ex Appione , ſtipem conuertit veſtigio pedis inhærentem. Ait enim Androdus. Stirpem ingentem veſtigio pedis eius (ſcilicet Leonis) hærentem(Græce σκόλοψ)reuulſi. Hæc ille. Eſt

I. Significatus,improprius huius ligni.

Act. 9.

1.Cor.15.

Alter ſignificatus ſtimuli,ex variis autoribus.

Dioſco 1. c. 11 l 4. c.33 Hermolaus Barb. Ruel. Gell.l 5.c. 14. ſub fin.

Sudes quid

ergo ſudes,ſpiculum,aculeus,ſagitta infixa & quaſi lethalis arundo,vt ait Poeta. Sudes autem,genus teli eſt ruſtici, hoc eſt,paxillus igni præuſtus,de quibus in 2. Georgic. Poeta dixit:

Quadrifidaſque ſudes , & acuto robore vallos

Virg. ſub init. Seruius. Liuius.

Vbi Seruius ait, vallum, & ſudem, idem eſſe. Et Liuius libro ſexto Belli Punici in fine *Tertio die ſudibus inter ſe in modum iuſtæ pugnæ concurrerunt: præpilatiſque miſſilibus iaculati ſunt.* Eiuſdem vocis fit mentio Ioſu. 23. *Erunt*, inquit,*vobis in foueam,ac laqueum,& offendiculum ex latere veſtro , & ſudes in oculis veſtris:* & Iob. 40. *In ſudibus perforabit nares eius.*

Ioſu.23. *Iob.40.*

Vnde hæc vocem ſtimuli ſumpſerit Apoſtolus. *Num.33.*

Quod ad Scripturas attinet , ſciendum eſt,hanc vocem vſurpatam eſſe à Paulo ex lectione LXX.Interpretum: nam Num. 33. habemus: *Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ qui remanſerint , erunt vobis quaſi claui in oculis.* Vbi LXX.legunt , σκόλοπες ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ βολίδες ἐν ταῖς πλευραῖς ὑμῶν. Vbi Hebraice pro σκόλοπες legũt שבים. Simile quid legimus Ioſu.23. vbi de eiſdem Gentibus ait: *Quod ſi volueritis Gentium harũ, quæ inter vos habitant,erroribus adhærere & cũ eis miſcere connubia , atque amicitias copulare; iam tunc ſcitote quod Dominus Deus veſter non eas deleat ante faciem veſtram, ſed erunt vobis in foueam , ac laqueum , & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris , &c.* Vbi etſi non ſit neque vox illa Hebræa, neque vox σκόλοπος, ſenſus tamen eſt vnus & idem,& Ioſue illo loco imitatus eſt Moyſen in priori loco, Numero trigeſimo tertio.

Alter locus *Ioſu.23.*

Cerui ſagittas corpori infixas vt egerant.

Ex his ergo habere poſſumus quid ſit σκόλοψ carni infixus,vel hærens, ſiue aculeus ſpinoſus,vel arundo carne infixa,quæ vehementer cruciat,donec euellatur. Nam & ceruus ſagitta infixa non quieſcit, donec ad aquas potandas accedat , vel ad dictamum herbam deguſtandam,quo ita illam à ſe expellat. De qua Plinius ſic ait: *Arundinis radix contrita,& impoſita filicis ſtirpem corpori extrahit: item arundinem filicis radix.* Et hæc pauca de hac voce ſint ſatis.

Plin l. 24. c.11. initio. Arundinis carbi infixæ extrahẽdæ remedia præſentanea.

Ad ſecundum quidnam per ſudem, vel aculeum ligneum deſignetur,explorãdum eſt, & diuerſæ Patrum opiniones enumerandæ,& quæ inter illas omnes præſtare videatur,aperiendum. In primis igitur quidã intelligunt per hunc aculeum, motum carnis ad libidinem, & ad venerea vrgentem, qui carni noſtræ perpetuo hærere videtur, quia nunquam extinguitur , & hæc eſt, inquit, Angelus Satanæ , quia per carnem titillatam tentat , repræſentando etiam carnis voluntatem. Per eam etiam

VIII. dub. propoſita diluitur. Quem ſtimulum carnis ſuæ inſitum habuit Apoſtolus. I.opinio.

Carnis incitamenta ſunt tam ſalutares, & vtiles.

vehementer humiliatur homo, ne ſuperbiat. Nec tantum propter eam attenuandum eſt, & debilitandum corpus ieiuniis, & aliis quæ corpus macerant, ſed pro ea etiam ter, id eſt, frequenter, orandus eſt Dominus, vt nobis aſſiſtat, & in tanta pugna corroberet ad victoriam. Quam tentationem etſi Dominus à nobis non auferat; facit tamen cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. Nam vt olim Iebuſæos reliquit Dominus in medio terræ promiſſæ, vt dicerent filii Iſrael certare cum hoſtibus, & haberent conſuetudinem præliandi & Scipio ille Naſica conſilium ſalutare dedit Romanis de non euertenda Catthagine ne iuuentus Romana otio marceſceret, teſte Liuio: ita Deus, vt in Paulo conſolaretur omnes, etiam perfectiſſimos Chriſtianos, & ſanctiſſimos viros, qui diuturna bella, & luctas aſſiduas cum carnis libidine geſſerunt; ita vt quidam eorum nudi ſuper ſpinas, tribulos, & vrticas volutarentur, vel etiam nudos ſe extenderent infrigidiſſimas niues ad ſopiendam carnis voluptatem volait, inquam Deus Opt. Max. hunc carnis aculeum in bonum noſtrum relinquere.

1.Cor.10.

Qualis caro hominis noſter domeſticus.

Ioſue 15. Iudic 1.

Magni Scipionis Naſicæ conſilium.

Cum carne quidam ſancti viri quam graues habuerint inimicitias, & bella.

Quam decuerit Apoſtolum, tantum virum carnis tentatio, tam vilis videlicet & abiecta.

Nec obſtat quod quidam opponunt, hanc tentationem incipientium eſſe, & nō perfectorum, vt erat Paulus: quia, vt idem docet, ſecundum illos: *Velle adiacet mihi perficere autem non inuenio. Non enim quod volo, bonum, hoc facio; ſed quod odi, malum hoc ago.* Et infra: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis;* Denique: *Mente ſeruio legi Dei: carne autem lege peccati.* Hunc ſenſum primus attigit Irenæus, qui libro quinto contra Valentinianos ait in genere: *Manifeſtiſſime Apoſtolus oſtendit, quoniam traditus eſt ſuæ infirmitati homo, ne elatus aliquando excideret à veritate.* Haymo in hæc verba ſcribit: *Quidam dicunt Apoſtolū dolore capitis laboraſſe; quidam à diabolo de ardore libidinis tentari, & affligi: quod verius eſt.* Et infra: *Dominus vtique cuſtodiebat eum, ne in vitium libidinis caderet. Vnde apparet, quia per venenum fugabat venenum. Venenum libidinis, & tentatio carnis, fugabant ab illo venenum ſuperbiæ. Dedit namque ei Dominus antidotum theriacum, quod de ſerpente conficitur, qui vocatur Tyrus ſiue Theriacus, à quo & Theriacum appellatur, & fugat venenum aliud.* Gregorius etiam non ſemel hunc ſenſum ſequitur. Nam in primis libro octauo Moral. cap. 20. in genere ſic habet: *Vt ergo & firmitatis dona habeat & infirmitatem ſuam humiliter agnoſcat, per acceſſum gratiæ ad alta ſuſtollitur, & per receſſum quid ex ſemetipſo ſit, probatur.* Quod bene notis ex hiſtoria ſacra lectionis innuitur, qua Salomon & diuinitus accepiſſe ſapientiam, & tamen poſt acceptam eandem ſapientiam, meretricum ſtatim pulſatus quæſtione memoratur. Et infra: *Sic Paulus ad tertium cœlum raptus ducitur, Paradiſi penetrans ſecreta conſiderat: & tamen ad ſemetipſum rediens contra carnis bellum laborat legem aliam in membris ſuſtinet, cuius in ſe rebellione fatigari ſpiritus legem dolet.* Idem l. 11. c. 12. *Certe iam Paulus tertij cœli culmen aſcenderat, iam Paradiſi ſecreta cognouerat, & tamen adhuc carnis bella tolerans gemebat: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c.*

Rom. 7. Ibidem 23. Ibid. 25.

B.Irenæ.c. 3. in princ.

Haymo. Epiſt.

Quam theriacam per ſtimulum carnis, vt ait Haymo Deus fecerit Paulo. Theriaca, quam vocant, vnde conficitur.

B.Greg. l. 8

Quid quod Salomon poſt acceptam diuinitus ſapientiam meretricū ſtatum pulſatus quæſtione memoratur. 3.Reg 3. Rom. 7 Ibidem.

Nec obſtat, quod Græcæ dicitur: *Datus eſt mihi ſtimulus carni meæ*, in dandi caſu τῇ σαρκὶ μου Nam dici poſſet Datiuum pro Genitiuo apud Hebræos interdum vſurpari. Dicitur enim Hebraice. Miſmor le Dauid, & Græce Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ Et ponitur in vtraque lingua ſignum Datiui pro Genitiuo ſicut etiam Coloſſ. 2. *Delens quod aduerſum nos chirographum decretis,* pro decretorum: quam rationem loquendi ſecutus eſt M. Cato in libris de re ruſtica, cum ait: *Ornamenta bobus*, id eſt, boum: inſtrumenta ruſticis, pro ruſticorum. Ita hoc loco Paulus, *Carni meæ*, inquit pro carnis meæ. Alij vero legunt, in carne mea, ſcilicet puncta, quam non tanquam pellem, penetrabat tentatio pertingens ad conſenſum animi; & ita illudebatur techna draconis diaboli ad peccatum ſtimulans

Hæc lectio Datus eſt mihi ſtimulus carni meæ, qualis ſit.

Coloſſ. 2.

Cato Maior.

Ponderatur hæc lectio: Datus eſt mihi ſtimulus in carne mea.

Secunda ſententia eſt aliorum Patrum, qui hæc interpretantur de dolore capitis, vt docet ex aliorum ſententia Theophylactus ſed reprehendit eam, dicens. *Angelum Satan, & palum, nonnulli cephalalgian, hoc eſt, capitis dolorem, intellexerunt ob diabolo factam. At abſit hoc: non enim Pauli corpus diabolo traditum eſt, quandoquidem Paulus ipſi potius præcipiebat, quando fornicantem tradebat ei ad interitum carnis, nec eam ſibi mitam illi præ tergrediebatur.* Theodoritus etiam hoc loco cum OEcumenio negat fuiſſe dolorem capitis.

Paulus dæmonibus imperabat ac ſubiiciebat ſibi.

Theodor. 1. 2.

Oecu. c. 10.

Impugnant etiam ſcholia Græca eum ſenſum: quia infirmitatis nomine non ſolet accipere Apoſtolus peculiarem, & naturalem aliquem morbum, ſed afflictiones carnis, flagella, vt hic bis, aut ter explicauit. Hieronymus etiam in quartum caput ad Galatas explicans illa verba: *Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem &c.* ſcribit: *Aut certe ſuſpicari poſſumus, Apoſtolum eo tempore, quo primum venit ad Galatas, ægrotaſſe, & aliqua corpuſculi infirmitate detentum, non ceſſaſſe tamen, nec vocem ſilentio repreſſiſſe quominus cæptum Euangeliū*

Hier. l. 9.

Galat. 4.

Per infirmitatem carnis quam Paulus.

præ-

Galatis euangelizauit, ſecundum aliquos.
B. Aug. t. 8

prædicaret. Non tradunt ei grauiſſimum capitis dolorem ſæpe perpeſſum, & hunc eſſe Angelum Satanæ, qui oppoſitus ei ſit, vt eum colaphizaret in carne, ne extolleretur. Auguſtinus etiam in Pſalmum 130. idem fere videtur ſenſiſſe. *Cum ergo eſſet*, inquit, *magna gratia, & magna dona meruiſſet à Deo, quid dicit quodam loco? Propter magnitudinem autem reuelationum ne extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet. Quid eſt hoc, fratres? Ne extolleretur tanquam iuuenis, colaphizabatur tanquam puer. Et à quo? Ab angelo Satanæ. Quid eſt hoc? Dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer. Dolores autem corporum plerũque mittuntur ab angelis Satanæ ſed hoc nõ poſſunt niſi permiſſi. Nam & Iob ſanctus ſic probatus eſt. Permiſſus eſt ad eum probandum Satanas, & percuſſit eum vulnere, vt vermibus putreſceret. Immundus enim permittebatur, & ſanctus probabatur. Neſcit diabolus quanta bona de illo fiant, etiam cum ſæuit.* Hæc ille, vocans dolorem capitis, & nihil ſpeciatim de illo dolore tradens. Ad hunc etiam ſenſum doloris corporis in genere videtur alludere Gregorius Nazianzenus, qui Monodia ſua, quam in mortem B. Baſilij edidit, ita eum prope finem alloquitur: *Tu vero ſacrum, & diuinum caput, nos cœlitus inſpicias, carnisque ſtimulum* (Græcè ait σκόλοπα) *à Deo nobis ad diſciplinam datum, aut precibus tuis ſiſtas, aut perſuadeas, vt forti animo perferamus. In quæ verba Nicetas; Renum, inquit infirmitatem ſignificat, atque articulorum debilitatem ſiue podagram. Sic enim locum illum Pauli de corporis infirmitate, & non de fomitis concupiſcentiæ veteres quidam intellexerunt.* Hæc ille.

Cur ab angelo Satanæ colaphizatus Apoſtolus, & quomodo ſecundum Aug.
Iob. 2.

Greg. Nazian. orat. 30. Iac. Billio interpr. t. 2.

Nicetas quem ſtimulum datum aſſerat Apoſtolo.

Hoc etiam de morbo in genere videtur prius à beato Chryſoſtomo dictum: Nam homil. 6. de laudibus Pauli. *Quid vero datur*, inquit, *carni, cum procul dubio ducit: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ? Hoc eſt autem nihil eſt prorſus aliud quam oſtendere contempſiſſe dolorem ſe corpore ſentientem, non quia non ingrederetur animum, ſed quia magnitudine voluntatis excluderet eum, atque depelleret.* At B. Thomas hoc loco in ſpecie explicat morbum, dicens: *Datus eſt mihi ſtimulus, crucians corpus meum per infirmitatem corporis, vt anima ſanetur, quia ad literam dicitur quod fuit vehementer afflictus dolore iliaco.* Hæc ille, non exprimens à quo id acceperit. Beatus Vincentius eiuſdem familiæ Dominicanæ inſignis ſuo tempore prædicator, arbitratus eſt fuiſſe dolorem ſtomachi (quo etiam dolore laborabat Timotheus Pauli diſcipulus: *Modico*, inquit, *vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates*) quo impediebatur à prædicatione, ac diuini celebratione ſacrificij. Vnde & aſſerit, manu impoſita ſuper loco doloris augeri ſolidum dolorem. Mirabaturq; ille ſanctus, quod alios ſolo Ieſu nomine inuocato, & manus contactu ſanaret, & dolorem adimeret, à ſe autem minime depelleret. Sed etſi hæc pie, & religioſe ſenſerit hic pater; ignoramus tamen vnde hæc acceperit: etſi quidam tribuant hoc beato Remigio.

D. Chryſ. t. 4. in fi.

Paulusque infirmitate corporis laborauerit ſecundũ Thom.
D. Tho. lect 4. t. 16.

Opinio B. Vincentij.

1. Tim 5.

Accedit & alter eiuſdem ordinis alumnus, nimirum Hugo Cardinalis, qui præſentem locum de ſtimulo carnis, interpretatur de tentatione S. Theclæ inter fœminas protomartyris, pulcherrimæ, & præclaræ Chriſti Virginis, quam baptizatam ſecum circumferebat. Producit autem Hieronymum in epiſt. ad Oceanum hæc verba dicentem: *Thecla poſt tentationem paſſionis Antiochiæ, cum Paulo prohibetur pergere. Nemo enim miles cum vxore vadit in prælium.* Hæc ille quæ verba ſane hactenus apud Hieronymum inuenire non potui.

III. opinio Card Hugonis minus probabilis.

Sed tria mihi contra hanc ſententiam occurrunt. Primum eſt, quod Paulus non erat ſolitus mulieres circumferre, quemadmodum Chriſtus circumferebat, vt miniſtrarent ſibi de facultatibus ſuis, quemadmodum reliqui Apoſtoli, maxime autem fratres, Domini, vt Paulus dixit in ſuperiori epiſtola: quia etſi is mos ſeruaretur apud Iudæos; in Gentib. tamen non erat conſuetus, ſed potius ſcandalizaret. Et ita Hierony. in caput 27. Matthæi aſſerit, hoc inter Gentes non ſeruaſſe Apoſtolum.

Stimulum carnis ſuæ Paulo datũ B. Theclã eius aſſeclã formoſiſſimam virginem non fuiſſe.
Luc. 8.
1 Cor. 9.
B. Hier t 9

Secundum eſt, quia tantus Chriſti Apoſtolus legerat, ac probe intellexerat, quid Dominus dixiſſet, cum ad fugienda ſcandala adhortaretur: *Si manus tua vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proiice abs te. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te.*

II. argum.

Tertium eſt quod Hieron. in l. de ſcripto Eccleſ. in Luca ait: igitur περιόδους Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulã, inter apocryphas Scripturas computamus. Quale enim eſt, vt indiuiduus comes Apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolum ignorauerit? ſed & Tertull. vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Aſia σπουδαστὴν Apoſtoli Pauli conuictum à Ioanne, quod autor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe. Hæc ille, aperte negans Paulum circumtuliſſe ſecum B. Theclam. Adhæc Gelaſius pontif. librum qui appellatur Theclæ, & Pauli, vt apocryphum damnauit, vt habetur in cap. S. Rom. Eccleſia.

Matt. 18.
III.
Idem t. 1.
Galat. 1.

Poſtremo Græca ſcholia, quæ habentur

pro Chriſti ouibus. Fugere autem licet, quando ſolus paſtor quæritur ad mortem, & non imminet periculum ouibus. Mirum autem eſt, quod gloriatur Apoſtolus in fuga; cum nullum ſpecimen generoſi ſpiritus inea ſit, ſed imbecillitas animi, & metus mortis ad fugam homines compellat. Verū fugiſſe hominem ſuo loco, & tempore, viciſſe eſt.

Quam ho[n]orifice de ſua idem fuga glorie[t]ur.

Quod ſi vrgeas, capitale fuiſſe muros tranſilire; cum ſecundum leges imperiales muri ſancti, & portæ ſanctæ vrbium habeā tur: mori ergo potius debuit, quam ſua cauſa turbari publicum ordinem. Reſpondeo, conſiderandum fuiſſe finem legum: hoc enim per leges cautum eſt; ne ſcilicet vrbes latrociniis, homines proditionibus ſint expoſiti: vbi vero de liberando innocente homine agitur, ceſſat illa ratio. Vnde reprehenſione caret, quod furtim euaſit præſertim cum Dominus dixerit: *Cum perſequētur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam.* Fugiunt nāque & ſtrenui duces nonnunquam, vt iterum pro patria pugnare valeant. Quos inter cum Demoſthenes rogatus eſſet cur fugeret? Seruo, inquit, me patriæ. Etſi ergo prima facie timidi, & imbecilli actus eſſet Pauli fuga, in veritate tamen prudentiæ actus fuit: vt ſeruaretur vtilitati Eccleſiarū, quæ ex Gentibus congregatæ ſunt.

An Damaſcenos ille tranſiliens muros Im[p]eralia edi[c]ta violauerit.

Matth. 10.

Hanc fugā Apoſtolus Demoſthe[n]eo quo reſponſo ueri valeat.

DISPVTATIO XIII.

In Apoſtoli verba: *Si gloriari oportet (non expedit quidem) veniam ad viſiones, & reuelationes Domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim: (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit) raptum huiuſmodi vſque ad tertium cælum. Et ſcio huiuſmodi hominem (ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit) quoniam raptus eſt in Paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*: & reliqua in finem vſque Cap. 12.

CIrca hoc Caput in primis dubitatur, quo tendat Apoſtolus, & quid agat in eo. Deinde ſi non expedit gloriari, cur accedit ad viſiones, & reuelationes, in quibus maxima ſolet eſſe materia gloriationis & quæ ſit differentia inter viſiones, & reuelationes. Tertio, quare ait in tertia perſona: *Scio hominem in Chriſto ante annos quatuor decim,* & quare loquitur de re ante tot annos geſta. Quarto, quomodo Paulus in raptu ignorabat an eſſet in corpore, an extra corpus; cum Daniel dicat: *Intelligentia opus eſt in viſione,* ſcilicet propheticæ: at intelligentia expellit ignorantiam cuiuſcunque rei. Quinto, quid eſt tertium cœlum, in quo Paulus raptus fuit, & an idē ſit raptus in Paradiſum, & raptus in tertium cœlum, an vero ſint diuerſi raptus, & diſtincti, vt quidam volunt. Sexto in dubium venit, an Paulus in raptu eſſentiam diuinam viderit: quod Auguſtinus, & B. Thomas aperte confitentur. Deinde, ſi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, ſuperuacaneum ergo videri poſſet quod Paulus audiuit, ſi perpetuo ſilentio erat ſupprimendum; cum tamen manifeſtatio Spiritus detur ad vtilitatem, Eccleſiæ ſcilicet. Septimo, circa illud: *Pro huiuſmodi gloriabor, pro me autem nihil, niſi in infirmitatibus meis,* dubiū eſt, quomodo hoc dixerit, cum iſta diuina, & eminentiſſima dona argumētum ſint maximæ gloriæ, & gloriationis? Rurſus, quomodo ait: *Et ſi voluero gloriari, non ero inſipiens*: nam videtur ſibi contradicere, qui ſuperius dixerat, inſipientiam eſſe ſeipſum laudare, & gloriari in ſeipſo. Octauo, circa id: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ qui me colaphizet, dubitatur quis eſt iſte ſtimulus carnis? nam & Græce σκόλοψ vocatur, multa ſignificat, & quæritur in quo ſenſu hic dicatur. Deinde difficilius eſt intelligere, quid per hanc metaphoram dicere voluerit: multa enim dicuntur de iſto ſtimulo, & quidam referunt ad capitis dolorem, alii ad ſtomachum, alii ad morbum iliacū; quidam ſtimulum referunt ad ſenſum libidinis, quidam vero ad ſanctam Theclam virginem ſpecioſiſſimam: alii denique perſecutiones ſibi illatas à perſecutoribus Iudæis. Dubium quoque eſt quid colaphizare, vel colaphus. Nono, quid eſt, quod Paulus orans pro ſtimulo amouendo, non tamen fuerit exauditus, cum dictum ſit illi; Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Et infra: Cum enim infirmior, tunc potens ſum. Decimo quæritur, an præter Dei gratiæ habitum nobis inhærentem, neceſſarium ſit Dei auxilium ad cauendum à peccato, & ad bene operandum, & in bono perſeuerandum.

[I.] Dubit. [II]. Dubit. [II]I.Dubit. IV. Dubit. Dan. 10. V. Dubit. VI. Dub. Auguſtinus & Thom. locis inferius citandis. 1.Cor.12. VII. VIII. IX. X.

Vt ſoluamus primam dubitationem, dicimus, adhuc Paulum perſtare in ſuis recenſendis laudibus, & principio ſibi quaſi in medio curſu manum inijcit, ſeq; inuitum facere teſtatur, vt impudentiam multorum coarguat, admoneatq; ſuo exemplo,

Ad I. dub. reſponſio. Quid propoſitum Apoſtolo in hoc cap.

vt

vt quò quiſque pluribus,& præſtantioribus gratijs abundat, eò minus de ſua excellentia aut cogitare, aut recordari,aut verba facere debeat. Quò enim quis dona ſua acutius cernit, eò minus ſeipſum agnoſcit,vt deberet. Nam etſi non ſit ignoranda Dei gratia,tum vt grati animi ſignum Deo edamus;deinde vt ad rectum eius vſum expergefiamus : veruntamen vt inde gloriandi anſam accipiamus, id magno periculo non caret.

Cur ſcire debemus quæ à Deo donata ſunt nobis. 1.Cor. 2.

Ad ſecundum illud: *Si gloriari oportet(nõ expedit quidem)* nec ad aliquod bonum conducit ob ſui,&aliorum periculum.Ita tamẽ habet Græca lectio: Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι Id eſt:Gloriari mihi non conducit:cum verò oportet,ad Dei gloriam,&vtilitatem fratrum faciendum eſt. Pro dictione autem Oportet, aliqui legunt δὴ. id eſt, Sanè, vel certè:alij verò legunt δεῖ.id eſt,Oportet,interroganter hoc modò legendo: Gloriari oportet?non expedit mihi. Vel vtraq; particula aſſertiuè legenda eſt, vt ſit ſenſus: Gloriari oportet ob manifeſtæ corruptionis Corinthiorum periculum à pſeudopoſtolis. Tamen,quia pſeudapoſtoli de reuelationibus ſibi factis peculiariter,erant ſoliti verba facere;proindePaulus de ſuis viſionibus ſed veris coactus eſt gloriari, ne illis inferior videretur. Nam maximis quibuſq; viris ad res magnas deſtinatisDeus ſe peculiaribus reuelationibus patefecit, vt Abrahæ,Moyſi,Eſaiæ: Ezechieli, Danieli,& reliquis Prophetis. Et ita Photius apud Oecumenium: *Gloriari verò in alijs,inquit,quam in ijs quæ infirmitatis meæ ſunt, non expedit mihi. Dixit enim paulò antè: Si gloriari oportet, de his, quæ infirmitatis meæ ſunt,gloriabor.Deinde poſito infirmitatis exemplo ſubiungit conſecutiue ad id, quod dictum eſt: ac ſi dicat: Quæ verò non ſunt infirmitatis, ſed magis ſublimitatis, & potentiæ, de his,inquit, non expedit mihi gloriari. Quomodo ergo etiam hæc dicis? Nollem, inquit, ſed propter veſtram ſalutem,etiam quæ nollem ſuſcipio.* Hæc ille.

Secundæ quæſtionis ſolut. Si gloriari non expedit,cur de ſuis viſionibus Paulus & reuelationibus gloriatur.

Quos Deus ſuis viſionibus, & reuelationibus illuſtrare ſoleat.

Oecum. c.10.

Quibus de rebus modeſtiſſimus malebat Apoſtolus gloriari.

Veniam autem ad viſiones,& reuelationes Domini. Inter viſiones, & reuelationes hoc eſt diſcrimen, quòd reuelatio ſæpè contingit vel per ſomnium,vel per oraculum,in quo nihil oculis apparet: viſio autem interdum ſine reuelatione datur.Dominus autem ſolet patefacere quid ſibi voluerit vel per ſe, vel per alium,id eſt.per Angelum,vel Prophetam,declarat. Vt verbi gratia: In viſione imaginaria aliqua videntur vel externa abſq; reuelatione, vt habes in viſione dormientis Pharaonis de ſeptem ſpicis,&ſeptẽ bobus macilentis,& è contrario de ſeptem pinguibus: & in viſione Nabuchodonoſor, qui vidit ſtatuam auream, argenteam, æream,ferream, & luteam: & Baltaſar Rex vidit oculis ſuis ſcripturam in pariete in hęc verba: Mane, Thecel, Phares: & quid ſibi vellet, non intellexit, niſi rogato Daniele, qui eius reuelationis,ſicut etiam prioris viſionis Pharaonis intelligentiam accepit Ioſeph. Quando verò videmus aliqua,& viſa intelligimus, ſimul viſio, & reuelatio concurrunt etſi ſint diſtincta dona. Græcè tamen dicitur: *Veniam enim ad viſiones,& reuelationes.* Nam vt omittam,quòd alij multas viſiones habuerint: nã Luc.1.cognouerunt Iudæi,quòd Zacharias viſionem vidiſſet in templo, & Apoſtolis transfigurationis ſuæ teſtibus Chriſtus edixit: *Nemini dixeritis viſionem,donec filius hominis à mortuis reſurgat,*& de Petro in Actis Apoſtol. habemus, primum,quòd viſionẽ habuerit lintei;deinde quòd cum eductus eſt de carcere,exiſtimabat ſe viſum videre: Paulus tamen multis viſionibus illuſtratus fuit: nam cũ conuerſus fuit ad Chriſtum Act.9. miſſus eſt ad illum Ananias, & dixit; *Saule frater, Dominus miſit me Ieſus, qui apparuit tibi in via qua veniebas.* Et inferius Barnabas narrauit Apoſtolis, quomodo Saulus in via vidiſſet Dominũ, & quia locutus eſt ei: Act.16.viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt: Cap.18.Dixit Dominus nocte per viſionem Paulo: *Noli timere,&c.* vt agnoſcas B.Paulum frequentibus Dei viſionibus enutritum,& aſſuetum fuiſſe. Nec mirũ,cùm de ipſo prædictum à Dauide legamus: *Ibi* (ſcilicet inter Apoſtolos) *Ben-iamin adoleſcentulus in mentis exceſſu:* vt etiam Patres veteres interpretantur, quemadmodum Auguſtinus,& alij.

Viſio, & reuelatio diſtinguuntur.

Viſiones quædam reuelationibus minimè coniunctę.

Geneſ 41.

Daniel.2.

Infra 5.

Viſio, & reuelatio quando ſimul ſint.

Quas viſiones Euangelica commemoret hiſtoria.

Luc.1.

Matth.17.

Act. 10.

Infra 12.

Paulus quàm frequentes habuerit viſiones à Domino.

Supra 9.

Infra 16.

Infra 18.

Pauli viſiones vbi prænunciatæ.

Pſal.67.

B.Auguſt. in hũc Pſal.to.8.

Tertia ſoluitur dubitatio:Loquitur Apoſtolus in tertia perſona de ſeipſo; *Scio hominem in Chriſto,&c.* quia excellẽtiam de ſe rerum narrationem faciebat. Ita loquebatur de ſe Chriſtus, vt cum diceret: *Filius hominis qui eſt in cœlo;*&c.*Filius hominis non habet vbi caput reclinet*: Ioannes quoq; Euangeliſta paſſim de ſe dicit: *Hic eſt diſcipulus,quem diligebat Ieſus.* Habet autem huiuſmodi ſermo amabilem quandam modeſtiam: vt tum maximè quis virtutes illuſtriores faciat,cum præ humilitate celare illis ſtudet. Ait: *Hominem in Chriſto.* Id eſt,Baptizatum,& renouatum in Chriſto; ad differentiam hominis externi nondum regenerati, ſed regenerationem ſui corporis expectantis in reſurrectione mortuorum, vt habes Roman.8. Addit, *Ante annos quatuordecim.* Non temerè tempus præfiniuit: tum vt intelligerent Corinthij, Paulum non fuiſſe nouitium in eiuſmodi raptibus,& viſionibus: vt Actor. 22.raptus eſt in templo,dum oraret:& ſępè reue-

III dub.ſolut. De ſe Paulus in tertia perſona cur dicat: Scio hominẽ in Chriſto,&c.

Ioan.3.

Luc.9.

Homo quis in Chriſto.

Rom.8.

Cur ante annos quatuordecim,dicat, nec tempus determinat viſionis.

Act.22.

Act.22.

reuelationes accepit de fide myſterijs,& de locis,ad quæ prædicaturus venire debebat: tũ vt intelligerent, quòd qui per quatuordecim annos eas viſiones reticuiſſet, nonniſi neceſſitate eas modò propalauerit: id enim celaturus erat,niſi improbitas, & impoſtura pſeudapoſtolorum coegiſſet:denique, vt innueret, quòd qui ante tot annos talia accipere meruerat, cogitarent qualis, & quantus nunc eſſet poſt tot annos,ac tantos exantlatos labores.

Quo tempore illa viſio acciderit.

Numerus autem annorum cogit nos fateri, hanc reuelationem Paulo in ipſo prædicationis curſu, non autem in initio conuerſionis ſuæ cõtigiſſe. Annis enim decem & ſeptem prędicauerat tunc Chriſtum,priuſquam vnà cum Barnaba deſcenderet Ieroſolyma: & colligitur ex Gal.1.& 2.quia in priori loco ait; *Deinde poſt annos tres veni Ieroſolymam videre Petrum* In poſteriori verò,*Deinde,poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Ieroſolymam cum Barnaba*: ab eo autem aſcenſu cum Barnaba in Ieruſalem poſt nonnullos annos ſcripſit hanc epiſtolam. Prius enim Macedoniam ingreſſus fuit; deinde Athenas,& Corinthum conuertit:inde regreſſus traiecit in Aſiam, & inde nauigauit in Syriam: vbi viſitata Eccleſia Ieroſolymitana per Anthiochiam,Galatiam, & Phrygiam, tandẽ redijt Epheſum:à qua rurſus ſoluens per Troadem,venit iterum in Macedoniã, ex quo Corinthum hanc ſecundam deſtinauit epiſtolam. Cæterùm ſi hæc omnia vt minimũ ſupputemus, non potuit perficere ante ſexennium. Sequitur ergo ex hoc numero annorum computato,quòd circa decimum à conuerſione ſua annum hanc viſionem à Deo acceperit. Et fieri nequaquã potuit, vt eam viſionem nunc attingat,cuius meminit Lucas Act.22.vbi etiã expreſſè dicit ſe in templo raptum fuiſſe, dum oraret,ſecundùm literam Græcam. Latina tamen lectio habet: *Factum eſt autem reuertenti mihi in Ieruſalẽ.et oranti.fieri me in ſtupore mentis*: quoniam illa viſio fuit imminente iam Pauli captione, & adductione eius ad vrbẽ Romam: ipſe verò iam ante ſcripſerat epiſtolam iſtam ad Corinthios ex Troade, vel ex Macedonia.

Gal.1. — Pauli peregrinatio. *Actor.16.* *Infra 17.* *Infra 18.* *Ibid.* *Infra 19.* *Infra 20.* — Præciſum eius tempus viſionis quod nam ſit. — *Act.22.* De qua viſione hoc dictum non poſſit intelligi.

Non diſſimulabo, B.Thomam hoc loco ex ſententia quorundam ſatis probabili colligere,quod has viſiones habuerit in illo triduo,quo poſt proſtrationem ſuam à Domino manſit Damaſci non videns, neque manducans,neque bibens.Sed vtcunq; res habeat,mihi ſolidiora videntur quæ primo loco dixi.

Altera quorũdam opinio *B.Thom.lect. 1.ante dimid.* *Supra 9.*

Quarto dubio,quomodò Paulus potuerit ignorare an eſſet in corpore, vel extra corpus, cum viſio prophetica intelligentia opus habeat,quæ excludit ignorantiam; & cum alij rapti in extaſim, nouerint ſe animo in corpore contento raptos eſſe, Reſpondemus: Raptus vocem propriè quandam violentiam alicui rei contra,vel potius ſupra motum ſibi naturalem, & intrinſecum ſignificare: violentum autem dicitur, cuius principium eſt extra, nihil conferente eo quod vim patitur, vt tradit Philoſophus in Ethicis.

Ad IV. dubiũ. Quomodo ſuum Paulus raptum ignorare potuerit in tertium cœlũ. — Violentum quod. — *Ariſt lib 2 Ethico.cap.1.*

Deinde dicimus duplicem eſſe in Scripturis raptum, corporeum alterum,qualis fuit ille Prophetæ Habacuc, qui per Angelum deportatus eſt in Babylonem in lacum leonum,vbi erat ſeruus Dei Daniel:& Act. 8.de Philippi Diaconi raptu legimus: *Cum autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum,& amplius non vidit eũ Eunuchus &c.Philippus autem inuentus eſt in Azoto*.Et rurſus Apoſtolus dixit de ſuſcitandis in die iudicij: *Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Chriſto in aëra, & ſic ſemper in Domino erimus.* Alter verò raptus propriè eſt animę,de quo Ezechiel: *Emiſſa*, inquit,*ſimilitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me ſpiritus inter cœlum,& terram,& adduxit me in Ieruſalem in viſione Dei*: de hoc etiam in Apocalypſi cap.1. habetur: *Ego Ioannes frater veſter fui in ſpiritu in Dominica die.*

Duplex raptus corporeus & incorporeus ſecundum Scripturas. *Dan vlt.33.* *Act.8.* *Theſſ 4.* *Ezech.8.* *Apocal.1.*

Thomas verò cum Caietano tradit,non fuiſſe ignotum Apoſtolo, an raptus eſſet cum corpore, an ſine corpore, ita vt fuerit anima à corpore ſeparata(hoc enim eſt eſſe extra corpus)ſed propriè ſignificatur,quòd modus exiſtendi animæ pro tempore raptus ignotus fuerit:& eos reprehenſionem non euadere, qui diſputando ſcire volunt, quæ tamen ſe neſcire, ipſemet Paulus,qui talia paſſus eſt,confeſſus fuit. Vnde Auguſtinus lib.12.ſuper Geneſin ad lit.cap.5.poſt multa diſputata concludit:*Reſtat ergo fortaſſe,vt quoniã mentiri non poſſet Apoſtolus, qui tanta cura egit vt diſcerneret, & quid neſciret, hoc ipſum enim ignoraſſe intelligamus, vtrùm quando in tertium cœlum raptus eſt,in corpore fuerit,quomodò eſt anima in corpore, cum corpus viuere dicitur,ſiue vigilantis ſiue dormientis, ſiue in extaſi à ſenſibus corporis alienata: an omnino de corpore exierit, vt mortuum corpus iaceret, donec peracta illa demonſtratione, membris mortuis anima redderetur, & non quaſi dormiens euigilaret, aut extaſi alienatus denuo rediret in ſenſus, ſed mortuus omnino reuiuiſceret.* Et capite penè poſtremò: *Denique quamuis abrepto Apoſtolo à carnis ſenſibus in tertium cœlum, & Paradiſum: hoc ipſum certè defuit ad plenam,perfectamque cognitionem rerum, quæ Angelis ineſt, quod ſiue in corpore, ſiue extra corpus eſſet, neſciebat.*

Altera opinio Thomæ ſcilicet, & Caietani. *B Thomas lect.1 à medio tom 16.* *B Aug to 3.*

lat. Hoc itaq́; non deerit, cum receptis corporibus in reſurrectione mortuorum, corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate.

Magnus Athanaſ. tom 1. Matth. 24.

Athanaſius ſerm. 4. contra Arrianos edifſerens illud: *Quomodo Chriſtus aſſerat ſe diem iudicij ignorare*, inter alia opponit hunc locum Apoſtoli: *Noui hominem in Chriſto ante annos quatuordecim. ſiue in corpore, neſcio, ſiue extra corpus, neſcio: Deus autem ſcit. Quid igitur dicitis*, inquit, *Neſcit ne Apoſtolus, quid ſibi acciderat in viſione? quantumcunque dicat ſe neſciuiſſe: quod ſi illum affirmetis neſciuiſſe, videte ne qui non aſſueti eſtis cadere, in Phrygum iniquitatem decidatis, qui aſſeuerant neſciuiſſe Prophetas, Verbique miniſtros, quid facerent, aut de quibus renuntiarent. Contra, ſi pronuntietis Apoſtolum dicentem ſe neſciuiſſe, nulla iſthic ignorantia laboraſſe, cum haberet in ſe Chriſtum ſibi omnia reuelantem, qui (quæſo) non fueritis peruerſiſſimo, & reprobiſſimo animo, cum aſſeueretis, Apoſtolum dicentem ſe ignorare ſcire? & Dominum itidem dicentem ſe ignorare, neſcire?* Et infra ait: *Sed tamen ſe non nouiſſe Paulus dicit, duabus, vt ego exiſtimo, de cauſis: quarum alteram ipſe elocutus eſt; ne propter exceſſus reuelationum alium quis eum arbitraretur præ eo, quem videbat: altera deinde cauſa; ne cum Saluator, ſi ipſe ſe ſcire fateretur, ſeruus ſupra Dominum ſuum, & diſcipulus ſupra Magiſtrum videretur. Igitur Paulo dederat, vt ſciret, multo magis ipſe ſcientia instructus fuit.* Hæc ille, qui paulo ante attulerat exemplum Eliſei, dicens: *Certe Eliſeus nouerat, quomodo Elias aſſumptus eſſet: verum quamuis rem certam haberet, tamen diſcipulis Prophetarum exiſtimantibus Eliam in aliquem montium abiectum eſſe principio quidem conſcius eorum, quæ viderat, operam dabat vt perſuaderet id quod res eſſet: ſed vbi illi acrius inſtarent, ſilentium tenuit, finitq́; eos ad inueſtigationem digredi. Quid igitur? an quia tacuit, rem incognitam habebat? minime gentium ſed tamen quaſi ignarus id illis conceſſit. vt ita negotij fide percepta, & rebus exploratis, nihil vlterius ambigerent de Eliæ aſſumptione. Igitur multo magis Paulus, qui ipſe raptus fuit nouerat quomodo raptus fuerit: ſiquidem & Elias idem cognitum habebat: à quo ſi interrogatus fuiſſet, dixiſſet forſitan, qua ratione aſſumptus eſſet.* Eſt ergo ſenſus Athanaſii. Paulum neſciuiſſe non quid ignoraret, ſed quod vellet eſſe ſecretum, & celatum.

Paulum ſuum raptum cognouiſſe, probat, Athanaſ. aduerſus Arrianos ex duplici capite.

1. Cor. 13.

Paulus ſuũ raptum aſſeruit ſe ignorare, dupliciter ſecundum Athanaſ.

Matth. 10.

Exemplũ Athanaſ. in Eliſeo.

4. Reg. 2.

Hæc quã Paulus ignorauit viſio quid arguat.

Nec mirum eſſe debet, etſi intelligentia opus ſit in viſione prophetica: hęc tamen ipſa ignorantia indicat non humana, ſed diuina virtute hoc factũ contigiſſe, quo melius exprimitur reuelationis magnitudo, dum Deus ita eum coegit, vt Paulus ipſe modum non caperet. Nec incredibile id putandum eſt: quia interdum ſe nobis ita manifeſtat Deus, vt modus tamen ſenſum noſtrum lateat. Neq; hoc certitudini fidei quicquam derogat, quæ hoc vno conſtat, ſi ſentiamus Deum nobis loqui, imo diſcimus potius eorum modo, quæ neceſſaria ſunt cognitu, expectandam eſſe ſcientiam, reliqua vero Deo commendanda.

Dan. 10.

Eiuſmodi ignoratio cur fidei minime repugnet, quid conferat.

Quando ergo ſe neſcire fatetur, quomodo iſtud contigerit, nihil eſt periculi ſi hoc nos cũ tanto Apoſtolo ignoremus. Hæc eſt illa docta caligo Dei, in qua qui minus nouerunt, magis nouerunt. Ita et ã Petrus vna cum aliis duob⁹ Apoſtolis claritate ſeu maieſtate Domini trãſfigurati oppreſſus, extaſiſq; raptus, neſciſſe quid diceret, merito ab Euangeliſta perhibetur. Adæ quoque, ſiue dormienti, vt habet Hieronymi interpretatio, ſiue in extaſi poſito; vt 70. interpretes vertunt, ablata eſt coſta lateris ad formandã Euam, ipſomet Adamo quomodo fuiſſet ablata, ignorante: & ſponſa ait: *Ego dormio, & cor meum vigilat*: quia ad corporeas interpellationes ſopitas corpori, & ſenſibus dormit; Deo autem, ac bonis ſpiritualibus, ac voluptatibus perfruitur. Vnde & à talibus ſeuere exigit, vt ſilentio tegant atq; occultent quod viderunt. Et ſacrę literę vbi ſimile quid accidiſſe enarrãt, magna verborum parcitate vtuntur, rem vno; aut altero verbo notantes, vt facile intelligatur eſſe arcanum aliquod, & ineffabile, quod verbis exprimi vix queat. Vnde Apocalypſ. 2. vocatur Manna abſconditum, & calculus candidus ſcriptus nouo nomine, quod nemo ſcit niſi qui accipit. Oecumenius ponderans. hoc verbum: *Siue extra corpus, neſcio: Modeſte*, inquit, *loquitur, ſuam non occultans ignorantiam, Licuiſſet enim de hoc tacere.* Hæc ille.

Diuinæ qua offuſcantur Deſeru, effectus caliginis.

Luc. 9.

Quibus etiã ignorantibus & inſciis, diuinæ acciderint viſiones.

Geneſ. 2.

Cant. 5.

Apoc. 2.

Oecu. c. 10.

Soluamus quintum dubium: Dicimus multis modis à Patribus accipi hoc quod dicitur de tertio cœlo: de qua re conſultat B. Thomam qui velit: Mihi vero ille prę cęteris ad literam ſenſus præſtare videtur, vt tertium cœlum intelligamus Empyreum: quoniam aer, & oẽs cœli viſibiles, et ã connumerato firmamento, ſiue octaua ſphœra pro vno cœlo cõputantur, ſupra quod aquę quæ ſupra cœlis ſunt, hoc eſt, cœlum aqueũ ſiue cryſtallinum, quod & primum mobile dici conſueuit, pro ſecundo cœlo computatur. Tertium vero eminentiſſimum, Empyreum à Patribus ponitur, quod cœlum cœli vocatur, Terra viuentium, & Regia Dei ſiue à magna voluptate quam præſtat Paradiſus nominatur. Illud tamen non videtur probãdum, quod interpretatio Ambroſio inſcripta tradit, in hoc tertio cœlo, ſeu circulo quem vocat, ſitam eſſe Lunam.

V. ſol. qu. In quod raptus fuerit tertium cœlũ Paulus.

Pſal. 148.

Quænam aquæ ſupra cœlos ſint iuxta Prophetã.

Aliis quid tertium cœlum, ſed inepte.

Altera quæſtio erat, an raptus in tertium

In cœlum, & in paradiſum ſint ne duo raptus, an vnus, & idẽ Apoſtolo.

cœlum, & raptus in Paradiſum, ſit vnus, & idem, an vero diuerſi. Et Auguſtino quidẽ, ac Thomæ, & Caietano vnus & idẽ raptus, & vna & eadẽ viſio videtur, ſed paulo latius explanata, & repetitione confirmata, ne putetur fabuloſa. Et quia in vtraque dicitur ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit. Significatur etiam eadem viſio ab illuſtratione intellectus per hoc quod ait, tertium cœlum, & à ſumma voluptate, qua voluntatem, & affectum ſatiauit.

Altera opinio, nec improbabilis. *Hermas Læthmat. Glo. 1. interl*

Hermas tamen Læthmatius in li. de Tabernaculi conſtructione, qui noſtro ſeculo floruit, deſtinctos raptus aſſerit fuiſſe, vt etiam docet Gloſſa Interlinearis. Tũ primo, quia peculiariter ponit, cum dicat, εἰς τὸν Παράδεισον, qui articulus Paradiſum, alium oſtendit eſſe à cœlo. Tum ſecundo, quia in plurali dixit: *Veniam ad viſiones, & reuelationes Domini*, Et infra ait: *Ne magnitudo reuelationũ extollat me*: Non ergo vna tantum reuelatio fuit.

II. argum. pro hoc ſenſu. III.

Tum tertio, quia enarrato raptu in tertium cœlum, ſubdit per coniunctionem copulatiuam; Et ſcio huiuſmodi hominem: illa enim particula has duas res coniungit natura quaſi diuerſas: niſi quis velit intelligere, Et, pro, id eſt, Glorioſius item eſt tum Chriſto qui rapuit, tum Paulo qui raptus eſt bis hoc donum dediſſe, & illum bis accepiſſe, quam ſemel.

IV. & vi. ab autoritate Patrum. *B. Epipha. Geneſ. 2.*

Tum denique, quia Patres permulti id teſtantur, & in primis Epiphanius Hæreſi 64. contra Origeniſtas, vbi cõprobãs, Paradiſum eſſe eximiam terræ partem ex qua Tigris, & Euphrates profunduntur, inquit: Non enim ex ſupernis de cœlis effunduntur, ac eliduntur. Nam neq; ſuſtinere potuiſſet terra, vt tãtam aquę molem aceruatim ex alta delabentem ſuſciperet. Et ſubiungit: Sed neq; Apoſtolus aſſerit, Paradiſum eſſe in tertio cœlo, ſi quis ſubtiles ſermones audire nouit. Noui .n. raptum vſq; ad tertium cœlum, dicens: & noui talẽ hominem, ſiue in corpore, ſiue ſine corpore, Deus nouit, quod raptus eſt in Paradiſum. Duas reuelationes magnas ſe vidiſſe indicat, cum bis aſſumptus ſit euidenter; ſemel quidem, vſque ad tertium cœlum; ſemel vero in Paradiſum,. Hæc ille, ponderans diuerſa eſſe loca, tertium cœlum, & Paradiſum: & bis dictum: Scio hominem in Chriſto, & iterum, Et ſcio hominem.

Theophyl.

Theophylactus hoc loco ait: *A tertio cœlo rurſum raptus eſt in Paradiſum. Raptus eſt ergo, vt ne in hoc quidem, reliquis Apoſtolis, qui Chriſto connixerunt, ſit inferior.* Adde Oecumenium qui in illud: *Siue in corpore*, ſcribit: *Dictũ illud: Siue in corpore neſcio, ſiue extra corpus, neſcio, ſecundo repetit: non ita, vt quis putare poſſit battalogum eſſe, & ſuperflue de eodem raptu vtrumq; dicere: ſed illud quidem de raptu ad cœlos, hoc autem rurſum de raptu inde ad Paradiſum.*

Helias Cretenſ. *Pſalm. 8. Gene 27. Pſalm. 146.*

Helias Cretenſis in ſecundam orationem Nazianzeni de Theologia, explicando tertium cœlum, ait, Aerem, primum eſſe cœlum, de quo *Volucres cœli*, &, *De rore cœli, & pinguedine terræ*, & iterum. *Qui operit cœlum nubibus, &c.* Secundum, firmamentum, quod vocatur cœlum: tertium illud ante omnem diem cum terra factum, & in hoc aſcẽdit cœlum Paulus, & inde rurſus in Paradiſum.

Greg. to. 2. *B. Cyp c. 13.*

Gregorius quoq; Roman. lib. Moral. 18. cap. 5. initio ſatis aperte indicat diuerſos fuiſſe raptus. Et ante eum Cyprian. lib. de Exhortatione Martyrum, inſinuat eſſe diſtinctum, his verbis: *Plus non accipere in paſſionis mercede, quam quod hic ſuſtinemus in ipſa paſſione probat B. Apoſtolus Paulus, qui dignatione diuina vſq; in tertiũ cœlum, atque in Paradiſum raptus*, & reliqua.

Primaſ. Auguſt diſcipulus. *Haymo Epiſc.*

Primaſius Auguſtini diſcipulus hunc locũ ponderans; *Quod iterum*, inquit, *repetit ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, oſtendit alterã fuiſſe viſionem*: Haymo in eadem verba ſcribit: *Bis raptum ſe dicit Apoſtolus: primum ad tertium cœlum, poſtea in paradiſum, non in illum paradiſum terrenum, vbi quondam fuit Protoplaſtus ſed in cœleſtem paradiſum. Nam paradiſus interpretatur, hortus deliciarum, & ſignificat beatitudinem electorum, cœleſtem ſcilicet requiẽ, ad quam raptum ſe dicit Apoſtolus eo modo, quo ad tertium cœlum.* Atque hæc ſunt, quę nobis probabiliora videntur.

Geneſ. 2. Paradiſus quid ſonet.

Ad VI. du. Paulus in raptu an Deum viderit.

Sextam dubitationem diluimus, dicendo, præclaros autores non deeſſe, qui tradunt Paulum in hoc raptu Deum facie ad faciem vidiſſe, quemadmodum vident Beati, quanquam tranſeunter, non autem permanenter, vt ita dicam, quia ad breue tempus Deum per eſſentiam vidit: quod etiam de Moyſe confitentur; atq; huius ſententiæ in primis fuit Auguſtinus, qui id tribuit Paulo, in libr. de Videndo Deum, ad Paulinam, vbi definit, quod ipſa Dei ſubſtantia à quibuſdam videri potuit in hac vita poſitis, ſicut à Moſe, & à Paulo, qui vidit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Et li. 12. ſuper Geneſin ad literam cap. 13. & 28. Idem docet, cuius verba recitantur in Gloſſa Ordinaria ſuper hunc locum. Sequitur autem B. Thomas hanc Auguſtini doctrinam ſemper: vt 2. 2. q. 175. art. 3. & aliis in locis: quanquam ante Auguſtinum idem de Moſe dixerit Baſilius hom. 1. in Hexameron & nonnulli alii.

Aug. ep. 112 c. 13. tom. 2. *Idem to. 3.* *B. Thom. to. 11. par. 2.* *Baſil. to. 1.*

Altera opinio probabilior. *1. Tim. vlt.*

Quanquam autem hæc ſententia pia ſit, & probabiles ob hos tantos Doctores, & alios fortaſſe, quos ego non expreſſi: alii tamẽ ſunt, quibus hoc nõ ſit veriſimile, quoniam ipſe Paul. 1. Tim. 6. oppoſitum docuit

cum

Exod.33. Ioan.1.

cum dixit: *Quem* (ſcilicet Deum) *nullus hominum vidit, ſed neq; videre poteſt*, & Moyſi quærenti faciem Domini videre, reſpondit ille: *Non videbit me homo, & viuet*. Adhæc Ioannes capite 1. Euangelii ſui idem tradit: *Deum*, inquit, *nemo vidit vnquam: Vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit*: Proxime autem præceſſerant: *Lex per Moyſen data eſt gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*. Et ita videtur excluſus Moyſes à Deo videndo, quod vni ſoli Chriſto tribuitur. Atq; hanc ſententiam magni Patres, & antiquiſſimi multi ſequuntur; è quibus Dionyſius eſt Areopagi. capite 4. de Cœleſt. Hierar. & ca. 1. de Myſtica Theologia, cuius hæc ſunt verba: *Nec enim abre diuinus Moſes primum vt mūdetur, admonetur, & rurſus vt ab ys qui non ſunt huiuſmodi, ſeparetur, & poſt omnem illam expiationem buccinarum clangores varios exaudit, cernitque lumina plurima, plures, atque multifidos vibrantia radios. Mox vero ſegregatur a vulgaribus turbis: & cum electis ſacerdotibus ad ſummitatem aſcenſionum diuinarum conſcendit, ibique non ipſi congreditur Deo, neque ipſum cernit (eſt enim inuiſibilis Deus) ſed locum vbi ſteterit*. Idem ſenſit Chryſoſtomus homil. 14. in Ioann. Cyrillus item libr. 1. ſuper Ioann. cap. 22. & Theophylact. in caput Ioann. 1. Hieronymus libr. 3. in Pelagianos, & Gregorius libro 18. Moral. capit. 27. & 38. & inter Pontifices peculiariter id aſſerit Euariſtus epiſt. 4. ad Epiſcopos Africæ, nimirū quod Moyſes Deum non viderit. Atq; hæc mihi probabilior videtur ſententia, de qua re alibi latius diſſerui, vt propterea cogar hic breuius agere.

Dionyſ. Areopag. Exod.19. Chryſoſt. hom.27. Theophyl. Hieron. l.2. Gregor. l.3. Euariſt. Pontif. Libr 2. Enarra. Euang.

I argum. ex verbis Apoſtoli, quo probatur Paulum, Deū minime vidiſſe.

Hæc autem ſententia ex multis quæ hoc loco habentur, confirmatur. Primo, quia nihil dicit ſe vidiſſe, ſed audiuiſſe, quia per modum diſciplinæ accepit: quanquā Prophetæ interdum audire extendant ad viſiones, iuxta illud; *Domine audiui auditionem tuam & timui*. Sed hoc loco parum ſolidū eſt. Deinde quia hic ait: *Audiui arcana verba, vel ineffabilia*: at Deus trinus & vnus, vna res eſt ſimpliciſſima, quem ſi vidiſſet Paulus, vnū tantum verbum vidiſſet, & non plura. Tertio, quia ſubdit: *Quæ non licet homini loqui*. non ergo vidit eſſentiam, alioqui dixiſſet, quæ non poſſunt homini narrari, illud ponens, ſi licuiſſet, potuiſſet narrari: & ſi omnino non poſſent, in quam vtilitatem aliorum accepiſſet hanc reuelationem? Et bene ait: *Homines loqui*: quod intelligendum eſt de homine carnali, & animali, qui illa quæ Dei ſunt, capere non poteſt, bene autē ſpiritualis. Vnde & Apoſtolus in malā partem ponit nomen hominis: vt ibi etiam: *Nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?*

Habac.3. II. III. Arcana verba cui non licet homini loqui. 1.Cor.2. Infra 3.

Spirituales ergo, & in filios Dei euecti, quæ Dei ſunt, valent intelligere vt teſtatur Elias Cretenſis in ſecundam illam Orationem Nazianzeni de Theologia. Vnde Dionyſius Areopagita multa ſibi à Paulo de Angelis, & eorum ordinibus, & nominibus, & officiis tradita, in libris ſuis de Angelica Hierarchia inſeruit. Chryſoſtomus quoque teſtatur, quod Tito, & Timotheo, & ſimilibus fidelibus hæc, quæ viderat, reuelauerat. Vnde dixit: *Tu ergo fili mi, quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere*. Epiphanius tamen in hæreſin 38. contra Caianos teſtatur, hos hæreticos confinxiſſe libellum nomine Pauli Apoſtoli nefariis actionibus refertum, quo etiam Gnoſtici appellati vtuntur: quem, Aſcenſum Pauli vocant, occaſione inuenta ex eo, quod Apoſtolus dicit, ſe aſcendiſſe vſq; in tertium cœlum, ac audiuiſſe arcana quæ non licet homini loqui. Et hæc ſunt, inquiunt, arcana verba.

Elias Cretenſis t. 1. operum. B Gregor. Nazian. B. Chryſ.

Caianorū de Aſcenſu Pauli, impudens, ac nefarium figmentū. B. Epipha.

Qupd ſi dicas, hoc loco verba poni pro factis; reſpondemus tamen, quod etſi quādoque verba pro rebus poni ſoleant more Scripturæ; ſicut è contrario viſus pro auditu, vt Exod. 20. *Populus*, inquit, *videbat voces*. Exempla vero auditus pro viſu ſunt, vt illud: *Videamus hoc verbum, quod factum eſt quod fecit Dominus, & oſtendit nobis*, & de Rege Ezechia dicitur; *Non fuit verbum, quod non oſtenderet eis Ezechias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua*: hoc tamen in præſentia locum non habet; nam res proprie non dicuntur audiri, ſed videri. Non negauerim tamen, quod nugatorum omnium nugaciſſimus Marloratus Caluiniſta aſſerat, Dionyſium noſtrum nugatorem extitiſſe in libris de Cœleſti, & Eccleſiaſtica Hierarchiis, & multa comminiſci auſum fuiſſe; cum ex raptu, vel extaſi Ioannis multa nos docuerit Spiritus ſanctus, & ex aliis ad alios Patres factis, maxime autem eorum, quæ tradiderunt nobis prophetæ in extaſim rapti, & eleuati à Deo acceperunt, quo conſtaret, illa Dei ſolius eſſe, & non humana.

Improbatur hic ſenſus. Audiuit arcana verba, id eſt, facta more Scripturæ. Exod.20. Luc.2. Eſai.39. Marlorati, hominis nugaciſſimi, de Magno Dion. Areopag. nugatio. Apoc.1.

Ad ſeptimum circa illud: *Pro huiuſmodi gloriabor, pro me autem nihil gloriabór, niſi in infirmitatibus meis. Nam etſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam*. Pro huiuſmodi, inquit, re gloriabor, Græce enim dicitur, ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, & ponitur propoſitio ὑπὲρ pro περὶ, quæ ſignificat de, vel ſuper, cum auferendi caſu, iuxta illud:

VI. dub. infra diluetur. Pro infirmitatibus gloriari, quid.

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Virg. lib.1. Aeneid.

Vel pro huiuſmodi homine interno rapto in Paradiſum; pro me, id eſt, externo homine

Alter ſenſus.

mine non rapto non glorîabor, niſi in infirmitatibus meis: etſi reipſa idem ſit internus & externus homo. *Nam etſi voluero*, inquit, *gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam.* Occupatio eſt: nam dicere poterant maleuoli: Non vis gloriari, quia non potes. Reſpondet: Si cordi eſſet gloriari nihil peccarem, nec inſipientiæ arguerer: nam vane, & ad oſtentationem, & mendaciter nihil facerem. Vere autem facerem omnia, ſi enarrare vellem, quantis me beneficiis Deus affecerit. Et inſipientiam vocat, non vt ſupra, quia inepti ſunt, ac cupidi qui gloriantur, ſi qua iactantia, vel ambitio appareat: ſed fœdior eſt ſtultitia, & minus tolerabile, ſi ab reglorietur, hoc eſt, mentiatur eſſe quod non eſt; nam ad leuitatem accedit etiam impudentia.

Ad VII. dubium. Si non eſt inſipiens Apoſtolus gloriando, gloriationem ſuperius ſuam cur inſipientiam nominauit.

Sequitur: *Parco autem; ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.* Non ait: Ne credat, aut ne dicat; ſed ne exiſtimet, id eſt, cogitet, aut ſuſpicetur maius aliquid quam ſit mea dignitas. Nam Lycaones videntes in Paulo & Barnaba numẽ quoddam diuinitatis, illis ſacrificia offerre volebant: ideo quæ de ſeipſo erant, tacebat, & occultabat Paulus. Nam ſi homines exiſtimabant ipſos eſſe Deos, ob ſignorum magnitudinem, & tantos immolare volebat: quid non feciſſent, ſi reuelationes manifeſtaſſet? Hæc omnia propter obtrectatores Pauli dicta ſunt, quorum vox erat: *Quorum quidem epiſtolæ graues ſunt, & fortes, præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis.* Ac ſi diceret Apoſtolus; Aſpectus, & ſermo nihil de me magnificum promittunt, non ergo recuſo prauus in oculis hominum haberi. Hinc Grego. libr. 18. Moral. cap. 5. *Omnes veraciter ſancti non ſolum gloriam ſuam ſupra modum omnino non appetunt, ſed etiam hoc ipſum videri refugiunt, quod eſſe meruerunt. Vnde egregius ille prædicator veritatis contra pſeudoapoſtolos loquens, dum virtutes eius eximiæ operationis ſuæ pro diſcipulorum eruditione narraret, dum tot ſe pericula toleraſſe, coaceruata perſecutione deſcriberet, & poſthac vſque ad tertium cœlum, rurſusque in Paradiſum raptum ſe eſſe memoraret, vbi tanta cognoſcere potuiſſet, quanta eloqui omnino non poſſet, erat de ſe adhuc fortaſſe admirabiliora locuturus; ſed ab humana laude alta ſe conſideratione temperans ſubdit: Parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Habebat ergo adhuc de ſe aliquid dicendum; qui pauit dicere: ſed egit vtrumq; doctor egregius, vt & loquendo quæ egerat, diſcipulos inſtrueret, & tacendo ſeſe intra humilitatis limitem cuſtodiret. Nimis namq; eſſe ingratus, ſi de ſe diſcipulis tota reticeret, & fortaſſe*

Quo modo parcebat Apoſtolus non gloriando, ne quis exiſtimaret ſupra id quod videbat in eo aut audiebat aliquid ex ipſo.

Act 14. Paulus & Barnabas pro diis habiti à quibus, & quare.

2.*Cor* 10. Præſentia corporis infima quæ Pauli, & ſermo contemptibilis.

D.Greg. l.18 Omnium veraciter ſanctorũ, vt ait Magnus Gregorius ingenium.

Mira Apoſtoli prudentia.

nimis incautus ſi de ſe tota diſcipulis proderet. Sed mirabiliter, vt dictum eſt, egit vtrumq; vt loquendo erudiret vitam audientium, & tacendo cuſtodiret ſuam. Hæc ille admodum ſapienter, & & admirabiliter, vt ſolet.

Octauæ dubitationi occurrit illud: *Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ qui me colaphizet propter quod per Dominum rogaui, &c.* Reſpondemus primum ex Anſelmo, Dominum ita egiſſe cum Paulo, atq; cum triumphanti olim fieri ſolitũ erat. Nam cum inter tot acclamationes &, laudes, & honores procederet in triumphum, prodibat homunculus, qui illi inſtillaret: Memento te eſſe mortalem. Et Romanus Pontifex cum magna Pompa in Sedem Petri inthronizandus deducitur, accenditur in ligno prælato ſtupea materia, quę quã breuiſſime accenſa reſtinguitur, & accinitur *Pater ſancte, ſic tranſit gloria mundi.* Ita Deus viam iuſtorum inter proſpera & aduerſa ita temperat, ne in externa vitia prolabantur; id eſt, ne afferãtur proſperis, vel ne aduerſis demergantur.

Ad VIII. dubitat. reſpon. ſubiicietur infra. Quid Deus ſtimulũ carnis prouidens Paulo feciſſe videatur ſecundum Anſelmum. *B. Anſel. tom.* 11.

Quomodo iuſtorũ viã Deus moderetur Opt. Max.

Textus vero Græcus habet; Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι: id eſt, ne excellentia, ſiue abundantia reuelationum efferar, vel extollar. Vbi perpende, Reuelare idem eſſe quod, Velum tollere. Eſt autem duplex velum, alterum limitatum à natura, quæ ad quædam tantum intelligenda valet; velata vero à Deo, quæ ſupernaturalia ſunt. Poſt peccatum vero maius velum habemus, quo cor humanum diuina videre non poteſt, nec ad omnia, etiam naturalia aſſurgit, etiam ſic ad pauca, & tarde, cum difficultate attingat: ideo opus etiam eſt vt hoc velamen auferatur, vt ſecreta & arcana Dei quæ reuelantur, percipere valeamus. Conſtat enim, Apoſtolo maxima myſteria eſſe patefacta, præcedente tamen acquiſita ſcientia per Gamalielẽ præceptorem ſuum. Vnde de illo dicit Petrus; *Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundũ datam ſibi patientiã ſcripſit vobis;* ipſe vero Epheſ. 1. *Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eius, illuminat oẽs oculos cordis veſtri.* Idem quoq; teſtatur, quod cum Iudęi conuerſi fuerint ad Dominũ, auferetur velamen; rurſus Galatis ſcribit; *Cum autẽ placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris ſuæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret Filium ſuũ in me, & Euangelizarẽ illum in Gentibus, etc.* Vnde & de illo ad Ananiam Dominus. *Ego oſtendã illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Et ita multis modis velũ abſtulit à Paulo, quo poſſet eſſe capax arcanorum Dei.

Reuelare quid.

Duplex velum homini impoſitum à Deo quod.

Act 22.

1.*Petr. vlt.*

Epheſ. 1.

2.*Cor.* 3. *Galat.* 1.

Act. 9.

Ait ergo: Ne abundãtia, & excellentia,

Quatenus hoc.

reue-

ſtimulo carnis ſuæ eguerit Apoſtolus.

reuelationum efferat: nam hoc per accidēs ob corruptionem naturæ accidere ſolet. Donum enim Dei ex ſe non extollit, ſed humiliat potius cor eius ad illum à quo accepit, non ſecus atque arboris rami frugibus pleni humiliantur, & deorſum inclinantur Tamen, quia natura ſe confert cum aliis illa dona non habentibus, in ſeipſis exaltantur cum ſaltem deberēt in Domino gloriari, & in ſeipſis confundi. Nam qui in ſeipſis efferuntur, ſimiles ſunt ſeruis, & familiaribus Regum, qui Principum ſuorum gratia & fauore abutuntur.

Simile.

1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Deus Opt. Max ſtimulo carnis ſuæ probās Apoſtolū, quàm bonum medicum ſe præbuit.

Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ.

Agnoſce Dei ſapientiam, qui minori malo pœnæ illatæ, maius malum culpæ, id eſt, excellentiæ, & vanæ gloriæ, mederi volebat: non ſecus ac prudens medicus minus vulnus infert, quo maius & exitialius ſanare valeat: & febre leuiori, quæ tertio quoque die accedit, acutam, & peſtiferam frequenter curat. Agaſo quoque cum videt ſarcinam, quam mulus geſtat, in vnam partem inclinatam, ſaxo, aut alio onere ex alia parte oppoſito æquat ac dirigit.

Alterum exemplum

Stimulus quid Latinis.

Stimulus, inquit, *carnis meæ, Angelus Satanæ qui me colaphizet, &c.* Hic ſunt duo dubia explicanda, alterum de voce ipſa ſtimuli, alterum, de re ipſa, quæ metaphoræ reſpondet: quia in vtroque multa occurrunt dicenda. In primis igitur ſtimulus, Latinis eſt lignū ferro præacuto terminatum, quo boues ad opus ſtimulantur, quod Græce κέντρον vocatur, cuius hic nulla eſt mentio, etiā alibi de hoc dixerit Dominus ad Paulum: *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Ponitur & 1. Corinth. 15. *Stimulus mortis peccatum eſt.* Sed hoc loco Græce non eſt illa vox, ſed altera, nimirum σκόλοψ. De qua voce eruditi in primis audiendi ſunt; deinde an Scriptura ſacra hac voce Græca vtatur, & in quem finem. Eruditi igitur tradunt, quod σκόλοψ ſignificat ligna præacuta, ſiue præuſta, quæ claudendis hortis, vel ſuſtinendis vitibus ſolo infiguntur. Significat etiam ſurculos acutiores, & inhærentes & qui ambulantibus inter ceduas ſyluas pedibus moleſti ſunt. Vnde ſæpe apud Dioſcoridem repetitum inuenitur, Σκόλοπας ἕλκει vel σκόλοπας ἐπισπᾶται, ſiue ποιεῖ πρὸς σκόλοπας. Hermolaus interpretatur, aſſulas, & tela corporibus inhærentia; Ruellius autem, ſpicula, & aculeos, & Marcellus, ſurculos & aculeos. Gellius quoque Androdi hiſtoriam interpretans ex Appione, ſtipem conuertit veſtigio pedis inhærentem. Ait enim Androdus. Stirpem ingentem veſtigio pedis eius (ſcilicet Leonis) hærentem (Græce σκόλοψ) reuulſi. Hæc ille. Eſt

I. Significatus, improprius huius ligni.

Act. 9.

1. Cor. 15.

Alter ſignificatus Stimuli, ex variis autoribus.

Dioſco l. 6. 11 l 4 c. 251 Hermolaus Barb. Ruel. Gel. l. 5. c. 14. ſub fin.

ergo ſudes, ſpiculum, aculeus, ſagitta infixa & quaſi lethalis arundo, vt ait Poeta. Sudes autem, genus teli eſt ruſtici, hoc eſt, paxillus ligni præuſtus, de quibus in 2. Georgic. Poeta dixit:

Sudes quid

Quadrifidaſq; ſudes, & acuto robore vallos

Vbi Seruius ait, vallum, & ſudem, idem eſſe. Et Liuius libro ſexto Belli Punici in fine. *Tertio die ſudibus inter ſe in modum iuſtæ pugnæ concurrerunt: præpilatiſq; miſſilibus iaculati ſunt.* Eiuſdem vocis fit mentio Ioſu. 23. *Erunt*, inquit, *vobis in foueam, ac laqueum, & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris:* & Iob. 40. *In ſudibus perforauit nares eius.*

Virg. ſub init. Seruius. Liuius.

Ioſu. 23.

Iob. 40.

Quod ad Scripturas attinet, ſciendum eſt, hanc vocem vſurpatam eſſe à Paulo ex lectione LXX. Interpretum: nam Num. 33. habemus: *Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ qui remanſerint, erunt vobis quaſi claui in oculis.* Vbi LXX. legunt, σκόλοπες ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ βολίδες ἐν ταῖς πλευραῖς ὑμῶν. Vbi Hebræi pro σκόλοπες legūt שׂכים Simile quid legimus Ioſu. 23. vbi de eiſdem Gentibus ait: *Quod ſi volueritis Gentium harū, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere & cū eis miſcere connubia, atque amicitias copulare; iam tunc ſcitote quod Dominus Deus veſter non eas deleat ante faciem veſtram, ſed erunt vobis in foueam, ac laqueum, & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris, &c.* Vbi etſi non ſit neque vox illa Hebræa, neque vox σκόλοψ, ſenſus tamen eſt vnus & idem, & Ioſue illo loco imitatus eſt Moyſen in priori loco, Numero trigeſimo tertio.

Vnde hāc vocem ſtimuli ſumpſerit Apoſtolus. Num. 33.

Alter locus

Ioſu. 23.

Et his ergo habere poſſumus quid ſit σκόλοψ carni infixus, vel hærens, ſiue aculeus ſpinoſus, vel arundo carne infixa, quæ vehementer cruciat, donec euellatur. Nam & ceruus ſagitta infixa non quieſcit, donec ad aquas potandas accedat, vel ad dictamum herbam deguſtandam, quo ita illam à ſe expellat. De qua Plinius ſic ait: *Arundinis radix contrita, & impoſita filicis ſtirpem corpore extrahit: item arundinem filicis radix.* Et hæc pauca de hac voce ſint ſatis.

Cerui ſagittas corpori infixas vt egerant.

Plin. l. 24. c. 11. initio. Arundinis carni infixæ extrahēdæ remedia præſentanea.

Ad ſecundum quidnam per ſudem, vel aculeum ligneum deſignetur, explorādum eſt, & diuerſæ Patrum opiniones enumerandæ, & quæ inter illas omnes præſtare videatur, aperiendum. In primis igitur quidā intelligunt per hunc aculeum, motum carnis ad libidinem, & ad venerea vrgentem, qui carni noſtræ perpetuo hærere videtur, quia nunquam extinguitur; & hæc eſt, inquit, Angelus Satanæ, quia per carnem titillatam tentat, repræſentando etiam carnis voluntatem. Per eam etiam

VIII. dub. propoſita diluitur.

Quem ſtimulum carnis ſuæ infixum habuit Apoſtolus.

I. opinio.

Caro in ſtimulus quam ſalutares, & vtiles.

vehementer humiliatur homo, ne ſuperbiat. Nec tantum propter eam attenuandum eſt, & debilitandum corpus ieiuniis, & aliis quæ corpus macerant, ſed pro ea etiam ter, id eſt, frequenter, orandus eſt Dominus, vt nobis aſſiſtat, & in tanta pugna corroberet ad victoriam. Quam tentationem etſi Dominus à nobis non auferat; facit tamen cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. Nam vt olim Iebuſæos reliquit Dominus in medio terræ promiſſæ, vt dicerent filii Iſrael certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi & Scipio ille Naſica conſilium ſalutare dedit Romanis de non euertenda Carthagine ne iuuentus Romana otio marceſceret, teſte Liuio: ita Deus, vt in Paulo conſolaretur omnes, etiam perfectiſſimos Chriſtianos, & ſanctiſſimos viros, qui diuturna bella, & luctas aſſiduas cum carnis libidine geſſerunt; ita vt quidam eorum nudi ſuper ſpinas, tribulos, & vrticas volutarentur, vel etiam nudos ſe extenderent infrigidiſſimas niues ad ſopiendam carnis voluptatem: voluit, inquam Deus Opt. Max. hunc carnis aculeum in bonum noſtrum relinquere.

1 Cor.10.

Qualis caro hoſtis noſter domeſticus.

Ioſue 15.

Iudic 1.

Mago Scipionis Naſicæ conſilium.

Cum carne quidam ſancti viri quam graues habuerint inimicitias, & bella.

Quam decuerit Apoſtolum, tantum virum carnis tentatio, tam vilis videlicet & abiecta.

Rom.7.

Ibidem 23.

Ibid.25.

B.Irenæ.c. 3.in princ.

Haymo. Epiſc.

Quam theriacam per ſtimulum carnis, vt ait Haymo Deus fecerit Paulo. Theriaca, quam vocant, vnde conficitur.

B.Greg.c.1

Nec obſtat quod quidam opponunt, hanc tentationem incipientium eſſe & nō perfectorum, vt erat Paulus: qui a, vt idem docet, ſecundum illos: *Velle adiacet mihi perficere autem non inuenio. Non enim quod volo, bonum, hoc facio; ſed quod odi, malum hoc ago.* Et infra: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis;* Denique: *Mente ſeruio legi Dei: carne autem lege peccati.* Hunc ſenſum primus attigit Irenæus, qui libro quinto contra Valentinianos ait in genere: *Manifeſtiſſime Apoſtolus oſtendit, quoniam traditus eſt ſuæ infirmitati homo, ne elatus aliquando excideret à veritate.* Haymo in hæc verba ſcribit: *Quidam dicunt Apoſtolū dolore capitis laboraſſe; quidam à diabolo de ardore libidinis tentari, & affligi: quod verius eſt.* Et infra: *Dominus vtique cuſtodiebat eum, ne in vitium libidinis caderet. Vnde apparet, quia per venenum fugabat venenum. Venenum libidinis, & tentatio carnis, fugabant ab illo venenum ſuperbiæ. Dedit namque ei Dominus antitodum theriacum, quod de ſerpente conficitur, qui vocatur Tyrus ſiue Theriacus, à quo & Theriacum appellatur, & fugat venenum aliud.* Gregorius etiam non ſemel hunc ſenſum ſequitur. Nam in primis libro octauo Moral. cap. 20. in genere ſic habet: *Vt ergo & firmitatis dona habeat & infirmitatem ſuam humiliter agnoſcat, per acceſſum gratiæ ad alta ſuſtollitur, & per receſſum quid ex ſemetipſo ſit, probatur.* Quod bene nobis ex hiſtoria ſacræ lectionis innuitur, quia Salomon & diuinitus accepiſſe ſapientiam, & tamen poſt acceptam eandem ſapientiam, meretricum ſtatim pulſatus quæſtione memoratur. Et infra: *Sic Paulus ad tertium cœlum raptus ducitur, Paradiſi penetrans ſecreta conſiderat: & tamen ad ſemetipſum rediens contra carnis bellum laborat legem aliam in membris ſuſtinet, cuius in ſe rebellione fatigari ſpiritus legem dolet.* Idem l.11.c.12 *Certe iam Paulus tertij cœli culmen aſcenderat, iam Paradiſi ſecreta cognouerat. & tamen adhuc carnis bella tolerans gemebat? Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c.*

Quid quod Salomon poſt acceptam diuinitus ſapientiam meretricū ſtatim pulſatus quæſtione memoratur.

3.Reg 3.

Rom.7

Ibidem.

Nec obſtat, quod Græcæ dicitur: *Datus eſt mihi ſtimulus carni meæ,* in dandi caſu τῇ σαρκί μου Nam dici poſſet Datiuum pro Genitiuo apud Hebræos interdum vſurpari. Dicitur enim Hebraice. Mizmor le David, & Græce Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ Et ponitur in vtraque lingua ſignum Datiui pro Genitiuo ſicut etiam Coloſſ 2. *Delens quod aduerſum nos chirographum decreti,* pro decretorum: quam rationem loquendi ſecutus eſt M. Cato in libris de re ruſtica, cum ait: *Ornamenta bobus,* id eſt, boum: inſtrumenta ruſticis, pro ruſticorum. Ita hoc loco Paulus. *Carni meæ,* inquit pro carnis meæ. Alij vero legunt, in carne mea, ſcilicet puncta, quam non tanquam pellem, penetrabat tentatio pertingens ad conſenſum animi; & ita illudebatur techna draconis diaboli ad peccatum ſtimulans

Hæc lectio. Datus eſt mihi ſtimulus carni meæ, qualis ſit.

Coloſ.2.

Cato Maior.

Ponderatur hæc lectio: Datus eſt mihi ſtimulus in carne mea.

Secunda ſententia eſt aliorum Patrum, qui hæc interpretantur de dolore capitis, vt docet ex aliorum ſententia Theophylactus ſed reprehendit eam, dicens. *Angelum Satan, & palum, nonnulli cephalalgian, hoc eſt, capitis dolorem, intellexerunt ob diabolo factam. At abſit hoc: non enim Pauli corpus diabolo traditum eſt, quandoquidem Paulus ipſi potius præcipiebat, quando fornicantem tradebat ei ad interitum carnis, nec eam ſibi metam ille prætergrediebatur.* Theodoritus etiam hoc loco cum OEcumenio negat fuiſſe dolorem capitis.

Paulus dæmonibus imperabat ac ſubiiciebat ſibi.

Theodor t. 2

Oecu.c.10.

Impugnant etiam ſcholia Græca eum ſenſum: quia infirmitatis nomine non ſolet accipere Apoſtolus peculiarem, & naturalem aliquem morbum, ſed afflictiones carnis, flagella, vt hic bis, aut ter explicauit. Hieronymus etiam in quartum caput ad Galatas explicans illa verba: *Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem &c.* ſcribit: *Aut certe ſuſpicari poſſumus, Apoſtolum eo tempore, quo primum venit ad Galatas, ægrotaſſe, & aliqua corpuſculi infirmitate detentum, non ceſſaſſe tamen, nec vocem ſilentio repreſſiſſe quominus cœptum Euangeliū*

Hier.c.9.

Galat 4.

Per infirmitatem carnis quam Paulus.

Galatis euangelizauit, ſecundum aliquos.
B. Aug. i 8

prædicaret. *Non tradunt ei grauiſſimum capitis dolorem ſæpe perpeſſum, & hunc eſſe Angelum Satanæ, qui oppoſitus ei ſit, vt eum colaphizaret in carne, ne extolleretur.* Auguſtinus etiam in Pſalmum 130. idem fere videtur ſenſiſſe. *Cum ergo eſſet,* inquit, *magna gratia, & magna dona meruiſſet à Deo, quid dicit quodam loco? Propter magnitudinem autem reuelationum ne extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet. Quid eſt hoc, fratres? Ne extolleretur tanquam iuuenis, colaphizabatur tanquam puer. Et à quo? Ab angelo Satanæ Quid eſt ho? Dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer. Dolores autem corporum plerũque mittuntur ab angelis Satanæ ſed hoc nõ poſſunt niſi permiſſi. Nam & Iob ſanctus ſic probatus eſt. Permiſſus eſt ad eum probandum Satanas, & percuſſit eum vulnere, vt vermibus putreſceret. Immundus enim permittebatur, & ſanctus probabatur. Neſcit diabolus quanta bona de illo fiant, etiam cum ſæuit.* Hæc ille, vocans dolorem capitis, & nihil ſpeciatim de illo dolore tradens. Ad hunc etiam ſenſum doloris corporis in genere videtur alludere Gregorius Nazianzenus, qui Monodia ſua, quam in mortem B.Baſilij edidit, ita eum prope finem alloquitur: *Tu vero ſacrum, & diuinum caput, nos cœlitus inſpicias, carniſque ſtimulum* (Græcè ait σκόλοπα) *à Deo nobis ad diſciplinam datum, aut precibus tuis ſiſtas, aut perſuadeas, vt forti animo perferamus. In quæ verba Nicetas; Renum, inquit infirmitatem ſignificat, atque articulorum debilitatem ſiue podagram. Sic enim locum illum Pauli de corporis infirmitate, & non de fomitis concupiſcentia veteres quidam intellexerunt.* Hæc ille.

Cur ab angelo Satanæ colaphizatus Apoſtolus, & quomodo ſecundum Aug.
Iob.2.
Greg. Nazian. orat. 30. Iac. Billio interpr. t.2.
Nicetas quem ſtimulum datum aſſerat Apoſtolo.

Hoc etiam de morbo in genere videtur prius à beato Chryſoſtomo dictum: Nam homil.6.de laudibus Pauli. *Quid vero datur,* inquit, *carni, cum procul dubio dicit: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ? Hoc eſt autem nihil eſt prorſus aliud quam oſtendere contempſiſſe dolorem ſe corpore ſentientem, non quia non ingrederetur animum, ſed quia magnitudine voluntatis excluderet eum, atque depelleret.* At B.Thomas hoc loco in ſpecie explicat morbum, dicens: *Datus eſt mihi ſtimulus, crucians corpus meum per infirmitatem corporis, vt anima ſanetur, quia ad literam dicitur quod fuit vehementer afflictus dolore iliaco.* Hæc ille, non exprimens à quo id acceperit. Beatus Vincentius eiuſdem familiæ Dominicanæ inſignis ſuo tempore prædicator, arbitratus eſt fuiſſe dolorem ſtomachi (quo etiam dolore laborabat Timotheus Pauli diſcipulus: *Medico,* inquit, *vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates*) quo impediebatur à prædicatione, ac diuini celebratione ſacrificij. Vnde & aſſerit, manu impoſita ſuper loco doloris augeri ſolidum dolorem. Mirabaturq; ille ſanctus, quod alios ſolo Ieſu nomine inuocato, & manus contactu ſanaret, & dolorem adimeret, à ſe autem minime depelleret. Sed etſi hæc pie, & religioſe ſenſerit hic pater, ignoramus tamen vnde hæc acceperit: etſi quidam tribuant hoc beato Remigio.

D.Chryſ. t. 4. in fi.
Paulus quã infirmitate corporis laborauerit ſecundũ Thom.
D Tho. lect. 2. t.16.
Opinio B. Vincentij.
1.Tim 5.

Accedit & alter eiuſdem ordinis alumnus, nimirum Hugo Cardinalis, qui præſentem locum de ſtimulo carnis, interpretatur de tentatione S. Theclæ inter fœminas protomartyris, pulcherrimæ, & præclaræ Chriſti Virginis, quam baptizatam ſecum circumferebat. Producit autem Hieronymum in epiſt.ad Oceanum hæc verba dicentem: *Thecla poſt tentationem paſſionis Antiochiæ, cum Paulo prohibetur pergere. Nemo enim miles cum vxore vadit in prælium.* Hæc ille quæ verba ſane hactenus apud Hieronymum inuenire non potui.

III. opinio Card Hugonis minus probabilis.

Sed tria mihi contra hanc ſententiam occurrunt. Primum eſt, quod Paulus non erat ſolitus mulieres circumferre, quemadmodum Chriſtus circumferebat, vt miniſtrarent ſibi de facultatibus ſuis, quemadmodum reliqui Apoſtoli, maxime autem fratres, Domini, vt Paulus dixit in ſuperiori epiſtola: quia etſi is mos ſeruaretur apud Iudæos; in Gentib. tamen non erat conſuetus, ſed potius ſcandalizaret. Et ita Hierony. in caput 27. Matthæi aſſerit, hoc inter Gentes non ſeruaſſe Apoſtolum.

Stimulum carnis ſuæ Paulo datũ B Theclã eius aſſeclã formoſiſſimam virginem non fuiſſe.
Luc.8.
1 Cor.9.
B.Hier. t 9

Secundum eſt, quia tantus Chriſti Apoſtolus legerat, ac probe intellexerat, quid Dominus dixiſſet, cum ad fugienda ſcandala adhortaretur: *Si manus tua vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proiice abs te. Etſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te.*

II. argum.
Matt.18.

Tertium eſt quod Hieron. in l. de ſcripto Eccleſ. in Luca ait: igitur περιόδους Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulã, inter apocryphas Scripturas computamus Quale enim eſt, vt indiuiduus comes Apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolum ignorauerit? ſed & Tertull. vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Aſia σπουδαστὴν Apoſtoli Pauli conuictum à Ioanne, quod autor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe. Hæc ille, aperte negans Paulum circumtuliſſe ſecum B. Theclam. Adhæc Gelaſius pontif. librum qui appellatur Theclæ, & Pauli, vt apocryphum damnauit, vt habetur in cap. S. Rom. Eccleſia.

III.
Idem t.1.
Galat.1.

Poſtremo Græca ſcholia, quæ haben-

tur

Quarta opinio, cæteris probabilior.
Oecu c. 10.
2.Tim 4.
Supra 2.

tur apud OEcumenium, ita habent: *Catenã dicit, plagas, lapidationes carceres. Nuntius Satanæ dicitur homo ſubſeruiens aduerſario dæmoni: ſtimulus vero, tentationes, & afflictiones quas inferebat ei.* Et infra: *Nuntium itaque Satanæ dicit Alexandrum fabrum ærarium, Hymenæum, & Philetum, qui dicebant reſurrectionem iam factam eſſe; omneſque ſermoni prædicationis repugnantes.* Similia docent Theodoritus, & Theophylactus.

Theodor. p. 2.

Nuntium, ſeu Angelum Satanæ ſingulari numero cur dixerit Apoſtolus. II. ratio.

Quare autem non dixerit in plurali nuntios Satanæ, cum plures eſſent, qui reſiſterent, ſed quaſi de vno in ſingulari, Angelus Satanæ: reſpondeo: quia vnus erat Satanas qui per illos adminiſtros negotium Paulo faceſſebat, perſequebatur, ac colaphizabat. Deinde, quoniam in ſingulis locis vnuſquiſpiam reperiebatur repugnans, qui populum commoueret, & primordia perſequendi cæteris præſtaret. Hunc ſenſum etiam videtur agnouiſſe commentarius Ambroſio inſcriptus, his verbis: *Deum bonis meritis prouidere teſtatur, dum permittit tentationibus hos deprimi, non ſolum ne laborum ſuorum fructibus abdicentur, verum etiam vt augeantur his ad cumulum poſſeſſionis æternæ. Hoc ergo remedium datum eſt Apoſtolo, vt iniuriis preſſus, animo non poſſet extolli pro magnitudine reuelationum: quia otioſum pectus neceſſe habebat in iis quæ viderat, extolli.* Eandem ſententiam Primaſius Auguſtini diſcipulus magis probat, & Sequitur. Sed inter omnes maxime hunc locum explicat Beatus Chryſoſtomus in 5. Homil. ex decem, quæ nuper in lucem prodierunt opera Illuſtriſs. Cardinalis Sirleti, cuius argumentum ſunt illa Apoſtoli verba: *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Vbi inter multa alia quæ circa hunc carnis ſtimulum in medium adducit, hæc habentur. *Quid eſt igitur quod dictum eſt: Datus eſt mihi aculeus carni meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet? Tota, inquit, ignorantia vt plurimum, ex eo multis accidit, quod non intelligunt proprietates dictionum neque interpretationes ipſarum. Nam colaphizare quidem putant eſſe tantum caput percutere, cũ colaphus dicatur ipſa depreſſio, & humiliatio. Colaphum incuſſit inimicus, id eſt, humiliauit. Non ſolum ergo capiti infertur, ſed ipſe Paulus vſus eſt rurſus hac dictione: & quandoquidem idiota erat, conſueta dictione vſus eſt ad explicationem ſenſuum: Vnde & illud: Vſque in hanc horam & eſurimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, ſiue incertis vagamur ſedibus.* Et infra: *Eſt ergo colaphizatio humiliatio, quæ fit ab inimicis, vel per carceres, vel per abductionem ad ſupplicium, vel per iudicium, vel per famem, vel per quamcunque aliam rem.* Rurſus inferius: *Quando audieris Paulum dicentem: Datus eſt mihi aculeus carni meæ, Angelus Satanæ, non cogita de diabolo, ſed de hominibus quæ dæmonis ſunt operantibus: Græcus ſcilicet, Iudæus, qualis erat tunc dæmon Angelus Satanæ Alexander ærarius, qui plura mala illi oſtenderat; Angelus Satanæ, quia ea quæ Satanæ erant, operabatur. Tales erant conijcientes in carcerem verberantes ipſum. Homines ergo nuntios Satanæ, ea quæ Satanæ ſunt, operantes & Euangelium, & prædicationem impedientes; & verberantes vocabantur.* Hactenus ille.

Amb. to. 5.
Fructus tentatio in iuſtis.
Primaſ. Expoſ.
B. Chryſ.
Colaphizare & colaphus quid propriè ſecundum Chryſoſt.
Angelus Satanæ Chryſoſtomo item quis.
2. Tim. 4.

Quid inueci hunc ſenſum.
Num. 23.
Iudic. 3.
Luc 8.
Amb. to. 5.

Præſtare autem hic ſenſus cæteris videtur, quia Apoſtolus vſus eſt voce illa σκόλοψ, quomodo Septuagin. Interpretes Numer. 23. vbi nationes illas Chananæorum, quas non expellerent Iudæi de ſedibus ſuis comminatur Dominus futuras in ſcandala, & foueam, & in laqueum in lateribus, & rudes in oculis ſuis. Iudic. etiam 3. relinquitur Chananæus in medio filiorum Iſrael, vt diſcerent certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi. Ita hic perſecutores dantur fidelibus, & maxime miniſtris verbi Dei, vt fructum adferant in patientia: & ne pectus otioſum, vt dixit Ambroſius, neceſſario in iis quæ vidit, extollatur.

Colaphus & colaphizatio qualis contumelia.
Nos Deus colaphizãs quid doceat.
Act. 23.

Ex iis porro Chryſoſtomi verbis, quæ ille late proſequitur in explicando verbo Colaphizandi, habes quid ſit colaphus, & colaphizatio, de quo verbo dubium propoſitum fuit. Eſt enim atrox contumeliæ genus in facie cædi: nam ſicut facies ſugillata non audet prodire in conſpectum aliorum; ita nos quacunque infirmitate laborauerimus, intelligamus nos tanquam colapho à Domino cædi, ad excutiendum in nobis pudorem, vt humilitatem diſcamus, & ferociam noſtram retundamus. Alapam enim accepit Paulus ab Anania: ob quam cauſam illi dixit: *Percutiet te Deus, paries dealbate.* Nihil enim adeo nos pudore ſuffundit, atque alapa, vel colaphus impactus in faciem, vel caput.

Quantum malum ſuperbia qua liqué indigeat Dei medicina.
Eccl 10.
Rom. 9.

Deinde conſidera, quantum ſit ſuperbiæ peccatum quod ſummopere homines auertit à Deo: & ſicut humilitas eſt radix omnium virtutum, ita ſuperbia initium eſt omnium eſt omnis peccati. Ideo vt eam Deus ſanet, miram adhibet ſapientiam. Nam quia materia huius vitij bonum eſt, & virtus; permittit aliquando Deus electos ſuos, per infirmitatem, vel per aliquem defectum corporis, & aliquando etiam per mortiferum peccatum ab huiuſmodi bono impediri, vt ex ea parte humilientur, & cognoſcant ſe ſuis viribus ſtare non poſſe. Quare alio loco dixit: *Diligenti-*

bus,

Diligentibus Deum, quatenus omnia cooperentur in bonum.

bus Deum, omnia cooperantur in bonum, non quidem ex eorum peccato, ſed ex Dei bonitate, & ordinatione. Cum igitur Apoſtolus maximus Dei ſeruus eſſet, & ſingularibus præ aliis ſplendeſceret donis; nam fuit ſingularis eius electio, de qua Dominus ad Ananiam: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus & filijs Iſrael*, & ad maxima Dei ſecreta cognoſcenda, in tertium cœlum, & in Paradiſum raptus; & ſtupendis ſignis, & miraculis coruſcaret, & in patientia ac tolerantia malorum emineret, dixit enim: *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter: à Iudæis quinquies quadragenas, vna minus, accepi: ter virgis caſus ſum, ſemel lapidatus ſum, &c.* & virginei corporis integritate floreret, cùm dicat: *Volo omnes vos homines eſſe ſicut me ipſum*, & ad bonorum operationem ſuper omnes alios laboraſſet, vt ipſemet teſtatur; & denique maxima ſcientia, quæ ſingulariter inflat, & quam vbi fluminis inſtar fundit, repletus eſſet, ne tantis muneribus decoratus efferretur, ſi vnum illorum, vel ſatis erat ad elatione illum inflandum: proſpexit Deus illi de hoc remedio, vt in humilitate ſe contineret. Hoc autem remedium fuit, vt homines ſe illi opponerent, & Euangelio quod prædicabat, reſiſterent, & plagis & carcere, & iniuriis illum affligerent, & denique omnibus rationibus, & machinis impeteretur, ita vt in continuis mortis periculis verſaretur. Hæc autem ſumma eſt humiliandi ratio. Nam ſi tantùm à Deo flagellaretur, non adeò moleſtè ferremus, nec doleremus: verùm quod ab obſcuris, & infimæ ſortis hominibus conculcemur, ac vilipendamur, id magnoperè ad humiliationem, & depreſſionem ſpectaret noſtram, ac viuum tangi ſentiremus.

Pauli prærogatiuæ quales, & atq. & quam neceſſarius illi fuerit ſtimulus carnis Angelus Satanæ, qui eum colaphizaret.
Act 9.
2. Cor. 11.
1. Cor. 7.
Supra 8.

Ille Angelus Satanæ vt Paulum colaphizaret.

Summa hominem humiliandi ratio.

Ad nonam dubitationem circa illud: *Propter quod ter Dominum rogaui vt diſcederet à me. Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Rectè Auguſtinus dixit: *Neſcit diabolus quanta bona de illo fiant, etiam cum ſæuit. Sæuiens intrauit in cor Iudæ, ſæuiens tradidit Chriſtum, ſæuiens crucifixit; & crucifixo Chriſto, redemptus eſt orbis terrarum. Ecce ſæuitia diaboli diabolo obfuit, nobis autem profuit.* Et infra: *Sic ergo ille Angelus Satanæ quaſi libenter permiſſus eſt colaphizare Apoſtolum, ſed tamen Apoſtolus curabatur. Et quia illud quod medicus appoſuerat, moleſtum erat infirmo; rogauit medicum vt auferret. Quomodo cum Medicus apponit viſceribus aliquod forte epithema, moleſtum, & ardens, vnde tamen curandus eſt ille, cuius vlcera tumebant, cum ille inde ardere cœperit, & cruciari medicamento, rogat Medicum vt auferat medicamentum: Medicus autem conſolatur, monet eum patientiam, quia nouit quam vtile ſit quod appoſuit. Ita & Apoſtolus ſequitur, & dicit, cum dixiſſet, Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ; Angelus Satanæ, qui me colaphizet, (prædixit autem quare: Ne magnitudine reuelationum extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet) propter quod ter Dominum rogaui, vt auferret eum à me, hoc eſt dicere: Rogaui Medicum, vt auferret à me moleſtum epithema, quod mihi appoſuerat. Sed audi vocem medici. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Ego noui quid appoſuerim, ego noui vnde ægrotes, ego noui vnde ſaneris. Si ergo, chariſſimi, potuit Paulus Apoſtolus extolli magnitudine reuelationum, niſi acciperet angelum Satanæ qui ſe colaphizaret, quis de ſe poſſit eſſe ſecurus?* Hæc Auguſtinus ſcitè ſane, & pereleganter.

Nona ſoluitur dubitat. De eo quod tantus Apoſtolus ſtimuli carnis ſuæ à ſe diſceſſum a Domino non potuit impetrare.
Aug. in Pſal. 130. ante med. tom 2
Ioan. 3.
Sane quam eleganti, & appoſito medici, & infirmi hanc rem illuſtrat exemplo magnus Auguſtinus.

Quid eſt dicere Propter quod ter dominum rogaui, vt diſcederet à me, & c. ſecundum eúdem.

Ac ter Dominum rogauit, id eſt, ſępius ſiue frequenter: quemadmodum Dominus ter dicitur oraſſe, deprecando calicem. Et hoc ſanè genus dæmoniorum non eijcitur niſi per orationem, & ieiunium. Numerum enim certum poſuit Paulus pro incerto, per etheroſan. *Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea.* Fatetur ſe non impetraſſe quod rogarat; ideò neceſſe habuit humiliari.

Ter Dominū rogaſſe, quid Apoſtolo.
Matth 26.
Supra 17.

Obijces, aut Paulum ex fide, cui ſunt promiſſiones impetrandi, non oraſſe; aut ſi orauerit ex fide, Deum non ſteriſſe pollicitis ſuis. Reſpondeo, quòd vt diuerſæ ſunt rationes petendi, ita duo ſunt genera impetrandi: Primum ſimpliciter, de quibus certam habemus promiſſionem: qualia ſunt, Regni Dei complementum, ſanctificatio nominis Domini, remiſſio peccatorum; virtutum profectus, & quicquid eſt nobis ſalutare: verum dum hoc, vel illo modo putamus regnum Dei poſſe promoueri, aut hoc, vel illo modo regnum Dei ſanctificari, aut denique remiſſionem delictorum, & virtutes contingere poſſe, ſæpè opinione fallimur, & hallucinamur. Securè ergo priora illa petimus, modum pręſcribere, noſtrum non eſt. Quod ſi modum exprimimus, ſemper incluſa eſt tacita conditio: Si id ita magis Deo viſum fuerit. Deinde quod ad finem attinet ſuæ precationis, nō dubium quin fuerit exauditus Paulus, etſi repulſam paſſus ſit in ipſa forma: monemur tamen, non eſſe deſpondendum animum, quaſi operam perdiderimus ſperando, vbi Deus non obſequitur votis noſtris; ſed nobis ſufficere debet, quia interdum placatus ſuis negat, quod iratus impius ſæpe concedit: quia melius ipſe prouidet quod nobis expediat, quam mens noſtra apprehendat.

Si omnis qui petit, accipit & qui quærit, inuenit, cur Deus Paulum non exaudiuit o antem.
Marc. 11.
Iacob. 1.
Matt 6.

Qua ratione Paulus fuerit a Domino exauditus.

Ideò

Rom 8.

Ideo verum eſt quod alibi ſcripſit : *Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda , ſcit quid deſiderat Spiritus: quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.*

Quale hoc fuerit Domini reſponſum: Sufficit tibi gratia mea.

Incertum autem eſt, an hoc reſponderit Dominus Paulo per oraculum externum, an verò Spiritu ſuo intus conſolans, & confirmans; quod eſt probabilius. Et gratia hoc loco per Metonymiam, non fauorem Dei, ſed fauorem Spiritus ſancti ſignificat, quod à gratuito Dei amore, & fauore proueniat.

X. Solu. dub. An gratiæ Dei habitus infuſus abſque peculiari eius.

Decimum erat dubium propoſitum, ab Auguſtino, & Scholaſticis agitatum, an habitus gratiæ infuſus, quo Deo grati reddimur, ſatis ſit ad benè agendum, & in via bona progrediendum, & perſeuerãdum, abſque alio nouo axilio Spiritus Dei. Ac rectè ab eis ſtatuitur, priorem gratiæ habitum non ſufficere: quia nihil creatum ſe mouere poteſt ad agendum, abſque motione primi motoris, qui eſt Deus: tum quia in hoc ſtatu in hac malitia, propter aſſiduos hoſtes, mundum, carnem, & qui plus impugnat, diabolum, non poteſt quiſquam abſque ſpeciali Dei auxilio non ſuccumbere. Hinc dixit: *Sufficit tibi gratia mea:* quia gratiam habenti, non deſunt hæc auxilia, ſi fideliter poſtuletur. Hinc Caſſianus lib.12. de inſtitutio. Renuntiantium, cap.17. *Poſtremò inſtituit autor ſalutis noſtra quid nos oporteat in ſingulis quibuſque quæ gerimus, non modò ſentire, ſed etiam confiteri. Non poſſum ego, inquit, à me facere quicquam: Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Illa eſt perſona hominis aſſumpti, qui dicit nihil à ſe poſſe facere: & nos cinis, & terra in his, quæ ad noſtram ſalutem pertinent, arbitramur adiutorio Domini non egere? Diſcamus itaque & nos per ſingula noſtram ſimul infirmitatem, & illius adiutoria ſentientes, quotidie proclamare cum ſanctis: Impulſus verſus ſum vt caderem, & Dominus ſuſcepit me. Fortitudo, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem; &. Niſi quia Dominus adiuuit me, paulò minus habitauerat in inferno anima mea. Si dicebam; Motus eſt pes meus, miſericordia tua Domine adiuuabit me.* Hæc ille, qui per totum caput innumera producit teſtimonia adhoc idem confirmandum. *Nam virtus mea,* (ita enim Græcè legitur) *in infirmitate perficitur.* Potentia, inquit, mea maximè ſe exerit, cùm auxilium deeſt humanum, & cum videtur res deſperata. Imbelles enim viciſſe, non eſt viciſſe: at victores, victoriaque ſecuros fudiſſe, id eſt demum triumpho dignum.

I Ratio Doctorum id negantium.

II. Ratio.

III & poſtremo.

Ioan 8.
Infra 14.
Qua ratione Chriſtus, vt dixit, non poſſit à ſe facere quicquam.

His verbis nos ille qui docet teſte C. ſſimo.
Pſalm 117.
Exod. 15.
Pſalm 93.

Quid eſt: Virtus mea in infirmitate perficitur.

Victoria quæ ſola digna triumpho.

Sequitur: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* Poſtquam cognouit ſibi prodeſſe, quod nocere putabat, reſponſumque erat à Domino, quod perfectio diuinæ virtutis ac potentiæ eum inhabitaret, cœpit lætari, & gloriari in infirmitatibus; vt explicaret infirmitates, contumelias, neceſſitates, perſecutiones, & anguſtias pro Chriſto, in quibus Paulus gloriatur, quia in eis partem habebat. Non enim tantum eſt gloriari in meris Dei donis, ſed in eo etiam, quod bene vtimur ipſis: quod contingit, quando patimur, & infirmamur: & experientia probantes, & confitentes nihil poſſe ex nobis quaſi ex nobis, ſuppetias petimus à Domino, & inhabitat nos Chriſti virtus. Non ait, hoſpitat; ſed, inhabitat, vt ædes proprias. Addit: *Libenter,* ſiuè vt Græcè dicitur ἥδιστα, id eſt, libentiſſimè, & iocundiſſimè, ſiue quam ſuauiſſimè. *Cùm enim infirmor, tunc potens ſum.* Per charitatem ſcilicet, & dilectionem, quæ fortis eſt vt mors: quæ ſine fide, & ſpe eſſe nequit. Vnde alibi dixit: *Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris.* Is ergo, quem puderet huius gloriæ, iam ianuam virtuti Chriſti clauderet, & repelleret: tunc enim damus locum Chriſti gloriæ, cùm ex vera animi ſummiſſione infirmitatem noſtram agnoſcimus, & confitemur. Valles enim pluuia irrigantur ad fœcunditatem; cùm interea ſummi montium vertices ſicci permaneant. Talis ergò fiat, qui cœleſtem, ac ſpiritualem pluuiam vult ſuſpicere: quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Cum ergo infirmor, inquit, tunc potens ſum. Nam fortitudo phyſica nihil eſt aliud, quàm contumacia, vel inſana potius quædam animoſitas, qualis eſſe ſolet in phreneticis. Qui autem verè fortis eſſe cupit, ille ſimul debilis eſſe non recuſet. Sit in ſeipſo debilis, vt in Domino ſit fortis. Idem enim euenit Eccleſiæ Chriſti, plus enim virtutis habuit, cum expoſita fuit Regum, ac Principum perſequentium ſe tyrannidi, quam habuerit, dum ſub hominum pacifica vixit defenſione.

Libenter cur dicat ſe gloriari in infirmitatibus ſuis Apoſtolus.

Gloriari in infirmitatibus quid ſit.
2. Cor. 3.

Vt inhabitet in Paulo virtus Chriſti.

Can 8.

Epheſ. 3.
Quando nos Chriſtus inhabitet.

1. Petr. 5.

Paulus cum infirmatur, quare fortior erat.

Eccleſiæ Chriſti vnde maior, ſi ſemper fortitudo, & robur acceſſerit.

Sequitur: *Factus ſum inſipiens* (Græcè Γέγονα ἄφρων καυχώμενος. Id eſt, Gloriando de me ipſo, factus inſipiens) *Vos me coegiſtis. Ego enim à vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab ijs qui ſunt ſupra modum Apoſtoli, tametſi nihil ſum.* Excuſat iam Apoſtolus, quòd videri poſſit plus nimium gloriatus, & culpam in ipſos Corinthios reijcit, qui has vices debuerant occupare. Nam cùm ei detraherent pſeudoapoſtoli, debebant ſtrenuè ſe opponere, & magiſtrum ſuum Paulum commendare. Et ita notat eorum animum ingratum. Debebãt

Paulus quomodo factus inſipiens, vt ipſe teſtatur.

Corinthii Paulum cur debebant commendare.

enim eum tanquam verum Chriſti Apoſtolum, & doctrina & vita præcellentem tueri; præſertim cum nihil minus fecerit à ſummis Apoſtolis, qui columbæ dicuntur ad Gal'at: ſecundo. Quare Apoſtolus ſe iam non tãtum ſpeudoapoſtolis, ſed etiam veris & ſummis Chriſti Apoſtolis, à quibus pſeudoapoſtoli docti, & miſſi erant, adæquat.

Paulus quatenus erat Apoſtolus. *Gal. 2.*

Ac ſubdit: *Tametſi nihil ſum.* Scilicet ex me ipſo. Atque hac correctione Apoſtol' nihil velle ſibi proprium aſſumere indicat, ſed tantum in Domino gloriari. *Signa tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſupra vos in omni patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus* Apoſtolatus ſigna accipit pro, ſigilla, vel pro argumentis, & probationibus, quæ ad obſignandam Apoſtolatus fidem valebant. Et primo loco ponit patientiam, vel tolerantiam malorum in omnibus: quæ certe maius eſt ſignum, quam quodlibet aliud narratum. Patientia enim opus perfectum habet & in hac animas ſuas, vt dixit Dominus, poſſidere debebant, qui ea, quæ ad crucis doctrinam ſpectant, prædicabant. Magnum enim negotium faceſſebat Corinthiorum ſe decipi permittentium inſtabilitas, & pſeudoapoſtolorum per fraudes irrepentiũ pernicioſa æmulatio; deinde rerum omnium penuria, & contemptus. Sed hæc omnia patientiæ clypeio excipiebat dans operam, ne Euangelio poneret offendiculum. Signa, ſunt miracula, quæ docendis hominibus deſtinata erant. Prodigia erant, quæ ſua nouitate expergefacerent homines ad Euangelium ſuſcipiendum. Virtutes, ſiue potentias, quæ Græce δυνάμεις dicuntur, vocat ſupernaturalia curationum opera; vt ſudaria, & ſemicinctia Pauli, quæ contactu ſanabant infirmos: excæcatio Elymæ magi; traditio ſcortatoris facta Satanæ, impoſitio manuum, qua dabatur Spiritus S. admirabile illud, & ſtupendum linguarum chariſma.

Idem quẽadmodum nihil erat.

Quantum ſignum Apoſtolatus Pauli erat patientia.

Iacob. 1.

Signa, prodigia, & virtutes quæ fiebant ab eo.

Act. 19.

Supra 13. 1. Cor 5.

Quid enim eſt quod minus habuiſtis præ cæteris Eccleſiis, niſi quod ego ipſe non grauaui vos? Donis enim ſcientiæ, & linguarum prædit & ornati erant, & diuites facti in omni verbo, & in omni ſciẽtia. Et ꝗ ait: *Niſi quod ego ipſe non grauaui eos:* Ironia manifeſta eſt, & pũgens ingratos homines. Et reuera hic erat cumulus beneficiorum omnium quæ illis præſtiterat, gratuito illis, & abſque ſumptu inſeruiſſe. Ideo per irriſionem ait; *Donate mihi hanc iniuriam.* Bis enim erant ingrati: quia non modo eum contemnebant, cuius beneficiis erant deuincti, ſed & probro vertebant eius beneuolentiam. *Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos; & non ero grauis vobis. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos.* Exponit quam ſit in Corinthios animo benefico, vt qui hactenus eos non grauaſſet, nec ſit eos amplius grauaturus, ne putarent hæc dixiſſe, vt poſtea multo amplius ab eis acciperet: quod ſuperius ſacro iureiurando ſe obſeruaturum proteſtatus eſt. Tertio, inquit, paratus ſum venire ad vos. Semel, quando eos doctrina imbuerat Actor. 18. Iterum, quando illam vrbem repetere ſtatuerat, ſed negotiis præpeditus redire non potuit. Tertio, cum Macedoniam tranſiens, Corinthum venit:

Eccleſiæ Corinthiorum quare nihil minus fuerit præ cæteris Eccleſiis, teſte Paulo. *1. Cor. 1.*

Corinthii aduerſus Paulum ſe præbuerint ingratos quo duplici nomine

Pauli in Corinthios benignitas quanta. *2. Cor. 11.*

Tertio quãdo venerit Corinthũ Apoſtolus. *Actor. 18.*

Et dicit ſe abſtinere ab eorum facultatibus, non quod eos odio haberet, vel nollet eis eſſe obſtrictus, ſed in primis vt declaret ſe ſalutem eorum puram ambire. Homines enim non ſunt ita ſectendi, vt quiſque proprios diſcipulos habeat. Deinde, quia patris officium erga illos præſtare vellet. Patris enim, & non raptoris, inquit, animum gero. Recondunt parentes liberis, non liberi parentibus: filij parentum viuunt munificentia. Cum ergo vos filiorum loco colam, nolui vt patri reconderent filij & à bonis corporeis, & temporariis ad ſpiritualia & æterna erigit ſermonem; ſignificans ſe partem eſſe eorum; vt eis de ſpiritualibus bonis prouideat magis quam vt eorum temporaria bona occupare velit.

Idem Corinthios, nõ autem Corinthiorum bona cur quærere ſe dicat. & illis theſaurizare. II ratio.

Si obiicias, Pater Philippenſium non erat Paulus, qui eum etiam abſentem alebãt ergo ex reliquis Apoſtolis nullus erat Pater, quibus victum miniſtrarent Eccleſiæ? Nequaquam Apoſtolus id volui. Nam & Parẽtes in ſenectute à filiis ali non eſt nouum: non ergo protinus Patrum honore indigni qui ex Eccleſiæ ſumptibus viuunt, ſed Paulus tantum ex communi lege naturæ oſtendere voluit, ex paterno affectu, quem vel bruta animantia teſtantur, quæ parentes in ſenecta alunt.

Si Paulus filiis theſaurizabat, cur eũ igitur alebant Philippenſes *Philip. 4.*

Quare non debet in contrariam partem retorqueri argumentum: fecit enim hoc vt pater, quanquam aliter agendo pater eſſe non deſiiſſet. Theſaurizatio igitur, prouiſio eſt alimentorum in futurum eſtq; parentum pro filiis ſuis, quia illi ſuperuiuere ſolent, & non è contrario, licet obligetur filius parentes ſubſidio præſenti honorare, ſed tamen non dicitur theſaurizans.

Theſaurizare quid.

Quod autem Principes opes, & facultates Eccleſiis donauerint, ac prælatis, qui ſunt earum parentes amplas opes reliquerint, non tam ad theſaurizandum, quam ad di-

Si parentes filiis theſaurizant. Eccleſię cur à filiis diuitibus theſauros accipiunt.

ad diſpenſandum in veros Chriſti paupe:es tradiderunt.

Paulus impendere ſe & ſuperimpendi idẽ ipſe vt volebat pro Corinth.

1. Ioan. 3.

Idem quomodo Corinthiis theſaurizabat

Subiungit Apoſtolus: *Ego autem libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris: licet plus vos diligens minus diligar.* Nunc paternum, & verum amoris affectũ Corinthiis patefacit, quando non tantum ſua bona propenſius impendere, ſed ipſe quoque pro ſalute animarum eorum expendi ſit paratus iuxta illud. *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Vide ergo Apoſtolicum pectus ampliſſima charitate refertum. Licebat ei accipere ſumptus, & non accipiebat, etiamſi maxima penuria eſſet oppreſſus; & nihilominus eis prædicabat, & inſeruiebat, & quod maius eſt, theſauros non temporarios, ſed in æternum permanentes reponebat eis, & quod faſtigium eſt omnium, adhuc vitam ponere pro eis paratus erat etiam pro iis, à quibus non admodum diligebatur. Agnoſcant igitur omnes paſtores, & quid Eccleſiis ſuis debeant, vt faciunt illi, qui à parentibus plus ſatis dilecti, ipſi tamen parentes ſuos non admodum diligunt. Nihil n. minus hominis eſt, vt quidam dixit, quam in amore non reſpondere iis, à quibus prouoceris. Talis eſt Deus Pater; talis & Chriſtus Pater futuri ſæculi qui exemplo ſuo hoc indicat nobis eſſe faciendum; talis & Spiritus ſanctus pater pauperum, & dator munerum.

Quid magis ſit ab hominis natura alienum, vt quidam dixit.

Si nullam dare poterit homo commutationem pro anima ſua: vt poteſt ille impendi & ſuperimpendi pro altero.

Matth. 16.
Infra 25.

Quæritur hoc loco, quomodo poteſt homo impendi, & ſuperimpendi pro anima alterius; cum ſcriptum ſit, *Quam commutationem dabit homo pro anima ſua?* & virginibus oleum mendicantibus reſpõſum fuit: *Ne forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.* Breuiter ſoluitur quod in die iudicij non erit vlterius communicatio bonorum inuicem, nec vlla merita in alios poterunt conferri, quæ prius non fuerint collata. Iam enim incapaces inuenientur, qui rei mortis æternæ tenebantur, nec poterit quis eo tempore inuenire commutationem pro anima ſua; & de illis intelligẽda eſt parabola Virginum. Verum cum adhuc in via ſumus, poſſumus interim, & debemus mutuis auxiliis nos adiuuare, ſed quo modo, & quantum, & quo gradu, alia dubitatio eſt. Nam ſi Chriſtus pro nobis paſſus eſt, quid nobis conferre poterunt aliorum merita, & Pauli paſſiones? Dixerunt quidam, prodeſſe exemplo tantum. Cui dicto hæc ſententia Apoſtoli quam explicamus, & ſequentes, vt: *Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia:* & illa: *Omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu,* plane contradicunt. Præter ea id non conuenit Eccleſiæ Chriſti, quæ ex meritis & paſſionibus ſanctorum eis indulgentias præſtat, neque ſanctorum Patrum congruit exemplis, qui & pro viuis, & pro mortuis ſe ipſos macerabant: & affligebant: ergo alio modo proderant ſancti quam per viam exempli tantum.

Contra Lutheranos, qui ſanctos nobis prodeſſe ſolo dicunt exẽplo.

Coloſ. 1.
2. Tim. 2.

Vnde fidelibus indulgentiæ ab Eccleſia concedantur.

Quid opus ſanctorum meritis, cũ illa Chriſti redemptionis nobis abunde ſufficiant.

Dices; Nonne ſatis ad hoc fuerunt excellentia Chriſti merita? Reſpondemus: Si ſuis paſſionibus ſancti non proſunt, vt mereantur pro nobis (quia illi ſunt Chriſti merita in nobis) certe nec ſuis precibus quicquam merebuntur nobis, quia ſunt item orationes Chriſti pro vniuerſis. Quod ſi hoc falſum & abſurdum videtur, ergo illud prius abſurdum erit. Quid enim vetat ne prodeſſe poſſint ſancti paſſionibus ſuis pro aliis aſſumptis, ſi non ſolum illi, ſed inuicem nos omnes prodeſſe poſſimus nobis & orationibus, & eleemoſynis, & operibus bonis? Supereſt igitur, ſanctos non prodeſſe nobis niſi per viam exempli, falſum eſſe. ¶ Quomodo ergo prodeſſe potuerunt per viam meriti? Reſpondeo: Chriſtus ſua obedientia, & morte meruit pro nobis plura. Primum, vt auferretur peccatum mundi, id eſt originale, quod ipſe ſolus Chriſtus, & nullus alius cum ipſo promeruit, ſicut ipſe ſolus Adam illud delictum patrauit. Licet autem promeruit tolli peccatum de mũdo: noluit tamen cuiquam prodeſſe, niſi applicaretur de meritis mortis ſuæ. Et ita applicatio meritorum Chriſti neceſſaria fuit vnicuique: quæ applicatio fit hominis illius cui merita applicanda ſunt, conſenſu. Vnde neceſſaria vnicuique eſt Saluatoris notitia.

Quid nobis mereãtur ſancti.
Philip. 2.
Ioan. 1.
Gen. 3.
Rom. 5.

Paſſio Chriſti quatenus ſalutaris, & efficax.

Cum vero multi ſint, qui ſe reddunt hac notitia indignos, ne illis reueletur myſterium ſalutis, in hoc valent, & proſunt orationes ſanctorum, & bona amicorum Dei merita, vt dignetur Deus illos illuminare, pro quibus orant ſancti, & paſſiones ſuſtinent, vt ita illi accipiant gratiam, quæ omnibus venit ex Chriſti meritis. Et cum ad hoc proſint merita ſanctorum & paſſiones, & charitatis opera: vt eorum gratia Deus moueatur ad iuſtificandum, & vt etiam maiorem gratiam aſſequantur, quia proſunt, vt Deus eos magis diſponat, pro quibus ſancti orant, vt ita amplius iuſtificentur, & magis promereantur. Sed hoc meritum in ſanctis orantibus congrui tantum eſt, vt Theologi loquuntur, quod diuinæ nititur liberalitati, & alio nomine dici poteſt impetratio. Tertio proſunt

Sancti etiam nobis quid conferant.

Hoc meritum quale tantum ſit.

Tertius effectus meriti ſanctorũ

ſunt ſanctorum merita in eo quod ſatisfaciunt pro peccatis, non quidem quantum ad culpam, niſi oblique: nam promereri poſſunt eo meriti genere, quod diximus, vt in eorum gratiam Deus conuertat peccatorem, vt conuerſum, & pœnitentem à culpa abſoluat, per Chriſti tamen merita: ſed proſunt pro pœna peccatis debita, vt qui inueniuntur illius pœnæ debitores, vel ſubleuentur, vel omnino liberentur à debitis ſuppliciis: quoniam ſancti pœnas ſuſtinuerunt pro ipſis: vel quia ipſimet ſancti illis applicauerunt ſuas paſſiones, & orationes, & bona opera; vel quia ipſemet Chriſtus, aut eius vicarius ſic applicauit ex miſericordia. Vnde indulgentiæ per claues proponuntur: propterea per merita ſanctorum glorioſa fiunt merita Chriſti cum per illa, & propter illa etiam iſta ſanctorum à ſummo Patre in gratiam, Filij reſpiciuntur, vt ad idem valeant. Et hæc ſint ſatis de applicandis meritis ſanctorum.

Sanctorũ merita cur nihil non derogent modo, verum etiam mo tum arrogent meritis Chriſti.

Pſeudoapoſtoli qualẽ fraudem Apoſtolo imponerent fraudulenti.

Subiungit Apoſtolus: *Sed eſto, ego vos non grauaui: ſed cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum, quos miſi ad vos, circumueni vos? vel defraudaui?* Occupatio eſt, in qua recenſet verba pſeudoapoſtolorum, quæ per Mimeſim dicebant, Fatemur, nihil vos oneraſſe hactenus: verum addimus, id magis aſtutia eius factum, vel dolo malo, quam beneficentia, & animo syncero. Dum enim beneficium fingit, commode opera Symiſtarum à vobis pecuniam emungit, vel vt captos vos deprædetur. Sed eſto verum ſit, inquit Paulus, quod ego non grauauerim vos, veſtra exigendo, aut accipiendo: ſed tamen arte quadam, aut aſtutia id feci: *Nunquid per aliquem eorum quos miſi ad vos, circumueni vos?* Id eſt, Dicite ſi poteſtis, an per quenquam a me ad vos miſſum extorſerim, vel obolum à vobis, aut circumuenerim, aut expilauerim vos. *Rogaui Titum, & miſi cum illo fratrem* (ſcilicet Lucam) *Nunquid Titus vos circumuenit? Nonne eodem Spiritu ambulauimus? (quantum ad interna) nonne eiſdem veſtigiis?* Quod ad externa attinet. Vult dicere; Gratis prædicauerunt, nihil à vobis accipere voluerunt. Vniformitas enim ſicut ſolet eſſe veritatis ſignum, & virtutis, ita error, & vitium in multas partes fundi ſolet. Et commendat ſe Apoſtolus à familia ſua.

Apoſtoli purgatio.

Paulus, & eius ſocij Titus ac Lucas & cæteri, quo eodem ſpiritu ambulauerint & iiſdem veſtigiis apud Corinthios.

Illi quos ſuo doceãt exemplo.

Nam ſicut ipſe Paulus non accipiebat ſumptus pro prædicatione, ita nec ſui. Et cum iudex, & Epiſcopus abſtinent à muneribus, ita & ſui familiares abſtinere debent quia perinde eſt accipere per ſuorum manus, atque ſi ſuis propriis acciperent, vt Paulus videtur inſinuare.

Qui ſe excuſare ſoleant.

Sequitur in Paulo: *Olim putatis quod excuſemus nos apud vos? coram Deo, in Chriſto loquimur: Omnia autem chariſſimi propter ædificationem veſtram.* Interpres noſter videtur legiſſe πάλαι, hoc eſt: Olim; Græca autem lectio habet nunc πάλιν, id eſt, Rurſum, vel iterum, quæ lectio clarior eſt, & interrogatiue legendum eſt: Rurſus putatis quod excuſemus nos apud vos? Quoniam anxie ſe excuſare volentes, id faciunt, quoniam ſibi male conſcii ſunt: atque id ex priori epiſtola in calumniam raptum fuerat.

Paulus nihil vnquã per ſe, nec per ſuos à Corinthiis accepiſſe curauit.

Deinde etiam hoc vitioſum eſſe ſolet in ſeruis Chriſti, de ſua exiſtimatione nimium eſſe ſolicitos: vt has calumnias vitet, perſancte iurat ſe verum dicere, & teſtatur ſe in conſpectu Dei loqui, qui teſtis eſt veritatis. Et tandem aſſerit, non tam ſui rationem habere, quam illorum, dicens, *Omnia enim chariſſimi, propter ædificationem veſtram* Scilicet facio: quid ſit autem ædificatio, ſæpe à nobis declaratum eſt. *Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo inueniam vos, & ego inueniar à vobis qualem non vultis.* Ingreditur materiam iudiciorum: nam quia acerba, & moleſta dicturus erat, mitigat ea, dicendo: *Omnia pro ædificatione veſtra ſiunt.* Curæ paternæ eſt metuere, ne quid punitione dignum in liberis inueniat, vt contra ſuam voluntatem cogatur talem ſe exhibere, qualem ipſi liberi nollent; id eſt, ſeuerum, rigidum, vindicem; nõ mitem aut blandum. Et more patris miſerere metuebat, ne non correctiores, ſed deprauatiores inueniret, vt in eos interdum deſæuire cogeretur. Paſtores ergo, & præcones verbi Dei operam dent, vt ſe lenes ac blandos exhibeant, niſi licentia, & diſcipulorum negligentia cogat eſſe ſeueros.

Actionum omnium Pauli finis poſt Deum erat ædificatio proximorum.

Quam correctionem Paulus Corinthiis, ſeu pater præſtare debebat.

Paſtorib. ac prædicatoribus quid curandum ſit.

Et enumerat eorum vitia: *Ne forte contentiones,* inquit, *æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos.* Octo, aut nouem enumerat vitia, quæ omnia ex defectu charitatis oriebantur, & ex philautia, & ambitione. Vbi perpende, Paulum peccata quæ in ſuam perſonam committebant, vt detractationes, murmurationes, inflationes, poſtremo loco inſectari; quæ vero in alios, priori loco recenſere; ne magis ſuam, quam aliorum cauſam agere videatur. *Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt pœni-*

Quib. vitiis Corinthii laborarent.

Pauli in eis corrigendis prudentia cum modeſtia coniuncta.

Alter ſenſus.

mioe non rapto non gloriabor, niſi in infirmitatibus meis: etſi reipſa idem ſit internus & externus homo. *Nam etſi voluero*, inquit, *gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam.* Occupatio eſt: nam dicere poterant maleuoli: Non vis gloriari, quia non potes. Reſpondet: Si cordi eſſet gloriari nihil peccarem, nec inſipientiæ arguerer: nam vane, & ad oſtentationem, & mendaciter nihil facerem. Vere autem facerem omnia, ſi enarrare vellem, quantis me beneficiis Deus affecerit. Et inſipientiam vocat, non vt ſupra, quia inepti ſunt, ac cupidi qui gloriantur, ſi qua iactantia, vel ambitio appareat: ſed fœdior eſt ſtultitia, & minus tolerabile, ſi ab reglorietur, hoc eſt, mentiatur eſſe quod non eſt; nam ad leuitatem accedit etiam impudentia.

Ad VII. dubium. Si non eſt inſipiens Apoſtolus gloriando, gloriationem ſuperius ſuam cur inſipientiam nominauit.

Sequitur: *Parco autem; ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.* Non ait: Ne credat, aut ne dicat; ſed ne exiſtimet, id eſt, cogitet, aut ſuſpicetur maius aliquid quam ſit mea dignitas. Nam Lycaones videntes in Paulo & Barnaba numē quoddam diuinitatis, illis ſacrificia offerre volebant: ideo quæ de ſeipſo erant, tacebat, & occultabat Paulus. Nam ſi homines exiſtimabant ipſos eſſe Deos, ob ſignorum magnitudinem, & tantos immolare volebat: quid non feciſſent, ſi reuelationes manifeſtaſſet? Hæc omnia propter obtrectatores Pauli dicta ſunt, quorum vox erat: *Quorum quidem epiſtolæ graues ſunt, & fortes, præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis.* Ac ſi diceret Apoſtolus; Aſpectus, & ſermo nihil de me magnificum promittunt, non ergo recuſo prauus in oculis hominum haberi. Hinc Grego. libr. 18. Moral. cap. 5. *Omnes veraciter ſancti non ſolum gloriam ſuam ſupra modum omnino non appetunt, ſed etiam hoc ipſum videri refugiunt, quod eſſe meruerunt. Vnde egregius ille prædicator veritatis contra pſeudoapoſtolos loquens, dum virtutes eius eximiæ operationis ſuæ pro diſcipulorum eruditione narraret, dum tot ſe pericula toleraſſe, coaceruata perſecutione deſcriberet, & poſthac vſque ad tertium cœlum, rurſusque in Paradiſum raptum ſe eſſe memoraret, vbi tanta cognoſcere potuiſſet, quanta eloqui omnino non poſſet, erat de ſe adhuc fortaſſe admirabiliora locuturus; ſed ab humana laude alta ſe conſideratione temperans ſubdit: Parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Habebat ergo adhuc de ſe aliquid dicendum; qui pauit dicere: ſed egit vtrumq; doctor egregius, vt & loquendo quæ egerat, diſcipulos inſtrueret, & tacendo ſeſe intra humilitatis limitem cuſtodiret. Nimis namq; eſſe ingratus, ſi de ſe diſcipulis tota reticeret, & fortaſſe nimis incautus ſi de ſe tota diſcipulis proderet. Sed mirabiliter, vt dictum eſt, egit vtrumq; vt loquendo erudiret vitam audientium, & tacendo cuſtodiret ſuam.* Hæc ille admodum ſapienter, & & admirabiliter, vt ſolet.

Quo modo parcebat Apoſtolus non gloriando, ne quis exiſtimaret ſupra id quod videbat in eo aut audiebat aliquid ex ipſo.

Act. 14. Paulus & Barnabas pro diis habiti à quibus, & quare.

2. *Cor* 10. Præſentia corporis infirma quæ Pauli, & ſermo contemptibilis.

D. Greg. 1.1 Omnium veraciter ſanctorũ, vt ait Magnus Gregorius ingenium.

Mira Apoſtoli prudentia.

Octauæ dubitationi ex ea illud: *Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet propter quod per Dominum rogaui, &c.* Reſpondemus primum ex Anſelmo, Dominum ita egiſſe cum Paulo, atq; cum triumphanti olim fieri ſoliũ erat. Nam cum inter tot acclamationes &, laudes, & honores procederet in triumphum, prodibat homunculus, qui illi inſtillaret: Memento te eſſe mortalem. Et Romanus Pontifex cum magna Pompa in Sedem Petri inthronizandus deducitur, accenditur in ligno prælato ſtupea materia, quę quã breuiſſime accenſa reſtinguitur, & accinitur *Pater ſancte, ſic tranſit gloria mundi.* Ita Deus viam iuſtorum inter proſpera & aduerſa ita temperat, ne in externa vitia prolabantur; id eſt, ne afferãtur proſperis, vel ne aduerſis demergantur.

Ad VIII. dubitat. reſpon. ſubiicietur infra.

Quid Deus ſtimulũ carnis prouidens Paulo feciſſe videatur ſecundum Anſelmum. *B. Anſel. tom.* 11.

Quomodo iuſtorũ vitã Deus moderetur Opt. Max.

Textus vero Græcus habet; *Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι*: id eſt, ne excellentia, ſiue abundantia reuelationum efferar, vel extollar. Vbi perpende, Reuelare idem eſſe quod, Velum tollere. Eſt autem duplex velum, alterum limitatum à natura, quæ ad quædam tantum intelligenda valet; velata vero à Deo, quæ ſupernaturalia ſunt. Poſt peccatum vero maius velum habemus, quo cor humanum diuina videre non poteſt, nec ad omnia, etiam naturalia aſſurgit, etiam ſic ad pauca, & tarde, cum difficultate attingat: ideo opus etiam eſt vt hoc velamen auferatur, vt ſecreta & arcana Dei quæ reuelantur, percipere valeamus. Conſtat enim, Apoſtolo maxima myſteria eſſe patefacta, præcedente tamen acquiſita ſcientia per Gamalielẽ præceptorem ſuum. Vnde de illo dicit Petrus; *Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundũ datam ſibi patientiã ſcripſit vobis*; ipſe vero Epheſ. 1. *Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eius, illuminat oẽs oculos cordis veſtri.* Idem quoq; teſtatur, quod cum Iudęi conuerſi fuerint ad Dominũ, auferetur velamen; rurſus Galatis ſcribit; *Cum autẽ placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris ſuæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret Filium ſuũ in me, & Euangelizarẽ illum in Gentibus, etc.* Vnde & de illo ad Ananiam Dominus. *Ego oſtendã illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Et ita multis modis velũ abſtulit à Paulo, quo poſſet eſſe capax arcanorum Dei.

Reuelare quid.

Duplex velum homini impoſitum à Deo quod.

Act. 22.

1. *Petr. vlt.*

Epheſ. 1.

2. *Cor.* 3. *Galat.* 1.

Act. 9.

Ait ergo: Ne abundãtia, & excellentia,

Quatenus hoc.

ſtimulo carnis ſuæ e-guerit Apoſtolus.

reuelationum efferat: nam hoc per accidẽs ob corruptionem naturæ accidere ſolet. Donum enim Dei ex ſe non extollit, ſed humiliat potius cor eius ad illum à quo accepit, non ſecus atque arboris rami frugibus pleni humiliantur, & deorſum inclinantur.

Simile.

Tamen, quia natura ſe confert cum aliis illa dona non habentibus, in ſeipſis exaltantur cum ſaltem deberẽt in Domino gloriari, & in ſeipſis confundi. Nam qui in ſeipſis efferuntur, ſimiles ſunt ſeruis, & familiaribus Regum, qui Principum ſuorum gratia & fauore abutuntur.

1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Deus Opt. Max ſtimulo carnis ſuæ probãs Apoſtolũ, quam bonum medicum ſe præbuit.

Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ.

Agnoſce Dei ſapientiam, qui minori malo pœnæ illatæ, maius malum culpæ, id eſt, excellentiæ, & vanæ gloriæ, mederi volebat: non ſecus ac prudens medicus minus vulnus infert, quo maius, & exitialius ſanare valeat & febre leuiori, quæ tertio quoque die accedit, acutam, & peſtiferam frequenter curat. Agaſo quoque cum videt ſarcinam, quam mulus geſtat, in vnam partem inclinatam, ſaxo, aut alio onere ex alia parte oppoſito æquat ac dirigit.

Alterum exemplũ.

Stimulus, inquit, *carnis meæ, Angelus Satanæ qui me colaphizet, &c.* Hic ſunt duo dubia explicanda, alterum de voce ipſa ſtimuli, alterum, de re ipſa, quæ metaphoræ reſpondet: quia in vtroque multa occurrunt dicenda.

Stimulus quid Latinis.

In primis igitur ſtimulus, Latinis eſt lignũ ferro præacuto terminatum, quo boues ad opus ſtimulantur, quod Græce κέντρον vocatur, cuius hic nulla eſt mentio, etiã alibi de hoc dixerit Dominus ad Paulum: *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Ponitur & 1. Corinth. 15. *Stimulus mortis peccatum eſt.* Sed hoc loco Græce non eſt illa vox, ſed altera, nimirum σκόλοψ. De qua voce eruditi in primis audiendi ſunt; deinde an Scriptura ſacra hac voce Græca vtatur, & in quem finem.

I. Significatus, improprius huius ligni.

Act. 9.

1. Cor. 15.

Eruditi igitur tradunt, quod σκόλοψ ſignificat ligna præacuta, ſiue præuſta, quæ claudendis hortis, vel ſuſtinendis vitibus ſolo infiguntur. Significat etiam ſurculos acutiores, & inhærentes & qui ambulantibus inter ceduas ſyluas pedibus moleſti ſunt. Vnde ſæpe apud Dioſcoridem repertum inuenitur, Σκόλοπας ἕλκει vel σκόλοπας ἐπισπᾶται, ſiue ποιεῖ πρὸς σκόλοπας. Hermolaus interpretatur, aſſulas, & tela corporibus inhærentia; Ruellius autem, ſpicula, & aculeos, & Marcellus, ſurculos & aculeos. Gellius quoque Androdi hiſtoriam interpretans ex Appione, ſtipem conuertit veſtigio pedis inhærentem. Ait enim Androdus. Stirpem ingentem veſtigio pedis eius (ſcilicet Leonis) hærentem (Græce σκόλοψ) reuulſi. Hæc ille.

Alter ſignificatus Stimuli, ex variis autoribus.

Dioſco 1. c. 11 l. 4. c. 251
Hermolaus Barb.
Ruel.
Gell. l. 5. c. 14. ſub fin.

Eſt ergo ſudes, ſpiculum, aculeus, ſagitta infixa & quaſi lethalis arundo, vt ait Poeta. Sudes autem, genus teli eſt ruſtici, hoc eſt, paxillus igni præuſtus, de quibus in 2. Georgic. Poeta dixit:

Sudes quid

Quadrifidasq́ ſudes, & acuto robore vallos

Virg. ſub initi.

Vbi Seruius ait, vallum, & ſudem, idem eſſe. Et Liuius libro ſexto Belli Punici in fine *Tertio die ſudibus inter ſe in modum iuſtæ pugnæ concurrerunt: præpilatiſq́ miſſilibus iaculati ſunt.* Eiuſdem vocis fit mentio Ioſu. 23. *Erunt,* inquit, *vobis in foueam, ac laqueum, & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris:* & Iob. 40. *In ſudibus perforauit nares eius.*

Seruius.
Liuius.
Ioſu. 23.
Iob. 40.

Quod ad Scripturas attinet, ſciendum eſt, hanc vocem vſurpatam eſſe à Paulo ex lectione LXX. Interpretum: nam Num. 33. habemus: *Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ qui remanſerint, erunt vobis quaſi claui in oculis.* Vbi LXX. legunt, σκόλοπες ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ βολίδες ἐν ταῖς πλευραῖς ὑμῶν. Vbi Hebræi pro σκόλοπες legũt שכים

Vnde hãc vocem ſtimuli ſumpſerit Apoſtolus.
Num. 33.

Simile quid legimus Ioſu. 23. vbi de eiſdem Gentibus ait: *Quod ſi volueritis Gentium harũ, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere & cũ eis miſcere connubia, atque amicitias copulare; iam tunc ſcitote quod Dominus Deus veſter non eas deleat ante faciem veſtram, ſed erunt vobis in foueam, ac laqueum, & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris, &c.* Vbi etſi non ſit neque vox illa Hebræa, neque vox σκόλοπος, ſenſus tamen eſt vnus & idem, & Ioſue illo loco imitatus eſt Moyſen in priori loco, Numero trigeſimo tertio.

Alter locus
Ioſu. 23.

Et his ergo habere poſſumus quid ſit σκόλοψ carni infixus, vel hærens, ſiue aculeus ſpinoſus, vel arundo carne infixa, quæ vehementer cruciat, donec euellatur. Nam & ceruus ſagitta infixa non quieſcit, donec ad aquas potandas accedat, vel ad dictamum herbam deguſtandam, quo ita illam à ſe expellat. De qua Plinius ſic ait: *Arundinis radix contrita, & impoſita filicis ſtirpem corpori extrahit: item arundinem filicis radix.* Et hæc pauca de hac voce ſint ſatis.

Cerui ſagittas corpori infixas vt egerant.

Plin l. 24. c. 11. initio.
Arundinis carni infixæ extrahẽdæ remedia præſentanea.

Ad ſecundum quidnam per ſudem, vel aculeum ligneum deſignetur, explorãdum eſt, & diuerſæ Patrum opiniones enumerandæ, & quæ inter illas omnes præſtare videatur, aperiendum. In primis igitur quidã intelligunt per hunc aculeum, motum carnis ad libidinem, & ad venerea vrgentem, qui carni noſtræ perpetuo hærere videtur, quia nunquam extinguitur, & hæc eſt, inquit, Angelus Satanæ, quia per carnem titillationem tentat, repræſentando etiam carnis voluntatem. Per eam etiam

VIII. dub. propoſitu diluitur.

Quem ſtimulum carnis ſuæ inſi. tnum habũ it Apoſtolus.

I. opinio.

Caro … ſtimulus … quam ſalutares, & vtiles.

vehementer humiliatur homo, ne ſuperbiat. Nec tantum propter eam attenuandum eſt, & debilitandum corpus ieiuniis, & aliis quæ corpus macerant, ſed pro ea etiam ter, id eſt, frequenter, orandus eſt Dominus, vt nobis aſſiſtat, & in tanta pugna corroboret ad victoriam. Quam tentationem etſi Dominus à nobis non auferat; facit tamen cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. Nam vt olim Iebuſæos reliquit Dominus in medio terræ promiſſæ, vt dicerent filii Iſrael certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi & Scipio ille Naſica conſilium ſalutare dedit Romanis de non euertenda Carthagine ne iuuentus Romana otio marceſceret, teſte Liuio: ita Deus, vt in Paulo conſolaretur omnes, etiam perfectiſſimos Chriſtianos, & ſanctiſſimos viros, qui diuturna bella, & luctas aſſiduas cum carnis libidine geſſerunt; ita vt quidam eorum nudi ſuper ſpinas, tribulos, & vrticas volutarentur, vel etiam nudos ſe extenderent in frigidiſſimas niues ad ſopiendam carnis voluptatem: voluit, inquam Deus Opt. Max. hunc carnis aculeum in bonum noſtrum relinquere.

1.Cor.10.

Qualis caro hominis noſter domeſticus.

Ioſue 15.

Iudic 1.

Mago Scipionis Naſicæ conſilium.

Cum carne quidam ſancti viri quam graues habuerint inimicitias, & bella.

Nec obſtat quod quidam opponunt, hanc tentationem incipientium eſſe, & nō perfectorum, vt erat Paulus: quia, vt idem docet, ſecundum illos: *Velle adiacet mihi perficere autem non inuenio. Non enim quod volo, bonum, hoc facio; ſed quod odi, malum hoc ago.* Et infra: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis;* Denique: *Mente ſeruio legi Dei: carne autem lege peccati.* Hunc ſenſum primus attigit Irenæus, qui libro quarto contra Valentinianos ait in genere: *Manifeſtiſſime Apoſtolus oſtendit, quoniam traditus eſt ſuæ infirmitati homo, ne elatus aliquando excideret à veritate.* Haymo in hæc verba ſcribit: *Quidam dicunt Apoſtolū dolore capitis laboraſſe; quidam à diabolo de ardore libidinis tentari, & affligi: quod verius eſt.* Et infra: *Dominus vtique cuſtodiebat eum, ne in vitium libidinis caderet. Vnde apparet, quia per venenum fugabat venenum. Venenum libidinis, & tentatio carnis, fugabant ab illo venenum ſuperbiæ. Dedit namque ei Dominus antitodum theriacum, quod de ſerpente conficitur, qui vocatur Tyrus ſiue Theriacus, à quo & Theriacum appellatur, & fugat venenum aliud.* Gregorius etiam non ſemel hunc ſenſum ſequitur. Nam in primis libro octauo Moral. cap. 20. in genere ſic habet: *Vt ergo & firmitatis dona habeat & infirmitatem ſuam humiliter agnoſcat, per acceſſum gratiæ ad alta ſuſtollitur, & per receſſum quid ex ſemetipſo ſit, probatur. Quod bene nobis ex hiſtoria ſacræ lectionis innuitur, quæ Salomon & diuinitus accepiſſe ſapientiam, & tamen poſt acceptam eandem ſapientiam, meretricum ſtatim pulſatus quæſtione memoratur.* Et infra: *Sic Paulus ad tertium cælum raptus ducitur, Paradiſi penetrans ſecreta conſiderat: & tamen ad ſemetipſum rediens contra carnis bellum laborat legem aliam in membris ſuſtinet, cuius in ſe rebellione fatigari ſpiritus legem dolet.* Idem l. 11. c. 12 *Certe iam Paulus tertij cæli culmen aſcenderat, iam Paradiſi ſecreta cognouerat, & tamen adhuc carnis bella tolerans gemebat: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c.*

Quam decuerit Apoſtolum, tātum virum carnis tentatio, 'tam vilis videlicet & abiecta.

*Rom.*7.

Ibidem 23.

*Ibid.*25.

B.Irenæ.c. 3. *in princ.*

Haymo. Epiſc.

Quam theriacam per ſtimulum carnis, vt ait Haymo Deus fecerit Paulo. Theriaca, quam vocant, vnde conficitur.

B.Greg.t. 1

Quid quod Salomon poſt acceptam diuinitus ſapientiam meretricū ſtatim pulſatus quæſtione memoratur.

3.*Reg* 3.

*Rom.*7

Ibidem.

Nec obſtat, quod Græcè dicitur: *Datus eſt mihi ſtimulus carni meæ,* in dandi caſu τῇ σαρκί μου Nam dici poſſet Datiuum pro Genitiuo apud Hebræos interdum vſurpari. Dicitur enim Hebraice. Miſmor le Dauid, & Græce Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. Et ponitur in vtraque lingua ſignum Datiui pro Genitiuo ſicut etiam Coloſſ 2. *Delens quod aduerſum nos chirographum decretis,* pro decretorum: quam rationem loquendi ſecutus eſt M. Cato in libris de re ruſtica, cum ait: *Ornamenta bobus*, id eſt, boum: inſtrumenta ruſticis, pro ruſticorum. Ita hoc loco Paulus, *Carni meæ*, inquit pro carnis meæ. Alij vero legunt, in carne mea, ſcilicet puncta, quam non tanquam pellem, penetrabat tentatio pertingens ad conſenſum animi; & ita illudebatur techna draconis diaboli ad peccatum ſtimulans

Hæc lectio. Datus eſt mihi ſtimulus carni meæ, qualis ſit.

*Coloſ.*2.

Cato Maior.

Ponderatur hæc lectio. Datus eſt mihi ſtimulus in carne mea.

Secunda ſententia eſt aliorum Patrum, qui hæc interpretantur de dolore capitis, vt docet ex aliorum ſententia Theophylactus ſed reprehendit eam, dicens. *Angelum Satan, & palum, nonnulli cephalalgian, hoc eſt, capitis dolorem, intellexerunt ob diabolo factam. At abſit hoc: non enim Pauli corpus diabolo traditum eſt, quandoquidem Paulus ipſi potius præcipiebat, quando fornicantem tradebat ei ad interitum carnis, nec eam ſibi mitam ille prætergrediebatur.* Theodoritus etiam hoc loco cum OEcumenio negat fuiſſe dolorem capitis.

Paulus dæmonibus imperabat ac ſubiiciebat ſibi.

Theodor t. 2.

Oecu.c. 10.

Impugnant etiam ſcholia Græca eum ſenſum: quia infirmitatis nomine non ſolet accipere Apoſtolus peculiarem, & naturalem aliquem morbum, ſed afflictiones carnis, flagella, vt hic bis, aut ter explicauit. Hieronymus etiam in quartum caput ad Galatas explicans illa verba: *Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem &c.* ſcribit: *Aut certe ſuſpicari poſſumus, Apoſtolum eo tempore, quo primum venit ad Galatas, ægrotaſſe, & aliqua corpuſculi infirmitate detentum, non ceſſaſſe tamen, nec vocem ſilentio repreſſiſſe quominus cœptum Euangeliū*

*Hier.t.*9.

Galat 4.

Per infirmitatem carnis quam Paulus.

præ-

Galatis euangelizauit, ſecundum aliquos.

B. Aug. i 8

prædicaret. Non tradunt ei grauiſſimum capitis dolorem ſæpe perpeſſum, & hunc eſſe Angelum Satanæ, qui oppoſitus ei ſit, vt eum colaphizaret in carne, ne extolleretur. Auguſtinus etiam in Pſalmum 230. idem fere videtur ſenſiſſe. *Cum ergo eſſet,* inquit, *magna gratia, & magna dona meruiſſet à Deo, quid dicit quodam loco? Propter magnitudinem autem reuelationum ne extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet. Quid eſt hoc, fratres? Ne extolleretur tanquam iuuenis, colaphizabatur tanquam puer. Et a quo? Ab angelo Satanæ. Quid eſt hoc? Dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer. Dolores autem corporum plerũque mittuntur ab angelis Satanæ ſed hoc nõ poſſunt niſi permiſſi. Nam & Iob ſanctus ſic probatus eſt. Permiſſus eſt ad eum probandum Satanas, & percuſſit eum vulnere, vt vermibus putreſceret. Immundus enim permittebatur, & ſanctus probabatur. Neſcit diabolus quanta bona de illo fiant, etiam cum ſæuit.* Hæc ille, vocans dolorem capitis, & nihil ſpeciatim de illo dolore tradens. Ad hunc etiam ſenſum doloris corporis in genere videtur alludere Gregorius Nazianzenus, qui Monodia ſua, quam in mortem B. Baſilij edidit, ita eum prope finem alloquitur: *Tu vero ſacrum & diuinum caput, nos cœlitus inſpicias, carniſque ſtimulum* (Græcè ait σκόλοπα) *à Deo nobis ad diſciplinam datum, aut precibus tuis ſiſtas, aut perſuadeas, vt forti animo perferamus. In quæ verba Nicetas; Renum, inquit infirmitatem ſignificat, atque articulorum debilitatem ſiue podagram. Sic enim locum illum Pauli de corporis infirmitate, & non de fomitis concupiſcentia veteres quidam intellexerunt.* Hæc ille.

Cur ab angelo Satanæ colaphizatus Apoſtolus, & quomodo ſecundum Aug.

Iob. 2.

Greg. Nazian. orat. 30. Iac. Billio interpr. t. 2.

Nicetas quem ſtimulum datum aſſerat Apoſtolo.

Hoc etiam de morbo in genere videtur prius à beato Chryſoſtomo dictum: Nam homil. 6. de laudibus Pauli. *Quid vero datur,* inquit, *carni, cum procul dubio dicit: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ? Hoc eſt autem nihil eſt prorſus aliud quam oſtendere contempſiſſe dolorem ſe corpore ſentientem, non quia non ingrederetur animum, ſed quia magnitudine voluntatis excluderet eum, atque depelleret.* At B. Thomas hoc loco in ſpecie explicat morbum, dicens: *Datus eſt mihi ſtimulus, crucians corpus meum per infirmitatem corporis, vt anima ſanetur, quia ad literam dicitur quod fuit vehementer afflictus dolore iliaco.* Hæc ille, non exprimens à quo id acceperit. Beatus Vincentius eiuſdem familiæ Dominicanæ inſignis ſuo tempore prædicator, arbitratus eſt fuiſſe dolorem ſtomachi (quo etiam dolore laborabat Timotheus Pauli diſcipulus: *Medico,* inquit, *vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates*) quo impediebatur à prædicatione, ac diuini celebratione ſacrificij. Vnde & aſſerit, manu impoſita ſuper loco doloris augeri ſolidum dolorem. Mirabaturq; ille ſanctus, quod alios ſolo Ieſu nomine inuocato, & manus contactu ſanaret, & dolorem adimeret, à ſe autem minime depelleret. Sed etſi hæc pie, & religioſe ſenſerit hic pater; ignoramus tamen vnde hæc acceperit: etſi quidam tribuant hoc beato Remigio.

D. Chryſ. t. 4. in fi.

Paulus qua infirmitate corporis laborauerit ſecundũ Thom.

D. Tho. lect. 3. t. 16.

Opinio B. Vincentij.

1. Tim. 5.

Accedit & alter eiuſdem ordinis alumnus, nimirum Hugo Cardinalis, qui præſentem locum de ſtimulo carnis, interpretatur de tentatione S. Theclæ inter fœminas protomartyris, pulcherrimæ, & præclaræ Chriſti Virginis, quam baptizatam ſecum circumferebat. Producit autem Hieronymum in epiſt. ad Oceanum hæc verba dicentem: *Thecla poſt tentationem paſſionis Antiochiæ, cum Paulo prohibetur pergere. Nemo enim miles cum vxore vadit in prælium.* Hæc ille quæ verba ſane hactenus apud Hieronymum inuenire non potui.

III. opinio Card. Hugonis minus probabilis.

Sed tria mihi contra hanc ſententiam occurrunt. Primum eſt, quod Paulus non erat ſolitus mulieres circumferre, quemadmodum Chriſtus circumferebat, vt miniſtrarent ſibi de facultatibus ſuis, quemadmodum reliqui Apoſtoli, maxime autem fratres, Domini, vt Paulus dixit in ſuperiori epiſtola: quia etſi Is mos ſeruaretur apud Iudæos; in Gentib. tamen non erat conſuetus, ſed potius ſcandalizaret. Et ita Hierony. in caput 27. Matthæi aſſerit, hoc inter Gentes non ſeruaſſe Apoſtolum.

Stimulum carnis ſuæ Paulo datũ B. Theclã eius aſſeclã formoſiſſimam virginem non fuiſſe.

Luc. 8.

1 Cor. 9.

B. Hier. t. 9

Secundum eſt, quia tantus Chriſti Apoſtolus legerat, ac probe intellexerat, quid Dominus dixiſſet, cum ad fugienda ſcandala adhortaretur: *Si manus tua vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proiice abs te. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te.*

II. argum.

Matt. 18.

Tertium eſt quod Hieron. in l. de ſcripto Eccleſ. in Luca ait: igitur περιόδους Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulã, inter apocryphas Scripturas computamus. Quale enim eſt, vt indiuiduus comes Apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolum ignorauerit? ſed & Tertull. vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Aſia σπουδαστὴν Apoſtoli Pauli conuictum à Ioanne, quod autor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe. Hæc ille, aperte negans Paulum circumtuliſſe ſecum B. Theclam. Adhæc Gelaſius pontif. librum qui appellatur Theclæ, & Pauli, vt apocryphum damnauit, vt habetur in cap. S. Rom. Eccleſia.

III.

Idem. t. 1.

Galat. 1.

Poſtremo Græca ſcholia, quæ haben-

tur

Quarta opinio, cæteris probabilior. *Oecu c. 10. 2.Tim 4. Surpa 2.*

tur apud OEcumenium, ita habent: *Catenā dicit, plagas, lapidationes carceres. Nuntius Satanæ dicitur homo ſubſeruiens aduerſario dæmoni: ſtimulus vero, tentationes & afflictiones quas inferebat ei.* Et infra: *Nuntium itaque Satanæ dicit Alexandrum fabrum ærarium, Hymenæum, & Philetum, qui dicebant reſurrectionem iam factam eſſe; omneſque ſermoni prædicationis repugnantes.* Similia docent Theodoritus, & Theophylactus.

Theodor. p. 2.

Nuntium, ſeu Angelum Satanæ ſingulari numero cur dixerit Apoſtolus. II. ratio.

Quare autem non dixerit in plurali nuntios Satanæ, cum plures eſſent, qui reſiſterent, ſed quaſi de vno in ſingulari, Angelus Satanæ: reſpondeo: quia vnus erat Satanas qui per illos adminiſtros negotium Paulo faceſſebat, perſequebatur, ac colaphizabat. Deinde, quoniam in ſingulis locis vnuſquiſpiam reperiebatur repugnans, qui populum commoueret, & primordia perſequendi cæteris præſtaret. Hunc ſenſum etiam videtur agnouiſſe commentarius Ambroſio inſcriptus, his verbis: *Deum bonis meritis prouidere teſtatur, dum permittit tentationibus hos deprimi, non ſolum ne laborum ſuorum fructibus abdicentur, verum etiam vt augeantur his ad cumulum poſſeſſionis æternæ. Hoc ergo remedium datum eſt Apoſtolo, vt iniuriis preſſus, animo non poſſet extolli pro magnitudine reuelationum: quia otioſum pectus neceſſe habebat in iis quæ viderat, extolli.* Eandem ſententiam Primaſius Auguſtini diſcipulus magis probat, & Sequitur. Sed inter omnes maxime hunc locum explicat Beatus Chryſoſtomus in 5. Homil. ex decem, quæ nuper in lucem prodierunt opera Illuſtriſs. Cardinalis Sirleti, cuius argumentum ſunt illa Apoſtoli verba: *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Vbi inter multa alia quæ circa hunc carnis ſtimulum in medium adducit, hæc habentur. *Quid eſt igitur quod dictum eſt: Datus eſt mihi aculeus carni meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet? Tota,* inquit, *ignorantia vt plurimum, ex eo multis accidit, quod non intelligunt proprietates dictionum neque interpretationes ipſarum. Nam colaphizare quidam putant eſſe tantum caput percutere, cum colaphus dicatur ipſa depreſſio, & humiliatio. Colaphum incuſſit inimicus, id eſt, humiliauit. Non ſolum ergo capiti infertur, ſed ipſe Paulus vſus eſt rurſus hac dictione: & quandoquidem idiota erat, conſueta dictione vſus eſt ad explicationem ſenſuum: Vnde & illud: Vſque in hanc horam & eſurimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, ſiue incertis vagamur ſedibus.* Et infra: *Eſt ergo colaphizatio humiliatio, quæ fit ab inimicis, vel per carceres, vel per abductionem ad ſupplicium, vel per iudicium, vel per famem, vel per quamcunque aliam rem.* Rurſus inferius: *Quando audieris Paulum dicentem: Datus eſt mihi aculeus carni meæ, Angelus Satanæ, non cogita de diabolo, ſed de hominibus quæ dæmonis ſunt operantibus: Græcis ſcilicet, Iudæis. qualis erat tunc dæmon Angelus Satanæ Alexander ærarius, qui plura mala illi oſtenderat; Angelus Satanæ, quia ea quæ Satanæ erant, operabatur. Tales erant conjicientes in carcerem verberantes ipſum. Homines ergo nuntios Satanæ, ea quæ Satanæ ſunt, operantes & Euangelium, & prædicationem impedientes; & verberantes vocabantur.* Hactenus ille.

Amb. to. 5. Fructus tentatio in iuſtis. *Primaſ. 2. Coſ.* *Chryſ.* Colaphizatio & colaphus quid proprie ſecundum Chryſoſt. Angelus Satanæ Chryſoſtomo quis. *2 Tim. 4.*

Quid iuuet hunc ſenſum. *Num 23.* *Iudic. 3.* *Luc 8.* *Amb. to. 5.*

Præſtare autem hic ſenſus cæteris videtur, quia Apoſtolus vſus eſt voce illa σκόλοψ, quomodo Septuagin. Interpretes Numer. 23. vbi nationes illas Chananæorum, quas non expellerent Iudæi de ſedibus ſuis cominatur Dominus futuras in ſcandala, & foueam, & in laqueum in lateribus, & rudes in oculis ſuis. Iudic. etiam 3. relinquitur Chananæus in medio filiorum Iſrael, vt diſcerent certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi. Ita hic perſecutores dantur fidelibus, & maxime miniſtris verbi Dei, vt fructum adferant in patientia: & ne pectus otioſum, vt dixit Ambroſius, neceſſario in iis quæ vidit, extollatur.

Colaphus & colaphizatio qualis contumelia. Nos Deus colaphizās quid doceat. *Act. 23.*

Ex iis porro Chryſoſtomi verbis, quæ ille late proſequitur in explicando verbo Colaphizandi, habes quid ſit colaphus, & colaphizatio, de quo verbo dubium propoſitum fuit. Eſt enim atrox contumeliæ genus in facie cædi: nam ſicut facies ſugillata non audet prodire in conſpectum aliorum; ita nos quacunque infirmitate laborauerimus, intelligamus nos tanquam colapho à Domino cædi, ad executiendum in nobis pudorem, vt humilitatem diſcamus, & ferociam noſtram retundamus. Alapam enim accepit Paulus ab Anania: ob quam cauſam illi dixit: *Percutiet te Deus, paries dealbate.* Nihil enim adeo nos pudore ſuffundit, atque alapa, vel colaphus impactus in faciem, vel caput.

Quantum malum ſuperbia qua lique indigeat Dei medicina. *Eccl 10.* *Rom. 9.*

Deinde conſidera, quantum ſit ſuperbiæ peccatum quod ſummopere homines auertit à Deo: & ſicut humilitas eſt radix omnium virtutum, ita ſuperbia initium eſt omnium eſt omnis peccati. Ideo vt eam Deus ſanet, miram adhibet ſapientiam Nam quia materia huius vitij bonum eſt, & virtus; permittit aliquando Deus electos ſuos, per infirmitatem, vel per aliquem defectum corporis, & aliquando etiam per mortiferum peccatum ab huiuſmodi bono impediri, vt ex ea parte humilientur, & cognoſcant ſe ſuis viribus ſtare non poſſe. Quare alio loco dixit: *Diligenti-*

bus,

Diligentibus Deum, quatenus omnia cooperentur in bonum.

bus Deum, omnia cooperantur in bonum, non quidem ex eorum peccato, ſed ex Dei bonitate, & ordinatione. Cum igitur Apoſtolus maximus Dei ſeruus eſſet, & ſingularibus præ aliis ſplendeſceret donis; nam fuit ſingularis eius electio, de qua Dominus ad Ananiam: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus & filijs Iſrael*, & ad maxima Dei ſecreta cognoſcenda, in tertium cœlum, & in Paradiſum raptus; & ſtupendis ſignis, & miraculis coruſcaret, & in patientia ac tolerantia malorum emineret, dixit enim: *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter: à Iudæis quinquies quadragenas, vna minus, accepi: ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, &c.* & virginei corporis integritate floreret, cùm dicat: *Volo omnes vos homines eſſe ſicut me ipſum*, & ad bonorum operationem ſuper omnes alios laboraſſet, vt ipſemet teſtatur; & denique maxima ſcientia, quæ ſingulariter inflat, & quam vbi fluminis inſtar fundit, repletus eſſet, ne tantis muneribus decoratus efferretur, ſi vnum illorum, vel ſatis erat ad elationem illum inflandum: proſpexit Deus illi de hoc remedio, vt in humilitate ſe contineret. Hoc autem remedium fuit, vt homines ſe illi opponerent, & Euangelio quod prædicabat, reſiſterent, & plagis & carcere, & iniuriis illum affligerent, & denique omnibus rationibus, & machinis impeteretur, ita vt in continuis mortis periculis verſaretur. Hæc autem ſumma eſt humiliandi ratio. Nam ſi tantùm à Deo flagellaretur, non adeò moleſtè ferremus, nec doleremus: verùm quod ab obſcuris, & infimæ ſortis hominibus conculcemur, ac vilipendamur, id magnoperè ad humiliationem, & depreſſionem ſpectaret noſtram, ac viuum tangi ſentiremus.

Pauli prærogatiuæ quales, & quam neceſſarius illi fuerit ſtimulus carnis Angelus Satanæ, qui eum colaphizaret.
Act. 9.
2. Cor. 11.
1. Cor. 7.
Supra 8.
Ille Angelus Satanæ vt Paulum colaphizaret.
Summa hominem humiliandi ratio.

Nona ſoluitur dubitat. De eo quod tantus Apoſtolus ſtimuli carnis ſuæ à ſe diſceſſum à Domino non potuit impetrare.
Aug. in Pſal. 130. ante med. tom 8
Ioan. 3.
Sane quam eleganti, & appoſito medici, & infirmi hanc rem illuſtrat exemplo magnus Auguſtinus.

Ad nonam dubitationem circa illud: *Propter quod ter Dominum rogaui vt diſcederet à me. Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Rectè Auguſtinus dixit: *Neſcit diabolus quanta bona de illo fiant, etiam cum ſæuit. Sæuiens intrauit in cor Iudæ, ſæuiens tradidit Chriſtum, ſæuiens crucifixit; & crucifixo Chriſto, redemptus eſt orbis terrarum. Ecce ſæuitia diaboli diabolo obfuit, nobis autem profuit.* Et infra: *Sic ergo ille Angelus Satanæ quaſi libenter permiſſus eſt colaphizare Apoſtolum, ſed tamen Apoſtolus curabatur. Et quia illud quod medicus appoſuerat, moleſtum erat infirmo, rogauit medicum vt auferret. Quomodo cum Medicus apponit viſceribus aliquod forte epithema, moleſtum, & ardens, inde tamen curandus eſt ille, cuius vlcera tumebant, cum ille inde ardere cœperit, & cruciari medicamento, rogat Medicum vt auferat medicamentum: Medicus autem conſolatur, monet eum patientiam, quia nouit quam vtile ſit quod appoſuit. Ita & Apoſtolus ſequitur, & dicit, cum dixiſſet, Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ; Angelus Satanæ, qui me colaphizet, (prædixit autem quare: Ne magnitudine reuelationum extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet) propter quod ter Dominum rogaui, vt auferret eum à me, hoc eſt dicere: Rogaui Medicum, vt auferret à me moleſtum epithema, quod mihi appoſuerat. Sed audi vocem medici. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus infirmitate perficitur. Ego noui quid appoſuerim, ego noui vnde ægrotes, ego noui vnde ſaneris. Si ergo, chariſſimi, potuit Paulus Apoſtolus extolli magnitudine reuelationum, niſi acciperet angelum Satanæ qui ſe colaphizaret, quis de ſe poſſit eſſe ſecurus?* Hæc Auguſtinus ſcitè ſane, & pereleganter.

Quod eſt dicere: Propter quod ter dominum rogaui, vt diſcederet à me, & c. ſecundum eundem.

Ac ter Dominum rogauit, id eſt, ſæpius ſiue frequenter: quemadmodum Dominus ter dicitur oraſſe, deprecando calicem. Et hoc ſanè genus dæmoniorum non eijcitur niſi per orationem, & ieiunium. Numerum enim certum poſuit Paulus pro incerto, per etheroſin. *Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea.* Fatetur ſe non impetraſſe quod rogarat; ideò neceſſe habuit humiliari.

Ter Dominū rogaſſe, quid Apoſtolo.
Matth. 26.
Supra 17.

Obijces, aut Paulum ex fide, cui fiunt promiſſiones impetrandi, non oraſſe; aut ſi orauerit ex fide, Deum non ſteriliſe politicitis ſuis. Reſpondeo, quòd vt diuerſæ ſunt rationes petendi, ita duo ſunt genera impetrandi: Primum ſimpliciter, de quibus certam habemus promiſſionem: qualia ſunt, Regni Dei complementum, ſanctificatio nominis Domini, remiſſio peccatorum; virtutum profectus, & quicquid eſt nobis ſalutare: verum dum hoc, vel illo modo putamus regnum Dei poſſe promoueri, aut hoc, vel illo modo regnum Dei ſanctificari, aut denique remiſſionem delictorum, & virtutes contingere poſſe, ſæpè opinione fallimur, & hallucinamur. Secundò ergo priora illa petimus, modum præſcribere, noſtrum non eſt. Quod ſi modum exprimimus, ſemper incluſa eſt tacita conditio: Si id ita magis Deo viſum fuerit. Deinde quod ad finem attinet ſuæ precationis, nô dubium quin fuerit exauditus Paulus, etſi repulſam paſſus ſit in ipſa forma: monemus tamen, non eſſe deſpondendum animum, quaſi operam perdiderimus ſperando, vbi Deus non obſequitur votis noſtris; ſed nobis ſufficere debet, quia interdum placatus ſuis negat, quod iratus impiis ſæpe concedit: quia melius ipſe prouidet quod nobis expediat, quam mens noſtra apprehendat.

Si omnis qui petit, accipit & qui quærit, inuenit, cur Deus Paulum non exaudiuit o autem.
Marc. 11.
Iacob. 1.
Matt 6.
Qua ratione Paulus fuerit à Domino exauditus.

Ideò

Paulus quatenus erat Apoſtolus. *Gal.* 2.

enim eum tanquam verum Chriſti Apoſtolum, & doctrina & vita præcellentem tueri; præſertim cum nihil minus fecerit à ſummis Apoſtolis, qui columbæ dicuntur ad Galat: ſecundo. Quare Apoſtolus ſe iam non tãtum ſpeudoapoſtolis, ſed etiam veris & ſummis Chriſti Apoſtolis, à quibus pſeudoapoſtoli docti, & miſſi erant, adæquat.

Idem quẽadmodum nihil erat.

Ac ſubdit: *Tametſi nihil ſum.* Scilicet ex me ipſo. Atque hac correctione Apoſtol' nihil velle ſibi proprium aſſumere indicat, ſed tantum in Domino gloriari. *Signa tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſupra vos in omni patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus* Apoſtolatus ſigna accipit pro, ſigilla, vel pro argumentis, & probationibus, quæ ad obſignandam Apoſtolatus fidem valebant.

Quantum ſignum Apoſtolatus Pauli erat patientia.

Et primo loco ponit patientiam, vel tolerantiam malorum in omnibus: quæ certe maius eſt ſignum, quam quodlibet aliud narratum. Patientia enim opus perfectum habet & in hac animas ſuas, vt dixit Dominus, poſſidere debebant, qui ea, quæ ad crucis doctrinam ſpectant, prædicabant. Magnum enim negotium faceſſebat Corinthiorum ſe decipi permittentium inſtabilitas, & pſeudoapoſtolorum per fraudes irrepentiũ pernicioſa æmulatio; deinde rerum omnium penuria, & contemptus. Sed hæc omnia patientiæ clypeio excipiebat dans operam, ne Euangelio poneret offendiculum.

Iacob. 1.

Signa, prodigia, & virtutes quæ fiebant ab eo.

Signa, ſunt miracula, quæ docendis hominibus deſtinata erant. Prodigia erant, quæ ſua nouitate expergefacerent homines ad Euangelium ſuſcipiendum. Virtutes, ſiue potentias, quæ Græce δυνάμεις dicuntur, vocat ſupernaturalia curationum opera; vt ſudaria, & ſemicinctia Pauli, quæ contactu ſanabant infirmos: excæcatio Elymæ magi; traditio ſcortatoris facta Satanæ, impoſitio manuum, qua dabatur Spiritus S. admirabile illud, & ſtupendum linguarum chariſma.

Act. 19.

Supra 13.
1. *Cor* 5.

Eccleſiæ Corinthiorum quare nihil minus fuerit præ cæteris Eccleſiis, teſte Paulo.
1. *Cor.* 1.

Quid enim eſt quod minus habuiſtis præ cæteris Eccleſiis, niſi quod ego ipſe non grauaui vos? Donis enim ſcientiæ, & linguarum præditi & ornati erant, & diuites facti in omni verbo, & in omni ſciẽtia. Et ꝙ ait: *Niſi quod ego ipſe non grauaui eos*: Ironia manifeſta eſt, & pũgens ingratos homines. Et reuera hic erat cumulus beneficiorum omnium quæ illis præſtiterat, gratuito illis, & abſque ſumptu inſeruiſſe. Ideo per irriſionem ait; *Donate mihi hanc iniuriam.* Bis enim erant ingrati: quia non modo eum contemnebant, cuius beneficiis erant deuincti, ſed & probro vertebant eius beneuolentiam.

Corinthii aduerſus Paulum ſe præbuerint ingratos quo duplici nomine

Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos; & non ero grauis vobis. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Exponit quam ſit in Corinthios animo benefico, vt qui hactenus eos non grauaſſet, nec ſit eos amplius grauaturus, ne putarent hæc dixiſſe, vt poſtea multo amplius ab eis acciperet: quod ſuperius ſacro iureiurando ſe obſeruaturum proteſtatus eſt.

Pauli in Corinthios benignitas quanta.
2. *Cor.* 11.

Tertio, inquit, paratus ſum venire ad vos. Semel, quando eos doctrina imbuerat Actor. 18. Iterum, quando illam vrbem repetere ſtatuerat, ſed negotiis præpeditus redire non potuit. Tertio, cum Macedoniam tranſiens, Corinthum venit:

Tertio quã do venerit Corinthũ Apoſtolus.
Actor. 18.

Et dicit ſe abſtinere ab eorum facultatibus, non quod eos odio haberet, vel nollet eis eſſe obſtrictus, ſed in primis vt declaret ſe ſalutem eorum puram ambire. Homines enim non ſunt ita ferendi, vt quiſque proprios diſcipulos habeat. Deinde, quia patris officium erga illos præſtare vellet. Patris enim, & non raptoris, inquit, animum gero. Recondunt parentes liberis, non liberi parentibus: filij parentum viuunt munificentia. Cum ergo vos filiorum loco colam, nolui vt patri reconderent filij & à bonis corporeis, & temporariis ad ſpiritualia & æterna erigit ſermonem; ſignificans ſe partem eſſe eorum; vt eis de ſpiritualibus bonis prouideat magis quam vt eorum temporaria bona occupare velit.

Idem Corinthios, nõ autem Corinthiorum bona cur quærere ſe dicat. & illis theſaurizare. II ratio.

Si obiicias, Pater Philippenſium non erat Paulus, qui eum etiam abſentem alebãt ergo ex reliquis Apoſtolis nullus erat Pater, quibus victum miniſtrarent Eccleſiæ? Nequaquam Apoſtolus id voluit. Nam & Parẽtes in ſenectute à filiis ali non eſt nouum: non ergo protinus Patrum honore indigni qui ex Eccleſiæ ſumptibus viuunt, ſed Paulus tantum ex communi lege naturæ oſtendere voluit, ex paterno affectu, quem vel bruta animantia teſtantur, quæ parentes in ſenecta alunt.

Si Paulus filiis theſaurizabat, cur eũ igitur alebant Philippenſes
Philip.

Quare non debet in contrariam partem retorqueri argumentum: fecit enim hoc vt pater, quanquam aliter agendo pater eſſe non deſiiſſet. Theſaurizatio igitur, prouiſio eſt alimentorum in futurum eſtq; parentum pro filiis ſuis, quia illi ſuperuiuere ſolent, & non è contrario, licet obligetur filius parentes ſubſidio præſenti honorare, ſed tamen non dicitur theſaurizans.

Theſaurizare quid.

Si parentes filiis theſaurizant. Eccleſię cur à filiis diuitibus theſauros accipiunt.

Quod autem Principes opes, & facultates Eccleſiis donauerint, ac prælatis, qui ſunt earum parentes amplas opes reliquerint, non tam ad theſaurizandum, quam ad di-

ad diſpenſandum in veros Chriſti pauperes tradiderunt.

Paulus impendere ſe & ſuperimpendi idē ipſe vt volebat pro Corinth.

1.Ioan.3.

Idem quomodo Corinthiis theſaurizabat

Subiungit Apoſtolus: *Ego autem libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris: licet plus vos diligens minus diligar.* Nunc paternum, & verum amoris affectũ Corinthiis patefacit, quando non tantum ſua bona propenſius impendere, ſed ipſe quoque pro ſalute animarum eorum expendi ſit paratus iuxta illud. *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Vide ergo Apoſtolicum pectus ampliſſima charitate refertum. Licebat ei accipere ſumptus, & non accipiebat, etiamſi maxima penuria eſſet oppreſſus; & nihilominus eis prædicabat, & inſeruiebat, & quod maius eſt, theſauros non temporarios, ſed in æternum permanentes reponebat eis, & quod faſtigium eſt omnium, adhuc vitam ponere pro eis paratus erat etiam pro iis, à quibus non admodum diligebatur. Agnoſcant igitur omnes paſtores, & quid Eccleſiis ſuis debeant, vt faciunt illi, qui à parentibus plus ſatis dilecti, ipſi tamen parentes ſuos non admodum diligunt. Nihil n. minus hominis eſt, vt quidam dixit, quam in amore non reſpondere iis, à quibus prouoceris. Talis eſt Deus Pater; talis & Chriſtus Pater futuri ſæculi qui exemplo ſuo hoc indicat nobis eſſe faciendum; talis & Spiritus ſanctus pater pauperum, & dator munerum.

Quid magis ſit ab hominis natura alienum, vt quidam dixit.

Si nullam dare poterit homo commutationem pro anima ſua: vt poteſt ille impendi. & ſuperimpendi pro altero.

Matth. 16.

Infra. 15.

Quæritur hoc loco, quomodo poteſt homo impendi, & ſuperimpendi pro anima alterius; cum ſcriptum ſit, *Quam commutationem dabit homo pro anima ſua?* & virginibus oleum mendicantibus reſpõſum fuit: *Ne forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.* Breuiter ſoluitur quod in die iudicij non erit vlterius communicatio bonorum inuicem, nec vlla merita in alios poterunt conferri, quæ prius non fuerint collata. Iam enim incapaces inuenientur, qui rei mortis æternæ tenebantur, nec poterit quis eo tempore inuenire commutationem pro anima ſua; & de illis intelligẽda eſt parabola Virginum. Verum cum adhuc in via ſumus, poſſumus interim, & debemus mutuis auxiliis nos adiuuare, ſed quomodo, & quantum, & quo gradu, alia dubitatio eſt. Nam ſi Chriſtus pro nobis paſſus eſt, quid nobis conferre poterunt aliorum merita, & Pauli paſſiones? Dixerunt quidam, prodeſſe exemplo tantum. Cui dicto hæc ſententia Apoſtoli quam explicamus, & ſequentes, vt: *Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia:* & illa: *Omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu,* plane contradicunt. Præterea id non conuenit Eccleſiæ Chriſti, quæ ex meritis & paſſionibus ſanctorum eis indulgentias præſtat, neque ſanctorum Patrum congruit exemplis, qui & pro viuis, & pro mortuis ſe ipſos macerabant: & affligebant: ergo alio modo proderant ſancti quam per viam exempli tantum.

Contra Lutheranos, qui ſanctos nobis prodeſſe ſolo dicunt exẽplo.

Coloſ. 1.

2.Tim. 2.

Vnde fidelibus indulgentiæ ab Eccleſia concedantur,

Quid opus ſanctorum meritis, cũ illa Chriſti redemptionis nobis abunde ſufficiant.

Dices; Nonne ſatis ad hoc fuerunt excellentia Chriſti merita? Reſpondemus: Si ſuis paſſionibus ſancti non proſunt, vt mereantur pro nobis (quia illi ſunt Chriſti merita in nobis) certe nec ſuis precibus quicquam merebuntur nobis, quia ſunt item orationes Chriſti pro vniuerſis. Quod ſi hoc falſum & abſurdum videtur, ergo illud prius abſurdum erit. Quid enim vetat ne prodeſſe poſſint ſancti paſſionibus ſuis pro aliis aſſumptis, ſi non ſolum illi, ſed inuicem nos omnes prodeſſe poſſimus nobis & orationibus, & eleemoſynis, & operibus bonis? Supereſt igitur, ſanctos non prodeſſe nobis niſi per viam exempli, falſum eſſe. ¶ Quomodo ergo prodeſſe potuerunt per viam meriti? Reſpondeo: Chriſtus ſua obedientia, & morte meruit pro nobis plura. Primum, vt auferretur peccatum mundi, id eſt originale, quod ipſe ſolus Chriſtus, & nullus alius cum ipſo promeruit, ſicut ipſe ſolus Adam illud delictum patrauit. Licet autem promeruit tolli peccatum de mũdo: noluit tamen cuiquam prodeſſe, niſi applicaretur de meritis mortis ſuæ. Et ita applicatio meritorum Chriſti neceſſaria fuit vnicuique: quæ applicatio fit hominis illius cui merita applicanda ſunt, conſenſu. Vnde neceſſaria vnicuique eſt Saluatoris notitia.

Quid nobis mereãtur ſancti.

Philip. 2.

Ioan. 1.

Gen. 3.

Rom. 5.

Paſſio Chriſti qua tenus ſalutaris, & efficax.

Cum vero multi ſint, qui ſe reddunt hac notitia indignos, ne illis reueletur myſterium ſalutis, in hoc valent, & proſunt orationes ſanctorum, & bona amicorum Dei merita, vt dignetur Deus illos illuminare, pro quibus orant ſancti, & paſſiones ſuſtinent, vt ita illi accipiant gratiam, quæ omnibus venit ex Chriſti meritis. Et cum ad hoc proſint merita ſanctorum & paſſiones, & charitatis opera: vt eorum gratia Deus moueatur ad iuſtificandum, & vt etiam maiorem gratiam aſſequantur, quia proſunt, vt Deus eos magis diſponat, pro quibus ſancti orant, vt ita amplius iuſtificentur, & magis promereantur. Sed hoc meritum in ſanctis orantibus congrui tantum eſt, vt Theologi loquuntur, quod diuinæ nititur liberalitati, & alio nomine dici poteſt impetratio. Tertio proſunt

Sancti etiam nobis quid conferant,

Hoc meritum quale tantum ſit,

Tertius effectus meriti ſanctorũ

ſunt ſanctorum merita in eo quod ſatisfaciunt pro peccatis, non quidem quantum ad culpam, niſi oblique: nam promereri poſſunt eo meriti genere, quod diximus, vt in eorum gratiam Deus conuertat peccatorem, vt conuerſum, & pœnitentem à culpa abſoluat, per Chriſti tamen merita: ſed proſunt pro pœna peccatis debita, vt qui inueniuntur illius pœnæ debitores, vel ſubleuentur, vel omnino liberentur à debitis ſuppliciis: quoniam ſancti pœnas ſuſtinuerunt pro ipſis: vel quia ipſimet ſancti illis applicauerunt ſuas paſſiones, & orationes, & bona opera; vel quia ipſemet Chriſtus, aut eius vicarius ſic applicauit ex miſericordia. Vnde indulgentiæ per claues proponuntur: propterea per merita ſanctorum glorioſa fiunt merita Chriſti cum per illa, & propter illa etiam iſta ſanctorum à ſummo Patre in gratiam, Filij reſpiciuntur, vt ad idem valeant. Et hæc ſint ſatis de applicandis meritis ſanctorum.

Sanctorũ merita cur nihil non derogent modo, verum etiam mactum arrogent meritis Chriſti.

Pſeudoapoſtoli qualẽ fraudem Apoſtolo imponerent fraudulenti.

Subiungit Apoſtolus: *Sed eſto, ego vos non grauaui: ſed cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum, quos miſi ad vos, circumueni vos? vel defraudaui?* Occupatio eſt, in qua recenſet verba pſeudoapoſtolorum, quæ per Mimeſim dicebant, Fatemur, nihil vos oneraſſe hactenus: verum addimus, id magis aſtutiæ eius factum, vel dolo malo, quam beneficentia, & animo ſyncero. Dum enim beneficium fingit, commode opera Symiſtarum à vobis pecuniam emungit, vel vt captos vos deprædetur. Sed eſto verum ſit, inquit Paulus, quod ego non grauauerim vos, veſtra exigendo, aut accipiendo: ſed tamen arte quadam, aut aſtutia id feci: *Nunquid per aliquem eorum quos miſi ad vos, circumueni vos?* Id eſt, Dicite ſi poteſtis, an per quenquam ad me ad vos miſſum extorſerim, vel obolum à vobis, aut circumuenerim, aut expilauerim vos. *Rogaui Titum, & miſi cum illo fratrem* (ſcilicet Lucam) *Nunquid Titus vos circumuenit? Nonne eodem Spiritu ambulauimus?* (quantum ad interna) *nonne eiſdem veſtigiis?* Quod ad externa attinet. Vult dicere; Gratis prædicauerunt, nihil à vobis accipere voluerunt. Vniformitas enim ſicut ſolet eſſe veritatis ſignum, & virtutis, ita error, & vitium in multas partes fundi ſolet. Et commendat ſe Apoſtolus à familia ſua.

Apoſtoli purgatio.

Paulus, & eius ſocij Titus ac Lucas & parte ti, quo eodem Spiritu ambulauerint & iiſdem veſtigiis apud Corinthios.

Illi quos ſuo doceãt exemplo.

Nam ſicut ipſe Paulus non accipiebat ſumptus pro prædicatione, ita nec ſui. Et cum iudex, & Epiſcopus abſtinent à muneribus, ita & ſui familiares abſtinere debent quia perinde eſt accipere per ſuorum manus, atque ſi ſuis propriis acciperent, vt Paulus videtur inſinuare.

Sequitur in Paulo: *Olim putatis quod excuſemus nos apud vos? coram Deo, in Chriſto loquimur: Omnia autem chariſſimi propter ædificationem veſtram.* Interpres noſter videtur legiſſe πάλαι, hoc eſt: Olim; Græca autem lectio habet nunc πάλιν, id eſt, Rurſum, vel iterum, quæ lectio clarior eſt, & interrogatiue legendum eſt: Rurſus putatis quod excuſemus nos apud vos? Quoniam anxieſſe excuſare volentes, id faciunt, quoniam ſibi male conſcii ſunt: atque id ex priori epiſtola in calumniam raptum fuerat.

Qui ſe excuſare ſoleant.

Deinde etiam hoc vitioſum eſſe ſolet in ſeruis Chriſti, de ſua exiſtimatione nimium eſſe ſolicitos: vt has calumnias vitet, perſancte iurat ſe verum dicere, & teſtatur ſe in conſpectu Dei loqui, qui teſtis eſt veritatis. Et tandem aſſerit, non tam ſui rationem habere, quam illorum, dicens, *Omnia enim chariſſimi, propter ædificationem veſtram* Scilicet facio: quid ſit autem ædificatio, ſæpe à nobis declaratum eſt. *Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo inueniam vos, & ego inueniar à vobis qualem non vultis.* Ingreditur materiam iudiciorum: nam quia acerba, & moleſta dicturus erat, mitigat ea, dicendo: *Omnia pro ædificatione veſtra ſiunt.* Curæ paternæ eſt metuere, ne quid punitione dignum in liberis inueniat, vt contra ſuam voluntatem cogatur talem ſe exhibere, qualem ipſi liberi nollent; id eſt, ſeuerum, rigidum, vindicem; nõ mitem aut blandum. Et more patris miſerere metuebat, nonne correctiores, ſed deprauatiores inueniret, vt in eos interdum deſæuire cogeretur. Paſtores ergo, & præcones verbi Dei operam dent, vt ſe lenes ac blandos exhibeant, niſi licentia, & diſcipulorum negligentia cogat eſſe ſeueros.

Paulus nihil vnquã per ſe, nec per ſuos à Corinthiis accepiſſe contuetur.

Actionum omnium Pauli finis poſt Deum erat ædificatio proximorum.

Quam correctionem Paulus Corinthiis, ſeu pater præſtare debebat.

Paſtorib. ac prædicatoribus quid curandum ſit.

Et enumerat eorum vitia: *Ne forte contentiones,* inquit, *æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos.* Octo, aut nouem enumerat vitia, quæ omnia ex defectu charitatis oriebantur, & ex philautia, & ambitione. Vbi perpende, Paulum peccata quæ in ſuam perſonam committebant, vt detractationes, murmurationes, inflationes, poſtremo loco inſectari; quæ vero in alios, priori loco recenſere; ne magis ſuam, quam aliorum cauſam agere videatur. *Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt pœni-*

Quib. vitiis Corinthii laborarent.

Pauli in eis corrigendis prudentia cum modeſtia coniuncta.

tentiam ſuper immunditia , & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt. Putabat Apoſtolus eſſe humiliationem, dum cogebatur Corinthios propter peccatum punire: quia cum gloriatio patris, ac magiſtri, ſit ipſius filij, & diſcipuli profectus, & probitas; ſequitur, vt cum punitur filius, aut diſcipulus, cogatur pares, ac magiſter à ſua gloriatione recedere, & per hoc humiliari, imo etiam lugere.

In punitione quid ſeruandum, exemplo Pauli. Ex quo habemus, cum dolore veniendum eſſe ad puniendum, ſicut & ad membrum inutile præcidendum. Vnde vel ipſe crudeliſſimus Nero in ſuo illo laudatiſſimo quinquennio, quando erat pronuntianda mortis ſententia, & nonniſi ſuæ ſubſcriptionis manu firmanda, dicere ſolitus erat: *O ſi neſcirem literas.* (Vox Neronis.) Germani item paſtoris munus eſt peccata ſubditorum aut præuenire, aut luctu proſequi. Vnde Ieremias: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum; & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei?* (*Ierem.9.*) Et ita comparatum eſt, cum probi viri filios punire non poſſint citra magnum luctum; præſertim cum prodeſt punitio vt ad Deum precibus & lacrymis ſe conuertant, vt Deus qui omnia poteſt, id efficiat. (Boni viri quos fere puniunt diuinæ referuent.)

Quos lugebat Corinthios Apoſtolus. Ac bene *Lugeam multos*, inquit. Non accuſat omnes, ſed paucos, qui eius monita contempſerant: & non omnes, neque ſimpliciter peccatores; ſed non agentes pœnitentiam: ſunt enim huiuſmodi deplorandi, qui non ſunt in accepto vulnere pertinaces. Neque eos patefacere voluit, vt eis facilem tribuat ad pœnitentiam reditum. *Super immunditia , & fornicatione , & impudicitia quam geſſerunt.* Ex his colligimus non tantum vnum aliquem fuiſſe, qui ſcortando deliquerat, ſed multos, ac variis, ac deteſtabilibus impudicitiæ modis. Nam Corinthus ſemper infamia laborauit, & impudentiæ, & libidinis, & luxuriæ. (Corinthus luxuriosa, ac venerea. *1.Cor.5.*) ¶ Accipimus etiam hinc, eo tempore in facie Eccleſiæ Dei publicas pœnitentias peragi ſolitas, quæ magnum ad deterrendos homines à peccatis momentum habebant, & ingentem ad ipſorum præuaricatorum purgationem efficaciam. (Fideles olim pœnitẽtes pœnitẽtias cum ferrent impoſitas.) Non enim ſatis eſt à malis recedere, & vitam in melius commutare, niſi de his quæ homo geſſerit, agat pœnitentiam, & ſatisfaciat per cordis dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, per peccatorum ſuorum enumerationem apud ſacerdotem factam, precibus, & eleemoſynis, & ieiuniis cooperantibus: quod eſt contra Nouati doctrinam, vt ait Theodoritus, & contra nouam Lutheri, & execrandam opinionem, dicentis, pœnitentiam eſſe nouã vitam. (Vera pœnitentia quæ requirat. *Pſal.50.* *Theodorit. p.2.*) Et ita Auguſtinus epiſtola ad Seleucianam, hunc locum ad publicas pœnitentias ſpectare teſtatur his verbis. (*B.Aug. ep. 108. prope fi c.2.*) *Agunt homines pœnitentiam, ſi poſt baptiſmum ita peccauerint, vt excommunicari, & poſt reconciliari mereantur, ſicut agunt in omnibus Eccleſiis illi, qui proprie pœnitentes appellantur. De tali enim pœnitentia locutus eſt Apoſtolus, vbi ait: Ne iterum cum venero , humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos, & cæt.* Similia habet Capite decimo ſexto libri de Fide, & Operibus.

DISPVTATIO XIV.

Et poſtrema in Apoſtoli verba: *Ecce tertio hoc venio ad vos : in ore duorum , vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Prædixi , & prædico vt præſens vobis , & nunc abſens iis qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam ſi venero iterum, non parcam. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* & cætera omnia quæ ſequuntur in finem vſque capitis , & totius epiſtolæ poſterioris ad Corinthios.

I. dubium. Dubitare poſſumus de ſcopo ad quem Paulus collimat. Deinde quid eſt illud Ecce tertio hoc venio ad vos; quod tamen paulo ante in præcedenti capite dixerat. (II.) Tertio dubium eſt, quomodo dicat; Si venero iterum, non parcam, cum Dominus Petro dixerit de remittendo peccato; *Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties.* (III. *Matth. 18.*) Quarto, quomodo, aſſerit, An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? (IV.) quia ex hoc aperte ſequeretur, Apoſtolum nouiſſe ſe in gratia Dei eſſe, & confirmatur per illud quod ſubdit: *Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi vos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt.* Poteſt ergo quiſquam cognoſcere Dei gratiam ſibi inhærentem: quia loquitur de exiſtentia Chriſti in homine per fidem viuam, & charitatem operantem, ſed hæc notitia experientię & ſenſus cuiuſdam ſpiritualis. Quorſum etiam ait, Chriſtum crucifixum ex infirmitate, ſed viuere ex virtute Dei. Quinto dubium eſt circa illud; *Spero autem quod cognoſcetis quia nos non ſumus reprobi.* (V.) Nam ſi quis

Sextum.

ſi quis poteſt cognoſcere de altero quod non ſit reprobus, protinus cognoſcet eſſe electum,& ad vitam prædeſtinatum. Sexto,circa illud; *Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis, &cæt. nos autem vt reprobi ſimus*, dubium eſt quomodò Paulus optare poſſet, vt reprobus fieret; quia eſſet appetere gehennam.

Septimum.

Septimò quid eſt quod ait:*Non enim poſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate*, cùm conſtet multos eſſe qui militant pro mendacio, & qui falſas cauſas fouent, vt cauſidici, & hæretici, qui falſas Scripturarum interpretationes, & mendacia dogmata amplectuntur?

Octauum.

Octauò quomodò expetebat Paulus Corinthiorum conſummationem: cum perfectio hic minimè contingat,& ſcriptum ſit,*Cum venerit quod perfectum eſt,euacuabitur quod ex parte eſt?*

Nonum.

Nonò, quomodò aſſerit, poteſtatem datam ſibi in ædificationem;&non in deſtructionem,cùm multi illa abutátur, & ſit velut gladius in manu furioſi?

Decimum. ac poſtremum

Poſtremò hortatur ad virtutes gaudij, & pacis: ſalutat in oſculo ſancto: & terminat epiſtolam in illis verbis: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti,& charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis. Amen.* In quibus verbis nonnulla parua dubia explicaturi ſumus.

Prima dubitatio ſoluitur.

Quis ſcopus Apoſtoli.

Ad primum reſpondemus, Apoſtolum hoc poſtremo capite exhortari Corinthios ad congruam de peccatis reſipiſcentiam. Nam quidam illorum diſſolutè & carnaliter viuebant;Alij contentiones,&certamina inter ſe exercebant,Paulique correptiones,& monita negligebant: non enim in omnes Eccleſiæ partes,ſed in quædam tantùm membra morbida,ac ſemiputrida eius tendebat oratio. Ideò nũc aſperitati indulget, quia negotium illi erat cum priuatis hominibus, apud quos remedia lenia prodeſſe non ſentiebat.

Act.10.

Poſt tranſactum ergò apud eos ſeſquiannum, eos ſecundo inuiſerat: nunc tertiò ſe venturum eſſe denuntiat. Et tres ſuos aduentus ad conuincendã eorum pertinaciam, inſtar trium teſtium fore docet.

Deut.17.

Vbi alludit ad legem Deuteronomij,vbi quis duobus, aut tribus teſtibus ſiue abſoluitur, ſiue condemnatur: atque huic legi propoſito ſuo accommodat primum,ſecundum, & tertiũ aduentum,quo putabat eos ſe inuiſurum.

Quid hic teſtes Apoſtolo.

Teſtes vocat, re pro perſona abutens: bis enim conteſtatus fuerat,& conteſtatur adhuc ſe eis non parſurum, ſi adhuc in ſua ſententia perſeuerarent.

1.Cor.4.
2.Cor.13.

Ego enim,inquit,vnus ſum;ſed tertiò adueniens, trium teſtium habeo autoritatem, & tres mei aduentus, trium teſtimoniorum loco erunt.

Secundo,ac tertio quando Apoſtolus venerit Corinthum.

Etſi autem tertiò venturum ſe dicat, nõ conſtat tamen de ſecundo aduentu: non ſolum quia Lucas eius non meminit, ſed quia etiam ſi curſum hiſtoriæ conſideres, non videtur fieri poſſe vt ſecundo aduentui locus relinquatur.

Prima opinio quorundam, quæ reijcitur.
Act.16.
Infra 17.
Infr.18.

Primus enim eius ad aduentus fuit Actor.16. vbi etiam viſionem habuit viri Macedonis deprecantis eum, vt veniret in Macedoniam, ſiue in Philippos: inde venit Theſſalonicam, poſteà Athenas Actor.17.inde Corinthum, poſt Epheſum, & rurſus propoſuit reuerti in Macedoniam. Et Actor.20. reuerſus eò narratur: quia Athenis illuc venit Acto.18. quo tempore prima iecit fundamenta fidei Corinthi: inde traiecit Epheſum,& ſtatim nauigauit, & deſcendit in Cæſaream,inde aſcendit & ſalutauit Ieroſolymitanam Eccleſiam; poſteà Antiochiam deſcendit;vbi aliquantulum commoratus eſt, & ordine peregrinatus eſt in Galatiam, Phrygiam, dum rediret Epheſum. Vbi conſumptis viginti ſeptem menſibus, à Demetrij factione expulſus fuit in Macedoniam,vnde hãc ſecundam ſcripſit epiſtolam paulò antequam in Græciam tranſiret, vbi tres menſes conſumpſit: & ita nullus locus relinquitur tertio aduentui, quem plerique interpretes ſtatuunt: non eſt ergò tertius, cum ſit ſecundus, qui & idem & vltimus.

Infra 20.
Act.28.
Act.19.

Altera opinio probabilior.

Tertiò ergò dicit ſe venturum ad eos, priorem ſuam epiſtolam ad eos pro ſecundo aduentu numerando,in qua cum eis de omnibus egit non ſecus ac ſi præſens fuiſſet.

Quorſum id: Vt in ore duorum,vel trium teſtium ſtet omne verbum.
Deut.17.

Dixit autem de præſenti,Venio,vt propinquum, & imminentem ſuum aduentum ad eos denuntiaret,& allegat Scripturam illam: *In ore duorum,vel trium ſtabit omne verbum*; ne putari queat eius iudicium præcipitatum fuiſſe, quia erit, inquit, conforme diuinæ legi præcipienti, vt in ore duorum, vel trium teſtium conſtet omne verbum.

His verbis: Prædixi, & prædico vt præſens vobis, quid Apoſtolus ſignificet.
1.Cor 4.

Prædixi, & prædico, vt præſens vobis. Id eſt, Bis præſens prædixi vobis, tamquam duæ ſint canonicæ monitiones, tertia verò ſit, qua nunc abſens ſcribo; vt trina monitione præmiſſa, in aduentu ſuo procedat ad iudicium,niſi immunditiæ veſtræ vos pœnituerit. Nam capit.quarto, prioris epiſtolæ promiſit ſe venturum ad eos cum virga, & quod promiſit, id nunc abſens repetit, & præſens exequitur.

Alter ſenſus.

In ore duorũ vel trium teſtium ſtare omne verbum, quid.

Vel ſignificat, ſe ex ore trium, aut minimum duorum teſtium,pronuntiaturum ſententiam in eum, quem deprehenderit criminis reum.

Verbum autem,Standi,ſignificat vim,& perſua-

perſuaſionis efficaciam habere ad mouendum iudicem: ſi autem ſit in ore vnius, non ſtat, id eſt, non viget, neque conuincit, vt faciat fidem. Stabit autem, & perſuadebit, ſi in ore, id eſt, teſtimonio duorum, vel triũ ſteterit. *Prædixi, & prædico vt præſens vobis, & nunc abſens.* Id eſt: Quæ aliàs ſcripſi, & nunc abſens prædico tanquam præſens, eo quòd ſpiritu eſſet præſens. Quod dixit, ne metuerent, quia hæc tanquam iudex proferebat, & interloquebatur vt iudex.

Tertia dub diluitur. Si ſemper fratri eſt peccanti parcendum, Corinthijs cui parcere non volt Apoſtolus?

Ad illud tertium dubium, quod comminatur ſe iterum veniendo non parſurum: reſpondemus, Paulum vt priuatum hominem obligatum eſſe legi Dei ad parcẽdum offenſoribus, qui in eo quoquo modo peccarunt. At Paulus vt Apoſtolus, & Apoſtolico fungens officio, non debebat ſcandalizantibus parcere, quando eo exemplo alij ad ſimilia crimina patranda accẽderentur. Debebat enim vti virga cenſoria, & plectere eos, qui in commune bonum delinquebant, ne aliorum peccatum proprium faceret, de quo dicere haberet cum Propheta: *Ab occultis meis munda me (Domine) & ab alienis parce ſeruo tuo.* Quod verò ex Euangelio productum eſt: priuatas perſonas tantum reſpicit, qui omni petenti remiſſionem illatæ iniuriæ condonare adſtringuntur.

Pſalm.18. Septuagies ſepties cui fratri ſit peccanti remittẽdum, iuxta Euangelium.

Quarta dub. ſoluetur paulò poſt. Corinthij quale experimentum quærerent, Chriſti in Paulo loquentis.

Soluamus quartum dubium in illud: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* Indignabundus videtur Paulus alloqui Corinthios: An, inquit, in me Chriſtum loquentem tentatis, vtrùm ille de vobis vlciſci, & vindicare valeat? Cauete, quia ſi cogar vobis pœnas infligere, intelligetis à vobis quæſitum experimentum, & experiemini quod minimè voletis. Ego, inquit, non parcam vobis, quia vos experimẽtum quæritis huius rei, an ſcilicet in me loquatur Chriſtus. Et tacitè eorum arguit ſocordiam, & in credendo tarditatem, cum vidiſſent iam hominem fornicarium recẽti ſupplicio per dæmonem punitum per poteſtatem ſibi à Chriſto traditam. *Qui in vobis*, inquit, *non infirmatur, ſed potens eſt in vobis.* Hoc eſt: Senſiſtis Chriſti potentiam, cùm in hominem illum ſcortatorem dæmonem immiſi in virtute, & nomine Chriſti. Et fortaſſis erant alia exempla, etſi non ſint ſcripturæ commendata. Ita etiam dicebat Moyſes: *Audiui murmur veſtrum contra Dominum: nos verò quid ſumus quia muſſit aſtis contra nos?* Et Eſaias: *Nunquid parum*, inquit, *vobis eſt moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo?*

1.Cor.5.

Paulus quam firmus & potens erat in Corinthijs.

Exod.16.

Eſai.7.

Quàm idonee Paulus Chriſti in ſe loquentis argumento ſuam confirmaret doctrinam.

Objiciet aliquis: Ergo ne ſatis eſt, iactare Chriſtum ſe habere autorem ſuæ doctrinę, vt illa eximatur ab omni probatione? Et quis ex pſeudoprophetis non hoc diceret, aut iactaret? Hanc obiectionem anticipat Paulus, aſſerens Chriſtum fuiſſe efficaciorem in illis per ſuum miniſterium. Coniunctim enim legendum eſt: *Eius qui in me loquitur Chriſtus: qui in vobis non infirmatur, ſed potens eſt in vobis.* Hoc ſenſu Chriſtus ſuam erga vos potentiam exerendo, in mea doctrina ſe per os meum loqui ad vos teſtatus eſt, vt ignorantiæ veſtræ nulla ſit excuſatio.

Infirmitas triplex in Scripturis.

Nam etſi crucifixus eſt (ſcilicet Chriſtus) *ex infirmitate: ſed viuit ex virtute Dei.* Ad cuius intelligentiam aduerte, multiplicem eſſe infirmitatẽ; alteram corporis, de qua Dominus apud Ioannem: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem*: alteram verò eſſe ſpiritus infirmitatem, ſiue debilitatem, de qua: *Infirmum autem in fide aſſumite.* Inuenimus etiam aliam infirmitatem perſecutionum, & afflictionum, vinculorum, & carcerum, & ſimiliũ, de qua dixit ſuperius: Gloriabor in infirmitatibus meis. Ita hoc loco ait, Chriſtum ex infirmitate crucifixum, nimirum quam propter aſſumpſit homo factus, & in carne infirma ſubſiſtens.

Ioan.11.

Rom.14.

Qua infirmitate Chriſtus fuerit crucifixus.

Hæc infirmitas voluntaria ne in Chriſto fuerit, an coacta.

Rom 8.

Sed dubium eſt, an tali Chriſtus infirmitate laborauerit, vt ſubiectus neceſſitati fuerit non volens. Quod enim ex infirmitate patimur, coacti, & non propria libertate perpetimur. Sed reſpondebunt Patres, hoc factum fuiſſe diſpenſatione quadam, quia voluerit, non quòd infirmitate cogeretur, ſed quia naturam noſtram mortalem ſponte induerit, & prius ſe exinanierit. *Viuit tamen ex virtute Dei.* Carni opponit nomen Dei, id eſt, naturæ diuinæ, quæ eadem eſt Patris, & Filij, quare Dei, & propria virtute ſurrexit. Hinc dixit: Soluite templum hoc, (ſcilicet corporis mei) & in tribus diebus excitabo illud; &, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. *Nam & nos*, inquit, *infirmi ſumus in illo: ſed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis.* Senſus eſt: Nos infirmi ab infidelibus iudicamur, contemnimur, & extrema patimur in illo: quia vt membra eius ſumus, & gloriam illius promouemus. Et, infirmum eſſe in Chriſto, hic ſignificat, ſocium eſſe infirmitatis Chriſti: ita ſuam infirmitatem glorioſam facit, quòd in ea Chriſto ſimus confirmes, nec amplius horreamus probrum, quod nobis commune eſt cum Filio Dei, & particula, in vobis, vel, erga vos, iungenda eſt, & conſtruenda cum, Virtute Dei, cum qua ad puniẽdum venit. Dubium autem illud, ſi Paulus Chriſtum in ſe loquentem habebat, ergo gratiam ſuam nouerat, ſeque à

Philip 2.

Chriſtus quã viuat ex virtute Dei.

Ioan.2.

Infra 10.

Paulus, vt & Chriſtiani omnes, quomodo infirmus erat in Chriſto.

Ad IV. dub. reſpon. Si Paulus Chriſtum in ſe loquentem nouerat: ergo ſe Dei gratia agnoſcebat.

Deo

Numer. 24. 1. Reg. 10. Ioan. 11.

Deo diligi: haud neceſſario concludit, cùm per Balaam, Saulem, & alios Prophetas locutus ſit Deus, nec tamen arguit, illos ſanctos, & iuſtos fuiſſe.

Vnde Corinthij noſſe poterant Chriſti virtutem in Pauli miniſterio.

Subdit Apoſtolus: *Vos metipſos tentate ſi eſtis in fide: ipſi vos probate. An non cognoſcetis vos metipſos quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt?* Hinc deducebatur ſuperius: Poſſumus ergo clarè cognoſcere ſi in gratia Dei ſimus. Sed aduerte, quod dicitur: Nos ſumus in fide, & Chriſtus in nobis eſt, pro eodem ferè ſumi; argumentum ergo ex Corinthijs vt diſcipulis ſumit Apoſtolus ad confirmandum, Chriſti virtutem apparuiſſe in ſuo miniſterio, cuius rei ipſoſmet facit iudices, modò in ſeipſos deſcendant, & agnoſcant quid à Deo acceperint. Nã ex varijs donis, ſignis, & potentibus factis experti fuerant propter fidem, virtutem Chriſti in eis habitare, & operari: multo ergo magis in tanto Apoſtolo eam eſſe, & operari oportebat. Cùm enim vnus ſit Chriſtus, neceſſe eſt vt in miniſtro, & in populo idem agat. Atque hoc cõſcientiæ examen eſſet frequenter ab omnibus Chriſtianis repetendum.

Poſſe nos Chriſti fidem in nobis manentē agnoſcere. Ioan. 2.

Poteris ergo, dices, agnoſcere te eſſe fidelem, quia Spiritus Domini ſcit quid ſit in homine, & quid intus ſentiat de fidei rebus: nimirum, alioqui quomodo faceret profeſſionem fidei vnuſquiſque? nam rogatus an credat, reſpondet, Credo. Dices rurſus: Neſcit homo an illa fides ſit ex Deo, id eſt, ex habitu infuſo, an ex ſeipſo, & ex naturali vi intellectus, qui interdũ conuincitur ad credendum ea, quæ non vult: ſicut de dæmonibus ſcripſit Iacobus Apoſtolus, quòd credunt, & contremiſcunt; & B. Thomas vult eos habere donum fidei, quod eſt lumen diuinum infuſum. Quidam etiam Ioan. 12. dicuntur crediſſe: ſed propter Phariſæos, inquit, non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. Et tamen probabiliter poteſt quis diſcernere de actu fidei, an procedat coactè, an ſpõtaneè. Si verò in ſua fide complaceat ſibi, & libenter credat; certè ſignum habet, ex Deo eſſe ſuam ipſius fidem; ſecus ſi contremiſcat. Ideò ſubdit: *Vos metipſos tentate ſi eſtis in fide: ipſi vos probate.* Chryſoſtomus putabit de fide illa eſſe ſermonem, quæ per miracula oſtendebatur. Sed videntur verba Apoſtoli ad hunc ſenſum minus commodè adaptari. Nõ enim ideò digni reprobatione fuiſſent, etiamſi fidem ſuam miraculis comprobare non valuiſſent: nam miraculorum faciendorum gratia non datur omnibus, qui fidem, & baptiſmũ ſuſcipiunt. Aliàs vbi verſaremur nunc omnes, cùm nulla miracula

Illa fides an diuina ſit, ab humana. Iacob. 2. B. Tho. 2. 2 q. 5. art. 2. ad 1. par. 2. Ioan. 12.

Corinthij in qua fide an eſſent, ſemetipſos tentare debebant. B Chryſ. homil 28 to. 4.

cernamus, neque aliquem, qui ea edat, intueamur? Idcircò ſubiungit: *An non cognoſcitis vos metipſos quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi fortè reprobi eſtis.* Chriſtus nos inhabitat per fidem, & præſertim ſi adeſt ſpes, & ſimul ipſa charitas. Dubium ergo ſurgit, an quis ſcire valeat, num diligat Deum, & Chriſtũ? Reſpondent quidam, non poſſe vllo modo. Si ergo ita eſt, quomodò Petrus ter interrogatus nunquid diligeret Chriſtũ, conſtanter reſpondit: *Etiam Domine, tu ſcis quia amo te?*

Quo modo nos Chriſtus inhabitet. Epheſ. 3. Num ſcire valeamus nos Chriſtum diligere.

Ioan. 21.

Sed obijciunt illud: *Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit:* ſed omnia in futurum ſeruantur incerta: quę ſententia aut non eſt vera, quod aſſerere nefas eſt, cùm Dei ſit, aut nequaquam probat, quod iſti inde accipiunt: quia non ait: Neſcit homo vtrum amore dignus ſit, ſed additur, vel odio. Quomodò ergo inde ſumis, hominem neſcire an diligat Deũ, & ſic an ſit dignus Dei dilectione? quia qui diligit Deum, etiam à Deo diligitur: pari ergo ratione ſumã, quòd nemo ſcit vtrùm non diligat, & ſic an odio Dei ſit dignus. Qui enim nõ diligit, manet in morte, & dignus eſt odio. Sed multi ſunt ſibi conſcij, & certi de odio diuino, quia agnoſcunt ſe multa peccata lethalia admiſiſſe. Quamobrem B. Bernardus hunc locum de amore electionis, & prædeſtinationis interpretatur: & in vniuerſum nullus eſt adeò ſceleroſus, qui nouerit ſe reprobatum omnino, ita vt nulla remaneat reſurgendi facultas. Quem ſenſum probant quæ ſequuntur verba: Sed omnia in futurum ſeruantur incerta.

Illud: Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit: quomodo accipiendum ſit. Eccleſ. 9.

1 Ioan. 3.

B. Bern ſer. 1. in Septuageſ. ſub initium, & alibi paſſim.

Vel ſecundùm B. Hieronymum, locus ille intelligendus eſt de ſcientia, quæ habetur per euẽtus, qui quotidie accidunt, proſperos, ſiue aduerſos, quoniam hęc & bonis & malis promiſcuè contingunt. Poteſt igitur homo ſcire per certas coniecturas, & indicia, an diligat, explorato prius ſuo corde, & diligenter probato. Cur ergo videre non poterit, quæ in corde intus ſentit, vel quæ illi Spiritus ſanctus loquitur: maximè ſi cõteſtetur Spiritus, quòd ſumus filij Dei? nunquid hoc teſtimonium non erit ſolidum ad ingenerandam fidem: non ſanè diuinam. Nam quòd ego ſim in gratia Dei, adhuc per conteſtationem Spiritus in corde, ſiue per donum diſcretionis ſpirituum, ſiue per examinationem, & diligẽtem cordis explorationem, ſiue per experientiam, dogma Catholicum non eſt. Vnde hic rectè ait Ambroſ. ſiue quicunq; autor eius voluminis in Paulum extitit: *Qui fidei ſuæ ſenſum in corde habet, hic ſcit Ieſum Chriſtum in ſe eſſe.* Mirum autem eſt, quòd quidam fateantur, hominem

Alter ſenſus illius ſententiæ: Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit. Hieronym. in c. 9. Eccleſ. to 8.

Rom 8.

Negantes Dei gratiam in ſe & amore poſſe cognoſcere.

per pura naturalia poſſe diligere Deum ſuper omnia, & hoc etiam poſſe ſcire; & tamen non poſſe certis coniecturis ſcire vtrū ſit in gratia, quod maximè abſurdum videtur.

Illud S. Iob: Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit ani ma mea quem ſenſum habeat.

Quod verò ex capite nono libri Iobis obijcitur: *Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea:* pro quibus alij vertunt: *Integer licèt ſim, & nihil mihi conſcius in anima mea, tamen deſpicio animam meam:* ſoluitur: Dicendo librum Iob obſcurum eſſe, & propter obſcuros, & reconditos ſenſus vix poſſe in diſputationem adduci: niſi cum adeò apertus eſt locus, vt non poſſit in alium ſenſum trahi. Alioqui ſi Iob ignorabat omnino ſuam innocentiam, & integritatem, cur tam ſæpè, & tam amplis, & magnificis verbis illam defendit, & extollit? Ait enim capite 13. *Si fuero iudicatus, ſcio quòd iuſtus inueniar.* Et capite 23. *Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum.* Capit. 27. *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* Demum capit. 31. confidenter multa de ſe in laudem ſuam deprædicat.

Iob 13. Infra 23. Infra 27.

D. Gregor. li. 9. Mor. c. 17.

Quanquam præſentem locum egregiè B. Gregorius accepit in eum ſenſum: *Si ſimplex, & iuſtus fuero, geram me perinde, ac ſi id ignorarem; & humiliabo, & ſubijciam me tãquam peccatorem, & nulli mea iuſtitiæ fidentem.* Legat qui velit eius verba, quia præclarum, & egregium ſenſum, vt dixi, illi loco tribuit. Dominus quoque Ioan. 14. hoc ſciri poſſe oſtendit illis verbis, loquens de Spiritu ſancto: *Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Vbi B. Auguſtinus hæc verba interpretans, ait: *Et hoc ad maius donum ſancti Spiritus pertinebat, vt eis innoteſceret quod habebant: de quo munere loquens Apoſtolus ait: Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt; vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.* Hæc ille. Et hæc præſenti loco explicãdo ſufficiant: qua de re alibi latiùs dictum fuit.

Quo dicto ad uerſarijs Chriſtus repugnare videatur. *Ioan. 14.*

B. Auguſtin. tract. 27. in Ioan. circa med. tom. 9. 1. Cor. 2. Li. 3. enarrat. in Paulum.

V. ſolut. dub. Quomodo Corinthij noſſe poterant Paulum non eſſe reprobum.

Subdit: *Niſi fortè reprobi eſtis. Spero autem quòd cognoſcetis quia nos non ſumus reprobi.* Homo qui iam venit ad fidem, & illam ſibi adeſſe non ſentit explorans ſemetipſum, clarū habere videtur ſuæ reprobationis argumentum: de quo Paulus alibi: *Quòd ſi ſubtraxerit ſe* (ſcilicet à fide recedens) *non placebit animæ meæ.* Vide etiam fiduciam Pauli, quod illi eſſent cognituri ipſum minimè eſſe reprobum, idque propter excellentia quæ fecerat, & facturus erat inter eos ſigna, & miracula, quia ibat promptus ad eos, vt virga vteretur aduerſus impios, & flagitioſos. Nam talis alios punire volens, confidit in ſua innocentia, ſciens indecorum eſſe, ac turpe, ac planè reprehenſione dignum, ſi, qui peccator eſt, poteſtatē exerceat in peccatores, ne committat in Domini ſententiam: *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam* (ſcilicet adulteram) *lapidem mittat.* Hæc eſt lex iuſtitiæ; puniendi ſunt præuaricatores, ſed non à legis præuaricatoribus: neque bene manus alterius faciem lauat, quæ lutum tenet.

Heb. 10.

Ioan. 8. Puniendi peccatores à quibus tantummodo.

Hinc collige, reprobum non accipi pro eo, qui reprobatus eſt à Deo, ſed pro eo, qui ab hominibus reprobatur, quaſi indignus magiſtratu, & poteſtate qua fungitur. Et in eum ſenſum dixit: Cognoſcetis quia nos non ſumus reprobi: quia puniendo alios, oſtendebat ſe à peccato, & negligentia alienum. Quod etiam ex ſequentibus magis comprobabitur.

Reprobi qui habeantur hominibus.

Soluamus ſextam dubitationem in illud; *Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus, ſed vt vos quod bonum eſt faciatis; nos autem vt reprobi ſimus.* Paſtores, & Epiſcopi tunc probati apparent, quando errantes oues monent; & vbi monitione non proficiunt, puniunt, & mulctant, vt diſcant quid ſibi ſcire, & facere incumbat. Quare Paulus malebat eſſe, id eſt, apparere reprobus, quod accidit his qui præſunt, & poteſtatem in delinquentes publicè non exercent. Sed bonus præſes, & paſtor mallet, quod ad ſe attinet, ſibi deeſſe hanc puniendi materiam, & nonniſi coactus, & cum lacrymis ad virgam venit.

Ad VI. dub. reſponſio habetur infrà. Quando paſtores, & Epiſcopi probati appareant.

Et aduerte diligenter, in illis verbis: Nos autem vt reprobi ſimus, coniunctionem illam, Vt, Græcè eſſe, ὡς, quæ ſignificat quaſi, vel tanquam, aut velut: qui enim homines non puniunt, ſiue benè, ſiue malè operentur, videntur, & habentur quaſi reprobi. Mira autem Apoſtoli humilitas, & modeſtia hinc perſpicitur: inuenias enim interdum hominum genus, quod regna, & vrbes integras interire ſinat, dūmodò ipſum feciſſe, & prudenter egiſſe dicatur: contra verò Apoſtolus ne videretur ſuæ gloriæ plus æquo auidior, occupationem addit: Hæc non ob id dico, vt veſtræ improbitatis periculo meam probitatem aſſeram: libenter enim me reproborum titulo notari patiar, modò vos reprobi non ſitis. Ideò particula, ſicut, vel tanquam, nō eſt ſuperflua, quia ſuperiori epiſtola dixerat: Sicut ſeductores, & (tamen) veraces. Debet ergo omnis paſtor bonus poſthabita ſui ratione, in ſolam ædificationem eſſe intentus, & negligere famam ſuam paratus, ſi abſque publico incommodo licuerit.

Qua ratione Paulus Deum orabat vt reprobus haberetur.

Eius modeſtia ſingularis.

2. Cor. 6.

Septi-

Ad VII. dub. Si nil poſſumus aduerſus veritatem: cur tot aduerſarios veritas habet.

Septimum dubium diluendum eſt in id: *Non enim poſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi ſumus, vos autem potentes eſtis.* Obiectum enim fuit, quòd multi contra veritatem falſas cauſas, aut doctrinas fouent, ac tuentur. Aduerte tamen, Apoſtolum hic adferre cauſas, cur non recuſet reprobus, & imbecillus haberi, ſi conceſſa non vtatur poteſtate: quia eiuſmodi poteſtas nō traditur cuiquā à Deo, vt quippiam poſſit in hominem probè, & cū veritate verſantem, ſed tantum aduerſus delinquentem, & ſcandalizantem. Vnde Paulus alibi: *Vis non timere poteſtatem? bonum fac, & laudem habebis ex illa: Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time; non enim ſine cauſa gladium portat.* Et accipit hic veritatem pro iuſtitia ſecundum id: *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem.* Seruit etiam hæc Apoſtoli ſententia contra ſupercilium quorundam Præſidētium, qui gloriantur de poteſtate, quam in alios exercent. At Chriſtianus Præſes quando cogitur illam exercere, non libenter facit, aut cum faſtu, ſed cum luctu, ac cruciatu ſuo: quod humilitatis & charitatis eſt. Quòd verò quidam poteſtate hac, & ſciētia abutantur, & in bonos, & iuſtos animaduertāt, & cauſas falſas, & mendacia dogmata foueant, & hæreſibus, ac erroribus inſeruiant; à ſeipſis faciunt, & contra voluntatem Dei operantur: qui pœnas dabunt tanti ſceleris.

Rom. 13.
Aduerſus quā veritatem poſſumus nihil.

Ioan. 3.

Humilis præſidentis officiū. Vnde abuſus poteſtatis & ſcientiæ aduerſus veritatem.

Subdit: *Gaudemus enim quoniam nos infirmi ſumus, vos autem potentes eſtis,* (ſiue vt alij vertunt) *cum nos inualidi ſimus, vos autem validi fueritis.* Infirmatur Prælatus, cum ſanctè, & piè viuunt oues ſibi ſubditę, quia nulla apparet materia, in quam ſuam poteſtatem exercere valeat: & illa tum demum validæ, & potentes redduntur, quando rectè factorum conſcientia erectæ, non ſolum poteſtatem minitantem non metuūt, ſed etiam laudem ab illa referunt. Ac propriè Prælatum infirmari, eſt, poteſtatem non exercere: propterea quod nil tale à ſubditis admittitur, quod dignum ſit punitione.

Paulus quomodo infirmus erat, de quo & gaudebat, Corinthii autem potentes.

Prælatum infirmari, quid

Ad octauum dubium reſpondemus circa illud: *Hoc & oramus, veſtram conſummationem.* Siue perfectionem, & integritatem, ſcilicet in omne genere virtutis, quæ tamen poſſit in hac vita haberi. Non enim adhortatur ad futuræ conſummationem vitæ, ſed ad præſentis, quæ tanta haberi poteſt, vt nulla in vobis vigere debeat vitiorum animaduerſio. *Ideò enim hæc abſens ſcribo, vt non præſens durius agam ſecundum poteſtatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem.* Mirabilis ſanè eſt hæc Apoſtolis, & Eccleſiæ collata poteſtas, quæ non eſt contra veritatem, ſed pro veritate: nō in deſtructionem fidei, aut bonorum morum, aut diſciplinæ Eccleſiaſticę, ſed in ędificationē, qua Eccleſia ædificatur vt ciuitas, dum indies promouetur in eius filijs fides, pietas, charitas, religio, & omne virtutis officium, & nulla eſt contra veritatem vitæ, aut fidei, & doctrinæ poteſtas, nulla etiam in deſtructionem, niſi peccati, & veteris hominis, ac proinde Satanæ capitaliſſimi noſtri hoſtis. Nullis ergo aliis cancellis circumſcribitur poteſtas, aut Apoſtolis, aut Petri ſucceſſoribus, aut Epiſcopis collata, niſi ad bonū amplectendum, & ad omne malum vitandū. Omnis ergo poteſtas ad cōdenda noua præcepta, & Eccleſiaſtica, quibus magis expediti, & habiles reddamur ad ſeruanda diuina mandata, & ordinem, & diſciplinam cōſeruandam, in ædificationem eſt, quicquid hic reclament hæretici; poteſtas etiam indicēdi cœlibatum viris, qui ad ſacros ordines maiores, etiam Epiſcopatum promouentur, eodem pertinere dignoſcitur. Ita enim ſibi conciliare poterunt autoritatem apud plebes, quibus præſunt, nec niſi ſanctos, & mundos viros decet contrectare mundiſſimum Chriſti corpus, quicquid hic garriant porci quidam grunnientes. Poteſtas præterea rebelles, & contumaces excommunicādi, ſancta eſt, in ædificationem: quia per illā ſanctè pudefactus qui deliquerat, ad bonam frugem reuertitur, & obedire ſanctæ ſuæ parenti Eccleſiæ addiſcit.

VIII. ſolut. quęſt. Quam conſummationē Corinthiorū oraret Paulus & optaret.

Apoſtolorum, & Eccleſiæ poteſtas vt ſit in ædificationem à Chriſto data & non in deſtructionem.

Triplex eius poteſtas in ædificationem quænam illā.

II. Poteſtas.

Poteſtas autem indicendi ieiunia, & preces, & dies feſtos ad gloriam Sanctorum cōſecrandi, maximè ædificationem reſpicit: quoniam per illa exercitia exarmamus veterem hominem, & nouo homini arma lucis induenda præparamus. Denique poteſtas hæreticos relapſos aut gladio interficiendi, aut igni tradendi; ad Eccleſiam Dei ędificandam ſpectat: quia præſtat vnum membrum perire, quàm totum corpus, & vnum potius, quàm vniuerſorum vnitatem interire.

III. Poteſtas.

Concludit Apoſtolus: *De cætero fratres gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite, pacem habete: & Deus pacis, &c.* Facilia ſunt hæc, non multa indigent diſcuſſione. Verbum, De cætero, Græcè eſt τὸ λοιπὸν, id eſt, Quod ſupereſt, ſoletque hæc particula in fine epiſtolarum, vel quoties finis imponitur diſputationi, ſubiungi, vt à principio in Prolegomenis Pauli annotatū reliquimus. Et bene ait: De cætero: hoc eſt: Poſtquam quod meum erat, præſtiti munus, nempè, Conſilium dedi, interminatus ſum vobis, longanimis fui vos expectando, diſtuli ſupplicia, obſecraui in viſceribus Chriſti, terrui, vt

Ad vltimam dubitationem. De virtutibus ad quas Apoſtolus Corinthios adhortatur.

Hactenus quid egerit Apoſtolus in hac epiſtola.

rui, vt omnibus modis vos ad pœnitentiæ fructum adducerem, vel etiam cogerem; ſupereſt vt veſtro etiam vos fungamini officio. Et ita hic mitigat quicquid acerbitatis fuit in tota epiſtola, nec vult eorum animos exaſperatos dimittere. Nam tunc demum proſunt obiurgationes paſtorum, ſi lenes ſint ac blandæ, ac veluti melle condiantur.

Gaudete quo modo Corinthij debebant. *Rom. 14.* *Gal 5.*

Subdit: *Gaudete*, Græcè χαίρετε. id eſt, Valete, vt nonnulli interpretantur, quo verbo claudi literas ſolitum eſt. Vel: Gaudete gaudio ſpiritus, qui vnus eſt ex ſancti Spiritus fructibus. Et homo ſpiritualis non poteſt non gaudere, quando in variis tribulationibus conſtitutus inuenitur: ita vt tentationis ventus charitatis ignem accēdat, & augeat.

Quid: Perfecti eſtote, & exhortamini.

Perfecti eſtote. Id eſt, implete quę deſunt, & ſemper ad meliora proficite: ita vt iuſtitia veſtra in alios abundet: nam qui ſibi ſoli iuſtus eſt, minus iuſtus eſt. *Exhortamini.* Scilicet vos inuicem in bonum, vt confirmemini. Verbum etiam Græcum ſonare poſſet: Conſolationem habere: quaſi diceret; Tametſi afflictiones ſint perferendæ, ad Deū pro cōſolatione accurrite, & vos ipſos mutuò cōſolamini.

Quid verò: Idem ſapite.

Idem ſapite. Pro: Vnanimes ſitis: nam vt diuerſæ interdum opiniones iura amicitię frangunt; ita vbi deeſt voluntatum in vnam rem, & ſententiam concordia, protinus tunc oritur opinionum perniicioſa diſſenſio. Et peculiariter egebat Corinthus hac ad cōcordiā monitione, in qua contentiones erant, & diſſidia, & hic dicebat: Ego ſum Pauli: alter, Ego verò Cephæ: quidam verò, Ego ſum Apollo: alij poſtremò, Ego ſum Chriſti.

1. Cor. 1. *Infra 3.*

Corinthij quā pacem habere debebant. *Ioan 14.* *Ibidem.* Mutuo ſe amantium ingenium. *Supra 13.*

Pacem habete. Non illam, quam mundus dare non poteſt, & quæ verum eſt bellum contra Deum, ſed quam Chriſtus tanquam ditiſſimum legatum nobis dimiſit, quæ in vera Dei, ac proximi dilectione conſiſtit. Qui enim ſe mutuo amant, inter ſe non pugnant. Ita Chriſtus dixit: In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

Quę Gentes oſculo ſolebāt vti in ſalutatione. *Xenophon.* *Herodot.*

Salutate inuicem in oſculo ſancto. Hęc conſuetudo ſe inuicem oſculandi, nō tantum fuit Iudæis, ſed etiam Gentibus Orientis communis, vt docet Xenophon lib. 1. Cyripœdias, vbi de Perſis loquitur, & Herodotus in Chlio: & eā olim ſeruata fuit in Eccleſiaſtico cœtu, vt Iuſtinus Philoſophus & Martyr teſtatur in ſecunda Apologia pro Chriſtianis. Vocat autem oſculum ſanctum, ad differentiam oſculi doloſi, ſiue proditorii, vt fuit illud Iudæ; & laſciui ſiue impudici: quod videlicet ex amore ſancto à Deo nobis infuſo proficiſcitur.

Iuſtin. to. 2. Oſculum cur ſanctum vocet Apoſtolus. *Matth. 26.*

Huius epiſtolæ ſalutatio quid propriū habeat.

Et concludit: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus Vobis. Amen.* Hæc poſtrema eſt ſalutatio Pauli, paulò diuerſa ab illa communi, qua ſolet omnes ſalutare, nempe: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cū omnibus vobis, Amen.* Facit autem trium Perſonarum in ea mentionem diſtinctā, id eſt, Dei Patris, & Filii eius Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti. Facit etiam mentionem trium donorum, Gratiæ, Charitatis, & Communicationis: quibus tribus vocibus vna & eadem res deſignari videtur, eximium ſcilicet Dei donum, quo diuinæ naturę participes efficimur. Et dicitur Gratia Chriſti, quia per eum nobis gratuito donatur: nam Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et ſequitur: *Charitas Dei.* Qui ſic dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, quique eſt Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. Dicitur & communio, ſiue communicatio Spiritus ſancti: quia vnit nos inuicem, & cum Deo: ſicut ipſe Spiritus Patris, & Filii eſt vnio, & nexus.

2. Pet. 1. Gratia cur Chriſti nominatur. *Ioan. 1.* Quare charitas Dei. *Infra 3.* *2. Cor. 1.* Communicatio verò cur ſancti Spiritus dicatur.

1. Ratio, cur potius gratiæ Chriſti, quam aliorum donorum mentionem fecerit. *Primaſ. hoc loco.* Altera, aduerſus Arrianos.

Præcedit tamen gratia Chriſti, charitatem Patris, etiamſi hæc prior: quia per mediatorem Chriſtum agnouimus hanc Patris charitatem, & Spiritus ſancti communicationem. Et quoniam, vt annotat Primaſius contra Arrianos, dicentes ob id Patrem eſſe maiorem Filio, & Spiritu ſancto, quòd prius nominari ſoleat; ab Apoſtolo prænominatus fuit hoc loco Filius Patri, & Spiritui ſancto: quibus ſit ſempiternus honor, gloria, & gratiarum actio in ſecula ſeculorum, Amen.

FINIS.

INDEX LOCORVM NOTABILIVM SACRÆ SCRIPTVRAE QVI IN HOC DECIMOQVARTO tomo explicantur.

PRIOR NVMERVS PAGINAM: POSTERIOR columnam indicat.

Ex Genesi.

Cap.1. CRESCITE *& multiplicamini,&c.* 79.1

Cap.2. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, &c.* 250.2

Ex Devteronomio.

Cap.11. *Om[illegible] locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit,* 338.1

Cap.21. *Si genuerit homo filium contumacem, &c.* 147.1

Ex Iob.

Cap.9. *Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea,* 368.1

Cap.15. *Super quem non ſurget lumen illius,* 299.2

Ex Lib. Psalmor.

Pſalm.1. *Ideo non reſurgunt impij in iudicio,&c.pag.* 249. col.2

Pſalm.48. *Iniquitas calcanei mei circundabit me, &c.* 42. col.2

Pſalm.115. *Credidi propter quod locutus ſum,&c.* 301.2

Ex Proverbiis.

Cap.11. *Seminanti ad iuſtitiam, merces fidelis,* 343.1

Ex Ecclesiasti.

Cap.9. *Neſcit homo, vtrum amore, an odio dignus ſit,* 367.2

Ex Ecclesiastico.

Cap.7. *Gratia dati in conſpectu omnis viuentis; & mortuo ne prohibeas gratiam,* 251.2

Cap.24. *Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens,* 300.1

Ex Esaia.

Beati qui ſeminant ſuper aquas,&c. 341.2 Cap.23.

Ex Ieremia.

Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, 24.1 Cap.9.

Ex Matthæo.

Quia nemo nos conduxit, 313.1 Cap.20.

Ex Lvca.

Date,& dabitur vobis,&c. 326.1 Cap.6.

Cauete ab omni auaritia,&c. 326.2 Cap.12.

Ex Ioanne.

Illuminat omnem hominem venientem,&c. 299. col.2 Cap.1.

Alij laborauerunt: vos,&c. 338.2 Cap.4.

Ex epist. ad Roman.

Gratias autem Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati,&c. 11.1 Cap.6.

Hoc ſcientes, quia vetus homo,&c. 42.2 Ibid.

Ex epist. ad Colos.

Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti,&c. 10.2 Cap.1.

Ex 1. Ioannis.

Filioli, nemo vos ſeducat,&c. 259.2 Cap.3.

Ex Apocalypsi.

Qui nocet, noceat adhuc,&c. 259.2 Cap.vlt.

(∴)

FINIS.

INDEX SENTENTIARVM NOTABILIVM HVIVS TOmi decimiquarti.

A.

ABſolutionem ab Eccleſia quando accipiant peccatores, 285.2
Achaia quæ fuerit, 1.2
Actiones à membris profecta, membra vocantur à Paulo, 41.1
inter Actum debitum, & actum ſupererogationis quod diſcrimen ponat Paulus, 128.2
Adam ſolus eſſe ſine Eua cur dicatur, 19.1
Adulterare verbum Dei, quid, 388.1. & 298.2
Aemulari Dominum, quid ſit, 140.1
Aemulari verbum, quomodo accipiatur, 170.1
Alapa quanta contumelia ſit, 345.2
Allegoriarum vſus frequens in Euangelio, 293.2
Ambulare quid, 334.1. & ſecundum carnem militare, ibid.2. & 213.2
Ambitio eſt conculcanda, 58.2
Amor & dilectio differunt, 171.1
Amantes furere, 309.2
Amor quomodo vrget, ibid.
Amare & odio habere, quid ſignificent aliquando in Scriptura, 53.1
Angelus quomodo linguæ & locutio conueniant, 171.1
Aporia quid, 301.1
Apoſtoli per alios baptizabant, non autem euangelizabant, 11.2
cur Apoſtolos rudes Deus vocauerit, 12.2
Apoſtoli quomodo morti fuerint deſtinati, 56.2
Apoſtolorum miniſterium & dignitas, 166. & 167
Apoſtolus qua ratione fideles confirmat: item qua ratione vnxit, ſignauitq;, 281.2
Apoſtoli & Paulus quomodo imperiti ſermone fuerant, 354.2
Apoſtolorum nomen quibus olim commune, 201.1
Aquæ benedictæ vſus etiam apud Ethnicos, 212.2
Argumentum contra Arrianos, 370.2
Arma iuſtitiæ quæ, 315.1
Arma carnalia quæ ſint, 334.2
Articuli Græci quid præter excellentiam ſignificent, 186. col.2
Arundinis carni infixæ extrahendæ remedia præſentanea. 355.2

B.

BAptiſmum olim licebat in Chriſti tantum nomine conferre: iam non licet, 10.2
Baptiſmi quilibet eſt miniſter, ibid.
Baptizetur ſeruus Chriſti, cur Græci dicant, 11.1
Baptiſma Ioannis, cur Ioannis, et non Dei vocatur, 92.1
Baptiſmus quo ſignificetur, 132.1
Baptiſmus Moſis qualis, 132. & 133.1
Baptizarentur nomine morientium vbi nam viuentes, ſecundum Epiphanium, 210.2
de Baptiſmo mortuorum vetus lex Moyſis, 211.1
Baptiſmus in Scriptura pro paſſione pœnarum vſurpari ſolitus, 212.1
Baptiſmus quis ſit pro mortuis intentus à Paulo, ibid.
Barbam viris geſtare decentius eſt, pag. 147. colum. 1
Barbarū quid Græcis, & quos barbaros appellarēt, 185.2
cum Beſtijs qui pugnarent, & qui illis obijcerentur laniandi: quodque genus pugnæ damnatum in Legibus, & ſacris Canonibus interdictum, 214.1
cum Beſtijs Danielis pugna qualis illa, ibid.

C.

CAlicem benedicere, quid, 138.1
Cantus debet eſſe intelligibilis in Eccleſia, 184. col.2
Canendi & pſallendi vſus quam antiquus in Eccleſia, 188.1
Carneā inſultus iuſtis quām ſalutares & vtiles, 356.1
Caro qualis noſter hoſtis domeſticus, & quas inimicitias & bella habuerint cum ea ſancti, ibid.
quæ caro olim in macello venires, teſte Auguſtino, 141.1
Caſtigatio corporis qualis debeat eſſe, 130.2
Catechumeni cur tempore conſecrationis abeſſe debent, 265.1
Certamen ſacrum quadruplex apud Græcos, 130.1
Cerui ſagittas corpori infixas vt egerant, 355.2
Caldaa Paraphraſis apud quos olim fuerit in pretio, 252 1. & cur modo illa minimum autoritatis habeat, ibi.
Charactere quadruplici ſignatus erat Apoſtolus, 282.1
Charitas non inflat, quia nullus poteſt malè vti, & potius ædificat, 117.2
Charitatis officium contrarium eſt inuidiæ, 166.1
Charitatis præſtantia & prærogatiua, 170.2
Charitatis encomia, 173.1
Chariſmata quæ dicantur, 161.2. & quomodo diuidantur, ibid.
Charitas non cogitat malum, 174.2
Charitas omnia ſuffert, 175.1.2
Charitas omnia credit, 175.2
Charitatem quomodo ſectari debeamus, 180.2
Chriſtianorum conſuetudo in primis naſcentis Eccleſiæ temporibus in aſsiſtendo Miſſæ, & ſacrorum myſteriorum celebrationi, 188.2
Chriſtianis cur non ſit ignominioſum crucifixum hominē adorare, 21.1
Quia Chriſtus nobis promeruit gratiam dicit Apoſtolus, gratiam dari in Chriſto, 6.1
Chriſtus ſcindi dicitur, cùm eius corpus myſticum, quod eſt Eccleſia, ſcinditur, 10.1
Chriſti paſſiones impleri à ſanctis in nobis, nō quoad redemptionem, ſed quoad applicationem intelligendæ ſunt, 10.2
Chriſtus miram habuit eloquentiam, 12.1
Chriſti crux quomodò per ſapientiam verbi euacuatur, 14.1
Chriſti diuinitas probatur, 29.1
Chriſtus qua ratione à Patre iudiciariam accepit poteſtatem, 69.2
Chriſtiani quomodo ſint fratres, 65.2
Chriſtiani pretio ſanguinis Chriſti empti, non debent fieri ſerui hominum, 99.2
Chriſtus quomodo caput viri, & vir mulieris ſit, 143.1
Chriſti membra vnde cognoſcantur, 166.1
Chriſtus quomodo dictus primitiæ dormientium, 205.2
Chriſtus à Patre recedens quomodo gloriam ſuam demiſerit, & regnum, 206.1 (& 207
Chriſtus quomodo deſtruxerit mortē et peccatum, 206.
Chriſtus quomodo tradet regnum Deo & Patri, ſi illi omnino eſt æqualis, 207.1

Chriſtus quomodo euacuauit omnem poteſtatem. ibidem.
Chriſtus cur Dei imago dicitur. 290.1.
Chriſtus qua ratione peccatum non nouit, & factus eſt peccatum. 311.1.
Chriſtus quando nos inhabitet. 360.2.
Chriſtus qua viuat ex virtute Dei. 360 2.
Chriſti duplex gratia. 209.2.
Chriſtus Eccleſiæ caput. ibid.
Circumciſio homini quomodo iubetur ne adducat præputium. 98.1.
Cœlibatus homini ad Deo adhærendum multum cõducit. 78.1.
Cognoſcere in Scripturis, quid 254.1.
Colaphizans nos Deus quid doceat. 358.2.
Collectæ cur fierent ab Apoſtolis. 251.1. & quæ illæ dicantur ibid.2.
de Collectis in ſanctos Pauli Apoſtoli cura, quid doceat noſtros concionatores. 252.1.
Comam geſtare, olim viris non fuit indecorum. 146. col.1.
Confirmatio in gratia, non deſtruit liberum arbitriũ. 2 2.
Coniugati quibus ſint malis obnoxij. 104.2.
Coniuges quando debeant abſtinere ab vſu coniugij. 83.2.
Coniugij maleficia. 104.2.
à coniugio cur hominem abſtinere, ſit bonum. 105. col 2.
Coniugij labores & moleſtia. 107.1.
de Conſcientia quid ſenſerint mundi ſapientes, quid Paulus. ibid.
Conſilium cur mutandum. 280.1.
Conſolationes Dei cur in nobis abundare dicuntur. 276.2.
Contra conſilia Euangelica agentes non peccant. 106 col.1.
Conſtitutiones Apoſtolicæ à Clemente ſcriptæ. 158. col.1.
Continentia quæ ſit. 81.2
Corinthi ciuitas quæ fuerit. 1.2.
Corinthij per Pauli prædicationem conuerſi. 2.1.
Corinthiorum diſſidia per epiſtolas Pauli ſedata ſunt. ibid.
Coronam corruptibilem & incorruptibilem accipere quid. 130.1.
Correptio & punitio quando differenda. 282.2
Crux magnam habet vim & virtutem. 14.1.
Crucis ſtultitia quæ fuerit. 16.2
Crucis infirmitas & ſtultitia ſapiens fuit ac potens. 12.1.
Crux à Chaldæis eruditio vocatur. 23.2

D.

DEus cur velit habere coadiutores in Euangelio. 35.2.
Deo ſecundum diuerſos effectus diuerſa membra tribuimus. 42.1.
Dei lex cur Decalogus appelletur, non Moyſis. 91 1.
Deum tentare, quid. 135.2.
Dei donis quomodo ſit vtendum. 159.1.
Deus cur Pater miſericordiarum dicitur. 273.2.
Dei qualitates. 206.2.
Deus quomodo excæcat, & quomodo etiam diabolus 299 1.2.
Deum diligentibus quatenus omnia cooperentur in bonum 388 & 389.1.
Diaboli quanta ſit in corpora hominum poteſtas. 173.1
Diabolus quomodo dici poteſt Deus huius ſeculi 299.1
Dies feſti & nefaſti qui olim fuerint. 53.1.
Diligere nos Chriſtum, num ſcire valeamus. 267.2.
Diſpenſator fidelis quis dici poſſit. 52.2.
Diuortium quale permittatur in lege Euãgelica. 89.1.
Doctores Eccleſiæ, ſunt pædagogi hominum. 59.2.
Doctrina Chriſti excellentia. 24.2.
Domus terreſtris, & domus nõ manufacta, quæ. 304.
Donum Dei apud Paulum præcipue ſignificat gratiã iuſtificantem. 7 2.
Dona minus accipientem non eſſe triſtandum. 162.1.
Donorum varia genera. ib.2.

E.

ECcleſiæ vnitas quanta ſit. 35.2.
Eccleſia habet poteſtatem diſpenſandi & relaxãdi obligationes. 32.1.
Eccleſia duplex regnum, duplici conſtat iudicio. 69.1
Eccleſiaſticos non obligat præceptum illud, propter fornicationem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat. 81.1.
Eccleſia quomodo ſit corpus Chriſti. 166.1.
Eccleſia cur nunquam fuerit acephala. 108.1.
Eccleſia quid autoritatis poſſit tribuere libris. 219.1.
Eccleſia Chriſti vnde maior fortitudo ac robur acceſſerit. 360.2.
Eccleſiæ poteſtas triplex, & quænam illa. 369 2
Eleemoſyna qualis eſſe debeat 235.2. quam ſit Deo grata, 326.1. & quo animo danda. 341.1.
Eleemoſynam dantes propter Chriſtum, quid faciãt. 251.2.
Epanalepſis quid. 324.1.
Epiſcopis quomodo conueniat iudicium cauſarum ſecularium. 68 2
Epiſcopi cur olim creabantur coniugati. 271.2
Epiſcopi quo affectu in ſubditos eſſe debeant. 284.1.
Epiſtolam ad Corinthios Paulus miſit ex Epheſo 4.1.
Epiſtola Pauli & aliæ canonicæ qua lingua fuerint exaratæ. 259 1.
Epiſtola 2. Pauli ad Corinth. cur ab eo ſcripta, vnde, & quam vtilis. 274 1.2
Epiſtola commendatitia vſus an bonus. 289 1.
de Epiſtolis Pauli, Petri Apoſtolorum Principis iudicium. 256.2.
de Eraſmi colloquijs, ac Moria eiuſdem, huius nominis libello, quid ſentiendum. 218.1.
Eua vt à ſimplicitate cecidit. 441.2.
Euangelium magis receperunt indocti, quam docti, & per quos. 22.2
Euangelium Matthæi vulgari ſermone illius temporis non fuit ab eo conſcriptum. 258.2
Euangelium qua lingua tradebatur ab Apoſtolis quãdo prædicabant. 259.1.
Euangelium cur veteri legi præponatur. 289.1.
Euangelij & legis Moſaicæ, item vtriuſq; legis miniſtrorum varia diſcrimina. 293.1.
Euangelicum miniſterium cur dicatur militia à Paulo. 354.2
Euchariſtia vere eſt ſacrificium. 68.1.
Euchariſtia nonniſi à ieiunis ſumi debet. 150.1.
de Euchariſtiæ inſtitutionis tempore Græcorum error. 154 2.
Euchariſtiam Chriſtus proprijs manibus non applicuit ori Apoſtolorum ibid.
Euchariſtiæ ſpecies panis & vini quid ſignificent. 154.1.
Euchariſtiæ poteſtatem conficiendæ Chriſtus contulit Apoſtolis illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem. ibid.
Euchariſtiæ perpetuitas. 154.2.
Euchariſtia cur aliquibus ſit mortifera 155 1.
ad Euchariſtiam præparatio non eſt ſola fides. 155.1.
Euchariſtiam ſumere non poteſt quis cum ſola contritione, ſi adſit copia confeſſoris. ibid.2.
Euchariſtiam indigne ſumentes, à Domino iudicantur. 156.1.

in Eucha-

in Euchariſtia Chriſti veritas probatur. ibid.
Euchariſtiam indigne ſumentium pœnarum varia exempla. 157.1.
Euchariſtia nomen vnde. 188.2.
Excommunicatio quid ſit. 63.1.

F.

Fidelitas Dei eſt veritas in promiſſis 8.1.
Fidelium corda ſunt templum Spiritus ſancti. 36.2
Fideles vnum ſunt corpus dupliciter. 164.1.
per Fidem ſolam cur voluit Deus nos mouere ad vitā æternam. 21.2.
Fides eſt fundamentum virtutum. 36.1.
per Fidem quomodo ſine operibus dicatur à Paulo hominem iuſtificari. 172.1.
Fides grano Synapis quomodo aſſimiletur. 172.2.
Fidem ſine charitate eſſe poſſe, non contra. ib.
Fides ſine charitate quid valeat. ibid.
Fidem eſſe minorem charitate. 279.1.
Fides ſine charitate non iuſtificat quemquam. ib.
Fides efficacia diſcrimina, & ſinus. 224.2.
Fiducia quid. 291.1.
Fiducia Deo quam grata, & in quo differat à fide & ſpe. ibi.
Filios parentes non poſſunt cogere ad cœlibatum. 150.1.
Filios parentes non poſſunt cogere ad matrimonium. 113.2.
Fraudem pati, melius eſt, quam litigare. 71.2.
Fraus proximo quam ſit grauis. ibid.

G.

Gedeon quare peccauerit Ephod faciens. 220.2.
Gloriari in Domino, quid, & quomodo liceat. 339.1.
Gloriari in infirmitatibus, quid ſit. 360.2.
Gloria hominum quæ debeat eſſe. 23.1.
Gloria æterna aſſecutio, curſus & pugna metaphyſice declaratur. 129.2.
Gloria æterna per brauium ſignificatur. 129.2.
Græca lingua ſub quo potiſſimum toti pene orbi cœperit eſſe notiſſima. 256.2.
Gratiam in vacuum recipere, quid: & ne in vacuum recipiatur, quid præſtandum. 312.2.
Gratia Dei habitus, abſq; peculiari eius auxilio, homini non ſufficit ad bene operandum. 360.1.
Gratiam Chriſti quare Apoſtolus vocet. 370.2.

H.

Hæretici cum Catholico an coniugium diſſoluatur 100.1.
Hæretici inexcuſabiles ſunt. 151.1.
Hæretici oppugnantur efficaci argumento ex Paulo. 196.2.
Hæreticorum conſcientia qualis. 272.2
Hæretici cur inſtabiles teſtimonio Petri. 256.2.
Hebraica lingua non fuit vulgaris Iudæis, ſed tantū nota Sacerdotibus & Leuitis, per quos Scripturas populis interpretabantur. 258.1
Hœnallage numerorum in Scriptura frequens. 296.1
Hermogenes ſenex factus, cum doctiſſimus eſſet, omnium memoriam perdidit. 15.1
Homo exterior qui corrumpitur, quis: & quomodo renouetur de die in diem. 301.1.
Homo vetus & nouus, an ſit vnus. ibid.2.
Hominem humiliandi ſumma ratio. 359.1.
ab Hominis natura quid magis ſit alienum. 362.1.
Honores humani. 314.2.

I.

Iberi populi cur ad fidem conuerſi. 291.1.
Idolorum cultus cur prohibeatur. 122.2.
Idola ſunt ſimulacra muta. 160.2.
Ignis purgatorius vniuſcuiuſque opus quomodo probet. 43.1
Imaginum cultus, non eſt cultus Idolorum. 122.2.
Incarnatio Chriſti aduerſus Iudæos & Gentiles oſtenditur. 19.1.
Incarnatio Deo libera fuit. ibid.
Incarnatio magna dilectionis argumentum. 20.1.
Inceſtus maxime deteſtandus. 60.2.
Incontinentibus melius eſt nubere, quam vri. 86.1.2.
Indulgentiarum vſus quando cœpit, & earum finis qualis eſſe debeat. 289.2.
Indulgentiæ vnde fidelibus ab Eccleſia concedantur. 302.2.
Infideles coniuges cur ſint immundi. 100.1.
Infirmum in Deo eſſe dicitur, quod excedit humanā potentiam. 18.1
Interrogationes claritatem & efficaciam dictis & ſcriptis addunt. 312.2.
Ira inteſtina peruerſa. 164.1.
Iudicium Dei exactum ignis dicitur. 45.2.
Iudicium mundi aſpernandum eſt. 53.1.
Iudicium infidelium magiſtratuum vitandum. 67.1.

L.

Labores pro Deo ſuſcepti remunerantur. 35.1
Laicis in vtraq; ſpecie non eſt communicandum. 139.1.
Latina lingua Hiſpania, Gallia, & reliquis prouincijs peregrina fuit. 260.1.
Laudat ſe cur Paulus, cum hoc vitium in alijs reprehendat. 337.1.
Laus propria vituperabilis, & cur ſe Chriſtus laudarit interdum. 290.1
Leges Dei & Apoſtolorum in quo differant. 91.1.
Legis Euangelicæ præſtantia ſupra Moſaycam. ib.
Leges Pauli quæ ſint iuris diuini, quæ humani. 92.2.
Leges veteris Teſtamenti non omnes fuerunt iuris diuini 97.1.
Libertas Chriſtianorū qualis. 219.1.
Libertinorum conſcientia ſynderesim omnem abijciebant. 129.2.
Linguarum ſtudium optimus. 163.1.
Linguis loquens abſque dono interpretandi, quam inutilis. 176.1.
Linguæ propria deſcriptio ex Ariſtotele. 185.1.
Lutherani Chriſtum ſolum ſine ſuis membris ſuſcipiunt. 9.1
Lutherani impugnantur dicentes, ſanctos ſolo nobis prodeſſe exemplo 302.1.
Lux mundi quomodo erant Apoſtoli. 287.2
Luxuria quo modo fugienda. 75.2.
Luxuriantes in corpus ſuum peccant. 76.1.

M.

Machabæorum libros diuinos eſſe, & canonicæ autoritatis. 218.1.
Machabæorum milites quid peccauerint accipientes idolorum donaria contra legem. 220.1.
Magiſtratibus Eccleſiaſticis cur modo de cauſis ſecularibus non iudicent. 69.1.
Malitia & nequitia diſcrimen apud Græcos. 65.1.

Manna cur in urna Deus voluerit aſſeruari, & quid ſignificet. 326.1.
Maranatha quod verbũ ſit, & quid ſignificet. 314.2.
Maritus negans vxori debitum, fraudem committit. 83.1.
Marlorati hæretici de magno Areopagita Dionyſio nugatio. 353.2.
Matrimonium nullatenus eſt damnabile. 78.2.
Matrimonium interdum cur prohibeatur. 79.1.
per Matrimonium qualis detur viro poteſtas in coniugium. 83.1.
de Matrimonio quæ præcepta & documenta tradiderit Chriſtus. 82.1.
Matrimoniũ ex infidelitate quando diſſoluatur 96.1.
Matrimonium fidelis cum infideli quando ſit ratum. 97.1.
Matrimoniorum antiquiſſima forma. 113.1.
Matrimonij triplex bonum. 115.1.
Menſæ dæmoniorum communicantes quomodo polluantur. 138.1.
Menſa & calix dæmoniorum quis ſit. ibid. 2.
Menſam ſignif. aræ altare probatur ex Paulo. 139.2.
Meretrici adhærens, vnum corpus fit cum ea. 71.1.
Merita ſanctorum quomodo proſint, ſintq́; nobis neceſſaria: etiãſi Chriſti merita nobis ſuffitiant 362.2.
Mereantur quid nobis ſancti. 362.2. *Et quale eorum meritum pro nobis* ibid.
Miniſtri Chriſti cur vere fuerint. 51.1.
Miniſtri Chriſti ſunt diſpenſatores. 51.2.
Miniſtri idonei Noui Teſtamenti quales. 292.2.
Miniſtri Eccleſiæ cur ſoluere prius quam ligare iubentur. 335.2.
Mores praui alios vt fermentum corrumpunt. 64.1.
Mortis dicitur à Paulo deus Dominus. 44.1.
Mortuis olim ſuffragabantur Iudæi 217.2.
Mors naturalis, vel violenta non omnes iuſtorum pœnas deluit. ibi.
Mortui qui in diluuio ſubmerſi ſunt, vel in mari Rubro, non omnes damnati ſunt iuxta Hieron. 220.1.
Mulier gloria viri eſt. 145.1.
Mulier cur potius quam vir velamen ſupra caput debet habere. ibi. 2.
Mulieres cur non habeant baptizandi munus. 149.1.
Mundi ingenium. 350.1.

N.

NVbere in Domino, eſt ad bonum ſinẽ nubere 85.1.
Nubiles filij quando apud quoſdam propria in parentum ſint poteſtate. 114.2.
in Nuptijs conſenſus vtriuſq; cõiugis requiritur. 112.2.
Nuptijs melior eſt continentia. 115.2.

O.

ODor bonus Chriſti, quomodo erant Apoſt. 187.1.
Officia diuina non eſſe vulgari lingua celebranda. 183.2.
Offi ia diuina ſine melodia & organis expediat ne celebrari. ibi.
Officiorum diuinorum vſus in Latina Eccleſia vnde ſumpſit exordium. 259.2.
Officia diuina etiam apud Gentiles vulgari lingua non celebrabantur. ibid.
Officia diuina quem ad finem, potiſſimum ſunt inſtituta. 271.1.
Opera ſupererogationis, conſilij ſunt, non præcepti. 128.1.
Operationum vineã Domini nulla excuſatio, Nemo nos conduxit 213.1.
Orationis multiplex fructus. 187.1.
Orantium in ſpiritu, quorum mens eſt ſine fructu, teſte Baſilio. ibid.
de Origenis operibus quid ſentiant Patres. 21.2.
Origenes cur Adamantij cognomen ſortitus ſit. 352.1.

P.

PAbulum animarum quod. 167.1.
Panis ſeu corpus Chriſti, quare frangi dicitur, & manducari. 140.1.
Paſcha noſtrum quomodo immolatus eſt Chriſtus. 64.2.
Paſcha quale habuerint Iudæi. ibi.
Paſſio Chriſti quatenus ſalutaris & efficax. 362.2.
Paſtoralis poteſtas quid requirat. 312.2.
Patiens ſit Dominus illorum quos ſuffert. 74.1.
Patientia quid. 314.1.
Paulus cur præpoſitus fuerit Gentibus. 17.1.
Paulus an fuerit coniugatus, an virgo. 85.2.
Pauli facundia ſingularis. 190.1.
Paulus quomodo Benoni, idem & Beniamin dici poſſit. 201.2.
Paulus quibus Iudæos & hæreticos argumentis refutarit. 209.1.
Pauli modeſtia & humilitas. 214.1.
Paupertas & mendicitas differunt. 324.2.
Pax quam nobis Chriſtus reliquit quænam illa. 320.1.
Peccatum hominis extra corpus eius eſt. 71.2.
Perfectio quæ poſſit eſſe in hac vita. 7.1.
Phyſicis quandoq; rationibus diuina dogmata comprobantur. 124.2.
Pœnitentias publicas peragi ſolitas olim. 364.1.
Pœnitentia vera quæ requirat. ibid.
Præſidentis humile officium. 169.1.
Precum vtilitas. 207.1.
Prophetia in quo differat à dono linguarum. 180.2.
Purgatorium quo ſpiritu negauerint hæretici. 216.1.
de Purgatorio quam recte olim Catholice ſenſerit Lutherus. ibid. *& quomodo idem ſenſim in varios de Purgatorio errores turpiter ſit lapſus, ac tandem perfricta fronte illud negauerit omnino.* ibid. 2.
Purgatorij fides quo præcepto præcipiatur. 220.1.
Purgatorium adhuc ſupereſſe poſt Chriſti paſſionem, à qua tamen virtutem habet remittendi peccata. ibidem. 2.

R.

RAptus duplex. 250.2.
Raptum ſuum quomodo Paulus ignorauit. 350.1.
Regum Galliæ & Angliæ prærogatiua. 108.2.
Regularis continentia quid arguat. 82.1.
Renouatæ mentis noſtræ ſymbolum. 310.1.
Reſurrectio mortuorum quantæ erit diuinæ ſymbolũ poteſtatis. 250.1.
Reuelationibus ſuis quos Deus illuſtret. 349.1.
Reuelationes quam frequentes Paulo. ibid. 2.
Ritus Eccleſiaſtici de traditione Apoſtolica, & de ſancti Spiritus prodiere doctrina, ſecundum Leonem Papam. 259.2.

S.

SAcerdotes legales cur erant in honore. 126.2.
Sacerdotes quomodo participes ſint altaris. ibid.
Sacerdos raro aut nunquam celebrans peccat mortaliter. 154.1.
Sacra qui proprie operentur. 126.1.
Sacramenta quæ Iſraelitis fuerint tradita. 133.1.
Sacramẽta antiqua, vmbra fuerunt nouorum. 133.2.
Sacrificia dijs facta quam turpia ſint. 18.

Sancti

Sancti quomodo iudicaturi ſint mundum. 69.2.
Sapientia verbi Dei dicitur ab Apoſtolo eloquentia Rhetorica artis. 12 1
Sapientiam huius mundi fatuam reddidit Deus, pa. 16.col 2.
Sapientia humana & diuina maxime inter ſe diffe-runt 30 2
Scandalum fratris fugiendum. 121.1 & 2.
Scripturæ ſenſus abſurdum aliquid, aut impoſſibile continentes, quomodo, teſte Auguſtino ſint accipiendi. pag. 209.1.
Scripturæ ſermones tropici quinam alijs præponderẽt. ibid.
Scriptura ſacra non eſt vulgari idiomate tradenda. 258 col 2.
Scorpij ingenium. 253.1.
Secretorum ſilentium quale eſſe debeat. 265.2.
Suffragia pro mortuis quomodo non ſint ſuperſtitioſa, etiamſi nobis non conſtet, eos in gratia deceſſiſſe, pag. 220.1.
Superbia quantum malum, qualiq; indigeat remedio 358.col.2.

T.

Temperantia ponit modum in eſcis. 74 1.
Tentatio quomodo homines apprehendat. pagin. 137.1.
Theriaca vnde conficitur. 356.1.
Thraſones apud Corinthios qui. 37.1.
Timere quis debeat: quis vero omnino liber debeat eſſe à timore. 369.1.
Tobiæ ſenioris formula in largiendo ſeruanda pagina 323.col.2.
Tradendi verbum late patet in Scriptura. pag. 153. col.2
Tranſubſtantiationem panis in corpus Chriſti male negant hæretici. 128 1.
Tribulationis præmium. 301.2.
Tribulatio quomodo ſit momentanea & leuis, & æternum gloriæ pondus operetur. 303.1.
Trinitas diuinarum perſonarum vnitati non obſiſtit 119.col.1.
Tropi & figuræ multum deſeruiunt Scripturis. pag. 33.col.2.
Tuba olim apud Iudæos quam varius vſus. 184.2.

V.

Velamen Moſis quid tollat, & cur etiam nunc Rabbini Iudæi eo vtantur in lectione Moſis. 296.1 & quomodo illud Chriſtus tollat. ibid.
Verbum templi quid innueret Iudæis. pag. 265. col.2.
Verbum Dei natura per agriculturam declaratur. 34. col.1.
Verbum Dei eſt illius ſceptrum. 60.1.
Vir infidelis per mulierem fidelem ſanctificatur. 97. col.2
de Virginitate Paulus nullum Domini habuit præceptum. 101 1.
Virginitas apud hæreticos nullum locum potuit habere. 101.2.
Vxor ſi diſceſſerit à viro, innupta debet manere. 78. col.1.
Vxori quæ virum habet infidelem, quid agendum 93. col.2.

FINIS.